





Henrici de Bracton

DE

LEGIBVS ET

Consuetudinibus Angliæ,

LIBRI QVINQVE:

IN VARIOS TRACTATUS DISTINCTI,

Ad diversorum & vetustissimorum Codicum collationem, ingenti cura denuò Typis vulgati.

Quorum quid cuique insit, proxima pagina demonstrabit.



LONDINI,

Typis MILONIS FLESHER & ROBERTI YOUNG,

Assign: JOHANNIS MORE Armig.

M. DC. XL.

IN primo libro tractatur De Rerum divisione.
In Secundo libro De Acquirendo rerum dominio.
In Tertio libro De Actionibus in primo tractatu.
In eodem libro De Corona in secundo tractatu.
In Quarto libro De Assisis nova disseysina in primo tractatu.
In eodem libro De Assisis ultima praesentationis in secundo tractatu.
In eodem libro De Assisis mortis antecessoris in tertio tractatu.
In eodem libro De Consanguinitate in quarto tractatu.
In eodem libro De Assisa Iuris utrum in quinto tractatu.
In eodem libro De Dote in sexto tractatu.
In eodem libro De Ingressu in septimo tractatu.
In Quinto libro De Breve de recto in primo tractatu.
In eodem libro De Essoniis in secundo tractatu.
In eodem libro De Defaltis in tertio tractatu.
In eodem libro de Warrantia in quarto tractatu.
In eodem libro De Exceptionibus in quinto tractatu.

T. N. Candido lectori, S.



AM diu & ſæpe à multis legum noſtratium ſtudioſis, ut hic liber alicujus typographi honeſta opera in publicum prodiret vehementer optatum eſt. Rarus quidem & penes paucos, quaſi concluſus latuit. Ea vero quæ extiterunt exemplaria, frequenti & varia tranſcriptione, multorum & verborum atque etiam ſententiarum additione, quæ ab iis in quorum manibus hic author verſatus eſt ſuæ memoriæ adjuvandæ cauſa adnotata, & a deſcribentibus pro ipſius authoris verbis pravè uſurpata & inſerta ſunt, ſæpiſſimè autem indoctorum hominum & Latina ſaltem neſcientium ſcriptorum inſcitia (quod etiam pleroſque alios vetuſtos ſcriptores, in inculto illo & ſuperſtitionum & ignorantiæ pleniſſimo ſeculo contaminavit) vicioſa, diſſidentia alia ab aliis, omnia multis & inſignibus erroribus ſcatebant. Quo ſanè incommodo evenit, ut non ſine magna difficultate & ſumptu etiam, unum ex plurimorum collatione fidum exemplar collectum, recenſque integrum, poſt examinationem diligentem multorum ſtudioſorum & doctorum hominum opera factam, jam tandem deſcriptum ſit. In quo labore à quamplurimis bonis, eorumque etiam quibuſdam illuſtribus & honoratiſſimis viris, qui ſuos in hunc uſum libros libenter, & ut veriùs dicam ſtudioſè, accommodarunt (quibus eo nomine, Lector candide, plurimum omnes debemus) egregiè adjuti ſumus.

Agit vero hic author de Jure, quod Commune hujus Regni vocamus. Juſtiniani Inſtitutionum methodum, juris nempe civilis Romanorum quoque peritus, videtur ſibi ad imitandum propoſuiſſe, ac eadem fere ratione ad leges Anglicanas commodo & perſpicuo ordine tradendas progreditur. Quod ejus inſtitutum, illis quibus in hoc genere indigeſta confuſio ſemper diſplicuit atque multum indies & moleſtiæ & impedimenti objicit, non poteſt non eſſe inprimis & jucundum & utile. Videmus quantum pauci illi

libri quos eruditi nonnulli, non multi tamen, de Juris nostratis argumentis vel Titulis (ut vocant) aliquot rectè & ordine non malo ædiderunt, quales sunt Litletonus de tenuris, Fitzherbertus de Brevium natura, Stanfordus de Placitis Coronæ, & Regia Prærogativa, & ejus generis reliqui, studiosis in hac facultate tyronibus adjumenti afferant. Quanto magis rectè dispositam & perspicuo facilique ordine ac methodo traditam totius hujus artis rationem atque epitomen ingenio nostro & memoriæ, tam ad intelligendum & judicandum quod de omni hoc studio sentiri debet, quàm ad conservandum & retinendum quod in eo sumus assecuti, mirificè prodesse oportet? Sed de hoc plura dicere frustra erit: quòd se hoc opus sua utilitate commendabit, satis esto. Hoc tantùm te lector, ne vel magno tuo periculo erres, vel nostra injusta infamia pecces, necessariò admonendum censui.

Confectum est hoc opus ab illustri viro Henrico de Bracton, sub ultima tempora Regis Henrici tertii, trecentis circiter abhinc annis, haud multò postquam Rex Johannes Regium diadema suo capite detractum Pontificio legato in manus tradidit, seque ipsum Pontificis potestati permisit. Quo ex facto Romanus Pontifex, præter generalem illam quam in omnes Christiani orbis in Europa principes prærogativam cum insigni illorum injuria atque infamia superbissimè exercuit, propriam sibi quandam in Anglia jurisdictionem eo ipso tempore vendicavit. Nihil igitur magnopere mirandum est, siquando hic scriptor in ecclesiasticis causis pontificiam authoritatem (cui alioqui invictissimi etiam Imperatores & Reges cesserunt) coactus videatur admittere. Erat enim (ut omnibus perspicuè constat) id vitium illorum temporum, & omnium tum prope communis error, cùm universis fere gentibus crassissimæ tenebræ superstitionis & ignorantiæ obfusæ essent, & tunc ferme extinctum humanarum traditionum multitudine Evangelii lumen nondum tantas fraudes & tam injustũ pseudo-apostolicæ tyrannidis imperium patefecisset. Nec sanè poterunt tam obscuri & quasi fascinati vel potiùs captivi tamque recentis temporis quæcunque dicta falsissimam illam simulationem antiquitatis, quam huic tyrannidi affingunt, multum juvare.

Itaque si fortè incides in ejusmodi aliquid quod Pontificiæ favere authoritati videbitur (cujusmodi apud hunc authorem loci certe perpauci occurrent, & ii quidem ipsi non modo non disertè nec

evidenter

evidenter eum errorem confirmantes, sed & qui commoda explicatione potius ad justam potestatem regum tuendam possint adduci) admonendus es lector, hoc ætati illi dandum esse, nec ob id istũ nostrum scriptorem magis rejiciendum vel premendum fuisse, quàm cæteros Annalium nostrorũ de causis forensibus & actorum Parliamenti libros qui iisdem temporibus æditi fuerunt, quámque etiam multos magni nominis & alioqui bonos theologos ejus ævi, qui publico ejusdem universalis ferè ignorantiæ quasi æstu ac secundo flumine abrepti, non solum Papali tyrannidi succubuerunt, sed & turpissimas hæreses ab ipsius Papæ fontibus, vel potius sentina, haustas Christi meritis cum summa blasphemia adversissimas, & contra Regum justa imperia & Majestates quàm maximè proditoriè (si ita licet loqui) contumeliosissimas disseminarunt: Quorum tamen libri bona cum venia in manibus sunt, neque id injuria: semper enim eorum temporum quibus vixerunt habenda nobis ratio est, ut legentibus quod rectè scripserint commodo sit: si quid vero erraverint, temporis ipsius, nempe erroribus obnoxii, & adhuc recentis, nec magnæ antiquitatis, consideratio, tibi ad vitandos errores præsidio, illis ad excusandos, pro aliquo patrocinio sit. Nobis vero hæc protestatio nostra pro æquissima defensione habeatur, quod non eò ædidimus ut quicquam omnino per nos in vulgus spargatur, vel in falsissimæ tyrannidis papisticæ assertionem, quam meritò abominamur: vel in justissimæ regiæ potestatis fraudem aut præjudicium, quam pro jure suo & officio nostro humillimè & verissimè agnoscimus: vel ad deceptionem tuam, lector, cui optimè consultum volumus: Hoc tantum consilio fecimus, ut tibi & Reipub. prosimus, & nequis, si quid immutatum vel omissum esset, Papicolis improbissimæ genti ad calumniam locus pateret.

Præterea lector, si quid quod tum temporum pro lege habebatur, nunc recentiorum statutorum sanctionibus immutatum sit, vel aliis de causis Justitiariorum opiniones ab antiqua sententia recesserint, memineris acta Parliamentorum consulenda, præsentibus vivendum statutis, præsentibus legibus obtemperandum: hujus, ut aliorum bonorum autorum, commodo ordine & rectè traditis ad tuam utilitatem fruendum. Vale.

T. N.

Varietates lectionis hujus operis ex fide duodecem librorum antiquorum descriptæ, quas his punctis (") in margine libri annotatas repperies.

Fo.	*Ita legitur.*	*Aliter sic.*
1	" Usu armorum & præsidio.	Armorum podio
9	" Nativitatis suæ.	vicinitatis suæ
22	" sive homagium	sine homagio
24	" sed sicut	vel sicut
36	" saccum cum brochia	sellam cum brothio
40	" nihil jure	nihil in re
41	" domino vendente	domino tradente
59	" vel remaneat	nec remaneat
59	" non valebit	tunc valebit
59	" simplici confirmatione	simplici donatione
59	" licet juvari possit	licet juvari non possit licet injuriari possit
86	" ad covey & key	ad cofre & key ad cover & key
87	" saecum cum brochia	sellam cum brothio
89	" aliquo modo	aliquo medio
98	" infra xiiij. annos	infra xij. annos
92	" in Kanc.	in Lanc.
92	" dos parapherna	dos paraphernalis
101	" poterunt renovari	poterunt revocari
101	" in contrarium	in contractu
115	" busones	barones
116	" sothale quandoque filctale	scothale quandoque Byldale quandoque Gildale
118	" illas habeat	illas tradidit
122	" Comites Paleys	Comites Palentynes
124	" ante iterum	ante iter
124	" fridhburgo	fridithburgo
126	" audiri debet	audiri non debet
147	" de superiori labro	desuper balluro desuper ballenro
147	" quædam dispensationes	quædam desponsationes
150	" petere ut adiratam	petere ut indiratam
153	" Regis H. 46.	Regis H. 56.
177	" non habebit talis	habebit talis
181	" tamen alius ubi voluerit	cum alius noluerit
193	" pater suus liber	pater suus villanus
252	" hæreditatis restitutio	hæreditatis institutio
340	" qualiter redimuntur	qualiter redduntur
340	" major præsens sit	minor præsens sit
351	" infra quartum diem	infra secundum diem
359	" mille & quadringenti	mille & quadraginta mille & sexaginta
359	" quo summum planeta pervolvat circulum	quo suum planeta devolvat circulum
408	" facta æditione sine scriptis	facta æditione in scriptis
441	" excommunicationem minorem & pœnam.	excommunicationem minorem & perpetuam.

INDEX

INDEX EORUM OMNIUM quæ in hoc opere continentur.

Quæ

Liber tertius de Actionibus.

Cap.

Tractatus secundus, De Corona.

Cap.

Cap.

verba

Liber quartus de assisis novæ disseysinæ.

Si

tum

Tractatus secundus de Assisa ultimæ præsentationis.

Tractatus tertius de assisa mortis antecessoris.

Tractatus quartus de consanguinitate.

Tractatus quintus de assisa utrum.

Tractatus sextus de actione dotis.

Exceptio

Tractatus septimus de Ingressu.

Breve

mittat

Tractatus tertius de Defaltis.

Cap

Tractatus quartus de warrantia.

Tractatus quintus de Exceptionibus.

Cap.

seysina

FINIS.

¶ HENRICI DE BRACTON de Legibus & consuetudinibus Angliæ, Liber primus.

Cap. I.

¶ *Quæ sunt regi necessaria. 2. Quòd sola Anglia usa est consuetudine & jure non scripto. 3. Quæ causa inventionis hujus tractatus.*

IN Rege qui rectè regit, necessaria sunt duo hæc, arma videlicet & leges, quibus utrumque tempus, bellorum & pacis, rectè possit gubernari: utrumque enim istorum alterius indiget auxilio, quo tam res militaris possit esse in tuto, quàm ipsæ leges usu armorum & præsidio possint esse servatæ. Si autem arma defecerint contra hostes, rebelles & indomitos, sic erit regnum indefensum: si autem leges, sic exterminabitur justitia, nec erit qui justum faciat judicium. ¶ 2. Cùm autem ferè in omnibus regionibus utantur legibus & jure scripto, sola Anglia usa est in suis finibus jure non scripto & consuetudine. In ea quidem ex non scripto jus venit, quod usus comprobavit. Sed absurdum non erit leges Anglicanas (licet non scriptas) leges appellare, cùm legis vigorem habeat, quicquid de consilio & de consensu magnatum, & reipublicæ communi sponsione, authoritate regis sive principis præcedente, justè fuerit definitum & approbatum. Sunt autem in Anglia consuetudines plures & diversæ, secundùm diversitatem locorum: Habent enim Anglici plurima ex cõsuetudine, quæ non habent ex lege: sicut in diversis comitatibus, civitatibus, burgis & villis, ubi semper inquirendum erit, quæ sit illius loci consuetudo, & qualiter utantur consuetudine qui consuetudines allegant. ¶ 3. Cùm autem hujusmodi leges & cõsuetudines per insipientes & minus doctos (qui cathedram judicandi ascendunt antequàm leges didicerint) sepiùs trahantur ad abusum: & qui stant in dubiis & in opinionibus multotiens pervertũtur à majoribus, qui potiùs proprio arbitrio quàm legũ authoritate causas decidunt: ad instructionem saltem minorum, ego Henricus de Bracton animũ erexi, ad vetera judicia justorum perscrutanda diligenter, non sine vigiliis & labore: facta ipsorũ, consilia & responsa, & quicquid inde notatu dignum inveni, in unam summam redigendo, sub ordine titulorum & paragraphorum (sine melioris sententiæ præjudicio) compilavi, scripturæ suffragio, perpetuæ memoriæ cõmendanda: postulans à lectore, ut si quid superfluum vel perperam positũ in hoc opere invenerit, illud corrigat & emendet, vel conniventibus oculis pertranseat, cùm omnia habere in memoria, & in nullo peccare, divinum sit potiùs quàm humanum.

y Note his observation upon Judges in his time.

CAP. II.

1 ¶ *De Prohemio authoris.* 2. *De materia hujus libri.* 3. *Quæ intentio.* 4. *Quæ utilitas.* 5. *Quis finis.* 6. *Quis effectus.* 7. *Quòd sapiens esse debet qui judicat.* 8. *Quæ sit pœna malè judicantis.*

IN hoc autē tractatu, sicut in aliis tractatibus, cōsideranda sunt hæc, quæ sit materia, quæ intētio, quæ utilitas, quis finis, & cui parti philosophiæ supponatur. ¶ 2. Et sciendum est, ꝙ materia est, facta & casus qui quotidiè emergūt & eveniūt in regno Angliæ, ut sciatur quæ cōpetat actio, & quod breve, secundùm ꝙ placitum fuerit reale vel ꝑsonale: & sup hiis acta cōficiēda sive irrotulationes secundùm ꝓposita & objecta, agendo & ꝓbando, defēdēdo & excipiendo, & replicādo, & hujusmodi. ¶ 3. Intētio autē authoris est tractare de hiis, & instruere & docere omnes qui edoceri desiderāt, qualiť & quo ordine lites & placita decidātur secūdùm leges & cōsuetudines Anglicanas, & de hiis habere tractatū, ut doceantur & corrigātur errātes, puniātur cōtumaces. ¶ 4. Itē cōmunis intentio est de jure scribere, ut rudes efficiantur subtiles, subtiles subtiliores, & homines mali efficiantur boni, & boni meliores, tum metu pœnarū, tum exhortatione ꝓmiorū, juxta illud. Oderunt peccare boni, virtutis amore: Oderunt peccare mali, formidine pœnæ. ¶ 5. Utilitas autē est, quæ nobilitat addiscentes, & honores cōduplicat & ꝓfectus & facit eos principari in regno, & sedere in aula regia, & in sede ipsius regis, quasi in throno dei, trib⁹ & nationes, actores & reos, ordine dominabili judicātes, vice regis quasi vice Jesu Christi, cùm rex sit vicari⁹ dei. Judicia enim non sunt hominis sed dei, & ideò cor regis benè regētis dicitur esse in manu dei. ¶ 6. Finis huj⁹ rei est ut sopiātur jurgia, & vitia ꝓpulsentur, & ut in regno cōservetur pax & justitia. Ethicæ verò supponitur, quasi morali scientiæ, quia tractat de morib⁹. ¶ 7. Hujusmodi verò leges Anglicanæ & cōsuetudines, regū authoritate, jubent quādoq;, quādoq; vetant, & quādoq; vindicant & puniunt transgressores: quæ quidem cùm fuerint approbatæ cōsensu utentiū, & sacramento regum cōfirmatæ, mutari non poterunt nec destrui sine cōmuni cōsensu & cōsilio eorum omnium quorū cōsilio & cōsensu fuerunt promulgatæ. In meli⁹ tamen cōverti possunt, etiā sine eorum cōsensu, quia nō destruitur ꝙ in meli⁹ cōmutatur. Si autē aliqua nova & incōsueta emerserint, & quæ priùs usitata non fuerint in regno, si tamen similia evenerint, ꝑ simile judicentur, cùm bona sit occasio à similib⁹ ꝓcedere ad similia. Si autē talia nūquam pri⁹ evenerint, & obscurū & difficile sit eorum judicium, tunc ponantur judicia in respectum usq; ad magnam curiam, ut ibi ꝑ cōsilium curiæ ťminentur: licet sint nōnulli qui de ꝓpria scientia ꝑsumentes, quasi nihil juris ignorent, nolunt alicujus consilium expetere: in quo casu honesti⁹ & consulti⁹ eis foret consilium habere quàm aliquid temerè definire, cùm de singulis dubitare non sit inutile. ¶ 8. Sedem quidem judicandi, quæ est quasi thronus dei, non ꝑsumat quis ascendere insipiens & indoctus, ne lucem ponat in tenebras, & tenebras in lucem, & ne in manu indocta, modo furientis, gladio feriat inno-

a/ Two verses.
b/ Note this

innocentem, & liberet nocentem, & ex alto corruat quasi à throno dei, qui volare inceperit antequàm pennas assumat. ¶ 8. Et cùm quis judicare debeat & judex fieri, caveat unusquisque sibi ne perversè judicando, & contra leges, prece vel precio, pro temporalis lucelli commodo, æterni luctus mœstitiam sibi comparare præsumat: & ne in die furoris domini sentiat ipsum vindicantem, qui ait, Mihi vindictam, & ego retribuam, & ubi flebunt & plangent reges & principes terræ cùm viderint filium hominis, propter timorem tormentorum ejus, ubi aurum & argentum non valebit liberare eos. Quis autem non timeat illud examen, in quo erit dominus accusator, advocatus & judex, à sententia autem sua non poterit provocari? Quia pater omne judicium dedit filio, qui claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit. O districtum judicium, quo non solum de actibus, verum etiam de omni verbo otioso, quod iniquè loquuti fuerint homines, reddituri sunt rationem! Quis ergo effugere poterit à ventura ira? Mittet enim fili' hominis angelos suos, qui colligent de regno dei omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & ex eis alligabunt fasciculos ad cõburendum, & mittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus, & stridor dentiũ, gemitus & ululatus, ejulatus, luctus & cruciatus, stridor & clamor, timor & tremor, dolor & labor, ardor & fætor, obscuritas & anxietas, acerbitas & asperitas, calamitas & egestas, angustia & tristitia, oblivio & confusio, tortiones & punctiones, amaritudines & terrores, fames & sitis, frigus & camina, sulphur & ignis ardens in secula seculorum. Caveat igitur quilibet judicium illud, ubi judex terribiliter districtus, intolerabiliter severus, immoderatè offensus, vehementer iratus, sententia ejus incommutabilis, carcer irremeabilis, tormenta sine fine, sine intervallo, & sine temperamento, tortores horribiles qui nunquam lassescunt, nunquam miserentur, timor rerum conturbat, conscientia damnat, cogitationes increpant, & fugere non licet; unde beatus Augustinus. O quàm magna peccata mea sunt nimis! unde cum quis deum habuerit justum judicem, & conscientiam suam testem, nihil timeat nisi causam suam.

Cap. III.

¶ *De principali tractatu, & primo. Quid sit lex. 2. Quid est consuetudo.*

Videndum est etiam quid sit lex: & sciendum quòd lex est commune præceptum virorum prudentum consultum, delictorumq; quæ sponte vel ignorantia cõtrahuntur coertio, rei publicæ sponsio cõmunis. Item author justitiæ est deus, secundùm quod justitia est in creatore. Et secundùm hoc, jus & lex idem significat. Et licet largissimè dicatur lex omne ꝙ legitur, tamen specialiter significat sanctionem justam jubentem honesta, ꝓhibentem contraria. ¶ 2. Consuetudo verò quandoq; ꝓ lege observatur, in partibus ubi fuerit more utentium approbata, & vicem legis obtinet, longævi enim temporis usus & consuetudinis non est vilis authoritas.

Of Lex and Consuetudo

Cap. IV.

1 ¶ *De Justitia & Iure.* 2. *Quid sit Justitia.* 3. *Quid sit Ius, & quòd jus varias habet exceptiones.* 4. *Quid sit Iuris prudentia.* 5. *Quid sit æquitas.* 6. *Quæ sunt Iuris præcepta.*

Quia à Justitia (quasi à quodam fonte) omnia jura emanant, & quod vult justitia, idem jus prosequitur: videamus ergo quid sit justitia, & unde dicatur: Item quid sit jus, & unde dicatur, & quæ sunt ejus præcepta: Item quid sit lex, & quid consuetudo, sine quibus non poterit quis esse justus, ut faciat justitiam & justum judicium inter virum & virum. ¶ 2. Est autem Justitia constans & perpetua voluntas jus suum cuiq; tribuens, cujus definitio poterit intelligi duobus modis, uno modo prout est in creatore, altero prout est in creatura. Et si intelligatur prout est in creatore. i. in deo, plana sunt omnia, cùm Justitia sit dei dispositio, quæ in omnibus rebus rectè constituit & justè disponit. Ipse enim deus tribuit unicuique secundùm opera sua, ipse non est variabilis nec temporalis in dispositionibus & voluntatibus suis: Imò ejus voluntas est constans & perpetua: Ipse enim non habuit principium, nec habet, nec habebit finem. Altero modo intelligitur prout est in creatura. i. in homine justo. Homo enim justus habet voluntatem tribuendi unicuiquè jus suum. & ita illa voluntas dicitur justitia, & dicitur voluntas tribuere jus suum, non quantum ad actum, sed quantum ad affectionem: Sicut dicitur imperator, augustus, non quòd semper augeat imperium, sed quòd ejus propositum est ut augeat. Sic ut dicitur de matrimonio, quòd sit individua conjunctio, quia ejus sunt animi ut nunquam dividantur, dividuntur tamen postmodùm ex causa. Item dicitur Justitia constans, secundùm definitionem, prout Justitia est in creatura, ut per hoc quod dicitur (voluntas) intelligatur mens, & per hoc quod dicitur (constans) intelligatur bonum. Constantia enim semper accipitur in bonum, unde & sancti dicuntur fuisse constantes, ubi dicitur, O Constantia martyrum. Item constantes estote, constantia enim non admittit variationem. Per hoc autem quod dicitur, perpetua, intelligitur habitus, quia Justitia est habitus mentis bonus, vel mentis benè constitutæ. Vel: Justitia est voluntarium bonum, nec enim potest dici bonum propriè nisi intercedente voluntate, tolle enim voluntatem, & erit omnis actus indifferens, affectio quidem tua nomen imponit operi tuo. Item crimen non contrahitur, nisi voluntas nocendi intercedat. Item voluntas & propositum distinguunt maleficia. De hoc autem quod dicit, jus suum, id intelligitur hominis meritum, nam propter delictum, vel pactum non servatum, vel similia, privatur quis jure suo. De hoc autem quod dicit, cuique. i. sibi ipsi, ut honestè vivat, Item deo, ut deum diligat, Item proximo, ut eum non lædat. De hoc autem quod dicit, jus suum. i. justitiæ, & sic dicitur jus, justitia: quia in ea stant omnia jura. ¶ 3. Jus autem derivatur à Justitia, & habet varias significationes. Ponitur enim quandoq; pro ipsa arte, vel pro eo quod scriptum habemus de jure, quia jus dicitur ars boni & æqui, cujus merito quis nos

nos sacerdotes appellat: Justitiam namque colimus, & sacra jura ministramus. Item jus quandoq; ponitur ꝑ jure naturali, quod semper bonum & æquum est, quandoq; ꝑ jure civili tantùm, quandoq; pro jure prætorio tantùm, quandoq; pro eo tantùm, quod competit ex sententia. Prætor enim jus dicitur reddere, etiam cùm iniquè decernit, relatione facta, non ad id quod Prætor fecit, sed ad illud quod Prætor facere debuit. Item ponitur jus quandoque pro loco in quo redditur jus, ponitur etiam pro necessitudine, sicut pro jure cognationis vel affinitatis. Supponitur etiam jus quandoq; pro actione, quandoque pro obligatione qualibet, quandoque pro hæreditate, sicut pro proprietate rei, quandoque ꝑ bonorum possessione, quia est jus proprietatis, & jus possessionis. Item jus possessionis, sicut feodum: unde locum habet assisa mortis antecessoris. Item jus possessionis, sicut liberum tenementum, si quis tenuerit, tantùm ad vitam quacumque ratione. Item jus proprietatis, quod dicitur jus merum, & unde poterit quis habere utrumque. Et dividi poterit quandoque jus proprietatis à jure possessionis, quia proprietas statim post mortem antecessoris descendit hæredi propinquiori, minori & majori, masculo & fœminæ, furioso & stulto, sicut fatuo, surdo & muto, præsenti, & absenti, & ignoranti sicut scienti. Sed tamen non statim acquiritur talibus possessio: licèt possessio & jus possessionis semper sequi debeat proprietatem. Jus autem possessionis descendere poterit per se ad alias personas, & per alios gradus, ut si cùm jus proprietatis descendit ad agnatum propinquiorem, primò natus frater ponat se in seysinam, & sic moriatur seysitus, transvertit ad hæredes suos quoddam jus proprietatis cum jure possessionis, quod sequi debet ꝑprietatem primam, & sic de hærede in hæredem: sed primi hæredes majus jus habent quàm secundi hæredes, sed semper præferri debet possessio donec primi hæredes verificaverint jus suum, si tamen frat̄ postnat' plures habuerit filias, & primò natus se ponat in seysinam, ita fieri debet de eo ut supra, & sic poterit ad plures diversos hæredes descendere jus proprietatis in infinitum, ut cùm plures jus habeant proprietatis, unus, vel plures possunt habere jus majus. Item ponitur jus quandoque ꝑ potestate, ut cùm dicitur, iste est sui juris, quandoq; ꝑ rigore juris, ut cùm dividitur inter jus & æquitatem. Item ponitur ꝑ ipsa arte, non ꝑ quolibet jure quod invenitur in ipsa arte, nec enim omne jus præcipit, imò quoddam permittit, vel ponitur ꝑ omni jure quod præcipit honestè vivere, alterum non lædere, jus suum cuique tribuere. ¶ 4. Juris prudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia. ¶ 5. Æquitas autem est rerum convenientia, quæ in paribus causis paria desiderat jura, & omnia benè coæquiparat: & dicitur æquitas quasi æqualitas, & vertitur in rebus. i. in dictis & factis hominum. Justitia in mentibus justorum quiescit; inde est, quòd si velimus loqui propriè, dicemus judicium æquum, non justum, & hominem justum, non æquum: Abutentes tamen iis appellationibus, dicimus, Hominem æquum, & judicium justum.

Differt ergò multum juris prudentia, à justitia : Juris enim prudentia agnoscit, & justitia tribuit cuique quod suum est. Item justitia virtus est, juris prudentia scientia est. Item justitia quoddam summum bonum est, juris prudentia medium. ¶ 6. Juris præcepta sunt tria hæc, honestè vivere, alterum non lædere, jus suum unicuiq; tribuere.

Cap. V.

1 ¶ *Qualiter dividitur jus.* 2. *Quid sit jus publicum.* 3. *Quid sit jus privatum.* 4. *Quid sit jus naturale.* 5. *Quid sit jus civile.* 6. *Quid sit jus gentium.* 7. *Quæ descendunt & introducta sunt ex jure gentium.* 8. *Quid sit manumissio.*

INfinitæ verò sunt juris species, quia infiniti sunt homines & infinitæ sunt res. Nam sic diceretur jus, aliud equinum, aliud asininum, aliud vineæ, aliud agri, aliud pecoris, aliud hominis. ¶ 2. Est autem jus publicum quod ad statum reipublicæ pertinet, & consistit in sacris, in sacerdotibus, & in magistratibus. Interest enim reipublicæ ut habeat ecclesias in quibus homines veniam petant peccatorum suorum. Expedit enim esse sacerdotes, à quibus de peccatis nostris pœnitentiam accipiamus, & qui orent ꝓ nobis & dei adjutorium nobis adquirant & ꝓvidentiam. Expedit etiam magistratus reipublicæ constitui, quia per eos qui juredicendo præsunt effectus rei accipitur. Parum est enim jus in civitate esse, nisi sint qui possunt jura gerere. ¶ 3. Jus autem privatum est ꝙ ad singulorum pertinet utilitatem principaliter, & secundariò pertinet ad rempublicam, unde dicitur, expedit quidẽ reipublicæ ne quis re sua malè utatur, & sic vice versa, quòd reipublicæ principalit̃ interest quòd sic secundariò respiciat utilitatem singulorũ. Est etiam hujusmodi jus privatum tripartitè collectum, aut ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus. Dictum est supra de jure publico & privato, nunc autẽ dicendum quid sit jus naturale, vel gentium vel civile, ꝙ dici poterit cõsuetudo quandoq;. Quomodo & cui, & quando ꝓ cõsuetudinem vel ꝓ constitutionẽ principis derogetur legi, in sequẽtibus dicendũ est. ¶ 4. Jus autẽ naturale pluribꝰ modis dicitur. Primus modus est ut dicatur à natura animati motus quidam institutus proveniens, quo singula animalia ad aliquid faciendum inducuntur, & unde dicitur sic. Jus naturale est quod natura .i. ipse deus docuit omnia animalia, & ita est istud nomen (quod) accusativi casus & hoc nomen (natura) erit nominativi casus, vel dici poterit quòd nomen illud (quod) sit nominativi casus, ut dicatur sic, videlicet : Jus naturale, ꝙ docuit omnia animalia natura. i. ꝑ instinctũ naturæ, & ita hoc nomẽ (natura) erit casus ablativi, & hoc est ꝙ dicitur, primi motus non sũt in nostra potestate, secundi verò sunt, & ideò si res procedat in delectationem & oblectamentum tantùm & non ulteriùs, veniale tantum contrahitur peccatum : si autem ulteriùs progrediatur ad aliquid componendum, ut exerceat quis quod turpiter cogitavit, tunc dicetur tertius motus & mortale contrahere peccatum. Est & illud notandum, quòd qua ratione justitia

of Jus Naturale

stitia est voluntas, habito respectu ad rationabilia tantùm, eadem ratione dicitur jus naturale motus, habito respectu ad omnem creaturam rationabilem vel irrationabilem. Sunt tamen quidam qui dicunt ꝙ neque voluntas neq; motus, jus naturale, vel gentium, dici possunt, quia facti sunt, voluntas tamen vel motus sunt instrumenta per quæ jus naturale vel justitia apperiunt vel ostendunt suum effectum. In anima enim sunt virtutes & jura, & illud fortè apertiùs dicitur. Jus autem naturale secundo modo dicitur debitum quoddam quod natura cuilibet repræsentat. Item dicitur jus naturale jus æquissimum cùm dicitur lapsos minores secundùm æquitatem restitui. ¶ 5. Jus autem civile quod dici poterit jus consuetudinarium pluribus modis ponitur, uno modo pro statuto cujuslibet civitatis: alio modo dicitur jus civile id quod non est prætorium, & quandoq; detrahit vel addit juri naturali vel gentium. Quæritur aliud jus quandoq; in civitatibus ex consuetudine more utentium approbata, quàm extra: tamen observari debeat talis cõsuetudo pro lege. Item appellari potest jus civile omne jus quo utitur civitas, sive sit naturale sive sit civile sive gentium & hujusmodi. ¶ 6. Jus autem gentium est quo gentes humanæ utuntur & quod à naturali jure procedit, eo ꝙ jus naturale omnibus animalibus commune sit, quæ in terra, quæ in mari nascuntur, & quæ in aëre. ¶ 7. A jure enim gentium descendit maris & fœminæ conjunctio, & fit per mutuam utriusq; voluntatem, quæ matrimonium appellatur, corporalis tamen cõjunctio facta est, nec propriè dici poterit jus, cùm ipsum sit corporale & videatur. Jura autem omnia sunt incorporalia & videri non possunt, quæ descendunt & introducta sunt ex jure gentium, ab eo tamen jure descendit liberorum procreatio & educatio, i. nutrimentum. Hoc autem jus gentium solũ hominibus commune est, veluti erga deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus, ut vim atq; injuriam propulsemus, nam de jure hoc evenit, ut quod quis ob sui tutelam corporis fecerit, jure fecisse existimetur. Item cùm inter homines cognationem quandam constituit natura, consequens est hominem homini insidiari nephas esse. ¶ 8. Manumissiones autem juris gentium sunt. Est autem manumissio datio libertatis. i. detectio secundùm quosdam, quia libertas quæ est de jure naturali, per jus gentium auferri non potuit, licèt per jus gentium fuit obfuscata. Jura enim naturalia sunt immutabilia. Sed dicitur verè ꝙ libertatem dat qui manumittit, licèt non suam sed alienam, dat enim quod non habet, sicut videtur in creditore, qui usum fructum constituit in re non sua. Jura enim naturalia dicuntur immutabilia, quia non possunt ex toto abrogari vel auferri, poterit tamen eis derogari vel detrahi in specie vel in parte. Item ex hoc jure gentium introducta sunt bella, cùm ad tutionem patriæ inducuntur à principe, vel propulsantur violentiæ. Ex hoc etiam jure gentium discretæ. i. separatæ vel divisæ sunt gentes, regna condita & dominia distincta. Et non sunt dominia de novo inventa de jure gentiũ, sed ab antiquo, quia in veteri testamento aliquid erat meum & aliquid tuũ, & unde tunc erat ꝓhibitũ ne fieret furtũ, & etiam tunc præceptum fuit ne quis mercenarii sui retineret mercedem. Ex hoc etiam jure

Of Jus Civile

Of Jus gentium

gentium, agris sunt termini positi, ædificia sunt collata & vicinata, ex qua collatione fiunt civitates, burgi & villæ, & generaliter jus gentium se habet ad omnes contractus, & ad alia plura. Quæ autem sit longa consuetudo dicetur infra.

Cap. VI.

1. ¶ *De prima divisione personarum.* 2. *Quid sit libertas.* 3. *Quid sit servitus.* 4. *Qualiter nascuntur servi & qualiter fiunt.* 5. *Quis dici possit liber & quis ingenuus.* 6. *Qui dicuntur libertini.* 7. *Qui dici non possunt liberi, nec computari inter liberos.*

1 Dictum est supra de jure naturali, gentium & civili, sed quia omne jus de quo tractare ꝓposuimus, pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones secundùm leges & consuetudines Anglicanas, & cùm digniores sint personæ quarum causa statuta sunt omnia jura: Ideò de personis primò videamus & earum statu, qui varius est & diversus, & postmodùm de jure personarum ꝙ vertitur circa eas. Est autem prima divisio personarũ hæc & brevissima, ꝙ omnes homines aut liberi sunt, aut servi. i. omnis homo aut est liber aut est servus, ut ita resolvatur pluralis omninò in singularẽ, sed sic opponi poterit de ascriptitio (ut dicitur) quia verè liber est, licet quodã servitio sit astrictus, & de eo brevis poterit esse solutio, quia ei qui liber est, villenagium vel servitiũ nihil detrahit libertatis, habita tamẽ distinctione utrum tales sint villani & tenuerint in villano socagio de dominico domini regis, de quibꝰ inferiùs tractabitur pleniùs. Itẽ nec obstat ꝙ dicitur de statu libertatis, quia quamvis servus fuerit in possessione libertatis, revera servus est, quamvis se & sua aliquando defendere possit contra dominum suum petentẽ ipsum ut nativum suum, ꝑ exceptionem privilegii. Cùm autem omnis homo sit liber, aut servus, expedit videre quid sit libertas & quid servitus, & qualiť cõtingat servitus. ¶ 2. Est autem libertas naturalis facultas ejus ꝙ cuiq; facere libet, nisi ꝙ jure aut vi ꝓhibetur. Sed secundùm hoc videtur ꝙ servi sint liberi, nàm & ipsi liberam habent facultatem, nisi vi aut jure ꝓhibeantur. Sed definitur libertas eo jure quo ꝓdita est ex qua liberi vocantur, licèt enim servi efficiantur liberi, tamen quoad jus gentium servi sunt, quoad jus verò naturale liberi, & ita liberi & servi, diversis tamen respectibus, & sic omninò liber & omninò servus & non ꝓ parte, & secundùm ꝙ prædictum est. Et in hac parte jus civile vel gentiũ detrahit juri naturali. ¶ 3. Est quidem servitus cõstitutio juris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur, & dicitur à servando, non à serviendo. Antiquitùs enim solent principes captivos vendere & ideò eos servare & non occidere. Dici etiam poterunt mancipia eò ꝙ ab hostibus manucapiuntur: & ideò cùm postmodũ libertati donantur, dicuntur manumissi, quasi à manu dimissi. Sed tamen omnis servus non dicitur à servando sed à serviendo, non enim omnis qui servit est servus, nec dicitur à servando, sicut videri poterit in tabellione. Tabellio enim qui dicitur servꝰ publicus à serviendo derivatur. ¶ 4. Servi autem aut nascũtur aut fiunt. Nascuntur autem ex nativo & nativa alicujus copulatis vel solutis, sive sub potestate domini

constituti

Liber & Servus

Liberty

Servitude

Of Servi

constituti sunt sive extra potestatē. Item nascitur serv⁹ qui ex nativa soluta generatur quāvis ex patre libero, quia sequitur conditionem matris quasi vulgò cōceptus. Item dicitur serv⁹ natione de libero genitus qui se copulavit villanæ in villenagio constitutæ, sive copula maritalis intervenerit sive non. Item vice versa, si villanus ingrediatur ad liberā in liberum tenement, part⁹ proveniens erit serv⁹. Si autem ex nativo unius & ex nativa alterius, tunc refert in cujus villenagio, ut p hoc videatur cuj⁹ servus esse debeat, & quem debeat sequi partus, patrem videlicet, vel matrem, secundùm q copulati fuerint vel soluti, & secundùm q fuerint sub potestate dominorum vel extra. Item si à libero & nativa soluta, partus erit nativ⁹, quia sequitur conditionem matris si extra villenagium: si autem ex nativa & libero extra villenagium copulatis & in libero thoro, liber erit (ac si de libera & libero) & ita nascūtur servi. Fiunt etiā servi liberi homines captivitate, de jure gentiū, ut prædictū est: Bella enim orta sunt, & captivitates sequutæ, &c. Fit etiam liber homo servus per confessionē in curia regis factā: ut cùm liber homo sit in curia Regis, se cognoscat ad villanū. Item liber homo fit servus si cùm semel manumissus fuerit ob ingratitudinē in servitudinem revocetur. Itē fit liber homo servus, cùm ab initio Cleric⁹ vel Monach⁹ factus fuerit, postea ad secularem vitam redierit, quia talis debet restitui domino suo. Item servorum una est conditio substantialis: quicunq; enim servus est, ita est serv⁹ sicut alius, nec plus nec min⁹. ¶ 5. Liber verò & ingenuus dici poterit, qui statim ut nat⁹ est liber est: sive ex duob⁹ liberis & ingenuis, sive ex duobus libertinis, scilicet qui ex justa servitute manumissi sunt, sive ex uno ingenuo & altera libertina, sive nascatur ex matre ancilla & patre libero, dū tamen extra villenagiū & in libero thoro, dum tamen ex matrimonio. Itē si ex matre libera & servo extra matrimoniū. Et sufficit matrē esse liberā, vel tempore illo quo concepit vel tempore quo parit, vel saltem in medio illorū tēporū, licet ancilla facta fuerit, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in utero est. ¶ 6. Sunt etiā liberi qui dicuntur libertini, illi scilicet qui ex ista servitute manumissi sunt, & dicitur libertin⁹ quasi liberatus à servitute. ¶ 7. Itē qui ex dānato coitu nascuntur inter liberos non cōputantur, sicut ex adulterio, & hujusmodi. Itē qui contra formā humani generis cōverso more pcreantur, veluti si mulier mōstruosū vel pdigiosū sit enixa. Part⁹ autē qui mēbrorū officia ampliavit, ut si sex digitos habeat, vel si quatuor tantū, vel si tantū unum, talis inter liberos connumerabitur.

Cap. VII.

1 ¶ *De secunda divisione personarum.* 2 *Cui comparari debet hermaphroditus.*

Est autem alia divisio hominum, quòd alii sunt masculi, alii feminæ, alii hermaphroditi. Et differunt feminæ à masculis in multis, quia earum deterior est conditio quam masculorum. ¶ 2. Hermaphroditus comparatur masculo tantum vel feminæ tantum secundùm prevalescentiam sexus incalescentis. Item qualiter servi efficiantur liberi per manumissionem & quis possit manumittere & quis non, dicetur pleniùs infra de actionibus & servis fugitivis.

De personarum divisione

Cap. VIII.

1 ¶ *De tertia divisione personarũ. 2 De diversis nominib⁹ dignitatũ. 3 Quid sunt Ringæ. 4 Quid significet gladi⁹. 5 De dignitate regis & quòd rex nõ habet parẽ*

Liberorũ autem hominũ quorumcunq; nulla est acceptio apud deũ nec etiam servorum, quia non est personarũ acceptor deus, quia quantũ ad dominũ, qui major est fit tanquã minor & qui pcessor, sit tãquã ministrator. Apud homines verò est differentia personarũ, quia hominũ quidã sunt præcellentes & prelati, & aliis principantur. Domin⁹ Papa videlicet in rebus spiritualib⁹, quæ pertinent ad sacerdotiũ, & sub eo archiepiscopi, episcopi, & alii prælati inferiores. ¶ 2. Itẽ in tẽporalib⁹ sunt Imperatores, reges, & principes, in hiis q̃ ptinent ad regnũ, & sub eis duces, com̃, barõ, magnates sive vavasores, & milites: & etiã liberi, & villani, & diversæ potestates sub rege cõstitutæ. Comites vz. quia à com̃. sive à societate nomẽ sumpserunt, qui etiã dici possunt cõsules à cõsulendo: reges enim tales sibi associãt ad cõsulendũ & regendum populũ dei, ordinantes eos in magno honore & potestate & nomine quãdo accingunt eos gladiis. i. ringis gladiorũ. ¶ 3. Ringæ enim dicuntur ex eo q̄ renes girant & circundãt, & unde dicitur, accingere gladio tuo, &c. Et ringæ cingunt renes taliũ, ut custodiant se ab incestu luxuriæ, quia luxuriosi & incestuosi deo sunt abhominabiles. ¶ 4. Gladi⁹ autẽ significat defensionẽ regni & patriæ. Sunt & alii potentes sub rege qui dicuntur barones, hoc est robur belli. Sunt & alii qui dicuntur Vavasores, viri magnæ dignitatis. Vavasor enim nihil meliùs dici poterit quã vas fortitum ad valetudinẽ. ¶ 5. Sunt & sub rege milites, s. ad militiam exercẽdam electi, ut cum rege & supradictis militent, & defendant patriã & populũ dei. Sũt etiã sub rege liberi hoĩes & servi ejus potestati subjecti, & oĩs quidẽ sub eo, & ipse sub nullo, nisi tantũ sub deo. Parẽ autẽ nõ habet in regno suo, quia sic amitteret pceptum, cum par in parẽ nõ habeat ĩperiũ. Itẽ nec multo fortiùs superiorẽ, nec potentiorẽ habere debet, quia sic esset inferior sibi subjectis, & inferiores pares esse nõ possunt potentiorib⁹. Ipse autẽ rex, nõ debet esse sub homine, sed sub deo & sub lege, quia lex facit regẽ. Attribuat igitur rex legi q̄ lex attribuit ei, videlicet dominationem & potestatem, nõ est enim rex ubi dominatur voluntas & non lex. Et q̄ sub lege esse debeat, cùm sit dei vicari⁹, evidenter apparet ad similitudinem Jesu Christi, cujus vices gerit in terris, quia verax dei misericordia, cùm ad reparandum humanum gen⁹ ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimam elegit viã, quasi ad destruendum op⁹ diaboli nõ virtute uteretur potentiæ, sed justitiæ ratione: & sic esse voluit sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, noluit enĩ uti virib⁹, sed ratione & judicio. Sic & beata dei genitrix virgo Maria mater Dñi q̃ singulari privilegio supra legem fuit, p̄ ostendendo tamẽ humilitatis exẽplo legalib⁹ subdi nõ refugit institutis. Sic ergo rex ne potestas sua maneat infrenata, igitur nõ debet esse major eo in regno suo in exhibitione juris, minim⁹ autẽ esse debet vel quasi in judicio suscipiẽdo si petat. Si autẽ ab eo petatur (cũ breve nõ currat cõtra ipsũ) loc⁹ erit supplicationi, q̄ factũ suũ corrigat & emẽdet, q̄ quidẽ si nõ fecerit, satis sufficit ei ad pœnã, quòd

Dukes, Earls, Barons, vavasors, Knights

a/ Note the order of nobility.
b/ Note, petition to the king.

quòd dominum expectet ultorem. Nemo quidem de factis suis præsumat disputare, multo fortiùs contra factum suum venire.

CAP. IX.

1 De quarta divisione personarũ, quòd aut est sui juris aut alieni juris aut dubii. 2 Qui sunt sui Juris. 3 Qui sunt alieni Iuris. 4 Qui sunt in potestate patrũ.

Dictum est supra de statu personarum, nunc supponenda est alia divisio, ut per divisiones facilior tradatur doctrina: partitio enim sive divisio animum legentis incitat, mentem intelligentiæ præparat, memoriam artificiosè reformat. Est autem hæc divisio talis, quod omnis homo aut est sui juris, aut alieni, aut dubii, secundùm quosdam, qui dicunt statũ alicujus esse in suspenso, sicut de eo qui captus est ab hostibus, sed revera absurdum esset dicere aliquem eodem tempore nec in patris nec in sua potestate fuisse, ꝙ enim dicitur, pendente statu, verum est ratione futuræ fictionis postliminii, quod omnino separatur à jure. Si enim revertatur, fingitur non fuisse capt⁹, sed inspecto præsenti statu nunquam pendet, cùm lex dicat captum ab hostibus esse servum. Igitur possibile est quòd filium habeat in potestate sua, & generaliter vera est, quòd nulla præsentia, nulla præterita pendent. ¶ 2. Sui juris autem sunt omnes, qui non sunt in aliena potestate. Cognitis autem personis quæ sunt alieni juris, per consequens sciri poterit omnes alios esse sui juris. ¶ 3. In potestate aliena sunt servi, quæ quidem potestas dominorũ in servos à jure gentium est, quæ aliquando fuit & vitæ & necis servorum, sed nunc coarctata est per jus civile, ita ꝙ vita & membra sunt in potestate regis, ita ꝙ si quis servum suum occiderit, non minùs punietur quam si alienum occiderit, & in hoc legem habent contra dominos, ꝙ stare possunt in judicio contra eos de vita & membris propter sævitiam dominorum, vel propter intollerabilem injuriam, ut si eos destruant, ꝙ salvum non possit eis esse waynagium suum. Hoc autem verum est de illis servis qui tenent de antiquo dominico coronæ, sed de aliis secùs est, quia quandocunque placuerit domino, auferre poterit à villano suo waynagium suum & omnia bona sua. Expedit enim rei publicæ ne quis re sua malè utatur. Est autem effectus hujus dominicæ potestatis, quòd quicquid per servum justè acquiritur, id domino acquiritur vel quasi domino, sicut bonæ fidei possessori vel usurario vel fructuario. Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & ejus uxore nascitur, i. nepos tuus & neptis, æquè in tua potestate sunt, & ꝓnepos & ꝓneptis, & deinceps cæteri; qui verò ex filia tua nascitur in potestate tua non est, sed in patris ejus vel avi vel proavi. ¶ 4. In potestate autem patrum sunt filii qui nascuntur ex justo & legittimo matrimonio. Idem in nepotibus & pronepotibus quantum ad avos & proavos paternos. Et præsumitur quis esse filius hoc ipso quòd nascitur ex uxore, quia nuptiæ probant filium esse, & semper stabitur huic præsumptioni, donec probetur contrarium: ut ecce, maritus probatur non concubuisse aliquamdiu cum uxore, infirmitate vel alia causa impeditus, vel erat in ea invaletudine ut generare non possit, vel probatur quòd fuit absens per decennium & reversus invenit anniculum, hic qui in domo mariti nat⁹

est,

Of Persons sui juris and non sui juris

Those not sui juris

Servi

Children

eſt (licet vicinis ſcientibus) non erit filius mariti. Et de hac materia inveniri poterit plenius infra, de partu ſuppoſito.

Cap. X.

1 ¶ Qualiter diſſolvitur patria poteſtas & dominica. 2 De quadam ſubdiviſione perſonarum quæ ſunt in poteſtate aliena. 3 Qualiter ſolvitur dominica poteſtas in ſervis fugitivis.

DIctum eſt ſupra quēadmodū dominica & patria poteſtas conſtituatur: nunc autē dicendū qualiter diſſolvatur & tollatur, & ſciendū ꝙ tribus modis in liberis perſonis, videlicet morte naturali, morte civili & dignitate. Itē in ſervis, dominica poteſtas tollitur manumiſſione & morte naturali, ut ſi pater qui habet filiū in poteſtate moriatur, nā ejus filii incipiūt eſſe ſui juris, quāvis aliquando remaneant ſub tutela dominorū & ſub cura amicorum vel parentū. Mortuo verò avo patruo, nepotes ejus non ſunt ſui juris, ſed recidunt in poteſtatē ſui patris, ſi pater eorū vivat, cùm avus moriatur, & nullo modo exierint de patris poteſtate ꝑ emancipationē vel alium modum, ſicut ꝑ dignitatē. Itē morte civili, ut ſi pater dānetur ꝓpter aliquā feloniam cōmiſſā, vel alius anteceſſor, vel perpetuò exuletur, ſi autē relegetur ad tempus, nihilominus retinebit liberos in poteſtate ſua: quia ſua cùm remeabit habebit. Itē dignitate aliquando, ut ꝑ epiſcopalē dignitatē. Item ꝑ emācipationem ſolvitur patria poteſtas: ut ſiquis filiū ſuū foriſfamiliaverit cū aliqua parte hæreditatis ſuæ, ſecundū ꝙ antiquitùs fieri ſolet. Itē ſolvitur dominica poteſtas quādoq; manumiſſione, ut ſi domin⁹ ſervū ſuū manumiſerit, quacunq; ratione manumiſſionis, ſecūdū ꝙ inferiùs dicetur, de manumiſſionibus. ¶ 2. Prima diviſio perſonarū fuit talis, ꝙ oēs hoīs aut liberi ſunt aut ſervi, ſecunda, ꝙ quædā perſonæ ſunt ſui juris, & quædā alieno juri ſubjectæ: nunc ſequitur alia diviſio, ꝙ ꝑſonarū quæ non ſunt in poteſtate aliena, quædā ſunt in cuſtodia ſeu tutela dominorū, quædā in curatione parentū & amicorū, ſecundùm ꝙ inferiùs dicetur pleniùs, de cuſtodia & cura. Quædā verò neutro jure tenentur, ſicut illi qui ſunt plenæ ætatis. Et quibus modis finitur cura & tutela, dicetur pleniùs infra. Itē quædā ſunt ſub virga, ut uxores, &c. ¶ 3. Servi autē ſub poteſtate dominorū ſunt, nec ſolvitur dominica poteſtas quādiu manētes fuerint in villenagio levantes & cubātes, ſive terrā tenuerint ſive nō. Itē ſi nō ſunt manētes in villenagio ſed vagātes ꝑ patriā, euntes & redeuntes, ſēper ſub poteſtate dominorū ſunt, quādiu redierint, & cū cōſuetudinē revertēdi habere deſierint, incipiunt eſſe fugitivi ad ſimilitudinē cervorū domeſticorū. Itē ſi cùm vagātes fuerint ſicut mercatores vel mercenarii certis tēporib⁹ chevagiū ſolvūt (ꝙ dicitur recognitio in ſignū ſubjectionis & dominii de capite ſuo) & quādiu chevagiū ſolverint, dicūtur eſſe ſub poteſtate dominorū, nec ſolvitur dominica poteſtas. Et cū ſolvere deſierint, incipiunt eſſe fugitivi, & ſi aliquo ꝑdictorū modorū fugā fecerint, ſtatim ꝓſequi debent, & petētur infra tertiū vel quartū diem, donec fuerint cōꝑhenſi & reducti ubicūq; fuerint invēti, nec debet aliquis eos īpedire ratione alicuj⁹ libertatis vel privilegii, quia dn̄s ſervorū illorū ſēper retinet dominiū, donec illud amittat ꝑ negligentiā vel ꝑ violentiā, & injuſtam

injustā resistētiā,& cùm ille qui ꝑsequitur resistere nō possit, tūc oportebit ad superiorē recurrere, ut sibi ꝑquirat per breve: Nisi ita sit forte, ꝙ ille fugitivus infra annū, ad villenagiū suū revertatur, & à domino cōprehēdatur & detineatur, ꝙ quidē licitè potest facere dominus, quia ante ānū cōpletū nullum habere potest privilegiū fugitivus. Nec etiā si dominus infra annū clameū suū qualitercūq; apposuerit, si fugitivus post ānū redierit, licitè retinere poterit, nec currit tēpus cōtra dominū, cū res per clameū appositū efficiatur litigiosa. Et ꝑ hoc ꝑpetuetur actio imposterū & elidatur privilegium. Si autē dominus ille negligens fuerit in prosequēdo, & in clameo apponēdo qualitercūq;, si fugitivus revertatur post ānū, nō erit domino licitū nec tutū manū apponere, tamē post ānū potest fugitivus habere privilegiū, & se in statu libero defēdere ꝑ exceptionē, & sic solvitur dominica potestas. Et dicuntur servi esse in statu libero, donec dominus versus eos sibi ꝑquisierit ꝑ legē terræ, nec habebit potestatē aliquā in eis vel liberis suis, terris vel aliis bonis ipsorū, donec corpus, ꝙ principale est, disrationaverit, secundū ꝙ inferiùs dicetur. Cū autem dominus ꝑ negligētiā vel impotētiā sui seysinā de suo fugitivo amiserit, si resūptis virib[9] cōtra privilegiū, fugitivū reduxerit, vel cùm fugitivus redierit, ipsū retinuerit, pœnā debitā non evadet, cū hoc sit cōtra pacē. Sed si extra villenagium. s. ꝑ lapsū. 3, vel 4. dierū invētus fuerit cùm dominus negligēs fuerit in prosequutione, capi nō poterit nec detineri, nec magis quam liber homo, & si fuerit, inde habebit querelā de imprisonamēto. Infra plus de hac materia, de placito de Nativis & fugitivis, qualiter revocantur in servitutē, qui sūt extra potestatem dominorum & in fuga.

Of Fugitive Slaves

Cap XI.

1 ¶ *De diversis cōdicionibus personarū tenentiū in dominico domini Regis.* 2 *De liberis in manerio Regis.* 3 *Quòd sub potestate domini sunt liberi homines.*

IN dominico domini regis plura sunt genera hominū: sunt enim ibi servi, sive nativi āte cōquestū, in cōquestu, & post, & tenēt villenagia & ꝑ villana servitia & incerta, qui usq; in hodiernū diē villanas faciūt cōsuetudines & incertas, & quicquid eis præceptū fuerit (dū tamē licitū & honestū.) Fuerūt etiā in cōquestu liberi homines, qui liberè tenuerūt tenemēta sua ꝑ libera servitia, vel ꝑ liberas cōsuetudines, & cū ꝑpotētiores ejecti essent, postmodū reversi receperūt eadē tenemēta sua tenēda in villenagio, faciēdo inde opera servilia, sed certa & nominata, qui quidē dicūtur glebæ ascripticii, & nihilominus liberi, quia licèt faciāt opera servilia, cum nō faciūt ea ratione personarū, sed ratione tenemētorū, & ideo assisā novæ disseisinæ non habebūt, quia tenemētū est villenagiū, quāvis privilegiatū, sed nec Assisam mortis antecessoris: sed tātū parvū breve de recto, secūdū cōsuetudinē manerii, & ideo dicūtur glebæ ascripticii, quia tali gaudēt privilegio, ꝙ à gleba amoveri nō poterūt, quādiu solvere possūt debitas pensiones, ad quoscūq; pervenerit dominicū domini regis, nec cōpelli poterint ad tale tenemētū tenēdū nisi voluerint. Est etiā aliud genus hominū in manerio domini regis,

Of Servi in King's demesne.

Those holding in Villenage.

&

Those holding not in villenage

& tenēt de dominico & ꝑ easdē consuetudines & servitia villana, ꝑ quæ supradicti & non in villenagio, nec sunt servi nec fuerunt in cōquestu ut primi, sed ꝑ quandā conventionem, quam cum dominis fecerunt, & ita quod quidā eorum cartas habēt & quidam non. Et qui si à talibus tenementis ejecti fuerint, seisinam recuperabunt) sed secundum quosdā) ꝑ assisā novæ disseisinæ, & cum assisam novæ disseisinæ habuerint, hæredes habebunt assisam mortis antecessoris. ¶ 2. Sunt & alia genera hominum in maneriis & dominicis domini regis, qui sicut alibi tenent liberè & in libero socagio & a ꝑ servitium militare ex novo feoffamento & post conquestum. ¶ 3. Itē sub potestate dominorum sunt liberi homines possessi ut servi & qui aliquando in libertatē proclamant, & qui dici poterunt statu servi cùm sint liberi b eadem ratione qua servi dici poterunt statu liberi cùm sint fugitivi, & extra potestatē dominorum, de quibus pleniùs dicetur infra.

Cap. XII.

1 ¶ *De rebus & rerum divisione.* 2. *Prima divisio.* 3. *Secunda divisio.* 4. *Tertia divisio.* 5. *Quædam res sunt communes secundùm divisionē inferius.* 6. *Quædam publicæ.* 7. *Quædam universitatis.* 8. *Quædam sacræ & religiosæ quæ sunt deo consecratæ.* 9. *Quædam singulorum.* 10. *Quædam nullius.*

Superiùs dictum est de personis & statu hominum & jure personarum: consequenter dicendum erit de rebus ꝑ divisionem, quia res ꝑ divisionem meliùs aperiuntur. ¶ 2. Rerum autem prima divisio hæc est, ꝙ rerum quædam sunt in patrimonio nostro, & quædam extra. In patrimonio nostro sunt res tam mobiles quam immobiles, quibus ꝑ voluntate & necessitate nostra nobis uti licet de quibus satis patebit inferiùs. Extra patrimoniū autē dicūtur res sacræ & religiosæ & cōmunes. Quædam verò nec sunt in patrimonio nec extra, sicut jura & servitutes, usûs fructus. Item actus, via & aquæ duct⁹ & hujusmodi, & ideò non dicuntur servitutes esse in bonis, quia per se & sine fundo alienari non possunt. Item prædiales servitutes per se non censentur, & ideò videntur non esse, vel extinctæ esse si censeantur per se. Nam & manica videtur extincta cùm non accedit vestimento, & tignum videtur non possideri, cum non accedit ædificio, sed tamen non dicuntur istæ servitutes esse extra bona, cū possidentes exceptionē, & non possidentes habeant actionem. ¶ 3. Fit & alia & secūda divisio rerū, quia aliæ sunt corporales, aliæ incorporales. Corporales verò sunt quæ tangi possunt, sicut terra, fundus, res immobiles vel res mobiles quæ se movere possunt, sicut animalia vel hujusmodi, vel moveri. Incorporales verò sunt, sicut sunt jura, quæ videri non possunt nec tangi, ut jus eūdi, agendi, aquamvè ducēdi, & hujusmodi, quæ nō possidētur sed quasi. ¶ 4. Est & tertia divisio rerum, ꝙ aliæ sunt communes, aliæ publicæ, aliæ universitatis, aliæ nulli⁹, & aliæ singulorum, q̄ variis ex causis, cuiq; acquiruntur. ¶ 5. Naturali verò jure cōmunia sunt omnia hæc, aqua ꝓfluēs, aēr & mare, & littora maris quasi maris accessoria. Nemo enim ad litt⁹ maris accedere ꝓhibetur, dum tamen à villis & ædificiis abstineat, quia littora sunt de jure gentiū cōmunia sicut & mare. Ideò ædificia si in mari sive in littore posita fuerint, ædificantiū

a/ Note ex novo feoffamento &c.
b/ See more of Servi pa. 24. of Services & Tenure 35 pa.

sunt de jure gentium, & ita in hoc casu solū cedit ædificio, licet alibi cōtrariū, quia ædificium cedit solo. ¶ 6. Publica verò sunt oīa flumina & portus. Ideoq̄ jus piscādi oīb⁹ cōmūe est in portu & in fluminib⁹. Riparū etiā usus public⁹ est de jure gentiū, sicut ipsius fluminis. Itaq̄ naves ad eas applicare, funes arborib⁹ ibi natis religare, on⁹ aliq̄ in iis reponere, cuivis liberē est, sicuti p̄ ipsum fluvium navigare: sed ꝓprietas earum est illorum, quorū p̄diis adhærent, & eađ de causa arbores in eisđ natæ eorunđ sunt: & hæc intelligenda sunt de fluminib⁹ ꝑhennib⁹, quia temporalia possunt, esse privata. Nota hîc differentiā inter publicum & cōmune. Publica autem ita accipiunt̄ q̄ sunt oīum populorum. i. quæ spectant ad usum hominum tant̄. Cōmunia verò dici poterunt aliquādo q̄ sunt oīum animantiū. ¶ 7. Universitatis verò sunt (non singulorum) q̄ sunt in civitatib⁹, ut theatrū, stadia & hujusmodi, & si qua sunt in civitatib⁹ cōmunia. Dicunt̄ verò theatra à theorando. i. inspiciendo. Stadium verò dicit̄ octava pars milliarii, q̄ (ut dicitur) Hercules uno anhelitu currebat & postea stabat. Et dicunt̄ ista universit̄ dominio & usu. Usualia autem dicunt̄ universitatis esse non usu, sed dominio & fructu, ut fundi & servi. i. civitat̄, qui ita sunt oīum civium, ita q̄ nullius ꝑ se. ¶ 8. Res verò sacræ, religiosæ & sāctæ in nullius bonis sunt: q̄ enim divini juris est, id in nullius hominis bonis est, immò in bonis dei hominum censura. ¶ 9. Item sunt res singulorum ut mea & tua, dominio & usu, sicut fundi, civitates & servi. Et sunt sacra q̄ ritè & ꝑ pōtifices deo cōsecrata sunt, veluti ædes sacræ & religiosæ, & dona quæ ritè ad ministerium dei dedicata sunt, ut calices, cruces, & thuribula, q̄ alienari ꝓhibentur, excepta causa redēptionis captivorū. Itē loca sacra sunt cœmiteria & capellæ & ecclesiæ, & licet ædificia diruant̄, adhuc loc⁹ sacer manet. Et differt sacrū à sacrario, quia sacrarium dicitur locus ubi sacra reponūt̄. Sacræ etiam res sunt, veluti muri & portæ civitat̄, & ideò dicuntur muri sancti, quia pœna capitalis constituta est in eos qui aliquid in muros sanctos delinquunt, violando aliquid in hiis vel immittendo, vel transcendendo, scalis adhibitis, vel alia qualibet ratione: quia hostile est & abhominabile aliàs ingredi quā per portas, dicitur enim sanctum q̄ defensum est & munitum ab injuria hominū, & lex illa specialiter dicitur sanctio, quia pœnā imponit injurioso. Muros verò municipales reficere non licet alicui ad privat̄ cōmodū, sed ad publicā utilitatem. ¶ 10. Res quiđ nullius esse dicuntur plurib⁹ modis, natura sive jure naturali, ut feræ bestiæ, volucres, & pisces. Item censura (ut dictum est) sicut res sacræ, religiosæ & sanctæ. Item casu, sicut est hæreditas jacens ante aditionem: sed fallit in hoc, quia sustinet vicem ꝑsonæ defuncti, vel quia sperat̄ futura hæreditas ejus qui adibit. Dicuntur etiam res in nullius bonis esse, quæ habitæ sunt ꝓ derelicto. Itē tēpore dicunt̄ res in nulli⁹ bonis esse, ut thesaur⁹. Itē ubi nō apparet dn̄s rei, sicut est de wrecco maris. Itē de hiis quę ꝓ wayvio habēt̄, sicut de averiis ubi nō apparet dn̄s, & q̄ olim fuerūt invētoris, de jure naturali jā efficiunt̄ principis de jure gētiū. Itē sunt res natura nulli⁹, ubi natura nō patitur q̄ posset esse alicuj⁹,

sicut

ſicut ſunt liberi homines, liberi enim homines exempti ſunt à dominio & commercio, & illud idem dici poterit de ſervo ægrotante quem dominus abjecit, lex enim facit ei ut ſit liber.

HENRICI DE BRACTON de Legibus & conſuetudinibus Angliæ. Liber ſecundus.

Cap. I.

1 ¶ *Qualiter acquiruntur rerum dominia: de Iure naturali ſive gentium per occupationem, & de feris beſtiis. 2. De Piſcatione, venatione & apprehenſione & apium incluſione. 3. De manſuetis beſtiis & avibus.*



Ictum eſt ſupra de rerum diviſione, nunc autē dicēdum eſt qualiter dominia rerū acquiruntur, de jure naturali ſive gentium: ut à vetuſtiore jure incipiatur, quod cum ipſo genere humano rerū natura prodidit, & poſt dicendū erit de jure civili, quod poſtea eſſe cepit, cùm & civitates cōdi, & magiſtratus creari & leges ſcribi ceperunt. ¶ 2. Jure autē gentium ſive naturali dominia rerū acquiruntur multis modis. Inprimis per occupationē eorū quæ non ſunt in bonis alicujus, & quæ nunc ſunt ipſius regis de jure civili & non cōmunia ut olim: ſicut ſunt feræ beſtiæ, volucres & piſces, & om̄ia animalia quæ in terra & in mari & in cœlo & in aëre naſcūtur ubicūq; capiātur, & cū capta fuerint incipiunt eſſe mea: quia mea cuſtodia coercētur, & eadē ratione ſi evaſerint cuſtodiam meā & in naturalē libertatē ſe receperint, deſinūt eſſe mea & rurſ⁹ fiūt occupātis. Recipiunt autē naturalē libertatē tunc, cū vel oculos meos effugerint in aëre libero & non ſub captura mea, vel ita ſunt in cōſpectu meo ut impoſſibilis ſit eorū ꝓſecutio. ¶ 3. Item cōtinet occupatio piſcationē, venationē & apprehēſionē. Et nec ſola ꝓſequutio facit rē eſſe meā. Nā etſi ferā beſtiā vulneraverim ita ut capi poſſit, nō tamē eſt mea niſi eā cepero, imò erit potiùs occupātis, quia multa accidere ſolēt nè capiā. Itē ſi in laqueum quē venādi cauſa tetēdi aper inciderit, & cū coertione eū exēptū abſtuli, erit meus, ſi in poteſtatē meā pervenerit, niſi conſuetudo vel privilegium ſe habeat in cōtrarium. Cōtinet & occupatio incluſionē, ut in apibus quarum fera eſt natura, nā ſi in arbore mea conſederint, non magis ſunt meæ antequàm à me alveo includantur, quàm volucres qui in arbore mea fecerint nidum, & ideò ſi alius incluſerit eas, earum dominus erit. Examen etiam quod ex alveo meo evolaverit eò uſque meum eſſe intelligitur quamdiu in cōſpectu meo eſt, nec ſit impoſſibilis ejus ꝓſequutio, alioquin occupantis ſit, ſed ſi quis illud ceperit, ſuum non facit ſi ſciverit ipſum eſſe alienum,

num, sed furtū facit, nisi animum habeat restituendi. Et hæc vera sunt, nisi aliquando de consuetudine in quibusdam partibus aliud fiat. ¶ 4. Hæc quæ dicta sunt locum habent in animalibus, quæ omni tempore fera permanserunt: si autem animalia fera facta fuerint mansueta, & ex consuetudine eunt & redeunt, volant & revolant, ut sunt cervi, cygni, pavones & columbæ & hujusmodi, alia regula comprobata est, ut eousque nostra intelligantur, quamdiu habuerint animum revertendi. Nam si revertendi animum habere desierint, nostra desinunt esse. Revertendi autem animum videntur desinere habere, cùm consuetudinem revertendi deseruerint. Idemque dicitur de gallinis & anseribus feris factis, ex mãsuetis. In domesticis verò tertia regula comprobata est, quòd licet conspectum meum effugerint anseres mansueti & gallinæ, quocunq; tamen loco sunt, mei intelliguntur esse, & furtum facit qui ea animo lucrandi retinuerit. Habet etiam locum ista species occupationis in iis, quæ ab hostibus capiuntur, ut si liberi homines in servitutem nostram deducantur, & potestatem nostram evaserint, pristinum statum recipiunt. Item locum habet eadem species occupationis in iis quæ communia sunt, sicut in mari & littore maris, in lapillis & gemmis, & cæteris in littore maris inventis. Idem etiam in insulis in mari natis, & in similibus, & in rebus pro derelicto habitis, nisi consuetudo se habeat in contrarium propter fisci privilegium.

Cap. II.

1. ¶ De modo acquirendi per accessionem, & quid est alluvio. 2. De insulis natis in flumine. 3. De accessione quæ fit humana natura operante per adjunctionem specierum. 4. De ædificiis quilibet. 5. De literis & picturis. 6. De accessione quæ fit divina natura & humana operante, & de planta.

Acquiruntur etiam jure gentium rerum dominia, per accessionem discretam, vel secretam, concretam seu continuam, & quæ ex animalibus dominio tuo subjectis nata sunt, tibi acquiruntur. Item quod per alluvionem agro tuo flumen adjecit, jure gentium tibi acquiritur. Est autem alluvio latens incrementum, & ꝑ alluvionem adjici dicitur ꝙ ita paulatim adjicitur, quòd intelligere non possis quo momento temporis adjiciatur. Nam etsi tota die infigas intuitū tuum, imbecillitas visus tam subtilia incrementa perpẽdere non potest, ut videri poterit in cucurbita & similibus. Si autem non sit latens incrementum imò apparens, contrarium erit, ut ecce, vis fluminis partem aliquã ex tuo prædio detraxit & vicini prædio appulit, certū est eam tuam permanere, & si longiori tẽpore fundo vicini adhæserit, & arbores quas secum traxerit in eum fundū radices egerint, ex eo tempore videntur fundo vicini acquisitæ. Dabitur tamen priori domino utilis vendicatio, secundùm quosdã, sed cessat rei vendicatio, quia alterius facta est crusta, & alia dicenda est arbor aliæ terræ alimento. ¶ 2. Habet etiam locū eadẽ species accessionis in insula nata in flumine, quæ si quidẽ mediam partẽ fluminis teneat, cõmunis est eorū qui ꝑ indiviso ab utraq; parte fluminis propè ripã prædia possidẽt, ꝑ modo latitudinis cujuscunq; fundi, quæ latitudo propè ripam sit, ꝙ si alteri parti proximior sit, eorū est tantùm qui

ab ea parte ꝑpe ripam prædia possident. Si autem insula in mari nata sit, ꝙ raro accidit, occupatis fit, nõ tamẽ credas ꝓpriũ alicujus agrum in formam insulæ redactum, insulã esse, ut ecce, flumen dividitur in suꝑiori parte & circuit agrũ alicuj⁹, & demũ infra unitur, quo casu ej⁹ erit ager cuj⁹ prius fuerat. Cavendũ quoq; erit in metienda vicinitate insularum, quia potest quis in hoc de facili decipi. Ponatur igitur punct⁹ quidã in medio int̃ utrumque agrũ, & secundum hoc, si insula citra punctũ sit, vel huj⁹ tantũ, vel illi⁹ tantum erit. Si autẽ sit & citra punctũ, & in ipso pũcto, & ultra, tunc ꝓ indiviso cõmunis erit, ut tantũ mihi de ipsa insula cedat, quantũ cõtinetur à medietate puncti usq; ad agrũ meũ, & sic fiat in ꝑsona vicini quoad divisionem. Et videtur ꝙ vicinitas & remotio insulæ considerari debet secundum principium nativitatis suæ, & inde erit, ꝙ si int̃ insulã quæ mihi ꝓximior est & cõtrariã ripam vicini, quæ est ultra flumen alia sit nata insula, mẽsura fiet à mea insula & non ab agro meo. Et hæc oĩa tenenda sunt in insula quæ alvei solo adhæret & non quæ virgultis sustentatur. Si autẽ insula rotunda inveniatur, difficile erit eã metiri, hoc tamẽ observetur, ꝙ omne ꝙ ꝓpinqui⁹ est, mihi cedat, & ita vicino cedat ꝙ ei vicini⁹ erit, & hoc nunquã fallet. Habet etiam locum hæc in agris nõ limitatis: nam in limitatis nõ habet locũ jus alluvionis. Sunt autẽ limitati, qui assignantur aliquib⁹ certis locis & certis t̃minis, ubi scitur quid cui sit datum, quid retentũ & relictũ. Præterea agris limitatis non cedit insula ratione vicinitatis in flumine publico, imò conceditur occupanti, & ꝑ consequens regi ꝓpt̃ suum privilegium. Habet etiam locum eadẽ species accessionis in alveo fluminis, à flumine derelicto. Cedit enim eis qui ꝓpe ripam fluminis prædia possident, ꝓ modo. s. latitudinis cujuscũq; agri, quæ latitudo prope ripam sit. Nov⁹ autẽ alve⁹ ejusdem juris incipit esse, cuj⁹ & ipsum flumen. i. publicũ. Flumen enim alveum sibi constituendo agrum privatum facit publicum & publicum privatũ. Et ideò dicuntur flumina vice Censitorum. i. judicum vel principũ fungi. Judex enim vel imꝑator sæpè ꝙ uni⁹ est alteri adjudicat, justè vel injustè, bona fide vel mala. Sed ubi flumẽ mihi abstulit meum prædiũ ꝑ alvei cõstitutionẽ, deinde redit ad antiquum alveũ, de jure stricto in prædio quodã meo nihil possum vendicare: cedit enim iis qui ꝓpe ripam prædia habent, de æquitate tamen vix obtinet hoc. i. nullo modo obtinet. Ubi autẽ flumẽ alveum sibi nõ cõstituit in agrũ meũ sed illũ inundaverit, non immutatur species ej⁹ quãtũ ad ꝓprietatẽ. ¶ 3. Hæc de accessione quæ fit tãtum divina natura oꝑante. Est & alia, quæ fit tantũ humana natura oꝑante, quæ fit ꝑ adjunctionẽ uni⁹ speciei ad alterã, ejusdem generis vel diversi, ꝑ applumbaturã vel ferriliminationẽ, secundum qd' infrà legitur, & ibi dicitur, quæ pars alteri debet accrescere. Si autẽ ꝑ applumbaturã, minor cedit majori vel preciosiori: sed si neutra preciosior, quilibz suũ vẽdicabit. ¶ 4. Vendicat etiã sibi locũ jus accessionis in ædificiis ꝑ humanæ naturæ laborẽ, ut si quis in solo suo alienam materiã ædificavit, ipse dñs intelligitur ædificii, quia omne qd' inædificatur, solo cedit. Nec tamẽ is qui materiæ dñs fuerat, dñs esse desinat, nec suũ potest eximere, sed ꝓ eo duplũ cõsequetur, & si dirutũ sit ædificiũ, ꝙ suũ fuerit vẽdicare poterit, nisi fuerit duplum cõsequut⁹. E cõtrario autẽ, si quis de suo in ali-

alieno solo ædificaverit mala fide, materiã p̄sumitur donasse, si autem bona fide, solvat dominus soli, precium materiæ & mercedẽ fabricatorũ. Hoc autem, ꝙ prædictum est, locum habet si ædificium sit immobile, si autẽ mobile, aliud erit, ut ecce, horreum frumentariũ novum ex tabulis ligneis factum, in prædio Semphronii positum, non erit Semphronii. ¶ 5. Hæc eadem species accessionis, ꝑ humanæ naturæ solicitudinẽ potest assignari in literis. Literæ enim licèt sint aureæ perinde mẽbranis, chartisve cedunt, sicut ea solo cedere solent quæ ædificantur vel inseruntur. Sed in picturis erit cõtrarium. Ridiculosum enim esset preciosam picturã ꝑ accessionem cedere vilissimæ tabulæ: & ideò tabula cedit picturæ, ut in Institutis pleniꝰ inveniri poterit, & in sũma Asonis, ꝙ in casu deterior est cõditio possidentis. Itẽ in eodem, ꝙ melior est cõditio possidẽtis ꝓpt̄ duplex beneficiũ possidendi. Itẽ in eodẽ, ꝙ ubi obscura sunt utriusq; jura, ꝓ possessore judicabitur. Potest etiã eadem species assignari in texturis: Nã si alienã purpurã quis intexuerit in vestimẽto suo, licèt preciosior sit purpura, tamen cedit vestimẽto jure accessionis. Item eadẽ species accessionis potest assignari in fructuariis & usuariis circa fructuũ obventionem. ¶ 6. Alia autem accessio erit divina natura & humana cooperãte, & quæritur ex ea dominiũ, ut ecce. Titius alienã plantã in solo suo posuit, ipsius erit planta. Et ex diverso, si Titius suã plantã in Menii solo posuerat, Menii erit planta, si modò utroq; casu radices egerit, unde versus. Quicquid plãtatur, seritur vel inædificatur, omne solo cedit, radices si tamẽ egit. Sed antequã radices egerit, ꝑmanet ejus, cujꝰ priꝰ fuerat, & hæc est adeò verũ ut si vicini arbor ita terrã Titii oppresserit, ut in ejus fũdo radices egerit, Titii erit arbor. Ratio enim non ꝑmittit ut alteriꝰ sit quàm ejꝰ, in cujꝰ fundo radices egerit. Item si in confinio arbor posita sit & in vicini fundo radices egerit, communis erit, nec licebit vicino radices excidere. Et hoc verũ est si arbor mea in vicini fundo radices egerit, sine quibus vivere non possit, quòd cõmunis esse debeat, si autẽ satis vivere possit sine radicibꝰ illis, non erit communis. Qua autem ratione plantæ solo cedunt cùm radices egerint & ædificia immobilia, eadẽ ratione cedunt frumenta cùm sata fuerint, & solo coaluerint, sive fortuito casu ceciderint in terram, sive non.

Cap. III.

1 ¶ *De modo acquirendi per specificationem.* 2. *Item per confusionem.* 3. *Item per inventionem.*

1. ACquiritur & nobis res per specificationem, ut si quis de aliena materia speciem fecerit aliquam, dominus erit speciei qui fecit. ¶ 2. Est & alius modus acquirendi per confusionem. Confunduntur itaque liquida, ut mel & vinum. Confunduntur etiam solida, licèt cum difficultate magna, vz. species, sicut aurum & argentum, plumbum & ferrũ, & ꝙ ex iis redigitur erit commune (sive separari possit sive non) inter eos, de quorũ voluntatibꝰ corpora sive species confunduntur, si autem casu fortuito fiat confusio & separari non possunt, idem erit. Si autẽ separari possunt materiæ, unusquisq; partem ponderis & mensuræ habebit, quam habuit in rudi materia. Si autẽ frumentũ alicujus mixtũ fuerit cum frumento alterius, non erit frumentũ

inter eos cõmune, sed quilibet de acervo suo vẽdicabit partem, ꝓ modo sui frumenti. Nec fieri poterit cõmunicatio frumenti, quia singula corpora manẽt in sua substantia, ac si pecora Ticii tuis pecorib⁹ essent mixta, & ubi non intelligitur ꝙ grex sit cõmunis, & quamvis valdè difficile sit & quasi impossibile separare frumentum meum à frumento tuo, satis tamen dici poterit ꝓ parte indivisa dari vendicationem, quasi acervus frumenti sit cõmunis, ut vendicet tantum de acervo quantũ fuerat suũ, & differt cõfusio à mixtione in tribus: species enim dicuntur misceri & materiæ confundi. Item species mixtæ remanent in eadem substantia & specie, confusæ autem transferuntur in aliã materiam. ¶ 3. Acquiritur & dominium per inventionem, ut si thesaurus inveniatur: secundùm quod dicetur inferiùs inter placita coronæ.

Cap. IV.

1. *De diversis modis acquirendi ex jure civili.* 2. *De quadam recapitulatione de quadam divisione Rerum.* 3. *De Servitutibus.*

¶ Acquiritur etiam jure civili multis modis, vz. ex causa donationis, ex causa successionis, ex causa testamentaria & aliis pluribus modis, secundùm ꝙ inferiùs dicetur. Acquiritur etiam res corporalis ꝑ traditionem, quia res corporalis patitur traditionẽ, quod non faciunt res incorporales, ut sunt jura. Et quid sit traditio & quæ sufficiũt ꝓ traditione, dicetur infra pleniùs, de donationib⁹. ¶ 2. Est & alia divisio rerũ de qua superiùs dicitur in parte, ꝙ aliæ sunt corporales, aliæ sunt incorporales. Corporales sunt hæ, quæ sui natura tangi possunt, qualia sunt homo, fundus, vestis, aurum, argentum & aliæ res innumerabiles, quæ omnes numerari nõ possunt, ꝓpt̃ earũ multitudinẽ, & ideò dicitur natura sui, licèt res tangi non possunt, ꝓpt̃ casũ fortè, quia res cecidit in ꝓfundũ maris, vel ꝓpt̃ difficultatem, sicut stellæ cœlo infixæ, quæ res corporales sunt, licèt tangi non possũt prædictis rationibus, tamen tangibilia sunt. Itẽ corporales res sunt fumus & aër. Est enim aër unũ ex quatuor elementis, ex quibus omnia corpora cõstant & creantur. Illud idẽ etiã est ꝙ assumitur & remittitur à corpore, sicut flatus & anhelitus. Incorporales verò res sunt quæ tangi non possunt, qualia sunt ea quæ in jure cõsistũt, sicut hæreditas, usus fructus, advocationes ecclesiarũ, obligationes, & actiones, & hujusmodi. Nec obstat ꝙ in hæreditate, usu fructu & hujusmodi, corporales res cõtineantur: nam ꝙ ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumq; corporale est, veluti homo, fundus, pecunia & hujusmodi, sed ipsũ jus hæreditatis. i. ipsum ius, ꝙ est hæreditas, incorporale est. Et ita dicendum est de jure utendi, fruendi & jure advocationis & obligationis & etiã de jure rusticorũ prædiorũ. Incorporales etiã res sunt, licèt in jure non cõsistant, sicut sunt genera & species, calodæmones & cacodæmones, anima mundi & animæ hominũ. ¶ 3. Quia verò servitutes cõnumerantur inter alias res incorporales, videndũ est de servitutibus. Est enim quædã servitus qua homo fit serv⁹ hominis, sed de ea non tractatur hic, sed de illa qua subjicitur prædiũ prædio, sed fit tamẽ ad similitudinẽ ejus qua homo fit serv⁹ hominis, ut sicut illa cõstitutio dicitur jus gentiũ, quasi quis dominio alieno cõtra naturã subjicitur. Et hoc idẽ dicatur de servitute, sive de cõstitutione qua domus domui,

domui,& rus ruri subjungitur,& ita dicuntur servitutes urbanæ & rusticæ. Et quæ istæ sunt,& quis eas constituat,& cui,& qualiter,& cum constituantur, & qualiter amittuntur, inferiùs dicetur.

Cap. V.

1 ¶ De acquirendo rerum dominio ex causa donationis inter vivos. 2. Quid sit donatio. 3. Qualiter dividitur donatio. 4. Quis donare possit. 5. Quis donare non possit. 6. Cui donari possit. 7. Quæ res dari possit, & quæ non. 8. Quæ exiguntur ad hoc quòd valeat donatio. 9. Breve ad inquirendum in quo statu fuit donator quando fecit donationem. 10. Breve si donator sit cōpos mentis. 11. Breve de summonendo tenentem. 12. Quòd certa sit res quæ dari debet. 13. Quòd donatio sit gratuita & non coacta. 14. Quid sit metus.

Quoniam inter alias causas acquisitionis,magna,celebris,& famosa est causa donationis,ideò donatio sibi vendicat secūdum locum: Quia p eam magis acquiritur & sæpius quàm p aliam, & unde imprimis videndū est quid sit donatio & qualit̄ dividatur,quis donare possit & quis non. Item quæ res possit donari & quæ nō,& cui dari possit & cui non. Itē quæ exigantur ad hoc q valeat donatio. Itē qualit̄ acquiratur possessio & qualit̄ transferatur ab uno ad alium,& cùm fuerit acquisita, qualit̄ amittatur, & cùm amissa fuerit qualit̄ restituatur. ¶ 2. Est autem donatio quædam institutio, quæ ex mera liberalitate & voluntate, nullo jure cogente,procedit,ut rem transferat ad aliū,& est (dare) rem accipientis facere cum effectu, alioquin inutilis erit donatio,quæ irritari poterit & revocari: ut si fiat de re aliena, quia non videtur quis possessionem adept⁹,qui eam ita nactus est ut illā retinere non possit, & tamen si res aliena donetur, erit donatio valida quoad dātem & quoad accipientē ab initio, licèt invalida sit quantū ad verū dnm & illū qui jus habet,erga quem nullo tēpore erit valida, nisi p cōfirmatiōnem ej⁹ qui illam infirmare poterit.s.veri dñi vel ejus hæredis,vel p eorum ratificationē vel ratihabitionē, vel p cursū temporis, q omniū excludit actionem. ¶ 3. Videndum erit qualit̄ dividitur donatio,dividitur sic,q donationū alia inter vivos, alia mortis causa,sicut ex causa testamētaria, de qua inferiùs dicetur. Itē donationū alia simplex & pura.s.quæ nullo jure civili vel naturali cogēte,nullo precio,metu vel vi interveniente,ex mera & gratuita liberalitate donātis pcedit:& ubi in nullo casu velit donator ad se reverti q dedit vel q se daturū promisit,sive fiat donatio purè sive in diē,nisi fiat sub cōditione vel sub modo. Itē alia fit ob causā,ubi.s.causa inponitur ut aliquid fiat vel nō fiat,in quā speciē cadit donatio causa dotis,vel mortis, vel hujusmodi,ut,si quis ea mēte dederit,ut tūc demū fiat accipientis, cùm aliquid fuerit subsequutū.i.si aliquid factū fuerit vel nō factū. Et hoc gen⁹ donationis im pprie dicitur donatio,cùm fiat sub cōditione,& si quid detur ea mēte,ut statī fiat accipiētis,si tamē aliquid factū sit vel nō factū,q id ad se debet reverti,velit donator,nec hoc pprièdicitur donatio,sed talis vz.quæ resolvitur sub cōditione,secūdū q pleniùs dicetur inferiùs,de donationib⁹ a cōditionalib⁹. Qualis autē debet esse,dicetur infra in titulo,qui loquitur de illis,quæ exigātur ad hæc,q valeat donatio. Itē donationū quædā justa & quædam injuriosa. Justa autem poterit esse si fiat de re ppria, si autem fiat

Donatio

a/Vid: infra

 de

de re aliena,erit injuriosa,& ea à vero domino poterit revocari. Item donationum, quædã libera & pura,& quædã sub cõditione vel sub modo suspensa. Item quædã absoluta & larga,& quædã stricta & coarctata,sicut certis hæredibus,quibusdam verò à successione exclusis, ut si fiat donatio certis hæredibus & psonis,vel si ab initio larga fuerit & fuerit postmodùm ex cõventione coarctata,ita quòd donatori' rem sibi datam dare vel vendere non possit certis psonis, vel non nisi certis psonis,quod quidem facere poterit quilibet, nisi ubi pactũ intervenerit in initio donationis, quòd hoc ei facere non liceat cõtra pactum. Item donationum alia incepta & non perfecta,ut si de donatione convenerint, & instrumentũ inde confectum fuerit & homagium captum,tamẽ non sufficiunt hæc omnia,nisi traditio subsequatur. Item poterit donatio esse simplex præloquutio,quæ non sufficit p donatione. Item poterit fieri donatio cum charta vel sine charta,quia licet charta non intervenerit, valida poterit esse donatio, dum tamen donatio pbari possit aliis legittimis documentis,unde non sufficit tantùm probare chartam,nisi pbetur & donatio. Sed è converso, poterit charta esse vera & valida p se,licet donatio fuerit imperfecta,& è cõtrario. Item donationum quædam valida esse possunt ab initio,& invalida fieri ex post facto,& è cõverso. Item valida poterit esse donatio statim ab initio inter quasdam psonas,& invalida & suspensa quantum ad alias psonas,ut si quis rem alienam dederit alicui,ut suprà dictum est. Item donationũ quædam ab initio tam valida tam perfecta,quòd irritari non poterunt nec revocari. Itẽ est & alia quæ ab initio est aliqua & incepta, sed tamen non pfecta & p cõfirmationem pficitur & convalescit,ut suprà dictum est:ut si incepta fuerit,sed traditio in vita donatoris non subsequuta, p cõfirmationem veri hæredis post mortem antecessoris,cùm ei jus descenderit & non antè,valida efficitur & confirmatur,quia confirmatio omnem supplet defectũ. Itẽ ab initio poterit esse perfecta & tamen in pendenti erit donatio donec p ratificationẽ confirmetur, ut si minor dum fuerit infra ætatem donationem fecerit, in pendenti erit donatio,quousq; fact' major, p ratihabitionem,illã confirmaverit,vel per integram restitutionem illam revocaverit, & in multis aliis casib'. ¶ 4. Item videndum quis donare possit & quis non:& sciendum q donare potest omnis qui à lege vel jure non phibetur. Donationẽ verò facere potest,qui est major & plenæ ætatis de quocunq; tenemento,dum tamen sit sanæ mentis,& in seysina,& rerum suarum habuerit administrationem. Item dominus rei, & non dominus,senex,& valitudinarius,masculus,& fœmina, liber, & servus aliquando. Item legittimus, & bastardus in suo casu, cùm hæredes de corpore suo habuerit vel assignatos. Itẽ tam ille qui habet liberum tenementum,sicut ad vitã suã, quàm ille qui pprietatem habet & feodũ. Item licèt liberũ tenementũ non habuerit,donationem potest facere quis,dum tamẽ in seysina fuerit aliqua justa de causa,sicut ad terminum annorũ,vel ratione custodiæ. Idẽ erit si nullã justã causam habuerit,ut si per intrusionẽ,vel disseysinã,& cùm sit in seysina aliis donare poterit,licèt non cum effectu,& aliis p donationem facere liberũ tenementum,quod quidem ipse non habuerit. Item convalescit donatio facta à furioso, sicut à minore,

Who may make a donation

si

si sanæ mentis effect᷒, donũ illud cõfirmaverit, vel ratũ habuerit. Itẽ donationẽ facere poterit, ex cõsuetudine speciali, ille qui est infra ætatem xxi. in annũ ætatis suæ xvi. sicut in villa de Gipwico, quia ibi potest facere donationem ille qui est xvi. annor. ¶ 5. Itẽ quis donationẽ facere nõ possit videndũ est. Et sciendum ꝙ ꝓhibẽtur donationẽ facere omnes, qui generalẽ & liberã rerum suarũ nõ habẽt administrationẽ, sicut illi minores qui sunt sub tutela vel cura, & se ipsos regere nõ norunt, accipere autẽ poterũt (tutore authore) & cõditionẽ suã meliorẽ facere. Dare autẽ nõ poterũt nec cõditionẽ suã deteriorare. Dare autem ideò non possunt, quia donationi cõsentire non poterũt, nec cum authoritate tutoris nec sine. Item nec surd᷒ qui omnino nõ audit. Secùs autem si tardè audit, quia tunc potest dare. De muto autem qui omnino loqui nõ potest, id idem erit dicendũ, possunt enim cõsentire (secundùm quosdã) ꝑ signa & nutum. Et generalitèr tenendũ est ꝙ mutus donationẽ facere nõ potest, quia donationi cõsentire nõ potest, sicut nec furiosus, nec mẽte capt᷒, nisi lucidis gaudeat intervallis, sicut ille qui est infra ætatem, vice autem minoris fungitur ecclesia dei. Item nec ille donare potest qui ab hostib᷒ capt᷒ est, quãdiu fuerit in custodia eorũ & sub potestate, quia nec possidere potest qui ab aliis possidetur, nec aliquid dare potest cum effectu, quia nihil possidet. Idem dici possit de servo ratione prædicta, quia nihil dare potest cum effectu, quia nihil possidet, dum ab aliis possidetur. In pendenti autẽ sunt hujusmodi donationes (secundùm quosdã) donec cõfirmentur vel penit᷒ infirmentur, quãvis dicant quidã, ꝙ nulla præterita nec præsentia remaneãt in suspenso, secundùm quod, inferi᷒ pleni᷒ dicetur. De hac materia in tractatu, quæ donationes validæ sunt ab initio & quæ validæ efficiuntur ex postfacto. Itẽ donare nõ potest leprosus extra cõmunionẽ gentium posit᷒, (ut de termino s. M. anñ regis H. septimo incipiente octavo circa finẽ rotuli, sicut nec petere. Itẽ sunt nonnulli qui dare nõ possunt sine cõsensu aliorũ, nec valet illorũ donatio ꝑ se, ut si Archiepiscopi donationẽ facerẽt, episcopi, abbates vel priores ecclesiarũ quæ sunt de advocatione dñi regis, nec dare possunt sine assensu capituli sui, nec ipsũ capitulũ sine cõsensu regis vel alteri᷒ patroni, quia omniũ illorũ cõsensus quos res tangit erit necessari᷒ & requirend᷒. Idẽ dicendũ erit in rectorib᷒ ecclesiarũ, qui nihil possidẽt nisi nomine ecclesiæ suæ, unde nihil dare possunt, alienare vel ꝑmutare, nisi de cõsensu episcopi vel patroni, nisi inde melioretur cõditio ecclesiæ, si autẽ deterioretur, nõ valet, quia fit eis donatio secũdariò, sicut maximè patet in ipsa dedicatione & etiã post dedicationẽ. Do deo & ecclesiæ tali & canonicis vel monachis vel rectorib᷒ vel ꝑsonis ibidẽ deo servientib᷒, & ita ꝙ primò et principalitèr fit donatio deo et ecclesiæ, & secũdariò canonicis vel monachis vel ꝑsonis, & ita nihil habẽt nisi nomine ecclesiæ suæ, & hæc vera sunt, nisi velit aliquis dicere ꝙ ecclesiæ suæ cõditionẽ meliorare nõ possunt, etiã sine cõsensu prædictorũ. Sũt etiã quidã priores & ꝓcuratores qui sunt amotibiles, qui nec dare possunt nec alienare, sicut nec rem in judicium deducere, nec ꝑmutare nec cum cõsensu superioris nec sine cõsensu abbatis vel prioris, vel alteri᷒ talis, quia amotibiles sunt & nõ ꝑpetui, nec generalẽ nec liberã habent administrationem. Sunt tamen quidam qui sunt amotibiles

Who may not.

Rectors

qui respondere poterunt & rem in judicium deducere in locis spiritualibus, sicut apud sanctum Albanum. Item donare non potest bastardus cum effectu, nisi de corpore suo hæredes procreatos habuerit, vel assignatos fecerit legittimè, vel per nomen vel per modum donationis. Item dare non potest cum effectu accusatus super crimine læsæ majestatis, vel alio crimine capitali post feloniam perpetratam, dum tamen condemnatus fuerit judicialitèr & per sententiam, sed donatio talis remanebit in pendenti, donec fuerit condemnatus vel convictus. Et ad hoc facit lex F. de donationibus post contractum maleficium, &c. ubi dicitur, ꝙ post contractum crimen, donationes factæ valent, nisi cōdemnatio sequuta sit, innuit ergò quod nisi fuerit subsequuta, quòd valent donationes, & si fuerit quòd non valent. Item dare non potest ille qui omnino seysinam non habuerit rei datæ, licèt dominium habuerit & servitium percipiat, sicut videri poterit in casu. Esto ꝙ quis primò dimiserit terram suam ad firmam B. & postea illam dederit C. & homagium suum ceperit, & in seysinam posuerit, salvo B. firmario termino suo, & ꝙ nihil ei deperiat per donationem illam, & ita quòd nihil remaneat illi donatori nisi homagium & servitium. Item esto ꝙ idem donator qui nihil sibi retinuit nisi dominium & servitium, sine seysina, eandem terram dederit eidem B. firmario & de facto posuerit ipsum in seysinam, si ipse C. incontinenti ipsum B. ejecerit, B. per assisam non recuperabit ut liberum tenemētum, nec ut terminum: quia utrumq; amittit, ex quo donator nullam omnino seysinam habuit, ex tali donatione non potuit ei facere liberum tenementum, & ex quo idem B. se tenuit ad feoffamentum tacitè termino renunciavit. Sed si idem C. post feoffamentum eundem firmarium ejicere non possit incontinenti, vel post intervallum, competit ei Assisa novæ disseisinæ, tam super feoffatorē suum, quàm super firmarium, in quo casu tantum per assisam recuperabit versus ipsum B. firmarium. De æquitate tamen per officium Justiciariorum tenebitur donator eidem firmario ad excambium propter fraudem. Et plus de hac materia infrà, si diversis temporibus ab uno & eodē facta fuerit donatio duobus. Item non valent donationes factæ inter virum & uxorem, non enim poterit vir dare uxori, nec è converso, constante matrimonio, quia hujusmodi donationes ꝓhibitæ sunt inter tales ꝑsonas, nec enim fraudem facere possunt constitutioni, ut si vir donationem fecerit extraneæ personæ, ea mente ut extranea persona eam det uxori in vita viri, vel post mortem. Et ꝙ de viro dicitur, dici potest de uxore. Si autem ante sponsalia vel matrimonium vel post divortium fiant, benè valent, dum tamen non fiant in occasione matrimonii subsequentis, si fiant ante, secundùm quosdam. ¶ 6. Dictum est in proximo præcedente quis donare possit & quis non, nunc autem dicendum cui donari possit, & sciendum est quòd dari potest tam servo quàm libero, sive fiat donatio à domino sive non domino, secundùm quod inferiùs dicetur. Item tam fœminæ quàm masculo. Item tam viro quàm uxori simul vel separatim per se. Item tam minori quàm majori, dum tamen tutoris authoritas intervenerit, sed non poterit quis esse minoris feoffator & tutor, quia cùm sit donator, non poterit se ipsum dare tutorem, quia sic videretur

continuare

continuare seysinam suam, licèt omnes fructus & ꝓventus rei datæ converteret in usus & utilitatem minoris. Oportet enim in qualibet donatione ꝙ dator se ponat extra seysinam, tam animo quàm corpore, corpore, tam proprio quàm alieno. Oportet ꝙ donatorius se ponat in seysinā tam animo quā corpore, corpore, ꝓprio vel alieno. Item donari poterit tam bastardo quàm legittimo, sibi & hæredibus suis vel assignatis suis. Item fieri poterit donatio tam pluribus quàm uni soli, simul & semel vel successivè, ꝑ modum donationis, ut infrà dicetur. Itē dare poterit quis concubinæ suæ vel alius ab eo, concubinæ & pueris suis, natis & nascituris, vel hæredibus eorū vel assignatis, quo casu nullus alteri succedit ex pueris, cū omnes simul feoffati fuerint & teneant in cōmuni, & si aliquis eoꝝ sine hæredibus decesserit, pars decedentis per jus accrescendi, remanebit superstitibus & eorū hæredibus, etiā à plurib' usq; ad unum, & ad donatorem non revertetur, quamdiu unus superstes fuerit vel hæredes habuerit: sed si omnes sine hæredibus decesserint, res donata ad donatorem revertetur. Si autem donatio facta fuerit concubinæ tantùm & hæredibus suis, & legittima fuerit & hæredes habuerit, fratrem vel sororem, nepotem vel neptem, vel remotiores qui in donatione comprehendantur, benè poterit ipsa pueros suos feoffare, unum vel plures, simul vel successivè quamdiu hæredes extiterint qui donū suū warrantisare possint secundū ꝙ dicitur de terra data in maritagiū. Si autem concubina hæredē non habuerit, non valebit donatio facta ab ea, sed res ad feoffatorē suum revertetur. Cùm autem concubina & pueri sui feoffati fuerint simul, & omnes simul & semel in seysina fuerint, si ejiciantur, omēs simul, ꝑ assisā novæ disseisinæ, recuperabūt, tenendū in cōmuni. Si autem quidā eoꝝ ejiciātur ab extraneo vel participe, eodem modo. Si autē quidā eorū successivè decedant, hæredes eoꝝ partē suā recuperabūt ꝑ assisam mortis antecessoris. Si autē mater illorum, s. cōcubina q̄ nomine omnium pueroꝝ fuerit in seysina, primò decesserit, si domin' capitalis in absentia pueroꝝ se posuerit in seysinā, & petentib' pueris restituere noluerit, competit eis assisa novæ disseysinæ ex nomine matris, quæ nomine eoꝝ fuerit in seysina ut ꝓcuratrix, sive pueri in seysina pri' extiterint sive non, & ꝑ assisā mortis antecessoris, licèt nunquam personaliter in seysina extiterint, cùm acquisita sit eis possessio ꝑ matrē tanquam ꝑ ꝓcuratorē vel ꝓcuratricem, vel ꝑ breve formatum donationis. Ut de itinere M. de Pateshull in com̄ Herford anno regni Regis H. quinto in fine rotuli. Item fieri poterit donatio tam viris religiosis quā aliis, quibus dari poterit. Itē tā Judæis quā Christianis, nisi modus donationis inducat contrarium, s. ꝙ licitū sit donatorio rem datā dare vel vendere cui voluerit, exceptis viris religiosis & Judæis, & quòd talibus personis dari non poterit sicut aliis, nulla ratio vel necessitas illud inducit, nisi tantùm modus donationis. Item pluribus fieri poterit donatio simul, quorum quidam capere possint ex tali donatione, quidam non, & unde valida erit donatio quantū ad ꝑsonas quorundam: invalida autem quantum ad personas aliorum, ut si vir constante matrimonio dederit uxori & pueris communibus, vel ex alio viro progenitis, quia licèt donatio non

valeat

a Quaere of this writ

valeat quantum ad perſonam uxoris, valebit tamen quantum ad perſonas puerorum. ¶ 7. Nunc videamus quæ res dari poſſit, ad quod notandum, quòd rerum, alia corporalis, alia incorporalis. Corporalis verò eſt quæ tangi poſſit & videri, ut Leo, fundus, veſtimentum. Incorporalis verò eſt, quæ tangi non poteſt nec videri, quarum poſſeſſio diverſimodè transferatur de perſona in perſonam. Et ſciendum quòd dare poteſt quis tam alienam rem quàm propriam, propriam ſcilicet, quam habet in præſenti & in manu ſua jure hæreditario, vel de perquiſito ex quocunque titulo, ad vitam vel in feodo, per ſe, vel in communi cum alio. Item terram quam habet vel accidere poſſit in futuro, per mortem alicujus anteceſſorum ſuorum qui tenuerint in feodo, vel poſt mortem eorum qui tenuerint ad vitam quocunque titulo. Rem verò ſic dare poterit ut fidelitas & ſervitium eorum qui tenuerint ad vitam attornentur donatorio. Et quo caſu, ſi donatorius poſt mortem talium primam habuerit ſeyſinam, & hæres petat, dabitur ei exceptio contra hæredem: ſi autem hæres primam habuerit ſeyſinam, dabitur donatorio actio contra hæredem ex modo donationis ſui feoffatoris, & non cõpetit actio donatorio quæ competit ſuo donatori, quia quãvis rem ita dare poſſit ut p̄dictum eſt, tamen actionem ſuam concedere non poteſt ſuo feoffato. Item rem alienam dare poterit quis & ſtatim convaleſcit donatio, ſecundùm quod ſuprà dictum eſt. Item dare poterit quis rem quam tenet in communi, ſicut illam quam tenet ſeparatim & per ſe. Item dare poteſt quis terram quam alius tenet ad terminum annorum, ſalvo tamen firmario termino ſuo, quia iſtæ duæ poſſeſſiones ſeſe compatiuntur in una re, ꝙ unus habeat liberum tenementum & alius terminum. Itẽ donare poteſt quis cũ effectu rem q̃ ſua propria eſt, & non revocabitur donatio. Alienam verò rẽ dare non poterit cum effectu, quia revocari poterit, ſed valebit quoad ſuũ feoffatum ut ſuus feoffatus habeat excambium. Et ſciendum ꝙ multipliciter fit donatio, quãdoq; ſ. in feodo, quãdoq; in vita, quãdoq; ad feodi firmã, quandoq; ad terminũ vitæ vel annorum. Si autem ad vitam qualitercunque ſtatim habet donatorius liberum tenementũ, ut ſi fuerit eject⁹ recuperare poterit per aſſiſã novæ diſſeyſinæ, & poterit ille cui ſic data fuit terra illa, alteri dare, vel in feodo, vel ad vitã ſi voluerit, ſed revocari poterit donatio. Sed ſi ille qui tenuerit ad vitã ſic & talib⁹ verbis donationẽ fecerit, de terra q̃ ad vitam tenuerit, alicui: Do & concedo tali quicquid juris habeo in tali terra, etſi qui dat liber̃ habeat tenement̃, non tamen facit ei cui ſic donatur liber̃ tenement̃, quia dico. Do tibi jus meum, hoc eſt terrã talẽ ad vitam meam. ſ. donatoris, non agitur ad vitã donatorii, & ideò donator licèt liber̃ habuerit tenementum, donatorio tamen ꝑ hæc verba liberũ tenementum facere non potuit, quia ſi dixiſſet, do tibi talem rem in dominico vel in feodo, hoc non eſſet jus ſuum ſed injuria. Jus autem ſuum, hoc fuit, dare illud quod habuit. ſ. terram dare ad vitã ſuã. ſ. donatoris & non ad vitã accipientis, quia hoc eſſet injurioſũ & nõ juſtum, & ex hoc liber̃ tenement̃ habere non potuit. Et generaliter poterit res, qualitercunque acquiſita fuerit, dum tamen tenens illam teneat nomine proprio, ſive per diſſeynam ſive per intruſi-

Of what a donation may be.

The degrees of donation.

intrusionem, vel alio modo facere liberum tenementum donatorio quod ipse non habet, & statim quantum ad donatorem & donatorium, sed non quantum ad verum dominum. Item donari non poterit res quæ possideri non potest sicut res sacra vel religiosa vel quasi, qualis est res fisci, vel quæ sunt quasi sacræ sicut sunt muri & portæ civitatis. Hujusmodi verò res sacræ à nullo dari possunt, nec possideri, quia in nullius bonis sunt. i. in bonis alicujus singularis personæ, sed tantùm in bonis dei vel bonis fisci. Item dari non poterunt alicui singulari personæ, res q̃ sunt spiritualibus annexæ, sicut corrodia, ex abbatibus & domibus religiosis percipienda, & hujusmodi, in quibus nullus sibi vendicare poterit liberum tenementum. Sacræ verò & religiosæ sunt res quæ ritè per pontifices deo sunt consecratæ & dedicatæ, sicut sunt ecclesiæ tam cathedrales quàm regulares & rurales. Item eis annexa cœmeteria & alia loca ubi mortui inseruntur, licèt non dedicata, sicut tempore interdicti. Item loca ubi constituuntur abbatiæ, prioratus & aliæ domus religiosæ quæ in bonis dei sunt, & etiam diruto ædificio, adhuc locus sacer manet. Item quasi res sacra ut liber homo qui vendi non potest, cùm libertas non recipiat æstimationem, & est res quasi sacra, res fiscalis, quæ dari non potest, nec vendi, nec ad alium transferri à Principe vel à Rege regnante, & quæ faciunt ipsam coronam, & communem utilitatem respiciunt, sicut est Pax & Justitia, quæ multas habet species, secundùm quod alibi dicetur plenius. Sunt & aliæ res quæ pertinent ad coronam propter privilegium Regis, & ita communem non respiciunt utilitatem, quin dari possunt & ad alium transferri, quia si transferatur, translatio nulli erit damnosa, nec ipsi Regi sive Principi, & si hujusmodi res alicui concessæ fuerint, sicut wreccum maris, thesaurus inventus, & grossus piscis, sicut balena, sturgio, & alii pisces regales, oporteat si inde quæstio habeatur, quòd illi qui hujusmodi libertatem sibi vendicat, doceat hujusmodi ad se pertinere, quia si warrantum non habuerit specialem, in hac libertate se defendere non poterit, quamvis pro se prætendat longi temporis præscriptionem: Diuturnitas enim temporis in hoc casu injuriam non minuit sed auget, nec in primo casu nec in isto, currit tempus contra Regem, nec incumbit ei probatio q̃ ad ipsum pertineant, cùm constare debeat singulis, quòd hujusmodi de jure gentium pertineant ad coronam. Sunt etiam aliæ res quæ pertinent ad coronam quæ non sunt ita sacræ, quin transferri possunt, sicut sunt fundi, terræ & tenementa & hujusmodi, per q̃ corona regis roboratur, & in quibus currit tempus contra regem, sicut contra quamlibet privatam personam. Sũt & aliæ res quasi sacræ quæ personam Regis respiciunt, & aliquando transferri non possunt nisi Justitiariis domini Regis, sicut visus Franci plegii, Placita de vetito namio, Emendatio transgressionis assisarum. Judicium latronum, sicut de illis qui habent Sock & Sack & hujusmodi omnia, q̃ pertinent ad pacem, & per consequens ad coronam. Item dici poterũt quasi res sacræ, res datæ in liberam eleemosinã, est enim libera eleemosina & magis libera eleemosina, secundùm q̃ inveniri poterit infrà de assisis. ¶ 8. Dicendum est etiam quæ exiguntur ad hoc quòd valeat donatio cum effectu,

quia

of what a donation may not be.

quia oportet quòd sit mera & pura, libera & non coacta, nec per metum nec per vim extorta. Idem quòd pecunia vel servitium non interveniat, ne cadat in causam emptionis & venditionis, quia ubi pecunia intervenerit ibi erit emptio, si autem servitium, ibi erit servitii remuneratio. Ad hoc autem quòd valeat donatio, oportet donatorem esse plenæ ætatis, quia si minor donationem fecerit non valebit, quia in integrum restituetur, si voluerit, cùm pervenerit ad ætatem. Et notandum quòd cùm donator minori dederit curatorem, & curator nomine minoris fuerit in seysina, si donator postea quacunque ratione se posuerit in seysinam, & inde obierit seysitus, nunquam propter hoc mutabitur status minoris, quin retineat contra quoscunq;. Recipere enim poterit per tutoris authoritatem, & consentire donationi sibi factæ. Consentire autem donationi ad se faciendæ, vel admittendi iterum donatorem ad seysinam non potest, alicujus authoritate: meliorem enim suam conditionem facere potest, deteriorem nequaquam. Item non potest tutor sic datus ab homine, convertere aliquid in usus alicujus donatoris vel alterius, sed tantummodò in usus minoris, quia inde oportet eum reddere rationem minori cùm minor ad ætatem pervenerit, vel si malè gesserit amoveri poterit & alius substitui. Item quòd suo nomine possideat & non alieno, alioquin si donaverit revocari poterit donatio. Item ad minus quòd sit sanæ mentis & bonæ memoriæ, quamvis impotens sui, & in ægritudine detentus & lecto mortali constitutus, quia in tali statu facta donatio valebit si omnia concurrant quæ validam faciunt donationem: non enim debet alicui rerum suarum administratio interdici, vel dispositio, cùm infirmitate gravetur, dum tamen sit bonæ memoriæ, quia tūc primò necesse habet providere familiæ, & domesticis suis, & parentibus, & stipendia dare & testamenta ordinare: alioquin contingeret talem damnū sentire sine culpa. Sed quoniam aliquando fraudulenter fiant chartæ & falsò finguntur donationes fieri, cū non fiant, ideò ad veritatem declarandam, erit ad patriā & visinetum recurrendum. Inquisitio enim multipliciter variatur secundùm varietatē querelar̄, & exempli causa, fiat inquisitio ꝑ hæc verba. ¶ 9. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd assumptis tecum custodibus placitor̄ coronæ nostræ & præterea duodecem discretis & legalibus militib' de com̄ tuo de tali visineto, in ꝓpria ꝑsona tua accedas ad talem locum, & ꝑ eorum sacramentum diligenter inquiras si talis, &c. vel aliter. Præcipim' tibi ꝙ corā te & corā custodibus placitor̄ coronæ nostræ, in pleno com̄ tuo venire facias duodecem tam milites quā alios liberos & legales & discretos homines de visineto tali, per quos rei veritas melius sciri poterit & negotium expediri. vel aliter: præcipimus tibi, ꝙ venire facias coram nobis vel Justic. nostris tali die apud W. duodecem, &c. ad recogn̄ suꝑ sacramentum suum, si A. die quo debuit dedisse B. tantam terram cum pertin̄ in talli villa, fuit ita compos sui quòd itinerare potuit de loco in locum, & ita sanæ mentis & bonæ memoriæ, quòd donationem facere potuit & donationi consentire, vel non, &c. vel aliter: Si A. die, &c. fuit sanæ mentis & bonæ memoriæ, quàmvis ægritudine detentus, & si prædictus B. s. donatorius

Writ to inquire if compos mentis

natorius per donum illud seysinam habuit de eadem terra in vita ipsius A. donatoris. s. per tantum tempus ante mortem ipsius A. vel non, vel quòd si idem A. non fuit sanæ mentis, & itá quòd repetatur contrarium per omnia. & unde C. filius & hæres ipsius A. dicit quòd quando donum illud fieri debuit, non fuit idem A. bonæ memoriæ nec compos sui quod itinerare posset de loco in locum, & inquisitionem, &c. Item alia forma inquisitionis super eodem. s. si die quo terram illam dedit B. per chartam suam, fuit bonæ memoriæ, & si donum illud ei fecit vel non, & si fuit ita compos sui post donum illud (si aliquod donum ibi fuit) quòd itinerare potuit de loco in locum, quamvis paralysi percussus. Si tamen in principio donationis non esset sanæ mentis, postmodum sanæ mentis effectus donum illud ratum habuerit vel non. Et notandum quòd si paralyticus itineret de loco in locum & discretionem habet, ab eo præsumatur quòd omnia ritè gesserit, & de aliis non est ita intelligendum, quia quamvis itinerare non possunt, tamen bonam memoriā habere poterunt. Et de hac materia plenius invenies, de termino M. anno regni Regis H. decimoquinto incipiente decimo sexto in Cōm Berk: de Roberto de Burneby. Item cùm quis fuerit impotens sui, sed tamen sanæ mentis. Si aliquis surrepto sigillo alicujus, chartam fecerit de terris suis sine voluntate & consensu suo ad exhæredationem hæredis, ad instantiam & petitionem hæredis, mittantur milites per præceptum domini Regis ad impotentem ut audiatur ejus confessio, utrum. s. de voluntate sua & consensu factæ sunt donationes & chartæ vel non, & si donationes & chartas deadvocaverit, tunc iste qui fraudem fecerit summoneatur, quòd sit responsurus de fraude illa per tale breve, quod mediatè subsequitur. ¶ 10. Rex vic. salutem. Mitte quatuor legales milites de cōm tuo apud M. ad A. qui languidus est ut dicitur, ad videndum in quo statu fuerit, & utrum sit compos sui vel non, & ad inquirendum ab eo si alicui terras dederit in ægritudine sua, & quibus, & inquisitionem illam nobis vel Justic. nostris scire facias ad talem diem sub sigillo tuo, &c. Cùm autem per inquisitionem constiterit, quòd ille de quo queritur fraudem fecerit, summoneatur ille quòd veniat responsurus per tale breve. ¶ 11. Rex vic. salutem. Benè recolimus, nos ad instantiam A. hæredis B. misisse te & quatuor milites ad prædictum B. ad videndum statum suum, & utrum esset cōpos sui vel non, & similiter ad audiendū si aliquas terras dedisset in ægritudine, & in impotentia sua, & quibus, & tu simul cum prædictis militibus nobis scripsisti, ꝙ ipsum infirmum & impotentem invenisti, & ꝙ coram te & prædictis militibus & multis aliis tunc ibi præsentibus recognovit, ꝙ tali de N. nunquam terras aliquas dederit, nec chartam ei de aliquo dono fecerat, & quia prædictus A. hæres ipsius B. adhuc nobis conqueritur, quòd prædictus talis, qui sigillum ipsius B. patris sui dudum habuerat vel surripuerat per infirmitatem & impotentiam ipsius B. ut dicitur, per se & sine ipso B. vel ballivo suo, propria authoritate se posuit in terras ipsius B. apud talem locum, & chartas de prædicto sigillo (quod penes se habet) de prædictis terris sibi fecit, ad exhæredationem ipsius A. & quia nemini debet fraus sua patrocinari, nec sustinere,

nolumus

nolumus sicut nec debemus ꝙ aliquis exhæredetur injustè, tibi præcipim⁹, ꝙ si prædictus A. fecerit te securum, &c. tunc sum p bonos sum talem, ꝙ sit, &c. ad ostendendū quo warranto se posuit in prædictas terras. Sum etiā per bonos sum, &c. 12. tam milites quam alios, &c. ad recogn̄, &c. si prædictus B. terram illam dederit prædicto tal' & chartam suam ei inde fecerit vel nō, & si terras illas ei dedit, & chartam suam ei inde fecerit, in quo statu tunc fuerit, utrum. s. compos sui & bonæ memoriæ, cum sano intellectu & sensu integro, quando donum illud fecit vel non, & similiter p quem pdictus talis inde positus fuit in seysinam, & habeas ibi, &c. Ad quæ quidē poterit summonitus respondere, ꝙ licet donatio illa minus sufficiens haberet initium, idem B. postea coram probis hominibus ratam habuit illam donationem, & illam confirmavit, & unde si mutata voluntate velit impugnare postea factum, quod suum fuit, per ratificationem & suam confirmationem, hoc ei nocere non debeat, cùm sufficere debeat semel voluisse. ¶ 12. Oportet etiam ꝙ certa res deducatur in donationem, quia incertæ rei nulla est donatio. Item oportet quòd certa res sit, quamvis incertus sit rei eventus, ut si dicat quis, dabo tibi talem rem cùm mihi acciderit post mortem talis antecessoris, vel cùm ita factum sit, vel non factum, vel cùm hoc sequutum fuerit vel non sequutum. Et eodem modo cùm certa debeat esse res quæ donatur, vel promittitur, ita oportet quòd sit res certa quæ redonatur vel repromittitur, sicut homagium vel servitium certum, & sic cadit donatio in unum quatuor contractuum nominatorum, ut si dicam, do tibi istam rem certam p homagio & servitio tuo, oportet quòd servitia certa sunt & expressa in scriptis, vel sine scriptis, quibus expressis, omnia alia servitia & consuetudines remittuntur, & si scriptura non intervenerit, recurrendum erit ad communem usum, ut tale servitium fiat & tantundem, quantum faciunt tenentes tantum terræ in eadem villa de eodem feodo. Et si de usu cōtentio oriatur, recurrendum erit ad inquisitionem patriæ, vel ad magnam assisam. Item oportet quòd certa verba interveniant donationi congrua sicut & stipulationi, ut si dicam, dabis mihi centum? & respondeas, dabo, quia non valet interrogatio nisi sequatur responsio interrogationi conveniens. s. dabo, & ex tali interrogatione & responsione statim sequitur obligatio. Item si scriptura intervenerit, validior erit donatio, quia probari poterit donatio facilius & melius per scripturam & instrumenta, quàm per testes vel per sectam. Et de chartis & fide instrumentorum dicetur plenius infra. Item non valet donatio, nisi tam dantis quàm accipientis concurrat mutuus consensus & voluntas, s. quòd donator habeat animum donandi, & donatorius animum recipiendi. Nuda enim donatio, & nuda pactio non obligant aliquem, nec faciunt aliquem debitorem: ut si dicam, do tibi talem rem, & non habeam animum donandi, nec tradendi, nec à traditione incipiam, non valet, ut si dicam, do tibi istam rem, & illam nolui tradere, & sustinere quòd illam tecum feras, vel arborem datam succidas, non valet donatio, quia donator plenè non consentit. Item oportet quòd non sit error in re data, quia si donator senserit de una

re

donation should be certain

re & donatorius de alia, non valet donatio propter dissensum: & idem erit si dissensio fiat in genere, numero & quantitate. In genere, ut si quis dicat, do tibi tale manerium certum, & donatorius senserit de alio, quamvis seysinam occupaverit, sibi tamen nihil acquirit. Numero, ut si quis decem dederit, & alius senserit de viginti, non valet quamvis major numerus contineat in se minorem, quia uterque in certum numerum non consentit. Sed hic error nocebit in persona donatorii. Sed quid si aliquis dederit decem, & donatorius consenserit in quinque, valet donatio, quia consentiunt ambo in minorem numerum, sic non est in primo casu, quia in primo casu donator non consentit in majorem numerum, & hic consentit in utrumque, quia si in majorem, per consequens in minorem, sed non convertitur. Item in quantitate, ut si quis dicat, do tibi decem libratas terræ in tali manerio, quod fortè valet viginti libras, & donatorius totum occupet, non valet donatio, quia donator in viginti libras non consentit. Aliud tamen est si dicat, do tibi tale manerium pro decem libratis terræ, cùm valet, 20. valet donatio. Idem est si dicat donator, do tibi decem acras in tali loco, & donatorius sentiat de viginti, non valet donatio ut suprà. Sed quid si donatorius de decem sentiat cùm donator decem dederit & occupet viginti, valet donatio, quia hic non est error sed præsumptio, quæ corrigi poterit de superfluo. Item si dicat donator, do tibi tantam terram pro decem libratis terræ, & ibi sunt 20. adhuc valet donatio, quia neuter errat, nec est deceptus, quia licet error sit in valore, non tamen in re errant. Item si dicat donator, do tibi 10. libratas, & donatorius consentit in quinque, adhuc valet donatio, quia nullus est error qui noceat, quia uterque consentit in eundem numerum, quia qui consentit in 10. per consequens in 5. consentit, major enim numerus in se continet minorem. Et in fine notandum, quòd si in corpus quod traditur sit consensum, non nocet, quamvis circa causam dandi atq; recipiendi sit dissensio: ut si pecuniam numeratam tibi tradam, vel quid tali, & tu eam quasi traditam accipias, constat, ad te ꝓprietatem transire. Item in quibusdam donationib⁹ oportet quòd aliorũ consensus interveniant quã donatoris & donatorii: ut si archiepiscopus, episcopus, abbas & prior, rector ecclesiarum, syndicus vel ꝓcurator donationẽ fecerint, omnium eorum, quorum intersuerit, requirendus erit consensus, sicut regis, & capituli vel conventus. Item oportet ꝙ donationem sequatur rei traditio, etiam in vita donatoris, & donatorii, alioquin dicetur talis donatio potiùs nuda promissio quã donatio, & ex nuda promissione non nascitur actio, non magis quàm ex nudo pacto, non enim valet donatio imperfecta, nec chartę confectio, nec homagii captio cum omni solemnitate adhibita, nisi subsequuta fuerit seysina & traditio in vita donatoris, & unde si donatorius post mortem donatoris se intruserit, statim ejiciatur, vel etiam post aliꝗ intervallum temporis, per assisam novæ disseysinę non recuperabit, nec hæres donatoris tenebitur ad homagium suum capiendum, licèt factum fuerit sui antecessoris. Et qualiter traditionibus & usucaptionibus rerum dominia transferuntur, dicetur pleniùs in titulo, de acquirenda possess-

Consent of others

possessione. Item quia conventiones, conditiones & pacta & modi diversi donationum incidunt in donationibus, si incontinenti apponantur legem dant donationi & donationem infirmant, & dant exceptionem donatori, &ligant psonas contrahentium & obligant ipsam rem datam,& transeunt cum ipsa re de psona in personam.Si autem ex intervallo adjiciantur,non insunt omnino donationibus,sed perimunt quandoq; actionem, quandoq; exceptionem ut probatur, C. de pactis in bonæ fidei & L. sequenti, & ita contrahitur donatio,ut si dicam,do tibi hoc,ut facias & concurrant ista pdicta,secundùm quod videri poterit de verbis pactorum.C.per hos versus, Re,verbis,scripto,cõsensu,traditione,junctura, vestes sumere pacta solent.

To be voluntary

¶ 13.Item gratuita debet esse donatio & non coacta,nec per metum vel vi extorta,ut si quis cartam & donationem cognoverit requisitus,excipiat tamen ꝙ valere non debeat, eò ꝙ per metum & coactionem tempore guerræ,aliove quocunq;tempore illam fecerit,revocabitur donatio:dum tamen cùm vim majorem & coactionem evaserit, statim reclamet,ut si tempore guerræ illata fuerit violentia, statim post guerram reclamet, alioquin sibi præjudicat imperpetuum,cùm per dissimulationem consentire videatur, ut inter placita quæ sequuntur regem,anno regni regis H. 19. Assisa præsentationis, inter priorem de Wallingford & Rogerum de Quincy & Simonem de Thennore,qui venit à latere. Si autem tempore pacis compulsus fuerit quis per metum & vim in prisona,ad aliquid dandum, vel faciendum contra voluntatem suam,cùm à prisona & violentia evaserit,statim debet levare hutesium & clamorem, & cum hutesio & clamore accedere debet ad villas ppinquiores & ad servientes regis,& postea ad com̄,& ibi ostendere violentiam ei factam: & sic revocabitur ꝙ actum erit:Si autē dissimulaverit,videtur consentire,ut supra:ut de quodā itinere.s.S. De Segrave in com̄ Kant de Petro de Beke, qui sum̄ fuit ad warrantisand' Falconi de Brèante quandam cartam de manerio de Middleton, & unde judicium redditum fuit apud Westm̄.Et non solum excusatur quis qui exceptionem habet,si sibi ipsi inferatur vis vel metus: sed etiam si suis,ut si filio vel filiæ, fratri vel sorori,vel aliis domesticis & propinquis,sicut de eodem Falcone,qui tenuit in prisona fratrem cujusdam,donec frater ejusdem qui fuit extra prisonam dedit ei quoddam manerium.Quid autem sit vis,inferiùs dicetur in tractatu,de assisa novæ disseysinæ, & ibi,qualiter dividatur. Et hic dicendum est quid sit metus. ¶ 14. Metus autem est præsentis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio: & præsentem debemus accipere metum,non suspitionem inferendi ejus, vel cujuslibet nani vel meticulosi hominis, sed talem qui cadere possit in virum constantem, talis enim debet esse metus, qui in se contineat mortis periculum & corporis cruciatum. Refert autem utrum metus præveniat donationem,vel subsequatur : quia si primò coactus & per metum compulsus promisero, & posteà,sponte & gratis dedero,talis metus non excusat. Si autem primò gratis promisero, & posteà per metum coact⁹ tradidero, iste metus excusat, propter violentiam tradendi & compulsionem, cùm fortè mutata sit prima voluntas transferendi rem ad donatoriū.

donor coerced to raise hue & cry

Sed

Sed quid si quis ab hoste captus, & in prisona detentus donationem fecerit, quæritur an valeat, ꝙ valeat videtur prima facie, si quidem talem donationem dum fuerit in tali statu, fecerit alicui parenti vel amico, militi, vel servienti suo benè merito, revera nulla intervenerit coactio, nec met⁹ in donatione facienda, sed donator hoc affectavit ut donaret tali, unde videtur ꝙ mera & libera & pura sit donatio, & ideò ꝙ valere debeat. Et si eam invit⁹ faceret ita ꝑ prisonā ad hoc coact⁹ ꝑ vim, cui resistere non posset, videtur ꝙ valere non debeat, vice versa. Unde videtur, ꝙ in prisona donationē facere potest & non potest, secūdùm tamen diversos respect⁹. Respondeo, in neutro casu valet donatio quādiu quis fuerit in prisona, vel quia hoc facit ꝑ coactionē, et quia potestatē sui non habet. Et qui potestatē sui non habet, nec eorū quæ sua esse debent, potestatē habebit. Et generalit͛ qui ab aliis possidetur, ipse nihil poterit possidere, & sicut ille qui in servitute fuerit nihil possidere poterit quia possidetur, ita nec ille qui possidetur ab hostibus vel detentus fuerit. Sed cùm talis ita ab hostibus detentus naturalem receperit libertatem, hoc est cùm suæ potestatis effect⁹ fuerit, res ita gestas potest vel ratificare vel infirmare, et ita quòd si postmodùm res ita gestas approbaverit, vel statim donum non revocando, vel homagiū vel servitiū recipiendo, valet.

Cap. VI.

1 ¶ *De diversis modis donationum, quòd alia sit simplex & pura, & alia conditionalis vel sub modo. 2. Si fiat donatio sub conditione. 3. Si ex facto præcedente vel ex causa. 4. Quòd conditio impedit descensum ad proprios hæredes.*

Donationum alia divisio. s. quòd alia simplex & pura, alia conditionalis, alia sub modo, uni facta, vel pluribus successivè. Item alia conditionalis, quæ plurib⁹ est adjectis conditionibus. Item alia, de re in maritagium data, alia, de re data viris religiosis, alia, de re data bastardis, alia, de re data ad feodi firmam, alia, de re data ad vitā quocūque modo, alia, quæ idem est ꝙ concessio & non donatio, sicut de re cōcessa ad terminum annorum. Simplex autem & pura dici poterit, ubi nulla est adjecta conditio nec modus: simpliciter enim dari dicitur, quod nullo adjecto datur. Ut si dicatur, do tali tantam terram in villa tali ꝑ homagio & servitio suo, habendam & tenendam eidem tali & hæredibus suis de me, & hæredibus meis, reddendo inde annuatim, ipse & hæredes sui mihi & hæredibus meis tantum, ad tales terminos, ꝑ omni servitio, & consuetudine seculari, & demanda, ita quòd certa sit res quæ datur, & certa servitia & consuetudines quæ domino debentur, licet incerta sunt alia quæ tacitè remittuntur: & ego & hæredes mei warrantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum prædictum talem & hæredes suos versus omnes gentes ꝑ ꝑdictum servitium, & sic acquirit donatari⁹ rem donatā ex causa donationis, & hæredes ejus post eum ex causa successionis, & nihil acquirit ex donatione facta antecessori, quia cum donatorio non est feoffatus. Et per hoc ꝙ dicitur tali & hæredibus suis (largè sumpto vocabulo hæred⁹) continentur omnes hæredes, tam ꝓpinqui quàm remoti, tam ꝑsentes quàm futuri, sed tamen unus eorū, vel plures qui sunt quasi unus, & propinquiores, remotioribus præferuntur, ut infrà dicetur

Simple donation

Note.

cetur, de successionibus. Item augere poterit donationem & facere alios quasi hæredes, licèt re vera hæredes non sunt, ut si dicat in donatione, habendum & tenendum tali et hæredibus suis, vel cui terram illam dare vel assignare voluerit: Et ego et hæredes mei warrantizabimus eidem tali & hæredibus suis, vel cui terram illam dare voluerit, vel assignare, et eorum hæredibus contra omnes gentes. In quo casu, si donatorius terram illam dederit vel assignaverit, si donatorius et hæredes sui defecerint, donator & hæredes sui incipiunt esse loco donatorii & hæredum suorum, et pro hærede donatorii erunt, quoad warrantizandum assignatis & hæredibus eorum, per clausulam contentam in charta primi donatoris, quod quidem non esset, nisi mentio fieret de assignatis in prima donatione. Sed quamdiu primus donatorius superstes fuerit vel ejus hæredes, ipsi tenentur ad warrantiam & non primus donator. Item sicut ampliari possunt hæredes, sicut prædictum est, ita coarctari poterunt per modum donationis, quòd omnes hæredes generaliter ad successionem non vocantur. Modus enim legem dat donationi, & modus tenendus est contra jus commune, & contra legem, quia modus & conventio vincunt legem, ut si dicatur, do tali tantam terram cum pertinentiis in N. habendam & tenendam sibi & hæredibus suis quos de carne sua & uxore sibi desponsata, procreatos habuerit. Vel sic: Do tali & tali uxori suæ, vel cum tali filia mea, &c. Habendum & tenendum sibi & hæredibus suis de carne talis uxoris, vel filiæ, exeuntibus, vel procreatis vel procreandis: quo casu, cùm certi hæredes exprimantur in donatione, videri poterit quòd tantum sit descensus ad ipsos hæredes communes, per modum in donatione appositum, omnibus aliis hæredibus suis à successione penitùs exclusis, quia hoc voluit donator. Et unde si hujusmodi hæredes procreati fuerint, ipsi tantùm vocantur ad successionem, & si taliter feoffatus aliquem ulteriùs inde feoffaverit, tenet feoffamentum, & hæredes tenentur ad warrantiam, cùm ipsi nihil clamare possunt nisi ex successione, & descensu parentum: quamvis quibusdam videatur, quòd ipsi feoffati fuerint cum parentibus, quod non est verum. Si autem nullos tales hæredes habuerit, revertetur terra illa ad donatorem per conditionem tacitam, etiam si nulla fiat mentio in donatione, quòd revertatur, vel si expressa mentio in donatione habeatur: & ita erit si hæredes aliquando extiterint & defecerint. Sed in primo casu, ubi nullus extiterit, semper erit res data donatorio liberũ tenementum & non feodum. Item in secundo casu, quousque inceperint hæredes esse, est liberum tenementũ, cùm autem inceperint habere, incipit liberum tenementum esse feodum, & cùm desierint esse, desinit esse feodum, & iterum incipit esse liberum tenementum, & ita nunquam ibi erit dotis exactio, nisi fuerit donatio pura, quia de reversione expressa nunquam fiat mentio. Notandum quòd benè poterit donator ab initio in principio donationis suæ, legem imponere donationi, & de voluntate sua rem datam exonerare, ad commodum ipsius donatorii, & contra legem terræ, dum tamen hoc non sit in præjudiciũ aliorum, ad quos nihil pertinet de eorum contractu:

ut

ut si terram dederit pro minori servitio quàm illam tenuerit de domino & feoffatore suo, dum tamen factum suum warrantizare poterit de proprio, ne domino capitali præjudicetur de servitio suo, licèt terrā datam sibi habuerit obligatam. Poterit tamen exonerare terram datam in præjudicium sui ipsius & hæredum suorum, & remittere servitium ꝓprium ꝓ se, & hæredibus suis, sive servitia, sive consuetudines quascunque. Et sufficit ꝙ hoc semel voluit, quia nihil tam cōveniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Et expresso eo ad ꝙ tenetur donatoriꝰ in charta donationis, alia omnia videntur esse remissa, quæ non specialitèr sunt expressa. Expressa enim nocent, non expressa non nocēt, & sic liberat charta ab onere quæ expressa non onerat. Poterit etiam donator rem datam onerare plus & minus, servitio et servitutibus, de voluntate donatorii, & sic nō præjudicatur alicui nisi donatorio & hæredibus suis: ex quo uterque in initio donationis hoc voluit, quia volenti non fit injuria. Et sic expressa nocent donatorio & non nocent donatori. Et sic modus donationis & conditio quandoque ꝓdest donatorio & quandoq; nocet, et è converso. Modus autem donationis et conditio multiplex esse poterit in ꝑsona donatorii, quandoq; ad cōmodum, ne det vel ne faciat, quandoq; ad incōmodum ꝙ det vel faciat, & semper oportet servare ea, de quibꝰ inter partes cōvenerit, quamvis in præjudicium legis, dum tamen hoc nō sit in præjudiciū aliorum. Et semper donatorius poterit facere de re data quicquid voluerit, cùm sit sua omnino, nisi specialitèr cōtineatur ꝙ nō possit. Item esto quòd sic dicatur in donatione, do tali tantam terram cum pertiñ &c. habendum et tenendum sibi & hæredibꝰ suis, si hæredes habuerit de corpore suo ꝓcreatos, si tales hæredes extiterint, quamvis defecerint, generalitèr vocandi sunt omnes et in infinitum, quia satisfactum est cōditioni: Si autem nullʼ talis ꝓcreatus fuerit, semper erit res data liberum tenementum, et revertetur ad donatorem, omnibꝰ aliis hæredibus exclusis, cùm non sit cōditioni satisfactum, et sic adjungitur conditio sub modo. Item fieri poterit donatio viro & uxori simul, & hæredibus uxoris tantùm, ꝑ modum donationis, et eodem modo viro et uxori et hæredibus viri tantùm. Item viro et uxori et hæredibus cōmunibus, si tales extiterint, vel si non extiterint, tunc ejus hæredibus qui alium supervixerit. Itē fieri possunt donationes sub modo et adjecta cōditione, ut si dicat quis, do tali tantā terram &c. ut det mihi tantū, vel ut inveniat mihi necessaria, talis donatio, etsi non sit omnino gratuita, tamē simplex est et pura, et si sequatur traditio, revocari non poterit, sed ille qui tradidit ad hoc agere poterit, quòd ille qui accipit teneat ei conventionem, et faciat ꝙ promisit. Si autem tali donationi sit statim conditio apposita in initio donationis, quòd nisi accipiens tradenti teneat quod convenit, statim liceat sibi se ponere in terram illam, & tenere sibi et hæredibus suis quietè de ipso accipiente & hæredibus suis, si postmodùm se posuerit in seysinam ille tradens, & ille qui accipit arramaverit super eum assisam novæ disseysinæ: Inprimis inquirendum erit an ille qui tenementum accepit, invenerit tradenti ita sufficientèr necessaria, quòd

conditional donation si heredes habuerit &c

See more of conditional estates pa. 47.

inde contentus esse deberet. Si autem non cadit assisa, si autem sic, p assisam recuperabit. Si autem necessaria sufficient non invenerit, & tradens in seysinam se ponere non possit p prædictam conditionem, dabitur ei actio ex conditione, ad seysinam suam rehabendam, si verò in possessione esset, ꝙ p se, posset se tueri in possessione sua p exceptionem conventionis. Sed quid si ille qui recepit tali modo, ulteriùs dedit terram illam alteri, cùm non sit ptinens cōditioni? quæritur si ille qui tradidit, possit talem ejicere, cùm illum non tāgat cōditio, videtur prima facie quòd sic, quia videtur ꝙ ipsa res obligata sit cum persona & ad nullum transferri poterit nisi cum suo onere, & ideò videtur ꝙ quamvis fuerit ejectus, & licèt sine judicio, non recuperabit. Sed revera obligatio ista psonalis est & inter certas personas contrahitur, nec alias personas ligat, nisi tantùm illas inter quas tantùm fit contractus, nec expressum est de quo tenemento inveniri debent necessaria, non magis de isto quam de illo, & ideò tenementū non obligatur neq; oneratur. Qualitèr ergo pspiciendum erit quærenti, cùm sic feoffatum ejicere non possit, nec se ponere in seysinam secundùm conventionem, nec contra ipsum agere ex conventione? agendum igitur erit (ut videtur) cum primo qui decepit, ut ad minus teneatur ad interesse, si habeat unde: si autem nihil, tunc recurrendum erit ad feoffatum, de consilio curiæ & non de jure, & sic incidunt in donationem illius. iiii. contractus innominati. s. do ut facias, facio ut des, facio ut facias, do ut des, & sic poterit sequi donatio ex causa præcedente vel ex causa subsequente, secundùm prædictos contractus, facit enim modum, ut si conditionem, quia causam: unde versus. Scito quòd ut modus est, sic cōditio, quia causa. Item poterit pluribus fieri donatio p modum simul & successivè, ut si quis plures habeat filios, & sic fecerit primogenito donationem & dicat. Do A. primogenito filio meo tātam terram, &c. habendam & tenendam sibi & hæredibus suis de corpore suo procreatis, & si tales hæredes non habuerit, vel habuerit & defecerint, tunc terram illam do B. filio meo postgenito, & volo quòd terra ad ipsum B. revertatur, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis, quos de corpore suo procreatos habuerit, & si nullos tales habuerit, vel si habuerit & defecerint, tunc volo & concedo pro me & hæredibus meis, quòd prædicta terra revertatur ad C. tertium filium meum, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis quos de corpore suo procreatos habuerit, et sic de pluribus. Et si prædicti A. B. C. sine talibus hæredibus de corpore suo procreatis decesserint, tunc volo quòd prædicta terra revertatur ad me & ad alios hæredes meos ꝙ quidem fieret sine expressione, per tacitam conditionem, nisi donator aliud inde ordinaret. Item si largiùs fiat donatio, ut si dicatur, do tibi tantum terræ, &c. habendum & tenendum tibi & hæredibus tuis, vel cui dare vel assignare in vita, vel in morte legare volueris, valet donatio, ppt voluntatem et cōsensum donatoris, quamvis contra legem terræ fieri videatur, & unde si legatarius primū habuerit seysinam, si hæres petat p assisam, legatarius contra assisam, competentem habebit exceptionem de modo donationis: si autem legatarius extra seysinam petat ex causa testamentaria in foro ecclesiastico, ob-

a: Note this. and the civil law quoted.

obstabit ei regia ꝓhibitio, ne Judices ecclesiastici judicarent, quia non habent jurisdictionem nec coertionem ad judiciũ suum exequendum. Si autem in foro seculari agere voluerit, quamvis hoc sit inauditũ, benè poterit, ꝑ breve formatum, cùm possit quis renunciare iis quæ ꝓ se & suis fuerint introducta, sine præjudicio aliorum. Est quædam donatio omnino sub modo, secundùm ꝙ prædictum est de iiij. generibus contractuum. s. Do ut des, ut si dicam, do tibi digestum ut des mihi codicem, & si digestum tradidero, teneris mihi ad codicem tradendum. Vel si dicam, do tibi ut facias, i. do tibi codicem ut facias mihi scribi digestum. Vel facio ut des. i. facio tibi domum ut des mihi codicem: vel facio ut facias. i. facio tibi aulam ut tu facias mihi cameram, istæ donationes consistunt sub modo, & obligant contrahentes, ita quòd si dedero vel fecero, tu teneris ad dandum vel faciendũ, secundùm quod convenit, sed tamen ut repetere possim quod dedi, si tu non vis facere quod promisisti, si ad hoc tantùm agere possunt quòd tu facias, nisi aliter convenerit ab initio. Poterit enim huic donationi sub modo adjici conditio ab initio, ut si dicam, & si non dederis vel non feceris, quod convenit, quòd ego repetere possum ꝙ dedi: vel impensas factas circa rem quas feci, aliter non. ¶ 2. Fieri autem poterit donatio sub conditione seu sub modo, ut si dicam, do tibi rem istam, si ita factum sit vel non factum, & si cõferatur cõditio in futurũ, licet præsentia & præterita non sunt in pendenti sicut futura, quia cõditio in præteritũ collata infirmat obligationem vel omnino non differt. Hæc autem cõditio est possibilis vel impossibilis, si autem possibilis & potestativa, ut si dicam, do tibi talem rem si dederis mihi x. valet donatio, sed suspenditur donec existat cõditio. Ut si tu petas rem, excipere possum quòd tu x. mihi non dederis. Item si conditio fuerit impossibilis, ut si dicam, do tibi istam rem si cœlũ digito tetigeris, non valet donatio, & pro non adjecto habetur conditio. Item non valet donatio ab initio sed est in pendenti in alterius potestate, collata conditione, ut si dicam: Do tibi talem rem, si Titius voluerit, vel arbitratꝰ fuerit, vel quid tale fecerit, quia nisi hoc fecerit, donatio non valebit. Item si conditio casualis fuerit, ut si dicam, do tibi talem rem, si navis venerit ex Asia, vel si Titius consul factus fuerit, erit donatio in pendenti, quia hujusmodi donationes dependent ex insidiis fortunæ. Si autem conditio fuerit mixta & disjunctiva, ut si in parte fuerit potestativa & in parte casualis, ut si dicam: Do tibi hanc rem si mihi x. dederis, vel si illud feceris, sufficit unum istorum adimpleri, sed si plures conditiones ascriptæ sunt donationi conjunctim, ut si dicatur, si illud & illud factum sit, omnibus est parendum, si divisim, ut prædictum est, cuilibet vel alteri eorum satis est obtemperare. Item conditionum alia expressa, & fit verbis negativis, ut si dicatur, si Titius hæres non sit, tu hæres esto, vel si tu hæredem de corpore tuo non habueris, tunc terra sic data revertatur ad tales, unum vel plures, simul vel successivè. Item est quædam conditio tacita, & fit verbis affirmativis, ut si dicatur, si A. sit hæres B. te invicem substituo, id est, hæredem facio, & si unus eorum præmoriatur, vivus succedat mortuo. Item conditionum, alia

a conditional donation si ita factum sit &c

duplex, ut si dicatur, si hæredes de corpore tuo non habueris, vel si habueris & defecerint, tunc terra data revertatur ad me & ad hæredes meos. Item alia simplex, & fit verbis affirmativis, ut si dicam, si habueris hæredes & infra ætatem decesserint, tunc revertatur terra illa &c. Item alia duplex, & fit partim verbis negativis, partim affirmativis, ut si dicam, si filius meus non fuerit furiosus, vel si fuerit & infra furorem decesserit, volo quòd tu hæres meus sis, & hujusmodi. Item fieri poterit donatio sub modo, pluribus adjectis conditionibus, ut si dicam, do tibi hanc rem, ut facias tale quid, vel ne facias, & si non feceris, vel si feceris, quòd terra revertatur ad me. Vel do tibi quòd non facias istam rem sine voluntate mea, & si feceris, quòd possim me ponere in terram illam, & me tenere in terra illa quietè de te & hæredibus tuis, & unde si cum prædictæ conditiones sive conventiones & instrumenta in quibus continentur deducta fuerint in judicio, non sufficit si probentur instrumenta, conditiones vel conventiones: nisi probetur quod satisfactum sit conditioni, vel non satisfactum: quia ꝓbato instrumento, adhuc poterit esse quòd non sit conditioni satisfactum, ꝑ veram ꝓbationem, vel saltem ꝑ præsumptionem, cui semper standum erit, donec ꝓbetur in contrariũ. Item si quis ita dederit sub modo vel sub conditione, quæ ex alterius dependeat voluntate vel potestate. Verbi gratia: si quis dederit alicui advocationem alicujus ecclesiæ, ut ibi faciat prioratũ & illum in proprios usus cõvertat, hoc sine voluntate Episcopi vel alterius ordinarii adimpleri non poterit, & si illi consentire noluerint, non erit hoc imputandũ donatorio quòd conditio non extiterit, & tenebit donatio, maximè cùm donatorius ad hoc diligentiam adhibuerit, ꝓ posse suo, efficacem. ¶ 3. Fit etiam donatio quandoq; ex causa præcedente, & quandoq; ex causa subsequente: præcedente, ut si dicam, do tibi hanc rem, quia *mihi* benè servisti, & quo casu, licèt talis benè nõ servierit, valet tamẽ donatio, quia falsa causa adjecta non perimit donationem, non magis quàm legatum. Si autem ex causa subsequente, ut si dicam, do tibi hanc rem, quia benè mihi servies, adhuc erit illud idem dicendũ. Si autem addatur cõditio in causa subsequente, erit donatio in pendẽti, ut si dicam, do tibi terrã hãc, si benè mihi servieris, & pura erit & perfecta donatio, resolvitur tamen sub conditione, si servitium bonum non fuerit subsequutum, erit in pendenti, donec sciatur utrum existat cõditio vel non existat. ¶ 4. Item poterit cõditio impedire descensũ ad proprios hæredes, contra jus cõmune, ut si dicam, concedo tibi tantum terræ ad terminũ x. annorũ, & post terminum, revertatur ad me terra illa, & si infra terminum illorum x. annorum decessero, cõcedo ꝓ me & hæredibus meis quòd terra illa tibi remaneat ad vitam tuam vel in feodo, & sic facit conditio liberum tenementum & feodũ, & tollit conditio hæredibus, assisam mortis antecessoris, quia si illi prima facie habeant directam actionem, firmarius tamen habebit ex conventione exceptionem. Item ꝙ fuit ab initio liberum tenementum & ad vitam, ꝑ conventionem poterit mutari in terminum, ut si aliquis concedat alteri terram ad vitam, fieri poterit inter eos conditio, quòd si tenens infra certum terminum obierit, quòd
hæredes

hæredes, tenentes, vel assignati, vel sui executores possunt terram sic datam tenere usq; ad certum terminū, post mortem ipsius tenentis, & ita facit cōditio, de termino liber tenementū, & è cōtrario, & dat exceptionem contra veros dominos & eorum hæredes. Item eod modo dat exceptionem contra assisam novæ disseysinæ, ut suprà de necessariis inveniendis, satis dictum est. Itē dat exceptionem creditori contra debitorem, verum dominum & hæredes ejus, si inter eos convenerit ab initio, q si pecunia suo die soluta non fuerit, q terra in vadium data remaneat creditori & suis hæredibus, ut infrà de assisa mortis antecessoris, de hærede Johannis Dacy. Item dat exceptionem contra veros hæredes & contra assisam mortis antecessoris, si sit qui dicat cùm peregrè sit profecturus, concedo A. talem terram meam ad certū terminum, sicut cruce signatorum, & ita q si rediero restituet mihi terram meam, & si in itinere mortuus fuero, vel non rediero, remanebit A. terra illa in feodo, & si existat conditio quòd talis non redierit, & hæres petat per assisam mortis antecessoris, obstabit ei exceptio conditionis, & ita mixta erit donatio, scil. feoffamentum cum termino & unum habent principium, licèt exitum diversum, & tunc terminus & feoffamentum incipiunt eodem tempore, licèt simul stare non possunt, nec paribus passibus incedant, unum eorum præcedit & stat, & aliud est in pendenti, quousque existat conditio vel non existat. Si autem non existat conditio, terminatur utrumq;, sci. tenementum cum termino, vel feodo, & è cōtrario. Si autem existat conditio, statim desinit esse terminus, & feodum vel tenementum quod ab initio incepit, & in pendenti extitit, jam firmum remanet & tenet, & terminus evanescit & è contrario, & sic nocet hæredib⁹ antecessor cōventio ex cōditione. Poterit enim quis renūciare p se, & suis, juri q p se introductū est, & ideò hæredi nō infertur injuria, sed damnū, ex quo talis conventio placuit antecessori: quia scienti & volēti non fit injuria, & ita conditio seu conventio vincit legē. Quod autē dicitur in pcedentib⁹, q potest quis renūciare p se & suis hæredibus, iis q̄ p se & suis hæredibus introducta sunt, nō tamen potest iis q̄ p aliis introducta sunt renunciare, secundū q inferiùs dicetur, de exceptionibus, in titulo de phibitionibus. Itē esto q aliquis dimiserit terram aliquā ab initio in vadium & sub conditione, ita q, si pecunia suo die soluta non fuerit, q terra pignori data remaneat creditori, & in hoc casu si die suo pecunia soluta non fuerit, remanebit terra sic impignorata creditori ipsi, per creditoris conditionem, & voluntatem debitoris suppositam, & sic erit, si certa & unica dies apponatur. Sed esto q quis pecuniā ita credat, reddendam ad plures terminos, & q si debitor in aliquo istorum terminor in solutione defecerit, qd' res impignorata remaneat creditori. Cessat in primo termino, parat⁹ est tamē debitor satisfacere in ultimo termino vel ante, de toto, queritur an teneat conditio? videtur q sic, quia non satisfactum est cōditioni, secund qd convenit, quia in tēpore est plus & minus, & est ver. Sed esto q debitor ita respondeat, q ad diem suum venit parat⁹ satisfacere, & pecuniam solvendā obtulit sub testimonio pbor & legaliū hominū, q̄ hoc dicant sub testimonio visus sui, q̄ vider pecuniam numeratam

meratam quacunque hora diei, cùm tota dies cedit debitori, liberatur debitor. Et unde oportet creditorem quòd qualibet hora diei se exhibeat ad recipiendum & sui copiam faciat, & ita quòd nihil sit quod sibi debeat imputari. Si autem debitor sit in mora, creditore præsente, amittet debitor, vel si præsens fuerit & pecuniã non habuerit. Idem erit sive creditor præsens fuerit sive non. Sed quæro an creditor, pecunia sua die non soluta, statim habeat liberum tenementum: habet, si fuerit in possessione, si autem fuerit extra, habet actionem ex conventione.

Cap. VII.

1 ¶ *Si terra data fuerit bastardo vel in maritagium.* 2. *De dote uxoris bastardi.* 3. *Si terra data fuerit in maritagium, videndum qualiter fiat donatio in maritagium.* 4. *Maritagium aliud liberum, aliud non.* 5. *Quòd maritagium revertitur pro defectu hæredum.*

Quoniam terra data bastardo in maritagium, sicut & aliis, vel bastardo per se, in se tacitam habet conditionem vel expressam de reversione: ideò videndũ si terra data fuerit bastardo in maritagium cum aliqua muliere, aut datur ipsis & eorum hæredibus cõmunibus, aut hæredibus ipsius uxoris tantùm, in primo casu revertetur ad donatorem, si defecerint hæredes communes, per modum tacitum donationis. Si autem sit hæredibus uxoris, tunc si hæredes habuerit de bastardo, remanebit eorum hæredibus cõmunibus terra, quia tales erunt hæredes uxoris, quamvis communes. Si autem communes defecerint, tunc descendit terra sic data aliis hæredibus ipsius uxoris de altero viro vel à latere venientibus. Item, esto ꝙ terra illa data fuerit alicui bastardo ꝑ se sine uxore, & tunc addatur, ei & hæredibus suis tantùm, vel ei & assignatis suis: si ei & hæredib⁹ suis tantùm, tunc deficientibus hæredib⁹, sive homagium intervenerit sive non, erit terra illa eschaeta dominorũ ꝑ defectu hæredum, & cum tali domino remanebit, non obstante homagio, quia homagiũ evanescit, hæredib⁹ deficientib⁹ ubique. Si autẽ facta fuerit bastardo & hæredib⁹ suis vel assignatis, vel cui assignare voluerit, tunc si in vita sua terram illã assignaverit hora cõgrua & tempore cõpetenti, ac si fecerit donationẽ & eodẽ modo, valebit assignatio & donatio, quamvis hæredes de corpore suo defecerint, ꝙ quidem facere non posset deficientib⁹ de corpore suo hæredib⁹ ꝓcreatis, nisi hoc ei ꝑmissum esset per cõditionem & ꝑ modum donationis. Et notandum ꝙ in favorem bastardorum primò inventa fuerit donatio, unde quidẽ sive facta fuerit donatio bastardo & hæredib⁹, vel bastardo & hæredib⁹ & assignatis, si hæredes nõ habuerit, vel assignatos hora congrua non fecerit, terra sic data, non obstante homagio, revertitur ad ipsum donatorem, & cum eo remanebit pro defectu hæredum & assignatorũ. ¶ 2. Sed de dote mulieris quid fiet in hoc casu? ex quo warrantum nõ habet de dote sua, cùm nec appareat hæres nec assignatus, nec etiam legatarius, si fortè legatum fuerit, sicut in burgagiis: mulier in omnib⁹ istis casib⁹ dotem obtinebit, quãmvis warrenti non existant, quia vir suus, quãvis bastard⁹, feoffatus fuit tenendi in feodo sine aliqua contradictione, liberè & purè, & statim incipit res data esse in feodo, licèt

licèt hæredes vel assignati non existant, vel licèt extiterint & defecerint, ꝙ non est in certis hæredibus expressis & nominatis ut suprà. Sed qualiter obtinebit mulier dotem, cùm warrantum non habeat, non magis quā ille qui warrentum habere potest, cui ꝑ bastardū fit donatio, deficientib⁹ hæredib⁹ & assignatis & legatariis? Respondeo ꝙ ipsi amittunt ꝑ defectu warrenti, quāvis teneat & sint in possessione. Sed qualiter recuperabit ipsa? cū sit extra seysinam & sine warranto, ut videtur, respondeo. Habet quasi warrantū suum, illum, ad quem, terra sic data, debet reverti, & maximè, eò ꝙ vir suus (quāvis bastardus) feoffatus fuit purè & sine conditione tenendi in feodo, & sic existit talis warrant⁹ dotis & non donationis, & poterit ratio esse, quia ex necessitate, statim post mortem talium donatoꝝ, revertitur res data ad donatorem, ꝑ defectu hæredis, qui warrantizare deberet donum: & etiā dos, non statim, sed post tempus, & erit donator quasi hæres, & loco hæredis ꝑ defectu hæredum, & in dote non erit aliqua exhæredatio sicut in donationibus, & maximè hoc ideò, quia ad donatorem post mortem uxoris erit reversura. Item esto quòd duobus fratribus bastardis fiat donatio de aliqua re, tunc distinguendum erit, utrum fiat illis duob⁹ simul & in cōmuni, vel cuilibet ipsoꝝ separatim & per se: si autem separatim & per se, & unus eorum moriatur sine hæredibus vel assignatis, res data revertetur ad donatorem ꝑ defectu hæredis vel assignati, quia frater bastardus omninò extraneus est et quoad successionem, licèt nō quoad sanguinem. Si autem sic data fuerit res, tenenda in cōmuni, & si unus eoꝝ decesserit sine hærede vel assignato, frater ejus bastardus succedet ei, non quidem jure successionis, sed jure accrescendi, secundùm ꝙ dicitur suprà, de concubina & pueris. Si autem uterq; hæredes habuerit, omnes simul teneant in cōmuni, nisi agere velint ad divisionem & partitionem. Si autem uterq; sine hæredib⁹ & assignatis decesserit, vel si tales habuerit & defecerint, sic tota res data revertetur ad donatorem. ¶ 3. Quādoq; verò revertatur maritagium ad donatorem, per cōditionem tacitā vel expressam: Ideò consequenter dicendum est qualiter terra dari possit in maritagium. Et sciendum ꝙ terra datur aliquando ante sponsalia, & ꝑpter nuptias, à patre mulieris, vel alio parente, ipsi marito cū muliere aliqua, vel utriq; simul. s. tali viro & uxori suæ (ꝙ idem est) & eoꝝ hæredibus vel alicui mulieri ad se maritandam, vel simpliciter sine aliqua mentione maritagii, q̄ quidem donatio fieri poterit sicut cuilibet de populo. Sed si fiat mentio de maritagio, terra sic data dici poterit maritagium. Fit etiam talis donatio, ante matrimonium contractum, aliquando in ipso contractu, aliquando post contractum. Est autem alia donatio, q̄ fit à viro uxori, in ipso contractu, ad ostium ecclesiæ, q̄ non dicitur propriè donatio, immo dotis nominatio, sive constitutio, secundùm quod inferiùs dicetur in tractatu, de dote. Terra vero q̄ sic datur ꝑpter nuptias, dicitur maritagium. Et est maritagium aliquando liberum. s. ab omni servitio quietum, & aliquando servitio obligatum. Liberum autem maritagium dicitur, ubi donator vult quòd terra sic data quieta sit & libera ab omni seculari servitio, quod ad dominum feodi possit pertinere, & ita quòd ille, cui sic da-

ta

ta fuerit, nullum omnino faciat inde servitium usq; ad tertium hæredem, & usq; ad quartum gradum, ita q tertius hæres sit inclusivus. Item liber̃ potest esse ex toto quòd nullum omnino reddit servitium. Item omni servitio obnoxium, sed ubi nullum servitium remittitur. Item liberum in parte, & in parte non, ubi aliquod servitium accipitur in donatione, & aliquod remittitur: ut si quis ita tradidit in maritagium liber̃ tenementũ, salvo in de forinseco servitio. Item poterit quis dare liberiùs quàm ipse tenuerit & per minus servitium, ut si ipse teneatur ad forinsecum domino & feoffatori suo, tenens ipse poterit alium inde ulteriùs feoffare sine forinseco, de toto vel de aliqua parte, non tamen limitatur districtio dominorum, quin per totum facere possunt districtionem, secundùm juris rigorem, sed de æquitate non. Ut si districtionem fecerit super feoffato, perquirat sibi feoffatus, per breve de medio, super suũ feoffatorem, & interim non cessabit districtio, propter placitum de medio: quia si sic: tunc fieret injuria capitali domino. Si autem super feoffatorem, benè facit: quia ipse tenetur suo feoffato ad warrantiam. Itẽ esto quòd dominus capitalis sui tenentis confirmaverit feoffamentum, si tunc districtionem fecerit super suum feoffatum, feoffatus habebit defensionem suam in manu sua, scilicet confirmationem. Si autem super feoffatorem tenentem suum, licèt ipse nihil habeat in manu ad defensionem suam, si tamen petit servitium ab eo, quod remiserit suo feoffato, & sic esset confirmatio inefficax, si ab uno posset petere quod alteri remisit. Et unde dicere poterit feoffator quòd ipse respondere non teneatur: Quia ex quo dominus capitalis suum factum & donum confirmavit, faciendo aliquid contra, illud non poterit infirmare, quia confirmatio suum supplet defectum: & ita quòd nullus eorum tenebitur, ut confirmatio magis valeat quàm pereat, & quòd potiùs locum teneat quàm nullũ. Gradus verò computandi sunt, à primo donatorio, usq; ad tertium hæredem inclusivum: Ut donatorius faciat primum gradum, & hæres suus faciat secundum, & hæres hæredis tertium, & hæres secundi hæredis quartum, qui quidem tenebitur ad servitium, & facta computatione de hæredibus, filius vel filia donatorii erit primus hæres, filius vel filia talium, erit secundus, & filius vel filia secundi hæredis, erit tertius hæres qui tenebitur ad homagium & servitium faciendum, & ita quòd donatorius & duo hæredes successivè tali gaudent libertate. Et videtur quòd homagium ideò fieri non debet, propter reversionem ad donatorem si hæredes defecerint. Sed quid si à tertio hærede fit homagium, & ipse vel hæredes sui sine hæredibus decesserint, videndum erit an alii sint hæredes, qui vix deficiunt infra quartum gradum, & si tales extiterint, ad eos revertetur maritagium pro defectu hæredum in recta linea descendentium. Si autem nullus talis inveniatur, vel si fuerit & defecerit, tunc, pro defectu omnium illorum, ad donatorem revertetur maritagium, & pro defectu hæredum, èvanescit homagium. Item esto quòd fiat homagium ante tertium hæredem, quæritur an extunc teneatur ad servitium? & verum est quòd sic, ut probatur de termino sancti Mich.

anno

anno regni Regis H. 15. incipiente 16. comitatu de Salop de Rogero de la Suche & Petronilla de Wyneslogh, quia servitiũ semper sequitur homagium, quamvis hoc sit ad dãnũ solventium. Et quid si in initio donationis liberi maritagii nulla sit charta confecta, q̃ in se contineat warrantizationẽ expressam, nec homagiũ sit fa[illegible] nec [illegible] implacitari & [illegible] suos, si donatorem maritagii & feoffatorem suũ vocaverit ad warrantũ, quæritur an warrantizare debeant, sine charta & homagio? & verũ est q sic, quia fœmina p donatorẽ sic maritata, vel ejus pueri vel hæredes, si ipsa obierit, erunt p charta, & sufficiunt p charta. ¶ 4. Est autem maritagium servitio obligatum & oneratum, q non est liberum, ut si donator sic dederit, retento sibi & hæredibus suis servitio debito, & sic fiet servitium debitum sive homagium, usq; ad tertium hæredem, & terti⁹ hæres extunc faciet homagium cum servitio, de hærede in hæred. Sed ante homagium factum & usq; ad tertium hæredem in utroq; casu faciet vir fidelitatem, & ejus hæredes, vel uxor donatorii, dum fuerit sine viro. Liberum autem maritagium dici poterit, dum tamen fiat inde servitium tale quale. Item nihilominùs dici poterit liberum, licèt inde solvantur præstationes communes, q̃ non pertinent ad dominum feodi, sed ad Regem. Item nihilominùs dici poterit liberum, si inde præstentur auxilia rationabilia, sicut de filiabus maritandis, & de filio faciendo militem, quæ pertinent ad personas, q̃ liberè tenent, & non ad tenementum quod tenetur liberè. Item dari poterit terra ante matrimonium & post, tàm viro pro se & hæredibus suis, quàm uxori pro se & hæredibus suis, quã utrisq; & hæredib⁹ suis communibus, à patre, vel matre, vel alio parente uxoris, unde si contingat partitionẽ fieri inter uxorẽ & sorores ej⁹ participes, vel earum hæredes de cõmuni hæreditate, in partitione facienda, non venit in divisionẽ, terra data viro per se: quia ipse feoffatus est sicut quilibet de populo, & ideò cõtribuere non tenetur. Sed terra data tã viro quã uxori vel uxori per se, cõtribui debet (secund quosdã) & indistinctè, q ego non approbo, cùm mentio non habeatur de maritagio, & p eo q vulgaritèr dicitur, q maritagium cadit in partem. Videtur ergo q non aliud quàm id quod datur ratione maritagii & affectione, & ideò de facili dicere possit quis, q donatio simplex & pura cadit in partem, sicut maritagium, q quidem non dicitur. Restat ergo inquirendum, ut videtur, utrum terra sic data, ad minus, uxori ante matrimonium, data sit tali de causa, scil. ad se maritandam, vel sicut cuilibet de populo, & quòd nulla sit spes maritagii, vel ob spem maritagii, & secundùm hoc cadet donatio in partem, vel non cadet. Diversimodè verò datur terra in maritagium cum uxore, ut si dicat donator. Do tali filiæ meæ tantã terram ad se maritandum, nulla facta mentione de hæredibus, videtur q talis donatio tantùm sit liberum tenementum & non feodum, & quòd se non extendat ad hæredes, & unde sive liberos habuerit sive non, videtur statim q post mortem talis mulieris, sive maritata fuerit sive non, reverti debeat ad donatorem, nec ad hæredes descendet, nec cum primo viro vel secundo per legem Anglicanam remanebit, vel si ita data fuerit, scil. ad se maritan-

maritandam, & tenendum sibi & hæredibus suis generaliter, licèt de corpore suo nullos habuerit, alii remotiores vocantur ad successionem. Si autem hæredes de corpore suo habuerit, tales aliis præferuntur, dum tamen terra remaneat primo vel secundo marito ad vitam, per legem Angliæ. Si autem terra sic data fuerit in maritagium, sibi & certis hæredibus suis, cum coarctatione, scilicet, qui de carne sua procreati fuerint, si tales defecerint, statim revertetur terra data ad donatorem pro defectu hæredis, omnibus aliis hæredibus exclusis. Si autem sic data fuerit, tam viro quàm uxori & eorum hæredibus communibus, tales intelliguntur esse hæredes, qui de corporibus utriusque ipsorum communiter fuerint procreati, omnibus aliis hæredibus separatis, & à successione exclusis. Et ideò si uxor à primo viro filiam procreaverit, & de secundo filium, filia ex primo viro in successione præferri debet filio ex secundo viro procreato, quod quidem esse non deberet, si terra data esset uxori tantùm & hæredibus de corpore suo procreatis, & istis omnibus deficientibus, revertetur terra data ad donatorem, omnibus aliis exclusis, ut prædictum est. Item dari poterit terra in maritagium tam viro quàm uxori, habendum & tenendum prędictis viro & uxori, & hæredibus viri tantùm, in quo casu vocantur omnes, tam alii hæredes ipsius viri quos habuerit ex alia uxore, quā remotiores. Si autem sic data fuerit, viro & uxori & hæredibus uxoris tātùm, tunc vocantur ad successionem, tam hæredes uxoris de tali viro, sive masculi sive fœminæ, quàm de alio viro, & remotiores, dum tamen masculi fœminis præferantur. Si autem sic fiat donatio, viro & uxori, & eorum hæredibus, de communibus hæredibus dici intelligitur. s. de corpore ipsorū procreatis simul & progenitis & conjunctim. Item esto quòd talis fiat donatio, ut si dicat, do tali viro tantam terram cum pertinentiis pro homagio & servitio suo, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis, & incontinenti adjiciat in charta istam clausulam. s. in liberum maritagium cum filia mea, videtur quòd ista duo simul stare non possunt, cùm sint sibi ad invicem repugnantia, quia inde sequitur, quòd in primo casu, debeat terra sic data remanere viro & hæredibus suis quibuscunque: & in secundo casu, tam uxori quàm viro, & eorum hæredibus communibus & conjunctim, & si tales hæredes non habuerint, quòd terra sic data reverti debeat ad donatorem, ex tacita conditione, & pacta incontinenti apposita insunt contractibus, & legem dant eis & illos infirmant. Quæritur igitur cui parti standum erit? quidam dicunt quòd homagium præferri debet, cùm sit primus & principalis contractus, & maritagium sit quasi accessorium. Alii verò dicunt, quòd maritagium debet præferri, ut videtur, quia terra data est propter affectionem mulieris, & occasione maritagii, & videtur ꝙ primum pactum debeat per posterius elidi: sed melius est, ut videtur, quòd homagium preferri debeat: quod multis rationibus doceri poterat. Item si dicatur, do tali tantam terram per modum donationis, ut filiam meam ducat in uxorem, vel per conditionem, si filiam meam duxerit in uxorem, & si ille, cui talis facta fuit donatio, illam non duxerit, vel ad alia vota convolaverit

rit, competit donatori repetitio, etsi perfecta fuerit donatio, quia terra ex causa data, & causa non est sequuta. Et unde si donator postquam talis aliam duxerit illum statim ejiciat, ejectus, per assisam novæ disseysinæ non recuperabit, incontinenti enim ejici videtur in ipso contractu, vel post contractum, & post seysinam, infra triduum vel quartam diem, vel aliquantulum ulterius, sed cum causa. De hac materia habetis de itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshull in comitatu Leycestriæ. Assisa novæ disseysinæ, si Robertus filius Martini. Sed non erit ita, si talem duxerit in uxorem, ut convenit, licet postmodum inter eos celebretur divortium, cùm sit modo & conditioni satisfactum. Sed alio modo competit repetitio, & hoc apparet, secundùm quod tales, hæredes habuerint vel non habuerint. Hæc de maritagio ad præsens sufficiunt exempli causa. Quoniam aliquando revertitur maritagium ad donatorem, pro defectu hæredum, sive homagium intervenerit, sive non, videndum igitur qualiter revertatur, tam de maritagiis quàm de aliis terris datis pro homagio & servitio. Et sciendum quòd quandoque fit reversio ad donatorem pro defectu hæredum, per modum tacitum vel expressum, ut si terra data fuerit in maritagium, vel bastardo. Item per conditionem tacitam vel expressam, tacitam, ut quamvis in hujusmodi donationibus nulla facta sit mentio de reversione, oportet tamen ex necessitate, quòd res data revertatur ad donatorem, cùm jus merum non habeat alius, ad quem descendat, & res sic reversa cum donatore remanebit, quia homagium, si prius intervenerit, evanescit, nec ille ad quem res sic revertitur, hæres erit donatorii (& de hac materia inveniri poterit, de termino sancti Michaelis anno regni Henrici tertio, incipiente quarto in comitatu Bedeforde, de Richardo le Hare.) nec ut hæres, vel quasi, nec pro hærede, nec loco hæredis, nec factum donatorii warrantisabit aliquo casu nisi tantùm dotis constitutionem, & hoc non in omni casu, nisi cùm sit pura donatio, & non conditionalis nec modalis, ita quòd expresse revocetur. Item revertitur terra data non pro defectu hæredum tantùm vel assignatorum, sed pro defectu hæredum vel assignatorum, de quibus nulla fit mentio in donatione, quòd res data ad ipsos descendat. Item revertitur terra data ad donatorem pro defectu hæredum, qualitercunque tenentes feoffati fuerunt, purè vel sub conditione, vel alio modo, si omnino nullus hæres appareat, & cum donatore remanebit. Et si dubitetur an sit hæres, eodem modo, donec sciatur si hæres sit, & quis sit hæres, & in hoc casu erit donator pro hærede. Item revertitur ad donatorem terra data, non pro defectu hæredum, sed quòd jus & successio descendere non poterit ad hæredes, propter impedimentum perpetuum, sicut pro felonia antecessoris, de qua convictus fuerit, aliquo genere convictionis, & talis terra remanebit cum donatore, ut eschaeta sua, & ille donator ad quem sic revertitur, habebitur loco hæredis ad warrantisandum omnia quæ felo gessit ante feloniam, dum voluit & potuit: dum tamen perfecta fuerit ante feloniam: sicut donatio, vel ad terminum dimissio, quæ omnia

P Of Reverter after failure of heirs.

omnia firma erant & rata, & irritari non poterunt, licèt de termino videatur quòd sic: quia videtur quòd firmarius warrantum non habeat de termino suo, sicut dici poterit de custodia. Sed re vera tenet talis dimissio, quia dominus capitalis non intrat ut custos, sed ut dominus, & loco hæredis. Ea verò, quæ ante feloniam incepta fuerunt, & non perfecta, sed in faciendo, sicut in promissionibus, & obligationibus, & dotis constitutionibus, non valent post convictionem & condemnationem. Ea verò quæ post feloniam facta sunt, vel imperfecta in faciendo, nunquam valebunt post condemnationem, nec tenebitur donator ad warrantizandum, licèt sit loco hæredis in quibusdam. Et sicut res sic data, esse poterit eschaeta donatoris in dominico, eodem modo poterit ei esse in homagio & servitio, quia medio inter ipsum, & tenentem tenentis sui sublato de medio, & loco cujus oportet eum succedere, velit nolit, quia homagium & servitium recusare non poterit, & sic erit loco hæredis ei, cui succedit, licèt vulgaritèr dicatur, quòd quilibet poterit feodum suum wayviare: sed hoc intelligendum erit cum distinctione, quòd si quis alium feoffaverit de C. libratis terræ per servitium unius denarii, terra sic data erit feodum donatoris, quia inde feoffat, & similitèr erit feodum feoffati, quia ipse inde feoffatus est, tenendi in feodo, sibi & hæredibus suis, & unde habito respectu ad feoffatum, feoffatus benè poterit wayviare feodum suum, cùm hoc sit ad commodum sui feoffatoris, & ad proprium incommodum suum. Feoffator autē hoc facere non potest, quia si ita esset quòd posset wayviare feodum suum pro minimo servitio, nunquam warrantiam faceret suo feoffato. Cùm igitur feoffator medius hæreditatem suam forisfecit, succedet ei, loco hæredis, suus feoffator superior, velit nolit, & loco hæredis defendet eum, quem ille defēdere tenetur cujus loco succedit, quia sicut tenementum succedere possit tenenti in dominico, ita poterit servitium, nec illud wayviare possit non magis quàm ipsum tenementum. Sed esto ꝙ quis alium feoffaverit per certum servitium. s. ꝑ decem & ille feoffatus alium ulteriùs feoffaverit per minus servitium. s. ꝑ quinq;, quæritur an principalis feoffator habere debeat servitium ei debitum. s. decem, & nihilominꝰ quinq; sicut eschaeta, & sic utrūque, vel tantum alterum, decem vel quinq;. Item esto è contrario quòd principalis feoffaverit per minimum servitium, & ille feoffatus alium per majus servitium, rigor juris vult ꝙ habeat utrumq;, quia unum est eschaeta, & aliud est debitum ꝓpter suum feoffamentum, & obligatur tenementū. Sed ita injustè gravaretur tenens, si teneretur ad utrūq;, cum suus feoffator tenetur eum defēdere, cujus loco succedit dominus capitalis superior. Æquitas tamen sibi locum vendicat in hac parte, quòd dominus non sit in damno, quin ad minus habeat suum plenum servitium, computato cum minori servitio. s. quinq; in quantitate decem. Si autem è contrario dominus ꝑ minus servitium. s. ꝑ quinq; & suus tenens ꝑ majus servitium feoffaverit, dominus ratione eschaetæ habebit majus servitium ut eschaetam, computato minori. s. quinq; in majori servitio tenentis. s. decē, cujꝰ loco succedit. Quia sicut plures sunt hæredes de hærede in hæred', ꝓpinqui & remoti, ita plures possunt

possũt esse tenẽtes ꝑ plura feoffamẽ successivè de tenẽte in tenenẽ & pluresdñi capitales superiores, erũt dñi ultimi feoffati. Sed tamẽ quid erũt ꝓpinquiores, & quid remotiores, usq; ad primũ feoffatorẽ ascẽdẽdo, & ita plures erũt tenẽtes capitalis dñi, primi feoffatores, gradatĩ descendendo usq, ad ultimũ. Et sic erũt tenẽtes ꝓpinqui & tenẽtes remoti. Itẽ revertitur terra ad donatorẽ ꝑ restitutionẽ, ut si tenẽs reddiderit & restituerit dño tenemẽt suũ vel si illud weyviaverit, ꝙ benè facere potest, im ꝑpetuũ, & sic solvitur & evanescit homagiũ, & tale tenemẽtũ remanere poterit cũ donatore, homagio nõ obstãte. Itẽ revertitur terra data ad donatorẽ nõ ꝓ defectu hæredis, vel ꝓpter feloniam, sed sicut ad hæredẽ ꝓximũ feoffati, ut si pater cõmunis ante mortẽ suã feoffaverit filiũ suũ mediũ, vel frater antenat⁹ fratrẽ suũ post natũ, & talis obierit sine hærede de se, terra data revertitur ad feoffatorẽ, fratrẽ ante natũ, uno modo sicut eschaeta, ꝓ defectu hęredũ fratris sui postnati de corpore suo, alio modo sicut hæredi fratri suo, & antenato. Sed quoniã homagium nõ evanescit nec extinguitur, cùm sint alii hæredes cognati vel fratres, nec primogenit⁹ ꝓpter homagiũ poterit esse hæres & dominus, cũ homagiũ expellat dominicum & retineat servitiũ, terra sic data remanere nõ poterit cum donatore, si sit hæres ei ꝓximus qui petat, si autem null⁹ sit omnino, vel null⁹ qui pẽtat, terra cum tali feoffatore remanebit. Itẽ si quis alium feoffaverit, & ille idem secũdum, & secund⁹ tertiũ & ita in infinitũ, & ille ultimò feoffatus primũ feoffatorẽ, tale feoffamẽtum stare nõ poterit, nõ magis quã si quis alium feoffaret de aliqua terra, ꝓ homagio & servitio suo, & ille idem feoffatus eundẽ feoffatorẽ suum, quia sic esset simul & semel de eodem tenemento domin⁹ & tenens, ꝙ esse non potest, magis quàm dñs & hæres. Omẽ autẽ reversionẽ ĩpedit cõfirmatio, facta ab eo qui donũ alicuj⁹ poterit infirmare, & eodẽ modo homagiũ, & servitiũ receptũ ab eodẽ, & sine cõfirmatione. Idẽ est. s. ꝙ ĩpeditur reversio, si aliquis feoffat⁹ fuerit ab eo qui feoffare nõ potest, tenẽdi de eo qui donationẽ revocare poterit, & ipse homagiũ tale ceperit & servitiũ, nõ potest donationẽ infirmare: sec⁹ si donator homagiũ retinuerit & servitiũ atturnaverit vero dño ꝓ se ꝑ manum donatorii.

Cap. VIII.

1 ¶ *Si servis fieri possit donatio.* 2 *Si fiat donatio servo sub potestate domini sui constituto.* 3 *Si fuerit donatio ei qui fuerit extra potestatem domini.* 4 *Si servus donationem facere posset an non.*

Videndum est etiã an servis fieri possit donatio, sicut liberis, ad ꝙ inprimis videndum est, utrum servi sub potestate dominorum suorum fuerint constituti, vel extra potestatem, & in statu liberi, & hoc sive sint manumissi sive fugitivi. Itẽ utrum fuerit donatio facta à domino, sub cujus potestate fuerint, vel ab alio. Si autẽ à domino, tunc utrum cum charta & sine charta & manumissione, & libertate ꝑcedente, vel sine, & tũc utrum sibi tãtùm, vel sibi & hæredibus suis. Si autem à dño, sub cujus potestate fuerit, & præcesserit libertas cum manumissione, valet donatio, ac si facta esset donatio cuilibet alii de populo, sive hoc fiat cum charta, vel sine: Dum tamẽ homagium ĩtervenit, nõ tamẽ nocet si ĩterveniat utrũq;, quia quãvis dicatur,

Donation to servi

quòd servus liberum tenementum habere non posset, tamen defenditur in possessione, ut si feoffator & suus dominus petat, & habeat prima facie actionem, servus habet cōtra actionem domini sui, competentem exceptionē, & actionem, si dominus eum ejecerit contra factum suum, & cum servus petat dominus excipiat de servitute, servus habet competentem replicationem de facto domini. Item si in charta contineatur, & sine manumissione expressa, habendum & tenendum liberè quietè & pacificè, sibi & hæredibus suis, licèt homagiū nō intervenerit, innuitur p̱ hujusmodi verba & vehementer p̄sumitur, ꝙ donator voluit eum esse liberum, cui donatum est. Si autē in charta hoc tantùm contineatur, habendum & tenendum tali (cùm sit servus) p̱ liber̄ servitium, hujusmodi verba non faciunt servum liber̄, nec dant ei liber̄ tenem̄tum. Est enim longè aliud tenere liberè, & aliud tenere p̱ liberum servitium, quia quamvis quis teneat p̱ liberum servitium, non tamen ꝑpter hoc tenet liberè, quia tenementum ꝙ conceditur villano, tenendum per liber̄ servitium, non facit villanum liberum, nisi teneat liberè, non magis quā villenagium facit liber̄ hominē villanum, si liber homo teneat p̱ villanas consuetudines, quia tenementum nihil confert, nec detrahit personæ, nisi præcedat, ut dictum est, homagium vel manumissio, vel ꝙ tantundem valet de concessione domini, scilicet ꝙ villanus liberè teneat & quietè & per liberum servitium, sibi & hæredibus suis. Si autem hoc solum dicatur, quòd teneat per liberum servitium, sibi & hæredibus suis, si ejectus fuerit, à quocunq;, non recuperet per assisam novæ disseysinæ ut liber̄ tenementum, quia domino competit assisa & non villano. Si tamen dominus ipsum ejecerit, quæritur an contra dominum agere possit de conventione, cùm prima facie non habet personam standi in judicio, ad hoc, quòd dominus teneat ei conventionem, videtur ꝙ sic, ꝑpter factum domini sui, ut si agat de conventione, & dominus excipiat de servitute, replicare poterit de facto domini sui, sicut suprà dicitur, de feoffamento. Nec debent jura juvare dominum contra voluntatem suā, quia semel voluit conventionē, & quamvis damnum sentiat, non tamen fit ei injuria, & ex quo prudenter & scienter contraxit cum servo suo, tacitè renunciavit exceptionē villenagii, nec poterit eum tueri ignorantia, si fortè p̄tendat quòd nescivit ipsum esse villanum, tēpore cōtractus, quia scivit, aut scire debuit, cujus fuit conditionis ille, cùm quo contraxit, utrum videlicet servus vel liber, servus ꝓprius vel alienus, & utrum sub potestate sua, vel extra constitutus. Item esto quòd servo facta sit donatio à domino, ut prædictum est, pro homagio & servitio, & cum manumissione vel sine, vel per id quod tantundem valet, ut prædictum est, & ille idem dominus alii dederit homagia & servitia eorū, quæro an talis illos ejicere & disseysire potest, cùm non sit ibi factum suum nec feoffamentum, & verum est quòd non potest, non magis quàm ille qui donationem fecit, quia cùm loco ejus succedat non potest plus juris clamare, quam ille posset cui succedit, & ipse extraneus est quantum ad tales feoffatos, & ideò de jure non competit ei exceptio villenagii, & si sit qui dicat ꝙ competat, obstabit ei replicatio de facto sui feoffatoris. ¶ 2. Si servo alicujus

cujus sub potestate domini constituto facta fuerit donatio, benè valet, & tenet, quamdiu domin⁹, sub cuj⁹ fuerit potestate, hoc ei permiserit, & unde si fuerit disseysitus p feoffatorē suum, vel p alium, ad quem non pertinet, cōpetit ei restitutio p assisam, contra feoffatorem suum ,ppt factum suum & cōtra alios ad quos non ptinet, & quib⁹ de jure non competit exceptio villenagii. Et quid si domin⁹ servi, in cuj⁹ fuerit potestate, servū suum ejiciat, qui se dicat esse liberum, & proclamat in libertatē, cùm servus sit? hic fiat discussio p parentelā servi ,pductā, tam ex parte domini, quàm ex parte servi, si autem serv⁹ fuerit extra potestatē domini, aliud erit, quia tunc nō respondebit serv⁹ ad exceptionē status sui, nisi velit sponte, antequā fuerit restitutus p assisam novæ disseysinæ, & ita ꝙ primò habeat statū suum, & postea agat dominus de statu servi & non priùs. Poterit enim quis esse servus unius, & liber homo alterius, respectivè tamē, quamvis dicatur, ꝙ quilibet aut liber est aut servus, nec ,p parte liber, nec ,p parte serv⁹. Et non solùm cōpetit servo sic feoffato assisa novæ disseysinæ contra prædictos, sed etiam hæredib⁹ suis, cùm post mortē ej⁹ semel extiterint in possessione, & quousq; seysinam habuerint cōpetentem, cōpetit eis assisa mortis antecessoris versus omnes, præterquā cōtra verum dn̄m, sub cujus fuerint potestate, quia cōtra ipsum non tenet assisa novæ disseysinæ, nec mortis antecessoris, quia licèt servus sub potestate constitutus, prima facie habeat querelā vel actionem, dominus cōtra ipsum habet cōpetentem exceptionem servitutis, & servus nullā replicationem. Sed quare non habet dn̄s assisam novæ disseysinæ, statim, cùm servus sub potestate sua cōstitutus tenementū acquisierit, ex quacunq; causa ejiciatur? cùm dicatur ꝙ quicquid p servum acquiritur, id dn̄o acquiritur: & unde videtur ꝙ statim ex quo servus est in possessione, ꝙ dn̄s p eum possidet, & ideò si serv⁹ ejiciatur, ꝙ dn̄s p eum sit ejectus. Item ꝙ p servum acquiritur, id dn̄o acquiritur, etiam nescienti & ignoranti, & adhuc dormienti. Ad quod inprimis videndum erit, utrum serv⁹ pquisitum fecerit nomine suo ,pprio, vel nomine domini sui. Si autē nomine domini sui, & ad opus domini stipulatus fuerit, & cōtraxit, id statim acquiritur domino p servum, sicut p pcuratorem suum, & quandocunq; servus ejectus fuerit, statim cōpetit assisa domino & non servo. Si autem, vice versa, stipulat⁹ sit servus sibi ipsi, & non dn̄o, id nō statim acquiritur domino, quāvis illud sit sub voluntate & potestate sua, antequā dn̄s apprehensus fuerit possessionē. Quod quidem impunè facere poterit si voluerit, ,ppt exceptionem, quæ ei cōpetit, & cōtra quam in hoc casu nulla cōpetit replicatio, dum tamen ipse domin⁹ faciat feoffatori servi sui in homagio & servitiis & aliis, ꝙ serv⁹ facere teneretur. Et cùm domin⁹ seysinā ita habuerit de manu sua, poterit restitutionem facere servo, vel ali⁹ tenendū liberè vel in villenagio, & extunc cōpetit domino assisa novæ disseysinæ, vel nō cōpetit, secūdùm ꝙ sic vel sic. Cum autē villan⁹ sub potestate, cōstitutus sic seysit⁹ moriatur, antequā domin⁹ man⁹ apposuerit, poterit esse cōtētio int̄ dn̄m servi, & feoffatorē, cuj⁹ illorū debeat esse eschaeta, tenemētū sic p servū acquisitū, et videtur ꝙ non poterit esse eschaeta domini, quia serv⁹ non de eo tenuit, sed de suo feoffatore.

tore. Itē nec eschaeta feoffatoris, cùm serv' feoffat' liber sit & habeat hæredes quātum ad suum feoffatorē, ppt suum factū & feoffamentum, & unde si primò feoffator se posuerit in seysinā, dn̄s servi nullā habebit versus eum actionē, hæredes tamē feoffati habebunt assisam mortis antecessoris, & cùm p assisam recuperaverint, tunc erit illud tenemētum in voluntate dn̄i, sicut priùs fuerit tēpore mortis antecessoris. Et sciēdū ꝙ in hoc casu, cōtra omnes cōpetit assisa mortis antecessoris in psona hæredū, cōtra quos cōpeterit assisa novæ disseysinæ in psona antecessoris: Si autē in vita antecessoris se poneret dn̄s servi in seysinā, & feoffator miserit se in possessionē post mortem, dn̄s habebit assisam novæ disseysinæ, salvo tamē feoffatori servitio suo debito. Sed quid si hæres fuerit infra ætatē? quis habebit custodiā & maritagium, cùm sic possit dn̄s carere servo suo, ex præmissis poterit veritas benè ppendi. Itē esto, ꝙ plures sint domini, & serv' sit cōmunis, si cōtrahat & stipuletur, quæro cui istorū dominorum, utrum uni vel ambob'? Respondeo, si uni tantùm, ipse totum habeat, si ambobus, tunc cōmune erit, secundùm ꝙ serv' fuerit stipulatus. Et quid si sibi ipsi stipuletur? tunc refert quis eorum se priùs posuerit in seysinā, & utrum unus vel ambo, vel omnes, & secūdùm hoc &c. Sed semp ratio habenda est, de parte dominorum. Itē esto ꝙ servus donationem fecerit de eo, ꝙ ei datum est, tunc distinguendum, ut suprà, utrum serv' tenuerit ut liberum tenemētum, vel ut villenagiū, quia si ut villenagium, dn̄o cōpetit repetitio, sed si liberū tenemētū, tunc nec ei, nec dn̄o suo, quia tenet ꝙ actū est, & dn̄s sibi imputet ꝙ tantū expectavit (de servitio autē restat quærēdū) & sic cōstat ꝙ qui sub potestate alteri' fuerit, dare poterit. Sed qualiter hoc? cùm ipse qui ab aliis possidetur, nihil possidere possit. Ergo videtur ꝙ nihil dare possit, quia non potest quis dare ꝙ non habet, & nisi fuerit in possessione rei dandæ. Respondeo, dare potest qui seysinam habet qualēcunq;, & servus dare potest, & quandoq; irritari possit donatio & quandoq; nō, secundū rationē præmissā. ¶ 2. Dictū est suprà quid juris, si donatio facta fuerit ei qui est sub potestate dn̄i, nunc autem dicendū quid juris, si fiat illis donatio, qui fuerint extra potestatē, sicut fugitivis, vel servis extra villenagiū natis, & cui acquiritur res data, & possessio: & sciendū est ꝙ servo, & si dn̄s eum ejecerit sine judicio, dicunt quidā, ꝙ nō cōpetit servo restitutio p assisā, quia si cōpetit ei actio, obstabit ei agenti exceptio servitutis. Sed revera, si cōtra ipsum excipiatur, replicare poterit de manumissione, vel ꝙ excipienti non cōpetit exceptio servitutis. Itē excipere poterit de privilegio. Itē excipere poterit ꝙ est in statu libero, & si de statu suo ageretur, haberet responsiones & exceptiones cōpetentes, quib' se tueri posset in statu suo libero. Oportet igitur ante oīa, de statu cognoscere, & corp' disrationare, & tunc habeat dn̄s quicquid sequitur corp', vz. sequelā, sicut pueros & catalla, & tenementa, ꝙ quidem priùs fieri non potest: ꝙ si priùs fieri possit, quare deducerentur catalla in judicium, p breve de nativis, si de statu agatur? cùm dicat breve, ꝙ vic. faciat habere tali, talē nativū & fugitivū suum cum sequela sua, & catallis suis, & si antequàm corpus disrationaret, sine judicio sibi usurparet terras & catalla, ei petenti servum suum per breve, in

causa status, obstare posset exceptio spoliationis, ita quòd petens nunquam audiretur ante plenam restitutionem catallorum & tenementorum. Et quod tenementum contineri possit sub generalitate catallorum, quātum ad dominum, videtur, quia ex catallis illorum servorum (quæ dominorum esse debent) empta sunt tenementa, cùm igitur dominis non competat exceptio villenagii, cōtra eos qui sunt extra potestatē, si replicetur, multo fortiùs nec eis cōpetit, qui nihil juris habent in servis neq; in catallis. Et sicut non poterit quis servū suū fugitivū, dum fuerit in statu libero disseysire, quia recuperet p assisam, antequam corpus habeat sub sua potestate, cum petatur in servitutem sicut de servis fugitivis, licèt sunt servi: ita nec possunt liberi sub potestate dominorum constituti ut servi, qui dici poterunt statu servi, assisam portare si fuerint disseysiti, nec habent recuperare, antequam se docuerint esse liberos, si proclament in libertatem. Dictum est in curia regis, coram Justic. de banco apud Westm. p Johannem de Metingham, & socios suos Justic. ibidem, quod si nativus alitus fugitivus fuerit & extra potestatē domini sui, sive infra civitates, sive antiquum dominicū regis, vel alibi, & reversus fuerit & invent' in fundo servili: ubi traxit originē, & cōprehensus à vero domino suo ibidē vel à suis, quasi avis in nido, hoc pbato, si talis illud dedicere velit in curia regis, imperpetuū serv' erit. Infrà plus de hac materia, de assisa novæ disseysinæ. Itē tenementū non mutat statum liberi, non magis quàm servi. Poterit enim liber homo tenere purū villenagiū, faciendo quicquid ad villenagiū ptinebit, & nihilominùs liber erit, cùm hoc faciat ratione villenagii, & nō ratione psonæ suæ, & ideò poterit, quādo voluerit, villenagiū deserere, & liber discedere, nisi illaqueatus sit p uxorem nativam ad hoc faciendū, ad quam ingressus fuit in villenagiū, & quæ præstare poterit impedimentum. Est enim purum villenagiū, à quo præstatur servitiū incertum & indetminatū, ubi sciri non poterit vesperè, quale servitium fieri debet manè, vz. ubi quis facere tenetur, quicquid ei præceptum fuit. Item non mutat statum liberi, villanum socagiū, non magis quàm liberum. Sed quamvis de villano socagio fiat certū servitium, ppt hoc non habebit liberum tenementum (ad hoc facit suprà de dominico domini regis p totum) quia hoc facit ratione tenementi, licèt non ratione psonæ. Utrumq; tamen tenere poterit p certa servitia & expressa, ex cōventione tamē, ad vitam vel in feodo, & quo casu cōventio & cōsensus dominorū, facit ei liberum tenementū, quāvis opera faciant servilia, tallagia, & alia, cùm sint certa & determinata. Merchetum verò p filia dare, non cōpetit libero homini, inter alia, ppt liberi sanguinis privilegium, & unde in dominicis domini regis, distinguendum erit int liberos, & villanos sockmannos, qui in dominico domini regis nati sunt, & ab antiquo tenuerūt in villenagio: & puros villanos, & illos qui adventicii sunt, & tenuerint p certa servitia & expressa, ex cōvētione, quāvis ad similitudinē villanorū sockmānorū, & quorum non est similis conditio, quia in psona uni' erit liberum tenemētum, & in psona alteri' villenagiū. ¶ 3. Item videndum est an serv' dare possit, & sciendum quod de jure dare non potest tenementum quod in villenagium tenuerit,

vel in villano socagio: quòd si de facto fecerit, incontinenti revocari poterit res data, sine brevi, & non sine brevi ex post facto. Si autem villan⁹, sub potestate constitutus, vel extra, tenementum acquisitum, antequam dominus manum apposuerit, ad alium transtulerit, benè tenet donatio, nec revocari poterit, cùm dominus per negligentiam suam actionem suam amiserit. Si autem villanus sockmannus villanum socagium ad alium transferre voluerit, priùs illud restituat domino, vel servienti, si dominus præsens non fuerit, & de manibus ipsorum fiat translatio ad alium, tenendum liberè vel in socagio, secundùm quod domino placuerit, quia ille villanus sockmannus, non habet potestatem transferendi, cùm liberum tenementum non habeat, sed dominus. Et per hoc videri poterit manifestè quòd si talis sockmannus ejectus fuerit, quòd ei non competit assisa, sed domino.

Cap. IX.

1 ¶ *Si fiat donatio alicui ad terminum vitæ donatoris vel donatorii, & de donatione facta ad terminum vitæ vel annorum.*

Fieri etiam poterit donatio ad terminum, vel ad tempus: ad terminum, vitæ vel annorum, vitæ, tam donatoris quàm donatorii, vel alterius ipsorum tantùm. Item ad tempus. i. quousque, vel donec provisum fuerit donatorio, & tunc refert, utrum mentio fiat tantùm de donatore, sine hæredibus, vel de donatore & hæredibus suis: & sive sic vel sic, refert utrum provideri debeat tantùm donatorio, vel donatorio & hæredibus suis. Quo casu, si hæredes non comprehendantur, nec provisum sit à donatore in vita donatoris vel donatorii, remanebit res data in feodo cum ipso donatorio. Si autem provisum sit in vita ipsorum, revertatur terra data ad ipsum donatorem, per modum donationis. Si autem comprehendantur tantùm hæredes donatoris & non donatorii, & donator nec hæredes ejus providerint donatorio dum vixit, remanebit res data donatorio, & hæredibus suis in feodo, quamvis hæredes donatoris, vel donator post mortem donatorii, parati sunt hæredibus ipsius providere. Si autem vice versa, tantùm contineantur hæredes donatorii, & non donatoris, si donator providerit donatorio, vel ejus hæredibus, revertitur terra sic data ad donatorem, & si donator in vita sua non providerit, non sufficit si post mortem suam velint hæredes providere, cùm modus donationis se habeat in contrarium. Si autem in donatione ab initio nulla facta sit mentio de hæredibus, si in vita ipsorum donatoris & donatorii non sit provisum, terra sic data non revertitur ad donatorem, nec hæredes suos, sed cum hæredibus donatorii in feodo remanebit. Si autem donatio fiat alicui ad vitam donatorii & non donatoris, & non in feodo, tunc erit terra data, liberum tenementum ipsius donatorii. Si autem è converso, tunc erit liberum tenementum donatoris, & non donatorii, quia in vita donatorii revocari potest, si præmoriatur donator, hoc est, quia si donator in vita donatorii moriatur, statim revertitur res donata ad hæredes donatoris, & sic non erit liberũ tenementũ donatorii, quia in vita sua revocatur. Si autẽ fiat donatio sic, ad vitam donatoris, donatorio & hæredib⁹ suis, si donatorius præmoriatur, hæredes ei succedent

cedent, tenendum ad vitam donatoris, & per assisam mortis antecessoris recuperabũt,qui obiit ut de feodo. Et si donator præmoriatur,tunc, ut prius,erit liberum tenementum donatoris,& nõ donatorii,prædicta ratione. Sed ꝓpter hoc, hæredes inde ordinare non poterit: ut de termino, sicut in primo casu, quia statim post mortem donatoris, revocabitur res donata. Si autem nulla facta sit mentio de hæredibus donatorii, tamen non statim revertitur res data ad donatorem, nisi donatorius intestatus decesserit, vel si cùm testamentum fecerit,nullam,de tali tenemento quasi ad terminum annorum sibi relicto,fecerit mentionem, ꝙ quidem si moriens inde in testamento ordinaverit,sicut de catallis,benè valebit testamentum.Si autem donator sic donationem fecerit,ꝑ se & hæredibus suis tali,nulla facta mentione de hæredibus donatorii, vel quòd ad vitam suam,res sic data erit liberum tenementum quoad vixerit donatori⁹,quia taliter dare,perinde est, ac si daret ad vitam. Si autem fiat donatio ad terminum annorum, quãvis longissimum,qui excedat vitas hominũ, tamen ex hoc non habebit donatorius liberum tenementum,cùm terminus annorum certus sit & determinatus,& terminus vitæ incertus, & quia licèt nihil certi⁹ sit morte,nihil tamen incertius est hora mortis. Poterit etiam quis terram alicui concedere ad terminum annorum,& ille eandem, infra terminũ illum alteri dare,vel eidem in feodo,& sic mutare unam possessionem in aliam, si firmarium feoffaverit.Si autem alium,utraq; possessio durabit, quia sese compatiuntur terminus,& feoffamentũ de eadem terra, quia ibi sunt diversa jura,ad feoffatum verò ꝑtinet ꝓprietas feodi & liberũ tenementum, firmarius verò nihil sibi vendicare poterit, nisi usum fructuum .s. quòd liberè uti possit & sine impedimento feoffati ꝑcipere usum fructuum. Item dare poterit quis alicui,terram ad voluntatem suam,& quamdiu ei placuerit, de termino in terminum,& de anno in annum,& in quo casu, ille qui accipit nullum habet liberũ tenementum,cùm dominus ꝓprietatis rem sic concessam repetere possit sicut à ꝑcario. Item esto quòd A. primò dimiserit ad terminum annorum,& posteà,durante termino, feoffaverit inde B.& in possessionem induxerit, salvo firmario termino suo,& cùm nihil sibi retinuerit idem A. nisi tantùm nudum dominium,de facto feoffat ipsum firmarium,si idem B. post terminum completum,se ponat in seysinam ratione primi feoffamenti, & firmarium ejecerit, non competit firmario restitutio per assisam,quia ipse A. non potuit ei facere liberum tenementum, cùm non haberet nisi nudum dominium.Sed hoc recognito per assisam,tenebitur ipse A.secundo feoffato ad escambium, in ipso judicio, sine alio brevi, propter fraudem. Cùm verò ipse primò feoffatus semel se posuerit in seysinam, & per secundum feoffatum fuerit ejectus, ꝑ assisam recuperabit, & non valeat donatio ab eodem facta, quia nihil habuit in dominico, nisi nudum dominium.s. homagium & servitium: ut habetis de termino sancti Hilarii anno regni regis Henrici in comitatu Norff. de Cicilia de Stradesete, & priore hospital' sancti I.de Jerusalem in Anglia. Nec si talis donator vel hæres ejus ratione talis donationis vocaretur ad warrantum, warrantizare teneretur.

Et ad idem facit de termino sancti Michaelis anno regni regis H. decimo tertio decimo quarto incipiente xiiij. in principio.

C A P. X.

1 ¶ *De donatione facta in liberam eleemosynam.* 2. *Quòd quis dare possit terram liberiùs quàm tenuit.*

donations in lib: Eleemosynam

POterit etiam fieri donatio in liberam eleemosynam, sicut ecclesiis cathedralibus, conventualibus, parochialib', viris religiosis, & quandoq; in liberam eleemosynam & perpetuam, & quo casu, non excusatur ille qui accipit à præstatione servitii. Si autem fiat donatio in liberã, puram, & perpetuam eleemosynam excusatur. Et de hac materia pleniùs infrà, de assisa. Ad istam donationem sequentur casus speciales. Quia esto quòd quis dederit terram alicui domui religiosæ quæ fuit eschaeta sua & de feodo suo: sed quàm nunquam priùs habuerit in dominico suo, tenendã in puram & perpetuam eleemosynam, & quietam ab omni seculari servitio & exactione, & ita liberè sicut aliqua eleemosyna alicui domui religiosæ liberiùs & meliùs dari possit. Si ille qui eam feoffavit inde alicui alteri fecit cõsuetudines & servitia, & de quibus illi religiosi nunquam acquietantiam habuerint, si cùm implacitati fuerint de servitio illo, feoffatorem suum vocaverint ad warrantũ, warrantizare non debet, licèt verum sit quòd quis possit liberiùs terram dare, quàm ipse tenuit, quia non dedit nisi quod suum fuit warrantizare. s. terram quæ fuit eschaeta sua, remittens eis servitiũ sibi debitum, alienum autem servitium per talẽ donationem tollere non potuit nec minuere, nisi hoc specialiter susciperet in se, de alterius domini voluntate, cùm warrantia & defensione, quod autem suum fuit, remisit, ꝑ se & hæredibus suis, & quantũ ad se & ipsos, liberam & puram fecit eleemosynam, quantũ ad alios verò nequaquam. Item esto quòd quis sic dicat, do tali tantã terram ita liberè sicut illã tenui, die quo illi feci donationẽ, vel sicut unquam liberiùs tenui, vel sicut ego vel aliquis antecessorũ meorum illã liberiùs unquam tenuim', quo casu, videndum erit si terra illa libera sit erga alios, vel onerata, & de quib' servitiis, & quib', & à quo tempore, ut sic teneatur donator ille qui dedit, vel non teneatur. ¶ 2. Item ꝙ quis liberiùs dare possit terram in liberam, puram, & perpetuam eleemosynã, quàm ipse tenuerit de feoffatorib' & capitalib' dominis suis. Et quòd hæredes tenentur warrantizare si chartam cognoverint, vel ꝓbata fuerint, habetis de itinere M. de Pateshul, de loquela diversorum comitatuũ quæ fuerũt suꝑ judicium in itinere suo anno regni H. tertio de magistro militiæ templi in Anglia. Item si quis dederit alicui domui religiosæ terrã, cum corpore suo, in extrema voluntate, & inde moriatur seysitus, nõ valet donatio, nisi interveniat hæredis confirmatio, quæ omnẽ supplet defectum. Et unde si hæres post confirmationem petat ꝑ assisam, obstabit ei exceptio cõfirmationis, licèt prima facie videatur, ꝙ cõfirmatio nulla, ubi donum præcedens invalidum judicetur. Si autẽ ꝑ tres dies vel quatuor ante mortẽ suam, vel antequã religioni se transtulerit, dederit, & seysinam domui religiosæ fecerit, non succurritur hæredi ꝑ assisam mortis antecessoris ad seysinã recuperandã, quia seysitus non obiit,

&

& statim efficitur liberum tenementum, cùm simul cōcurrunt jus & seysina, ut de ultimo itinere M. de Pateshul, in comitatu Eborum. Item pluribus fieri poterit donatio simul & in eodem tempore, sicut in diversis temporibus & successivè.

Cap. XI.

1 ¶ *De donationibus factis pluribus simul sive successivè.* 2. *Si pluribus bastardis simul de concubina.*

PLuribus & legittimis poterit fierit donatio successivè, ut suprà dictū est, vel simul omnib⁹ ab initio, & quorum omnes possunt esse plenæ ætatis, vel infra ætatem, vel quidā eorum. Et si omnes infra ætatem sint, oportet ꝙ donator omnib⁹ det tutorē, quia ipse donator tutor esse non poterit, ne seysinam suā continuare videatur, nec poterit minor donationi consentire, nisi hoc faciat tutore authore. Si autem omnes plenæ ætatis extiterint non erit necessaria tutoris authoritas, quia quilibet eorū sufficit sibi ipsi. Si autē quidam infra ætatē, & quidā non, si donator voluerit, possunt majores esse tutores minorum, dum tamen nulla suspitio habeatur, ꝙ machinari velint in mortem minorum, tollitur autē suspitio, ut si fiat donatio patri vel matri, & eorum pueris legittimis. Aliud tamē esset, si fratri, vel avunculo, vel nepoti, ꝓpt̄ jus accrescendi. Sed cùm aliquis eorum sine hærede decesserit, cùm sint ita feoffati simul & nō separatim, quæritur si pars decedentis accrescere debeat superstitibus, vel ad donatorem reverti ꝓ defectu hæredum? & verum est quòd non ad donatores, nec ad superstites, ꝑ jus accrescendi, sed ex jure successionis, quia poterit quilibet esse hæres alteri⁹, cùm sint legittimi, quod esse non potest de bastardis, sicut inferiùs dicetur. Nec ratione alicu⁹ partis decedentis cōpetit domino capitali seysina, quia si se poneret in seysinam, sic superstitibus faceret disseysinam, cùm nullā partem sciat ut possit distinguere ab alia, & quam partim debeat habere custos. Sed quid si un⁹ moriatur, relicto hærede infra ætatem existente, quæritur in cuj⁹ custodia remanebit, & quàm partem habere debeat custos in custodia? cùm nulla sit pars certa vel determinata. Oportet igitur de necessitate ꝙ fiat partitio rei datæ ut dominus capitalis certam partem habeat in custodia. ¶ 2. Item fieri poterit donatio plurib⁹ bastardis, de cōcubina natis, sicut legittimis, ut si fiat donatio pueris alicujus bastardi, duobus vel pluribus, & quo casu, dari possunt curatores (ut suprà) si fuerint infra ætatem, & si unus illorum obierit sine hærede de se: quæritur utrum reverti debeat pars decedentis ad ipsum donatorem pro defectu hæredis? cùm deficiant hæredes de corpore decedentis, & non poterit eorū aliquis alteri succedere de jure successionis, cùm quilibet eorum alteri sit extraneus, quoad successionē, videtur quòd ad donatorem reverti debeat, facta partitione, nisi sit qui dicat, quòd pars decedentis accrescere debet superstitibus, ꝑ jus accrescendi: cùm non possit de jure successionis. Si autem facta fuerit donatio pluribus simul, tàm legittimis quàm bastardis & eorum hæredibus, & legittim⁹ moriatur, nulla facta partitione, relictis hæredib⁹, fiet partitio ut suprà, quia bastardi habere poterint hæredes de corpore suo: si autem nullos reliquerit, tunc videtur,

quòd locum habere debeat jus accrescēdi, & eodem modo fiat de bastardo, sicut superiùs dictū est, & sic videtur, q quādiu unus eorum vel aliquis eorū hæredum superstes fuerit q nihil ad donatorē reverti debeat, nisi tunc demum, cùm omnes defecerint. Item fieri poterit donatio plurib' pueris, tam nominatis quàm non nominatis, & tam natis quàm nascituris, & tam absentib' quàm præsentibus, & ita q si minores sint, & eis tutor detur, ubicunq; fuerint, præsentes vel absentes, nati vel nascituri, acquiritur eis p tutorem, qui nomine eorum fuerit in possessione, quia ipse possidet, cujus nomine possidetur, & eis acquiritur absentibus p curatorem, tanquā p pcuratorem, sicut domino, absenti & ignoranti, & etiam dormienti p servum acquiritur, ut per procuratorem, si nomine domini stipuletur, & etiam sicut acquiritur verò hæredi absenti p custodem, cùm nomine veri hæredis fuerit in possessione. Item fieri poterit donatio legittimæ concubinæ suæ, & pueris suis, præsentibus & absentibus, natis & nascituris, & si omnes infra ætatem extiterint, poterit mater esse in seysina nomine pprio, & nomine puerorum suorum, sicut tutrix & curatrix, & sic poterit ipsa habere liberum tenementum nomine pprio, & curationem nomine liberorum, in eodem tenemento, & sic acquirere poterit sibi ipsi liberum tenementum cùm fuerit in possessione ex causa donationis, nomine pprio, & pueris suis omnib' tam minoribus quàm majoribus, ut prædictum est, & ex sua procuratione. Et unde si cum in possessione fuerint, ejiciantur, quidā vel omnes, competit eis assisa novæ disseysinæ ad seysinam suam recuperandam, & cùm absentes fuerint & non admittantur, eodem modo competit eis assisa, quamvis p se ipsos psonaliter priùs in seysina non extiterint, quia sufficit si alius nomine eorum, sicut pcurator, vel curator, quia p pcuratorem acquiritur possessio absenti, & retinetur sicut corpore pprio, & similitèr animo pcuratoris, sicut animo pprio, cùm acquiri possit ignoranti, sicut scienti, & absenti sicut præsenti. Item fieri poterit donatio plurib' psonis simul, extraneis, sicut ex parentela conjunctis, ut suprà, ut si A. donationem fecerit B. & C. simul, qui sese non contingūt & eorum hæredibus, qui si hæredes habuerint, cuilibet eorum loc' erit partitioni. Si autē alicui ipsorum tantùm, ipsi' hæredes succedunt insolidū, ppt unionem donationis, & jus accrescēdi. Et si nullos hæredes habuerint, revertetur terra data ad donatorē. Itē si plurib' fiat donatio, sicut viro & uxori simul & nō p se & eorū hæredibus, & nō ut maritagiū, sed ut purum feoffamētum: tunc refert utrū certis & coarctatis hæredibus, vel utrū universalitèr omnib'. Si autē coarctatis et certis hæredibus, & illis deficiētib' revertitur res donata ad donatorē, quāvis alii extiterint. Si autē universalitèr omnib', tunc si cōmunes eorū hæredes extiterint, tales aliis præferuntur, si autē defecerint, tunc separati (ut videtur) admittantur. Si autē fiat mētio q terra data sit in maritagiū cum uxore & eorū hæredibus, cōmunes hæredes de corpore utriusq; admittātur, qui si defecerint, revertitur tra data, & alii remotiores excludūtur: quia res data, est liberū tenemētū uxoris, & nō viri, cū nō habeat nisi custodiā cū uxore. Si autē sic detur tra in maritagiū, viro cū uxore, et eorū hæredib', p homagio et servitio viri

(quod

(ꝙ fit aliquando) licèt detur in liberũ maritagium, q̃ sunt sibi adinvicẽ adversantia sive repugnantia, tũc ꝓfertur homagiũ, & erit ac si fieret donatio, tam viro quã uxori. Item si uxor rem viri dederit sine assensu viri, viro cõpetit restitutio, vel per assisam novæ disseysinæ, vel ꝑ breve de ingressu, sicut cuilibet alii de populo, sc. de eo, ꝙ sine voluntate sua alienavit. Si autẽ è contrario, vir rem uxoris suæ dederit, nunquã revocabitur in vita ipsi᷒ viri, eò quòd viro suo uxor contradicere non potest. Si autẽ vir rem tam sibi quàm uxori datam dederit, uxor donationem viri in vita viri revocare nõ potest, sed si uxor donationem fecerit, vir illam revocare poterit.

Cap. IX.

1 ¶ Si vir uxori donationem facere possit constante matrimonio.

Item quæritur an vir uxori donationẽ facere poterit, vel è cõtrario: constante matrimonio. Matrimoniũ autem accipi possit, sive sit publicè cõtractum, vel fides data, ꝙ separari non possunt, & revera donationes inter virũ & uxorẽ, constante matrimonio, valere non debent, & est causa, ne fiant ꝓpter eorum libidinem, vel nimis eorum immoderatã egestatem. Et quòd hujusmodi donationes non valẽt, ꝓbatur in rotulo de termino sancti Mich. anno regni Regis H. 15. Com̃ Lincolniæ, de itinere, assisa mortis antecessoris, si Helewisa, cui quidã Eudo donationẽ fecerat, postquã eam affidaverat, & cum qua publicè postea contraxit, & ubi hæredes Helewisæ nihil ceperunt ꝑ assisam mortis antecessoris de seysina ipsius Helewisæ. Ad idem facit de termino sanct. T. anno regni Regis Hen. 17. de Petronilla q̃ fuit uxor Wilhelmi de san. Martino, Com̃ Norf. q̃ cùm post mortem viri sui ejecta esset de tenemento ei sic dato, recuperare non potuit seysinam per assisam novæ disseysinæ, quia donum & feoffamentum illud, ipso jure nullum. Item ad hoc facit de termino sancti H. anno reg. Hen. VIII. Com̃ Not. de Roberto de Wallingh. & Johanna uxore ejus, ubi dicitur quòd non valet talis donatio, maximè, quia uxor cui donatum fuit nunquam seysinam habuit ante desponsationem, & ex quo vir suus obiit inde seysitus: & quia terra illa nunquã separata fuit ab aliis terris ipsius viri sui. Sed quid si post divortium factum, fiat talis donatio? benè valet, & tenet. Item esto, ꝙ cũ talis donatio directè fieri non poterit à viro vxori, vel è contra, constante matrimonio, si fiat indirectè, ita ꝙ vir dederit extraneo, ut extraneus statim vel post mortem suam rem datam det uxori, vel è contrario. Si uxor donationem velit facere viro, videtur ꝙ valere non debet, quia sic fit fraus constitutioni, & perinde est ac si directè fieret donatio, nec refert, utrum quid fiat, vel per simile, vel per id quod tantundem valet. Contrarium tamen factum fuit, & malè de errore curiæ, & quasi de consilio curiæ, de Godfrido de Crewcombe, qui dedit terrã Roberto de Muscegros, ut idem Robertus illã daret post mortẽ ipsius Godfridi, uxori ipsius Godfridi. Item esto, quòd fiant donationes ante sponsalia, & ante matrimonium, videndum an valere debeant, & ꝙ prima facie valere debent videtur, quia donationes in concubinatu collatas non posse revocari constat, nec si matrimonium fuerit

postea

a Note this

posteà inter eos contractū, ad irritum recedere non poterit, q̄ antea de jure valuit, sed hoc erit cum distinctione, quia refert utrum hoc fiat ob causam & affectionē matrimonii subsequentis, vel nō, quia post, si inter tales psonas contractū sit matrimoniū, manifestè videtur q̄ maritalis honor & affectio pridem pcesserat psonis cōparatis, considerata vitæ cōjunctione. Sed esto q̄ post talem donationem ad alia vota cōvolaverint vir & uxor, & ad actus contrarios, revocari non poterit talis donatio, si fuerit pura & sine oñi conditione. Si autem conditionalis, ut si ita contrahatur, do ut facias: revocari poterit, quasi causa non sequuta. Simplices donationes faciendæ non sunt, nec ante nuptias nec ante matrimonium, nec in ipso matrimonio: sed propter nuptias, ut si fiat dotis constitutio & ita tamen quòd dotis quantitatem non excedant, scilicet tertiam partem, quæ dicitur dos rationabilis, ut C. de donationibus ante nuptias L. Cum milite. Si igitur ubi dicitur quòd si nomine & substantia nihil distat à dote donatio ante nuptias facta viro, quare non ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? scimus itaque omnes licentiam habere, sive priusquam matrimonium contraxerit sive posteà, mulieribus donationes facere, propter dotis donationes, ita quòd vir constituere possit dotem ante matrimonium, & in matrimonio, & post, ut tamen non simplices donationes intelligantur, sed hoc propter dotem, & propter nuptias factas: simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitæ sunt & propter alias causas, propter libidinem fortè, vel unius partis egestatem, & non propter ipsarum nuptiarum affectionem efficiuntur, secundùm quod superiùs tactum est. Et si tales fieri possunt donationes ob amorem inter virum & uxorem habitum, posset alter eorum egestate & inopia consumi, quod non est sustinendum, & unde donatio inter virum & uxorem ab initio invalida est, & nullo tempore valitura, nisi post mortem eorum interveniat confirmatio hæredum, qui possent hujusmodi donationem infirmare. Confirmatio vero talium, validam facit donationem, quæ priùs fuit invalida & omnem supplet defectum.

gifts propter nuptias

Cap. XIII.

1 ¶ *Si felo post feloniam donationem fecerit vel dimiserit ad terminum.*

Item inter alia videndum est, an ille, qui feloniam fecerit, donationem facere possit, & feoffare, vel ad terminum dimittere, ad hoc quòd valeat donatio vel dimissio, & si ea, quæ ante feloniam fecerit, quando voluit & potuit, valere debeant, & tenere, sive terram dimiserit ad terminum, vel in feodum, & etiam ea quæ post feloniam factam fecerit, aliquo vel omni tempore valere debeant & tenere. Ad quod videndum est, utrum donatio facta fuerit ad terminum, vel in feodo, & perfecta quando voluit & potuit, & valet quidem quod agitur, tam de termino quàm de feoffamento. Item nec pater felonis, si fortè filius primogenitus fecerit feloniam in vita patris, si pater videns quòd hæreditas ad hæredes suos remotiores defendere non posset, sic fecerit donationem, non valebit: nisi hoc fuerit per modum donationis: ut si pater ita feoffatus fuerit per chartam

gifts by felons convict

gifts to heir & to heirs [illegible]

tam sibi & hæredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, quod quidem facere non potuit, si donatio tantùm facta fuerit sibi & hæredibus suis. De feoffamento verò planum est. Sed de termino possit dubitari, quia videtur prima facie, quòd terra sic data ad terminum, ante feloniam, statim cùm fuerit condemnatio subsequuta, licèt terminus non sit completus, debeat esse eschaeta domini capitalis, quasi deficiente warranto: ad similitudinem ejus quod dicitur, quòd si aliquis dimiserit terram aliquam alicui usque ad terminum annorum, & ille qui dimiserit ante terminum completum moriatur, hærede relicto & infra ætatem existente: si capitalis dominus firmarium ejecerit, cùm confirmatio sua non intervenerit, remanebit a terra in manu capitalis domini, cum blado & fructibus in terra illa inventis, usque ad hæredis ætatem, quamvis hæres terminum illum warrantizare teneatur. Et sic videtur, quòd multotiens ejici potest firmarius post feloniam factam & convictam, quasi deficiente warranto suo. Et sicut videri poterit de uxore felonis dotem suam petente, quia obstabit ei exceptio, quòd warrantum de dote sua non habuit: Et in quo casu distinguendum erit, utrum terra vel tenementum dimissum fuerit ad terminum vel ad firmam, ante feloniam commissam, quando dominus rei voluit & potuit, vel post feloniam, quando voluit & non posset. Si autem ante feloniam quando voluit & potuit, tunc tenet terminus, sicut & omnia alia quæ rite facta sunt ante feloniam, tempore congruo & licito. Et cùm feoffamentum tali tempore factum valeat & teneat, multo fortiùs valere debet terminus, & tenere, quia si potest quis id quod majus est, multo fortiùs & id quod minus est: & unde si capitalis dominus se posuerit in seysinam, & firmarium ejecerit, perquirat sibi firmarius per breve commune, sicut quilibet de populo, nec obstat quod dicitur de seysina custodis, quia in uno casu se in seysinam ponit, non ut dominus rei, sed ut custos, & custodia non adimit terminum, sed differt, nec terminus custodiam adimit nec differt. In alio vero casu non ingreditur seysinam ut custos, sed ut dominus & loco hæredis, & cùm loco hæredis ingrediatur, omnia facere debet quæ pertinent ad hæredem, & quę ille facere deberet, cui ipse succedit, quamvis nomine eschaetæ, ac si feloniā non commisisset, scil. warrantizare, acquietare & defendere debet. Nec succedit dominus capitalis ratione eschaetæ, nisi in universum jus, quod ille habuit cui succedit, & unde cùm ille qui dimisit non posset firmarium, de jure ejicere si feloniam non commisisset, pari ratione nec ille qui plus juris non habet quàm ille qui dimisit. Et si post feloniam commissam, dimiserit felo ad terminum, semper tenebit terminus imperpetuum, quousque a convincatur, nec obstat quod dicitur, de uxore felonis dotem petente, quòd obstat ei exceptio, quòd warrantum non habeat post feloniam convictam: quia quamvis dos ritè constituta fuit ante feloniam factam & convictam, tamen si petat post feloniam convictam, obstabit ei exceptio quòd warrantum non habeat, omnia enim quæ ante feloniam factam ritè acta sunt, semper valent & tenent, sive subsequuta fuerit condemnatio sive non. Ea vero quæ post feloniam facta sunt, semper valent & tenent, nisi fuerit condemnatio

demises & gifts before the felony.

a Note this, and the need of Stat: of Edward 1st. in favor of Termors: and yet vid: over leaf. a.

natio ſubſequuta,& ſi fuerit ſubſequuta non valent,& omnia q̄ incepta fuerunt ante feloniam,vel poſt feloniam,poſt condemnationem nunquam ꝑduci poterunt ad effectum,nec finem accipere,obſtante exceptione feloniæ, & unde in hoc caſu non eſt diſtinguendum, niſi inter ea quæ perfecta ſunt & ea quæ perficienda,& utrum condemnatio ſubſequuta fuerit,vel nō ſubſequuta/Et ſic ſufficienter dictum eſt de iis quæ ad terminum dimittuntur. Si autem in feodo,ſive ante feloniam vel poſt,omnia valent & tenent quouſque fuerit condēnatio ſubſequuta, & ſic ea quæ ꝑfecta fuerint ante feloniam ſemꝑ tenent,& valēt,&ea quæ facta ſunt poſt feloniā ſēper remanent in ſuſpenſo,quouſq; condemnatio ſubſequuta fuerit,vel non ſubſequuta.Ea vero quæ imꝑfecta ſunt,quocūq; tempore fuerint incepta,ante feloniā vel poſt,nunquam poſt condemnationem ꝑduci poſſunt ad effectum. Sed eſto quòd juſtitiarii terram datam in feodo,vel ad terminū dimiſſam, ante feloniam factam,cùm felo convictus fuerit aliquo genere convictionis de facto (licèt non de jure) ceperint in manum domini Regis, & ita q̄ habuerit annum & diem,nunquā poterit dn̄s capitalis talem ſeyſinā recuperare,qualem Rex habuit,non de jure,quia terrā datam in feodo non poterit felo forisfacere,nec etiā datam ad terminū,ante terminū cōpletum alicui tenendam in dominico, ꝓpter ſervitutem quam firmarius ſibi acquiſivit ante feloniam ꝑpetratam,de uſu fructuū habendo ad terminum vitæ vel annorū. Sed revera quia poſt terminum reverſura eſt ad capitalē dominū, tanquam eſchaeta ſua,habebit Rex terminū ſuum, dū tamen in fine termini ſatisfaciat firmario ad valentiā,ita ꝙ nihil firmario depereat. Et ſi fortè capitalis domin⁹ authoritate ſua ꝓpria ſe ponat in ſeyſinā,poſt annum & diem,firmarius habebit regreſſum vers⁹ eum ꝑ cōmune breve,ſcil. quare ſe intruſit in terram illam infra terminum ſuum.Si autē felo dimiſerit ad voluntatem ſuam terram,& de anno in annū ante feloniā ꝑpetratam vel poſt,ſtatim poſt condēnationem,terra illa erit eſchaeta capitalis domini,dum tamē dominus Rex habeat terminum ſuum.. Et ꝙ nunquam ante condemnationem,vel donec felonia convincatur, poſſit terra felonis eſſe eſchaeta capitalis domini,convenit lex cum conſuetudine Anglicana F.de donatione L. poſt contractum,ubi dicitur quòd poſt contractum capitale crimen, donationes factæ valent,niſi condemnatio ſubſequuta ſit.

Cap. XIV.

1 ¶ *Si fiat donatio de re aliena.*

Vidim⁹ in ꝑcedentib⁹ q̄ donatio valeat cum effectu,de re ꝓpria,& quæ revocari non poterit,cū donator illam ſtatim fecerit accipientis: Nūc autē videnđ ſi donatio fiat de re aliena,& q̄ quidē nō valet cū effectu, quātū ad ipſū,cujus res fuerit, licèt valeat & ſtatim fiat accipientis quātum ad donatorē & donatoriū,& quantū ad illos qui jus non habēt, nō tamen valet, quantū ad illum qui jus habet, ſtatim,ſed poſt temp⁹:quia ſi incontinēti ejiciat feoffatum,ꝑ aſſiſam recuperabit. Sed ſi ꝑ negligentiam vel patientiā tēpus habuerit,ſine brevi & judicio diſſeyſiri nō poterit; Poterit autem

[Handwritten marginal notes: "of feoffments"; "a. of a demise at will & from year to year."; "b."; "of gift de re aliena"]

[Handwritten at foot: "a/ Note over leaf a/. b. Note that Bracton never quotes the Civil Law, but in the way of illustration —"]

tem res esse omnino aliena & ex toto, quantum ad jus & proprietatem, & feod, & liberum tenementum, usum fructuū & nudum usum, & aliquis posuerit se in seysinam, p disseysinam vel per intrusionem, cū forte invenerit rem vacantem. Et si talis dum ita fuerit in seysina donationem fecerit, valebit quantum ad ipsum & feoffatum suum, & alios qui jus non habent ut prius dictum est, donec p illum, qui jus habet, revocetur. Item poterit esse aliena quantū ad omnia pdicta, & alicujus in possessione existentis quoad nudum usum, vel quoad hoc q servitutem habeat in re quoad usum fructuū pcipiend, sive ad certum terminum vel ad voluntatem. Item quoad hoc, q habeat custodiam, vel curam, vel hujusmodi, in quibus casibus si dum sic fuerit in seysina, quali quali, donationem fecerit, statim fit res data accipientis quoad dantem & accipientem, & quoad alios, qui jus non habent. Sed quoad verum dominum nunquam erit liberum tenementū, nisi ex longa & pacifica seysina, & unde si incontinenti post tale feoffamentum posset verus dominus ponere se in seysinam, omnes quoscunq; tenere posset exclusos à possessione. Item poterit res esse propria p minima parte, & aliena pro majori, ut si quis habeat liberum tenementum de re aliqua, & alius proprietatem & feodum, ut si mulier in possessione fuerit nomine dotis, vel alius qui tenuerit ad vitam suam per donationem vel per legem Angliæ, vel donec ei provisum fuerit, vel hujusmodi, & tales donationem fecerint, statim faciunt accipientis liberum tenementum, & si ejiciantur, statim recuperabunt per assisam versus quoscunque, præterquam versus verum dominum, si ille statim ejiciat. Et cùm tales liberum habeant tenementum, statim & sine mora ex causa donationis ad alios transferunt id, quod habent. Sed si dominus pprietatis, antequā temp' habeant & longā possessionem & pacificam, taliter feoffatos ejecerit, nunquā recuperabunt versus eū, quia seysinā non habent, nec tēpus, q sufficere possit ad habend liber tenement. Nec ipsi donatores aliquo tempore habebunt regressum, ex quo animo & corpore, & sine spe revertendi recesserunt à possessione. Si autē p negligentiā vel patientiā domini pprietatis, per tantum tempus extiterint in seysina, quod sine brevi ejici non possunt, si à proprietario fuerint implacitati, vocare possunt ad warrantum feoffatores suos, & cùm eis fuerit warrantizatum, tenere possunt ad vitam feoffator, & post mortem eor, habebit proprietarius regressum versus eos, per breve de ingressu, si post feoffamentū tale non intervenerit confirmatio pprietarii, vel hæredum ipsius, cùm jus ad ipsos pervenerit. Et hæc vera sunt, nisi sit qui dicat, quòd tales qui sic alienaverint ad exhæredationem veri hæredis, haberi debent pro mortuis, & ita hujusmodi donationes statim validæ sunt, quoad dantes & accipientes & alios qui jus non habent, & quoad proprietarium & ejus hæredes, in pēdenti sunt & invalidæ, quousq; per eos infirmetur vel confirmetur. Item poterit quis habere jus merum, & pprietatem feodi & liberum tenement, ex aliqua justa causa acquisitionis, & ex justo titulo, & alius hæc omnia, sed majus jus merum & pprietatem & liberum tenementū, ex alia justa causa acquisitionis, propter temporis prioritatem. Sed quid dicitur de eo qui nullam

The true owner may enter

the same of gifts by ten[ant] for life &c.

P

Of gifts by those who have no seisin.

nullam omnino seysinam habuit, nec aliquā juris scintillam, si donationem fecerit de re quam alius tenet, ꝑ se ipsum vel ꝑ alium nomine suo, non faciet rem accipientis, cùm ipse nihil teneat, quia non potest plus juris ad alium transferre quā ipse habet, nec plus valebit ista donatio quā valeret, si aliquis transiens ꝑ aliquod manerium ab aliquo possessum, diceret socio suo viatori, do tibi tale manerium ꝙ talis possidet, quia nihil aliud esset dicere, quā dare ei plenā pugnatam ex nihilo, cùm possessio non sit vacua. Item esto ꝙ servus, qui à domino possidetur, villenagium ꝙ à domino tenuerit, dederit alicui, & tunc observetur in omnibus secundùm ꝙ superiùs dicitur, & secundùm ꝙ donatorius longam habuerit seysinam vel brevem, & secund quod dicitur inter placita quæ sequuntur regē, anno regni Regis H. 21. Assisa novæ disseysinæ, si Simon filius Wydonis. Item esto quòd quis donationem fecerit alicui de terra, quæ pro parte est aliena, ut si ꝓprietarius donationem fecerit alicui de terra, quam mulier tenet ad vitam nomine dotis, vel alius ꝑ legem Angliæ, vel alio quocunq; modo ad vitam, talis donatio non valet, nisi ille qui ad vitam tenuerit, se dimittere voluerit & à possessione recedere. Aliter enim non poterit donator ꝓprietarius inducere donatorium in vacuam possessionē. Si autem se sic non dimiserit, non valebit donatio cum effectu, ante mortem mulieris, sed quatenùs ad ipsum pertinet, inducere poterit donatorium in seysinam, & dare ei ꝙ ipse habet, scil. jus proprietatis & feodum, & attornare ipsi donatorio servitium mulieris, & ꝙ sit ei intendens sicut warranto suo de dote sua, & quo casu si donatorius post mortem mulieris primam habuit seysinam, & donator vel ej⁹ hæredes petierint, defenditur donatorius vel ejus hæredes in possessione per exceptionem. Si autem donator vel ejus hæredes primam habuerint seysinam, dabitur donatorio vel ejus hæredibus, actio ex conventione. Item esto quòd proprietari⁹ donationem fecerit secundo viro uxoris, cujus ipse fuerit warrantus de terra quam ipse vir & uxor simul tenent nomine dotis, de dono primi viri sui, & si talis warrantus donationem facere voluerit, non potest donatorium inducere in seysinam vacuam, cùm sint idem corpus & eadem caro vir & uxor, nec poterit donator attornare servitium uxoris viro suo, ratione prædicta. Et unde si post mortem uxoris ejectus fuerit, ex tali donatione seysinam non recuperabit.

Cap. XV.

1 ¶ *Qualiter in donationibus mutatur una causa possidendi in aliam causam possidendi.* 2 *Si fiat donatio alicujus rei excepta aliqua parte.*

Of enlarging an estate once given.

Mutatur quandoque per donationem una causa possidendi in aliam causam possidendi, ut si quis ab initio habuerit in aliqua re nudum usum, ex concessione proprietarii habere poterit usum fructuum. Item si ab initio habuerit usum fructuum & terminum, habere poterit, existente termino, & dum sic fuerit in possessione, liberum tenementum, absque eo quòd se ponat extra seysinam, dum tamen interveniat solempnitas in ipsa mutatione, ne contingat donationem deficere pro defectu proba-

probationis. Item mutari poterit una causa in aliam, ut si cui habenti liberum tenementum concedatur, dum sic fuerit in seysina, quòd illud teneat in feodo, & inde habeat ꝓprietatē, sicut videri poterit de illis qui tenent nomine dotis, vel ꝑ legem Angliæ, vel hujusmodi, poterūt enim de libero tenemēto feodum facere possidenti: Vel quòd id quod quis priùs ad terminum habuerit, dari ei possit in feodo, & quę solemnitas inde erit facienda, sive ꝑsentes fuerint donator & donatorius sive absentes, nō itaq; mutatur causa & possessio ipso jure, quia aliud est habere jus utendi & usum fructuum tantùm, & aliud longè dominium & ꝓprietatem, & unde tutius est, quòd adhibeatur solēnitas ad ꝓbationē mutationis, quæ nisi fuerit adhibita, deficere poterit ꝓbatio, licèt jus non deficiat. Et poterit donator & verus dn̄s, cū voluntate tenentis, mutare unam causam possidendi in aliam, sine mutatione possessionis, nec est necesse resumere rem semel datam ad causam mutandam, cùm semel fuerit quis in possessione, ac si de novo fieri deberet donatio, quia si quis ꝑ intrusionem vel disseysinam semel habuerit ingressum, possit ei verus dominus concedere rem tenendam in feodo, sine mutatione possessionis licèt injusta sit, mulò fortiùs si justa. Sed hoc facere possit, sine præjudicio alterius, ut si primò facta fuerit donatio minori in feodo, cujus causa mutari non poterit ad damnum & præjudicium, sed ut ejus melioretur conditio, mutari non poterit infra ætatem ad damnum suum. s. quòd habeat ad vitam, quod ei prius datum fuit sibi & hæredibus suis, vel quod ei datum fuit in feodo, vel ad vitam, detur alteri, ad damnum minoris. Est etiam ecclesia ejusdem conditionis, quæ fungitur vice minoris, sicut in com̄ Lincolniæ de quadam ecclesia in Hebland, ubi quæd terra primò data fuit ꝑsonæ & ecclesiæ & successoribus, & postea mutavit donationē donator de ecclesia in privatas ꝑsonas. s. personæ & hæredibus suis, quod esse non debuit, quia hoc esset in præjudicium & damnum ecclesiæ. Et sic poterit donator mutare causam possidendi de una causa in aliam sine ꝑmutatione possessionis, & de ꝑsona in ꝑsonam nō poterit sine mutatione possessionis, nec de ecclesia ad privatā ꝑsonā cū dāno ecclesiæ. Itē esto ꝙ quis donationem fecerit viro de dote uxoris quā habuit de donatione primi viri sui, & qualiter donatorius uti debet seysina sua, non enim poterit habere vacuā possessionē, nec uti ꝑ se. Et si uxor vellet resignare in manū dn̄i ꝓprietatis dotē suā, ut inde feoffaret vir̄ suū, sic esset donatio, q̄ est ꝓhibita, inter vir̄ & uxorem, & fieret fraus constitutioni. Si autē vellet servitium uxoris attornare viro suo, non valeret, cùm oña quæ uxoris sunt, sunt ipsius viri, nec habeat uxor potestatē sui sed vir; & unde dicitur ꝙ talis donatio valere nō debeat. Sed ꝑmortua uxore, cū vir fuerit in possessione, si donator petierit vel ejus hæres, obstabit petenti exceptio donationis, si autē extra, vir ꝑ actionē obtinebit, si autē vir ꝑmoriatur, nō dabitur hæredi suo actio, ex quo uxor nūquā mutavit statū suū. Sed esto ꝙ tantū fiat donatio uxori sine viro ꝑ se, de terra quā in dotē tenuerit, benè valet; & tenet donatio, facta mutatione de libero tenēto usq; in feod. Si autē utriq; illorum fiat donatio, & eor̄ hæredibus separatis vel cōmunib', benè valet donatio, facta mutatione cōmunis possessionis.

Item

a/ Quære, is this what is now called Holland?

Of gifts with an exception

¶ 2 Item fit donatio alicujus rei, excepta aliqua parte certa, & tunc refert, utrum pars illa excipiatur in initio donationis, ut si dicat donator, do tibi tale manerium cum pertinentiis, ꝑ hæc verba transfertur totum manerium, & cùm addat & dicat incōtinenti, excepta tali parte: Ita extra capitur pars illa post donationē, quāvis ante traditionē non. Si autē sic dicat, do tibi tale maneriū cum ꝑtinentiis, retenta mihi tali parte, vel salva, aliud erit: quia in hoc casu nihil transfert ad donatorium, nisi id tantùm ꝙ transferri voluit, & ita illa pars quam retinuit, semper cum eo est & semper fuit. Et unde si hæres donatoris posteà donationem confirmaverit, nihil aliud confirmat ꝑ illam generalitatem donatorio, nisi rem illam, secundùm quod data fuerit, & cum eisdem ꝑtinentiis, quia nihil aliud confirmat ꝑ illam generalitatem, nisi illud tantùm quod fuit in donatione comprehensum, & unde si in prima donatione, excepta fuit advocatio ecclesiæ, illa generalis confirmatio, advocationem non comprehendit, & secundùm ꝙ res data transfertur, ita confirmatur, quia confirmatio nihil confert donationi, nec detrahit, vel diminuit. Sicut poterit donator mutare causam possidendi de re donata in personam donatorii absque resumptione & mutatione possessionis sed non transferre de persona in personā sine mutatione possessionis. Ita poterit donator in donatione sua cum consensu accipientis, legem, conditionem, & modū apponere quem voluerit, dum tamen hoc non sit in ꝑjudicium aliorum, quamvis hoc esse possit in ꝑjudicium sui ipsius, & hæredū suoꝝ, quamvis hoc sit contra legē terræ, & consuetudinem regni, cùm conventio quādoque legem vincat. Et simplex esse poterit donatio, mera, & pura sine cōditione, vel modo, & totius rei, absque aliqua retentione de re ipsa, vel ejus ꝑtinentiis, poterit enim quis dare rem, & partem rei retinere, vel partem de ꝑtinentiis. Et quod fuit pars ꝑtinentiarum post donationem factam, statim desinit esse de re illa vel de ꝑtinentiis ejus, quantū ad donatorium. Itē potest quis dare totum jus ꝙ habet in re. s. tam possessionis, quā ꝓprietatis ipsi donatorio & hæredibus suis quietè de se & hæredibus suis imperpetuū: & ista donatio dicitur simplex & pura, & tali donationi poterit donator si voluerit, in initio donationis legem apponere & conditionem, ut res data, post tempus ad ipsum revertatur cum jure possessionis tantùm, tenendi ad vitam suam. & ita ꝙ rei ꝓprietas remaneat cum donatorio, vel ita ꝙ utrūq; jus tam possessionis quàm ꝓprietatis remaneat cum donatorio, & ꝙ usus fructus, revertatur post temp⁹ ad donatorem, ad terminum vitæ vel annoꝝ. Item qui ꝓprietatem habet tantùm, & alius habeat possessionem sed liberū tenementum, id ꝙ habet alteri dare potest, scilicet, ꝓprietatem, salvo tenēti libero tenemento suo, & jure possessionis, ad vitam, & ꝙ post mortem ejus revertatur possessio ad ꝓprietatem, & quo casu atturnare debet ille, qui possidet, de servitio & aliis, ei qui ꝓprietatem habet, sicut priùs fuerit atturnatus donatori. Et eodem modo si quis habens utrumq; jus, concesserit alicui usum fructum, videlicet ad terminum, id ꝙ habet alteri concedere potest, salvo tamen firmario termino suo. Item si quis habens utrūque jus ꝓprietatis & possessionis, concesserit alicui jus utrūque, tali adjecto modo,

ut

ut post tempus revertatur ad ipsum possessio, tenendi ad vitam, & ut inde habeat liberum tenementum, remanente proprietate cum donatorio, non statim ingrediatur donator, quocunque colore: sicut causa hospitandi eodem die, nec in crastino, nec ulteriùs recenter utendo ut priùs, quia per hoc præsumitur quòd nunquam animum habuit recedendi à possessione, cùm utrumque concurrere debeat in donatione, videlicet quòd donator possessionem relinquat animo & corpore. Et post longum tempus ex conventione si ingrediatur, si contra conditionem rejiciatur, habet assisam recuperandi ex conventione. Si autem alius. s. donatorius contra ipsum assisam portaverit, habebit exceptionem ex conventione: & si fortè ingredi non possit, ex conventione habebit actionem. Item eodem modo, si ex recognitione post aliquod tempus facta in curia domini regis quæ recordum habet, dum tamen recognitio & confessio vera sit, cùm oporteat confessionem in ea re factam, esse veram & naturalibus convenire, valebit quod actum erit. Et si donator fortè confiteatur donatorium fuisse in seysina tempore confessionis factæ, cùm non sit, non valebit confessio, nec ea quæ sequuntur, locum habere debent. Si autem donator post tempus longissimum, videlicet decem annorum vel ulteriùs, quod quidem tempus oblivionem inducit, qualiter tunc utatur ut dominus vel aliter, hoc donatorio non nocebit, propter tempus. Item si in omnibus istis casibus supradictis, quandocumque ingrediatur donator, refert si statum suum mutaverit omnino vel in parte, vel non mutaverit. Quia si omnino mutaverit statum suum, quòd ubi priùs usus fuit ut dominus, modò utatur ut serviens, vel mercenarius, hoc donatorio non nocebit, quia donator omnino statum suum mutaverit, & valdè inhumanum esset, si filius vel amicus donatorem hospitio non reciperet, saltem ut hospitem, cùm se non ingerat sicut priùs, vel sicut dominum. Si autem ex toto vel in parte ingressus, non ex conventione vel recognitione se gerit ut dominus, tunc aliud erit. Ut si quis donationem fecerit suo filio primogenito & hæredi, vel frater antenatus fratri suo postnato, ne per homagium excludatur hæres, vel frater antenatus à successione, si fortè donatorius sine hærede de se decesserit. Item poterit quis dare filio suo postnato sic, ut primogenitus non excludatur ab hæreditate, ut si quis ita dederit. Do tali filio meo postnato, pro servitio suo, tantam terram, tenendam de me tota vita mea, sibi & hæredibus suis, & post mortem meam de capitalibus dominis feodi, pro servitio quod ad terram illam pertinet: si postnatus præmoriatur, antenatus succedet ei, quia homagium non intervenit. Si autem sic, tenendum de capitalibus dominis, sic excludit se à custodia. Item si sic fiat donatio filio antenato à patre communi, pro servitio sive homagio, tenendum de capitalibus dominis, & talis in vita patris moriatur, postnatus sive fuerit major sive minor, succedet ei, patre excluso à custodia, & si minor fuerit, ad dominum capitalem pertinebit custodia. Si autem major tunc relevium.

Vide for these cases ...

¶ 2 Item fit donatio alicujus rei, excepta aliqua parte certa, & tunc refert, utrum pars illa excipiatur in initio donationis, ut si dicat donator, do tibi tale manerium cum pertinentiis, p hæc verba transfertur totum manerium, & cùm addat & dicat incōtinenti, excepta tali parte: Ita extra capitur pars illa post donationē, quāvis ante traditionē non. Si autē sic dicat, do tibi tale maneriū cum ptinentiis, retenta mihi tali parte, vel salva, aliud erit: quia in hoc casu nihil transfert ad donatorium, nisi id tantùm q transferri voluit, & ita illa pars quam retinuit, semper cum eo est & semper fuit. Et unde si hæres donatoris posteà donationem confirmaverit, nihil aliud confirmat p illam generalitatem donatorio, nisi rem illam, secundùm quod data fuerit, & cum eisdem ptinentiis, quia nihil aliud confirmat p illam generalitatem, nisi illud tantùm quod fuit in donatione comprehensum, & unde si in prima donatione, excepta fuit advocatio ecclesiæ, illa generalis confirmatio, advocationem non comprehendit, & secundùm q res data transfertur, ita confirmatur, quia confirmatio nihil confert donationi, nec detrahit, vel diminuit. Sicut poterit donator mutare causam possidendi de re donata in personam donatorii absque resumptione & mutatione possessionis sed non transferre de persona in personā sine mutatione possessionis. Ita poterit donator in donatione sua cum consensu accipientis, legem, conditionem, & mod apponere quem voluerit, dum tamen hoc non sit in pjudicium aliorum, quamvis hoc esse possit in pjudicium sui ipsius, & hæred suor, quamvis hoc sit contra legē terræ, & consuetudinem regni, cùm conventio quādoque legem vincat. Et simplex esse poterit donatio, mera, & pura sine cōditione, vel modo, & totius rei, absque aliqua retentione de re ipsa, vel ejus ptinentiis, poterit enim quis dare rem, & partem rei retinere, vel partem de ptinentiis. Et quod fuit pars ptinentiarum post donationem factam, statim desinit esse de re illa vel de ptinentiis ejus, quantū ad donatorium. Itē potest quis dare totum jus q habet in re. s. tam possessionis, quā ppprietatis ipsi donatorio & hæredibus suis quietè de se & hæredibus suis imperpetuū: & ista donatio dicitur simplex & pura, & tali donationi poterit donator si voluerit, in initio donationis legem apponere & conditionem, ut res data, post tempus ad ipsum revertatur cum jure possessionis tantùm, tenendi ad vitam suam, & ita q rei pprietas remaneat cum donatorio, vel ita q utrūq; jus tam possessionis quàm pprietatis remaneat cum donatorio, & q usus fructus, revertatur post temp9 ad donatorem, ad terminum vitæ vel annor. Item qui pprietatem habet tantùm, & alius habeat possessionem sed liber tenementum, id q habet alteri dare potest, scilicet, pprietatem, salvo tenēti libero tenemento suo, & jure possessionis, ad vitam, & q post mortem ejus revertatur possessio ad pprietatem, & quo casu atturnare debet ille, qui possidet, de servitio & aliis, ei qui pprietatem habet, sicut priùs fuerit atturnatus donatori. Et eodem modo si quis habens utrumq; jus, concesserit alicui usum fructum, videlicet ad terminum, id q habet alteri concedere potest, salvo tamen firmario termino suo. Item si quis habens utrūque jus pprietatis & possessionis, concesserit alicui jus utrūque, tali adjecto modo,

Of gifts with an exception.

ut post tempus revertatur ad ipsum possessio, tenendi ad vitam, & ut inde habeat liberum tenementum, remanente proprietate cum donatorio, non statim ingrediatur donator, quocunque colore: sicut causa hospitandi eodem die, nec in crastino, nec ulteriùs recenter utendo ut priùs, quia per hoc præsumitur quòd nunquam animum habuit recedendi à possessione, cùm utrumque concurrere debeat in donatione, videlicet quòd donator possessionem relinquat animo & corpore. Et post longum tempus ex conventione si ingrediatur, si contra conditionem rejiciatur, habet assisam recuperandi ex conventione. Si autem alius. s. donatorius contra ipsum assisam portaverit, habebit exceptionem ex conventione: & si fortè ingredi non possit, ex conventione habebit actionem. Item eodem modo, si ex recognitione post aliquod tempus facta in curia domini regis quæ recordum habet, dum tamen recognitio & confessio vera sit, cùm oporteat confessionem in ea re factam, esse veram & naturalibus convenire, valebit quod actum erit. Et si donator fortè confiteatur donatorium fuisse in seysina tempore confessionis factæ, cùm non sit, non valebit confessio, nec ea quæ sequuntur, locum habere debent. Si autem donator post tempus longissimum, videlicet decem annorum vel ulteriùs, quod quidem tempus oblivionem inducit, qualiter tunc utatur ut dominus vel aliter, hoc donatorio non nocebit, propter tempus. Item si in omnibus istis casibus supradictis, quandocumque ingrediatur donator, refert si statum suum mutaverit omnino vel in parte, vel non mutaverit. Quia si omnino mutaverit statum suum, quòd ubi priùs usus fuit ut dominus, modò utatur ut serviens, vel mercenarius, hoc donatorio non nocebit, quia donator omnino statum suum mutaverit, & valdè inhumanum esset, si filius vel amicus donatorem hospitio non reciperet, saltem ut hospitem, cùm se non ingerat sicut priùs, vel sicut dominum. Si autem ex toto vel in parte ingressus, non ex conventione vel recognitione se gerit ut dominus, tunc aliud erit. Ut si quis donationem fecerit suo filio primogenito & hæredi, vel frater antenatus fratri suo postnato, ne per homagium excludatur hæres, vel frater antenatus à successione, si fortè donatorius sine hærede de se decesserit. Item poterit quis dare filio suo postnato sic, ut primogenitus non excludatur ab hæreditate, ut si quis ita dederit. Do tali filio meo postnato, pro servitio suo, tantam terram, tenendam de me tota vita mea, sibi & hæredibus suis, & post mortem meam de capitalibus dominis feodi, pro servitio quod ad terram illam pertinet: si postnatus præmoriatur, antenatus succedet ei, quia homagium non intervenit. Si autem sic, tenendum de capitalibus dominis, sic excludit se à custodia. Item si sic fiat donatio filio antenato à patre communi, pro servitio sive homagio, tenendum de capitalibus dominis, & talis in vita patris moriatur, postnatus sive fuerit major sive minor, succedet ei, patre excluso à custodia, & si minor fuerit, ad dominum capitalem pertinebit custodia. Si autem major tunc relevium.

Vide for these cases [illegible]

Cap. XVI.

1 ¶ *De distinctione chartarũ.* 2. *De distinctione chartarũ, alia regia, alia privatorum.* 3. *Quòd de chartis regiis non debēt Justitiarii disputare nec eas judicare.* 4. *Cùm res certa dari debeat, oportet qd. certa sint servitia quæ venire debent in cōpensationē pro re data.* 5. *De verbis & clausulis cōtentis in charta.* 6. *De servitiis & cōsuetudinibus nominatis in charta.* 7. *Quæ servitia dicuntur forinseca & quare.* 8. *De servitiis quæ nec dicũtur intrinseca nec forinseca sed cōcomitãtia.* 9. *Quod tenementũ dici debet socagiũ, & qd. militare feodũ.* 10. *De clausula warrãtiæ.* 11. *Quòd nō obstãte homagio, potest quis excusari à warrãtia per clausulã appositã in charta ne teneatur warrãto.* 12. *De appositione signi, et de testibus.*

Superiùs autē dictũ est ꝙ fit donatio alicui ob causam præteritã, quia diu servivit, vel præsentem, quia benè servit, vel futurã, quia benè serviet, & talis donatio benè dici poterit servitii futuri remuneratio. Nunc de donationib⁹ quæ dantur ꝓ homagio & servitio simul. Et sicut oportet ꝙ certa sit res quæ datur, ita oportet ꝙ certa sint servitia quæ dantur ꝓ re data. Et fiunt aliquando donationes in scriptis, sicut in chartis, ad perpetuam memoriam, ꝓpter brevem hominum vitã, & ut faciliùs ꝓbari possit donatio. Et tamen nihilominùs valet, licèt scriptura non intervenerit, dum tamen alias habeat ꝓbationes. ¶ 2. Et sciendum quòd chartarum, alia regia, alia privatorum: & regiarum, alia privata, alia cōmunis, & alia universitatis. Itē privatarũ, alia de puro feoffamēto & simplici, alia de feoffamento cōditionali, sive cōventionali, & secundùm oīa genera feoffamentorũ fieri potest. Item privatarum, alia de recognitione pura vel cōditionali. Itē alia de quieta clamantia. Item alia de cōfirmatione. Et de hac materia inveniri poterit infrà, de finali cōcordia. Charta verò de puro feoffamento, est de simplici feoffamento, sine aliqua adjectione. Cōditionalis, ut si cōditio donationi sit adjecta, ut suprà videri poterit. Itē de recognitione, ut si tenens rem quam tenet & ab eo petatur, recognoverit jus esse petentis. Vel è converso, si petens rem quàm tenens tenet, recognoverit jus esse tenentis, tenēdũ de se vel de alio, vel si illã remiserit & quietũ clamaverit. Itē de pura quieta clamantia, ut si petens purè remiserit, & quietã clamaverit tenenti, terrã quàm petiit ut jus suum. Item charta de cōfirmatione, quæ alterius factum consolidat, & confirmat tantùm, & nihil novi attribuit, sed aliquando confirmat & addit. Item earum quæ sunt privatæ & simplices de pura donatione, remanent donatorio & ejus hæredibus. Si autem cōmunes sint, duplicari debent quòd quilibet habeat partem suam: Vel deponi in æqua manu cuilibet partium, cùm necessariè fuerit exhibēnda. Et si penes donatorium remãserit, donator, eo quòd sua interest, petat à donatorio exhibitionem, cùm donatorius fortè aliquid petat à donatore ꝙ donator negaverit, vel de quo dubitetur, vel si donator petat & donatori⁹ negat, tunc donatori⁹ vel exhibeat instrumentum, vel ei denegetur actio, si petens fuerit, vel si ab eo petatur, remaneat indefensus, communis enim esse poterit aliqua ratione, ut si terra datur ad terminum annorum vel ad firmam. Item communis esse poterit alia ratione & ꝑpetua, ut si quis donationem fecerit alicui de aliqua re, retenta sibi aliqua parte illius rei, ut si quis manerium dederit, retenta sibi quarta parte,

parte, vel de ejus pertinentiis. Ut si quis manerium dederit, retenta sibi advocatione ecclesiæ vel hujusmodi, & si tenens dicat se totū tenere, cùm donator petat, ostendere debet tenens chartam ad probandam exceptionem suam, quod si non fecerit, exceptio sua nulla, & amittat sicut indefensus. Si autem chartam fortè exhibere non possit, quia illā ad manum nō habuerit, de necessitate erit ad patriam recurrendum. Et eodem modo si casum allegaverit, & casum ꝑbaverit. Et sciendum ꝙ privatorum instrumentorū tres sunt species, nam facit aliquando quis scripturam sibi ipsi, & tali scripturæ non erit fides abhibenda, aliquando facit contra se, & tali scripturæ adhibetur fides, aliquando tamen facit quis scripturam sibi ipsi & alii, & contra se & ꝓ se, quæ communis est, & de qua superiùs dicitur, & de quib' agitur, de conventionibus factis inter privatas personas, & talis scriptura dicitur charta chirographata, quæ scinditur per medium, & una pars remanet parti uni, & altera alteri. Et unde quamvis non liceat alicui partium à conventionibus recedere, tamen non solet aliquando necessitas imponi curiæ dñi regis, de hujusmodi conventionibus privatis discutere. Sed tamē si quis à conventione recedat, succurritur alteri parti, per actionem de cōventione, secundùm quod inferiùs dicetur. Et notandum quòd omniū scripturarum privatarum, quib' quis uti voluerit in judicio ꝓ se, copiā faciet adversario suo contra se: sed petens petere non debet quòd tenentis instrumenta exhibeantur ad suam intentionem fundandā, cùm non teneatur armare adversarium suum cōtra se, nisi fortè instrumenta sua sint communia, nec etiam poterit tenens petere quòd exhibeantur ei instrumēta petentis ad exceptionem suam ꝑbandam, secundùm ꝙ prædictum est, maximè nisi sint communia. ¶ 3. De chartis verò regiis & factis regum, non debent nec possunt justiciarii, nec privatæ personæ disputare, nec etiam si in illa dubitatio oriatur, possunt eam interpretari, & in dubiis & obscuris, vel si aliqua dictio duos contineat intellectus, domini regis erit expectanda interpretatio & voluntas, cùm ejus sit interpretari, cujus est concedere, & etiam si omnino sit falsa ꝓpter rasuram, vel quia fortè signum appositum est adulterinum, melius & tutius est quòd coram ipso rege procedatur ad judicium. Item nec factū regis, nec chartam potest quis judicare, ita quòd factum domini regis irritetur. Sed dicere poterit quis, ꝙ rex Justitiam fecerit, & benè, & si hoc, eadem ratione quòd malè, & ita imponere ei quòd injuriam emendet, ne incidat Rex & Justic. in judicium viventis dei ꝓpt̄ injuriam. Rex autem habet superiorem, deum. s. Item legem, ꝑ quam factus est rex. Item curiam suam, videlicet Comites, Barones, quia Comites dicuntur quasi socii regis, & qui habet socium, habet magistrū, & ideò si rex fuerit sine fræno. i. sine lege, debent ei frænum ponere, nisi ipsimet fuerint cum rege sine fræno, & tunc clamabunt subditi & dicent, Dñe Jesu Christe in chamo & fræno maxillas eorum cōstringe, ad quos dominus, Vocabo super eos gentem robustā & longinquam & ignotā, cuj' linguam ignorabunt, quæ destruet eos, & evellet radices eorum de t̄ra, & à talibus judicabuntur, quia subditos noluerunt justè judicare, & in fine, ligatis manib' & pedib' eorum, mittet eos in

The interpretation of Royal Charter.

a/ Recourse ad patriam, on default of a Charter.
b/ Note this.

caminum ignis, & tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium.
¶ 4. Si privata ꝑsona fecerit donationẽ de re certa, ex causa futura, oportet ꝙ certa sint ea, quæ donatori præstari debent in retributionẽ ꝓ re data, ut si fiat donatio ꝓ homagio & servitio, vel ꝓ servitio tantùm sine homagio, fieri enim poterit donatio ꝓ homagio & servitio ꝓpriè de feodo militari, impropriè verò fit homagium de sockagio, cùm inde fieri deberet tantùm fidelitas, & non homagium, & si de facto fiat homagiũ, non tamen sequitur ꝓpt̃ hoc, ꝙ ad dñm capitalẽ ꝑtineat custodia & maritagiũ, quia custodia & maritagium non semper sequitur homagium, quia ad quem hujusmodi ꝑtineant, ꝑ homagium non determinetur, sed ꝑ servitium, secundùm ꝙ tenementum tenetur ꝑ servitium militare, vel ꝑ sockagium. Ut si quis donationem fecerit filio suo primogenito, & hæredi, vel frater antenatus fratri suo postnato, ne ꝑ homagiũ excludatur hæres vel frater antenatus à successione, si fortè donatori⁹ sine hærede de se decesserit. Itẽ potest quis dare filio suo postnato, sic, ut primogenitus non excludatur ab hæreditate. Ut si quis ita dederit. Do tali filio meo postnato ꝓ servitio suo tantã terrã, tenendã de me tota vita mea sibi. & hæredib⁹ suis, & post mortẽ meã, de capitalib⁹ dñs ꝓ servitio ꝙ ad illã terrã ꝑtinet: si postnat⁹ præmoriatur, antenatus succedet ei: quia homagiũ non intervenerit. Si autẽ sic: tenendã de capitalib⁹ dominis, sic excludit se à custodia. Item si fiat donatio filio antenato ab ipso patre cõmuni, ꝓ servitio sive homagio, tenendum de capitalibus dominis & talis in vita patris moriatur, postnatus frater, sive fuerit major, sive minor succedit, patre excluso à custodia. Et si minor fuerit, ad dñm capitalem ꝑtinebit custodia & maritagiũ. Si autem major, tunc relevium. Et qui teneantur ad homagium & fidelitatẽ, & qui non, & quæ sequũtur homagia, pleniùs dicetur inferiùs, de homagiis. ¶ 5. Fit autem donatio in scriptura ꝑ hæc verba. Sciant præsentes & futuri, ꝙ ego talis, dedi & concessi, & hac præsenti charta mea cõfirmavi tali, ꝓ homagio & servitio suo, tantã terrã cum ꝑtinentiis in tali villa &c. ut infrà. Et unde ꝑ hoc, ꝙ dicit, Ego talis, vult quòd certa ꝑsona cõprehendatur in donatione quæ dat, & per hoc ꝙ dicit, dedi, vult ꝙ res data fiat accipientis, & per hoc ꝙ dicit, concessi, perpendi poterit ex hoc, quòd donationi consensum præbuit, quia non multùm differt dicere cõcessi, quàm dicere consensi. Item ꝑ hoc ꝙ dicit, præsenti charta mea confirmavi, per hæc innuit quod vult, quòd voluntas sua, per quam res transfertur ad donatorium, & quæ firma esse debet, præsens charta, sigilli sui munimine, confirmetur. Est enim confirmare, id quod priùs firmum fuit, simul firmare. Item per hoc ꝙ dicit, tali, vult quòd certa ꝑsona exprimatur cui fit donatio. Hoc videtur contrarium ei, quod dicitur suprà de pluribus bastardis filiis de concubina &c. Item quòd fieri poterit donatio pluribus pueris, ubi dicitur, quòd pueris natis & nascituris fieri poterit donatio: Sed nõn nominati & nascituri sunt incertæ personæ, ergo incertis personis fieri poterit donatio: & ita non est necesse, quòd certa persona comprehendatur in donatione, cujus contrarium innuitur hîc. Sed non est contrà, quia licèt dicatur quòd donator vult exprimere certam personam cui facit donationem,

of the reddendum

The parts of a Charter or feoffment

nationem, cum eam tali p̄sonæ fecit, ut hic: non tamen negat p̄ hoc quin fieri possit incertæ personæ, ut ibi. Item p̄ hoc quod dicitur, p̄ homagio & servitio suo, vult quòd certa sit causa, p̄ qua fit donatio. Et idem si sic dicat, p̄ servitio sine homagio. Item per hoc ꝙ dicit, tantam terram, vult ꝙ certa res deducta sit in donatione, & certæ p̄tinentiæ quæ tunc p̄tinuerunt, cùm res venit in donationem. Item per hoc ꝙ dicit, in tali villa, vult ꝙ certus locus cōprehendatur, in quo res sita est quæ datur. Item contineri debet, habendam & tenendam tali & hæredibus suis generaliter, vel cum coarctatione hæredum, liberè & quietè, honorificè, benè & in pace, vel in liberum maritagiū, tali & hæredibus suis talib⁹, vel tali Abbati, vel priori, & successoribus suis, in liberam & purā eleemosynā. Itē tali & hæredib⁹ suis vel assignatis, secundùm quod, superi⁹ videri poterit in exemplo manifestè. Et p̄ hoc ꝙ dicitur tali & hæredib⁹ suis, vult donator quòd cōprehendantur certæ p̄sonæ ad quas descēdere debet res donata post mortē donatoris p̄ modum donationis, et per ꝙ p̄pendi poterit si tales hæredes defecerint, quòd p̄ modum tacitū reverti debeat res donata ad donatorē. Item p̄ hoc ꝙ dicit, liberè, non vult quòd rei datæ servit⁹ imponatur: ut si quis velit uti aliquo jure in re data, ad quam servit⁹ non pertinet, neq; usus. Item per hoc quod dicit, quietè, vult quòd quietem habeat & pacem, quòd uti possit donatorius re data pacificè, & non inquietetur. Est enim quies idē ꝙ requies, sive pax, & si componatur cum hac præpositione (in) erit ibi inquies. s. non quies. Et non refert ad hoc, quòd non possit uti omnino vel minus commodè, secundùm quod, inferius videri poterit, de cōsuetudinibus & servitiis præstandis in assisis. ¶ 6. Item dicitur, reddendo inde p̄ annum tantum, ad certos terminos tales, & faciēdo inde talia servitia, & tales cōsuetudines, quæ omnia debent esse certa & expressa in charta, quib⁹ expressis & in charta nominatis, cùm infinita sunt genera servitiorum & cōsuetudinum, alia oīa servitia & cōsuetudines, quæ expressa non sunt, tacitè videntur esse remissa. Et impossibile esset oīa in charta exprimere, ad quæ donatori⁹ non teneretur, licèt charta expressè nō acquietet, satis enim acquietat, ex quo specialiter nō onerat. Itē dicitur, p̄ omni servitio, consuetudine seculari, exactione & demanda, p quam generalitatem, videtur expressè remittere oīa alia servitia, cōsuetudines, & demandas seculares q̄ ad dn̄m pertinēt de tenemento, licèt hoc in charta expressè non contineatur. Sunt enim servitia & cōsuetudines quæ p̄tinent ad dn̄m feodi, et cōsuetudines et servitia quæ p̄tinent ad regē, sicut sectæ ad justitiam faciendam, per breve de recto, & ad pacem, sicut de latrone judicando, et p̄ aforciamento curiæ in prædictis. Ad dn̄m verò fundi donatorem, pertinent servitia ratione rei datæ, sicut reddit⁹, sive debeatur aurum, sive argētum, in pecunia numerata, ut si dicatur, reddendo inde p̄ annum x. aureos vel argenteos sive x. solidos, vel si servitium consistat in fructu, ut si dicatur, reddendo inde p annum x. coros tritici, sive x. quarteria vel hmōi, si servitium cōsistat in solido, si autē in liquido, ut si dicat, reddend' inde p annū x. dolia vini, vel x. cados olei. Itē si certa res repromittatur vel sub disjunctione, ut si dicat, reddend' inde p annū q̄dā calcaria deaurata

Te reddendum of services

vel sex denarios, vel unam libram piperis, vel cumini, vel ceræ, vel quasdam chirothecas, vel tot denarios, & in quo casu, tenens habet electionem, utrum istorum solvere velit, & unum solvendo, liberatur, & hæc omnia & plura alia consistunt in redditibus & in redditionibus. Est tamen quoddam genus redditus, qui datur ab aliquo, percipiend' de re aliqua certa, cum districtione vel sine, qui non dicitur servitium, sed quasi ex feoffamento liberum tenementũ, de quo infrà dicetur, de Assisa. Item sunt quædã servitia quæ pertinent ad dñm capitalem, & quæ cõsistunt in factionib', & fiunt ex consuetudine, de t̃mino in t̃minum, et de quib' oportet quòd fiat mentio in scriptura, et alioquin peti non poterunt, ut si dicatur, & faciendo inde sectam ad curiam domini sui et hæredum suorum, de quindena in quindenã, vel de trib' septimanis in tres septimanas, quolibet anno, de t̃mino in t̃minum. Item faciendo inde tot aruras & tot messuras, tot falcationes, & quæ oĩa ptinent ad dominos feodi, ex tenementis sic datis liberis hominib', et pveniunt ex tenementis, et dici possunt feodalia, sive prædialia servitia, et non personalia, nisi ratione prædiorum et tenementorum. Item poterit quis feoffare alium per serjantiã, quæ quidem multiplex esse poterit, et unde quædam pertinent ad ipsum dñm feoffantem, et quædam ad ipsum regem, ut si dicatur, p servitium equitandi cum dño suo, vel dña, qui propriè dicuntur Rodknightes, vel per servitia tenendi placita dominorum suorum, vel portandi brevia infra certa loca, vel pascendi leporarios & canes, vel mutandi aves, vel inveniendi arcus & sagittas, vel portandi, et de iis serjantiis non poterit certus numerus comprehendi. Et hujusmodi servitia oĩa dici possunt intrinseca, quia in chartis et in instrumentis sunt exprimenda, et dñs capitalibus remanebunt. Et cùm ppt̃ exercitum regis & patriæ tuitionem non fiunt: Ideò ex talibus servitiis nullum cõpetere deberet maritagium, nec custodia domino capitali, non magis quàm de Socagio. Ecce hîc dicitur quòd ex parvis serjantiis, quæ non respiciunt Regem nec patriæ defensionem, ut equitare cum dño vel dña, & portare brevia et hujusmodi, non habebitur maritagium, cujus contrarium ponit per exemplum. Contrarium autem habetur de quadam Abbatissa de Berking, inter placita, quæ sequuntur regem, anno regni regis Henrici coram W. de Raleighe, & quæ recuperavit custodiam & maritagium de hærede cujusdam tenentis sui, qui tenebat tenementum suum in manerio de Berking per servitium equitandi cum ea de manerio in manerium, quod quidem S. de Segrave non approbavit. Sunt & alia genera serjantiæ, quæ ad dñm capitalem non pertinent, sed ad dominum regem, p exercitu regis ad patriæ tuitionem vel defensionem, & hostium deprehensionem: ut si quis ita feoffatus fuerit. s. per serjantiã inveniendi domino Regi unum hominem vel plures, ad eundum cum eo in expeditionem ad exercitum, equites vel pedites, cum aliquo genere armorum, & ex tali serjantia competit domino capitali, sive de domino rege tenuerit, sive de alio, custodia & maritagium hæredis, quod quidem non esset tenendum in casibus prædictis. Illud idem servatur si quis teneat per servitium, inveniendi domino regi, certis locis & certis temporibus,

pl. Serjeanty

poribus, unum hominem, & unum equum, & saccum cum brochia ꝑ aliqua necessitate vel utilitate exercitum suum cōtingentem. ¶ 7. Item sunt quædam servitia, quæ dicuntur forinseca, quāvis sunt in charta de feoffamētis expressa & nominata, & quæ ideò dici possunt forinseca, quia ꝑtinēt ad dominum regem, & non ad dominum capitalem, nisi cùm in ꝓpria persona ꝓfect' fuerit in servitio, vel nisi cùm ꝓ servitio suo satisfecerit dño regi quocunq; modo, & fiunt in certis temporib', cùm casus & necessitas evenerit, & varia habent nomina, & diversa. Quandoq; enim nominantur forinseca, largè sumpto vocabulo, quoad servitium domini regis, quandoq; scutagium, quandoq; servitium domini regis, & ideò forinsecum dici potest, quia fit & capitur foris, sive extra servitium, ꝙ fit dño capitali. Item scutagium, ꝙ talis præstatio ꝑtinet ad scutum, ꝙ assumitur ad servitiū militare. Item dicitur regale servitium, quia specialit̄ ꝑtinet ad dominum regem, & a non ad alium, & secundùm ꝙ, in cōquestu fuit adinventum, et hujusmodi servitia ꝑsolvuntur ratione tenementorū, et non personarū, quia ex tenementis ꝓveniunt, ut si dicatur in charta, faciendo inde forinsecum servitiū, vel regale servitiū, sive servitum domini regis: ꝙ idem est, secundū modum feoffationis. s. quantum pertinet ad feodū uni' militis, vel duorum in eadem villa, vel de eodem feodo, vel ad scutagia. c. s. ij. marcas vel tres, et ad plus, plus, & ad minus, minus. Et quia tale servitium forinsecum nō semꝑ manet sub eadem quantitate, sed quandoq; præstatur ad plus, quādoq; ad minus, ideò de qualitate regalis servitii, & quantitate fiat mentio in charta, ut tenens certum tenere possit, quid & quantum ꝑsolvere teneatur: ꝙ quidem dici poterit de sectis, quæ ꝑtinent ad dñm capitalem, cùm possint ibi varia & diversa tempora denotari, de quibus fit mentio suprà. Sed si sic dicatur, reddendo inde per annum tantum, & faciendo tales sectas ꝓ omni servitio, excepto regali servitio, vel salvo forinseco, tunc videndum erit inprimis si feodum illud in ipsa donatione forinsecum debuit ab initio vel non. Si autem nullum debuit ab initio, nec sit certum forinsecū in charta expressum, nunquā præstabitur nec peti poterit, ꝓpt̄ incertitudinē. Si autem ab initio nullum, sed in ipsa donatione cōvenerit ꝙ detur scutagium, & in charta exprimatur certum, erit omnino præstādum. Et sicut poterit donator liberiùs dare quàm ipse tenuerit, et onerare se ipsum et hæredes suos erga suos feoffatores, ita poterit suum feoffatū onerare ad plura servitia et ad alia, quàm ipse teneatur feoffatori suo. Poterit enim de socagio facere servitium militare, & è converso, si ita convenerit ab initio inter ipsum et feoffatum suum. Sed quid si feodum feoffatoris non debeat forinsecum, & donator dederit ꝓ forinseco, tunc refert, utrum certum & expressum vel non. Si autem incertum, tunc tale quid peti nō poterit, si autē forinsecum debuit ab initio, sed tamē in charta donationis nō exprimatur certū, videtur prima facie, ꝙ peti nō possit? Sed revera sic erit intelligēdum, ꝙ tale & tātumdem præstādū sit, quātum præstāt alii qui tenent tenemēta in eadē villa, & de eodem feodo ꝑ servitiū militare. Itē potest quis dare tenemētum, quod ipse tenuit per servitium militare, tenendum in villenagium ꝑ villanas consuetudines &

 servitia,

a Note Bracton's opinion of the origin of this Tenure; and whether you may not infer from hence his sentiment upon the general question of the origin of Tenures.

servitia, dum tamen certa & expressa. Si autem dicat quòd dat ita liberè, sicut aliqua terra liberius dari possit, hoc intelligendum erit, quantum ꝑtinet ad donatorem, & erga suum feoffatorem defendet quantum ad ipsum ꝑtinebit. Si autem res data tam erga alios quàm erga dominum suum capitalē obligata fuerit, nō tenetur ad hoc, ꝑ hæc verba ipsum erga alios acquietare, nisi speciali͠t in se illud onus susceperit, & tunc versus omnes defendat, si habeat unde, si non, respondeat ꝑ seipso. Item dare poterit ita liberè, sicut ipse illā unquam liberiùs tenuit, unde si ꝑ ipsum aliquo tempore inde fuerit onerata vel servituti supposita, ipse eam tenetur liberare ꝑpt̄ modum donationis. Eodem modo si dicat, ita liberè sicut ipse vel aliquis antecessorum suorum illā unquam liberiùs tenuit, & sic eodem modo præstet donator q̄ ꝑmisit. Item sicut aliqua terra vel aliqua eleemosyna liberiùs dari poterit, hoc est de omni q̄ ipsum tangit & feoffatorē suum, & si habet unde acquietet. ¶ 8. Sunt etiam quædā cōsuetudines, quæ nec dicuntur intrinsecæ nec forinsecæ, sed sunt quædam servitia concomitantia, sicut servitia regalia & militaria, & etiā homagia, & ideò in chartis non sunt exprimenda, quia si homagium ꝑcesserit & regale servitium, sequitur exinde q̄ ad capitalē dn̄m ꝑtinebit Relevium & custodia & maritagium, sive servitium sit militare, vel serjantia ꝑpt̄ exercitum, ad plus se habuerit vel ad minus, saltem ad unum obolum. Sunt etiam quædā consuetudines, quæ servitia non dicuntur, nec cōcomitantia servitiorum, sicut sunt rationabilia auxilia ad filium primogenitū militem faciendū, vel ad filiā primogenitā maritandā, quæ quidē auxilia fiunt de gratia & non de jure, & ꝑ necessitate, & indigentia dn̄i capitalis. Nunquam igitur exigitur auxilium, nisi præcedat necessitas, nec tenetur aliquis ad hujusmodi auxiliū præstandū, nisi ex indigentia domini sui capitalis, et ex eo q̄ est liber homo suus. Et sunt hujusmodi auxilia ꝑsonalia et non prædialia, ꝑsonas enim respiciunt et non feoda, secundùm q̄ ꝑpendi poterit ex præcepto dn̄i regis ꝑ breve suum. Est itaque præceptum suum tale, quòd vic. justè et sine dilatione, habere faciat tali, rationabile auxilium suum de militib' et liberè tenentibus suis in balliva sua, ad primogenitum filium suum militem faciendū, et in eadem forma fiat breve de filia sua primogenita maritanda, secundùm q̄ inferiùs dicetur. Primogenitæ filiæ non dabitur auxilium tale, quia istud auxilium pertinet ad capitalem dominum, sicut pertineret si non esset nisi unus hæres, cùm omnes sunt quasi unus hæres. Et cùm hujusmodi auxilia dependeant ex gratia tenentium, & non ad voluntatem dominorum, nec sunt feodalia sed personalia, haberi debet respectus ad personam utriusque, tam domini, quàm tenentis, ut domini necessitas, secundùm quod major esset vel minor, relevium acciperet, & quòd tenens gravamen non sentiret, sed quòd auxilium accipienti cederet ad commodum, & danti ad honorem. Sunt etiam inter alia quædam præstationes personales, quæ non dicuntur servitia, sed auxilia vic. quæ non tenetur feoffator warrantizare. Item sunt omnes fines communes ꝑ toto comitatu, ut in itinere justic. & alibi pro misericordiis, ut si comitatus pro transgressione in misericordiam inciderit, quæ quidem

non

aids of the Sheriff. viz. collected by him

non sunt inter servitia connumeranda. Sunt etiā quædā cōmunes p̄stationes, quæ servitia non dicuntur, nec de consuetudine veniunt, nisi cùm necessitas intervenerit, vel cùm rex venerit, sicut sunt hidagia, coraagia & carvagia & alia plura de necessitate & ex consensu cōmuni totius regni introducta, & q̄ ad dn̄m feodi non pertinent, & de quibus nullus tenetur tenentem suum acquietare, nisi se ad hoc specialiter obligaverit in charta sua, & unde cùm dicat feoffator & dn̄s capitalis, ego & hæredes mei, warrantizabimus tali & hæredibus suis tantā terrā cum pertinentiis, contra om̄s gentes imp̄petuum per p̄dictum servitium, hoc erit intelligendum, tantam terrā cum pertinentiis de omnibus servitiis, & secularibus demandis, quæ ad dominos feodi pertinent ratione p̄dicta tenementi. Igitur servitia quæ pertinent ad dominum Regem p̄ justitia vel pace, sicut sectæ ad com̄ vel hundr̄, & tres sectæ prænominatæ, ad curias, auxilia vic. & ad fines communes & misericordias, excluduntur, cùm non pertineant ad dominos feodorum, sed ad Regem, nisi ipse dn̄s feodi ad hoc specialiter se obligaverit in charta sua. Poterit enī dominus si voluerit se obligare ad indebita, & teneri & debita remittere, si voluerit, ut si tenenti suo remittat custodiam, maritagium & relevium cùm evenerint. Ea verò quæ pertinent ad Regem, remittere non potest, & onerare seipsum in præjudicium dn̄i Regis nec tenentem acquietare: cùm hujusmodi, personas hominum requirunt, sicut visus franciplegii, & alia, quæ introducta sunt pro pace & communi utilitate. Nec etiam dn̄s ea remittere poterit tenenti suo, si ipse dominus hujusmodi libertates concessas habeat à dn̄o Rege, non magis quàm facere sub se justitiarios, cùm ipse in hac parte sit justitiarius domini Regis, nisi ipse Rex factum & concessionem domini feoffantis confirmaverit. Sed tunc cum ex confirmatione dn̄i Regis, factum dn̄i roboratur, non poterit dn̄s contra factum suum venire, cùm hoc non sit ad alicujus præjudicium nisi suum proprium. Nec ipse Rex contra suam confirmationem. Quod quidem aliter esset, si hujusmodi libertates tantùm pertinerent ad dominum Regē, & non ad alium. Unde remittere non potest, obligare tamen potest & onerare seipsum. Item poterit quis feoffari ab alio per diversa genera servitiorum facienda. s. per servitium unius denarii & reddendo scutagium, & per serjantiam unam vel plures. ¶ 9. Et unde si tantùm in denariis & sine scutagio vel serjantiis, vel si ad duo teneatur sub disjunctione, scilicet ad certam rem dandam pro omni servitio, vel aliquam summam in denariis, id tenementum dici potest socagium. Si autem superaddat scutagium & servitium regale, licèt ad unum obolum, vel serjantiam, secundùm quod superiùs dictum est, illud dici poterit feodum militare. ¶ 10. In charta verò de donatione quandoq; adjicitur hæc clausula. Et ego & hæredes mei warrantizabimus tali & hæredibus suis tantum, vel tali & hæredibus suis & assignatis & hæredibus assignatorum, vel assignatis assignatorum & eorum hæredibus, & acquietabimus & defendemus eis totam terram illam cum pertinentiis (secundùm quod prædictum est) contra omnes gentes imperpetuum, per prædictum servitium. Per hoc autem quod dicit, ego & hæredes mei, obligat se & hæredes suos ad

of the clause of warranty

ad warrantiā, ꝑpinquos & remotos, ꝑsentes & futuros, ei succedentes in infinitum. Per hoc autem ꝙ dicit, warrantizabim⁹, suscipit in se obligationē, ad defendend suum tenentem in possessione rei datæ & assignatos suos, & eoȓ hæredes, & oms alios secundùm ꝙ suprà dictum est, si fortè tenem̄ datū petatur ab aliquo in dominico. Per hoc autem ꝙ dicit, acquietabimus, obligat se & hæredes suos ad acquietand, si quis plus petierit servitii vel aliud servitium quā in charta donationis continetur. Per hoc autem ꝙ dicit, defendemus, obligat se & hæredes suos ad defendend, si quis velit servitutem imponere rei datæ, contra formā suæ donationis. Itē non sufficit si rem illā ei warrantizat, nisi warrantizaverit ejus ꝑtinētias, sive consistant in corpore, sive in jure, in corpore, ut si ꝑtineant Hābeletti qui non sunt de corpore rei datæ, in jure, ut si ꝑmaneat advocatio in ꝑprio, vel servitus in alieno. Item poterit esse warrantizatio larga & stricta, larga, ut si dicatur. Ego, & hæredes mei warrantizabim⁹ tali & hæredib⁹ suis, largior, ut si dicat, tali & hæredib⁹ suis & assignatis & hæredib⁹ assignatoȓ. Itē largissima, ut si dicat, tali & hæredib⁹ suis & assignatis, & eoȓ hæredib⁹ & assignatis assignatoȓ & hæredib⁹ eoȓ, & sic tenetur donator & hæredes ejus omibus warrantizare, per modū donationis, si res data ad tot man⁹ devenerit, & hoc immediatè. Si autem ita dicat, tali & hæredib⁹ suis warrantizabim⁹, si talis ulteriùs dederit vel assignaverit, non tenetur ipse principalis feoffator talib⁹ warrantizare immediatè, sed ꝑ medium. s. ꝙ quilibet vocet ad warrantū suum feoffatorē, de gradu in grad ascendendo. Itē poterit esse warrantia stricta, ut si dicatur, tali & hæredibus suis, quos de uxore sua sibi desponsata, ꝓcreatos habuerit, hîc vero coarctatur warrantizatio, ad hæredes tantū expressos & non ad alios. Itē strictior, ut si dicat, ego & hæredes mei warrantizabimus tibi, quo casu excluduntur à warrantia hæredes donatorii. Itē strictissima, ut si dicat, ego warrantizabo vobis, nulla facta mentione de hæredibus donatoris, vel donatorii. ¶ 11. Itē quāvis in donatione interveniat homagium & servitium ꝑ mod in donatione appositū, excusari poterit à warrantia, si hoc adjiciat in charta donationis, ne ipse nec hæredes sui teneātur ad warrantiam, &c. quia in multis casibus vincit conventio legem. Cùm autem donator teneatur ad warrātiā, & feoffatū suum in seysina sua defēdere voluerit, & petens cōtra eū obtinuerit, tenetur donator ad excābiū ad valentiā. Et qui teneantur warrantizare, & cui, & quando, & quādo non, dicetur a plenius infrà in tractatu, de warrantia, ꝙ quidē esset lōgum hîc enarrare & difficile. Itē dicitur in charta, contra oms gentes, ad ꝙ sciend, ꝙ poterit unus vel plures à tali generalitate extrà capi, ut si dicatur, warrantizabim⁹ contra omnes gentes præterquam contra tales. Item videndum cùm dicat ita generaliter contra omnes gentes, an ipse & hæredes sui warrantizare debeant contra seipsos, & sciendum ꝙ sub hac generalitate non comprehenduntur, quia si terram petant in dominico contra donationem & chartam suam, eliditur actio ꝑ exceptionē donationis, cū illi petere nō possūt, qui cōtra alios deberent warrantizare. Eodem modo si servitium petant indebitum, defendentur feoffati per chartam suam, vel dabitur eis actio ne indebitas

a. vid: inf: de warrantiâ

bitas exigant cõsuetudines & servitia, nec stare poterit simul, ꝙ quis petat, ubi defendere deberet, nec si feoffator petat versus feoffat suũ, nunquã locũ habebit placitũ, de warrãtia chartæ. Itẽ dicitur, p pdictũ servitium. i. p servitium in charta donationis cõphensum, quia si nullum esset in charta donationis expssum, superflua esset adjectio. s. p pdict' servitiũ, & unde videtur ꝙ oĩa servitia & cõsuetudines exprimi debent in charta donationis, q ptinent ad dñm capitalem p feoffatorẽ ex tẽnto dato, & ꝙ nihil aliud peti possit, nisi ꝙ in charta donationis expssum fuerit. Videtur etiã p hæc verba, ꝙ donator ad warrãtiã tenebitur, quãvis homagiũ nõ intervenerit nec fidelitas. ¶ 12. Et quoniã hujusmodi scripturæ nõ esset fides adhibẽda, nisi signũ intervenerit, ꝙ talis donatio & scriptura à conscientia & voluntate donatoris emanaret, ideò in testimonium & approbationẽ rei gestæ, apponit donator sigñ, adjiciendo in charta donationis clausulã istã, ꝙ ut ratum sit & firmũ, &c. Vel sic, in cuj⁹ rei testimoniũ, huic scripto sigillũ meum apposui. Debent etiam testes ad hoc vocari, ut sub psentia eoř, oĩa cum solẽnitate pcedãt, ut veritatẽ dicere possint, si inde fuerint requisiti, & eoř nomina debent in charta cõphendi, & si in cõfectione chartæ psentes non fuerint, sufficit si postmod, in psentia donatoris & donatorii fuerit recitata & concessa: & utilius & melius si in locis publicis, sicut in com̃ & hundred', ut facili⁹ pbari possit, si fortè fuerit dedicta, & cùm talis fuerit solẽnitas adhibita, nõ multũ refert, utř pprio vel alieno sigillo sit signata, cùm semel à donatore coram testibus, ad hoc vocatis, recognita & concessa fuerit. Si autem testes psentes non fuerint, nec talis solemnitas adhibita, si de signo & charta oriatur dubitatio, si cùm testes fuerint requisiti, dicant se nil inde scire, ita deficere possit charta, quãvis vera sit & bona, pter defectũ pbationis, deficere enĩ poterit pbatio, quãvis non deficiat charta. Si autem dubitaverint de charta, donationẽ non pbant, quia quotiescunq; dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Si autẽ dicũt, secund̃ credulitatẽ suã, non tamẽ pbant, sed psumptionẽ inducunt, cui stand̃ erit, donec pbetur in contrarium. Si autem dicat un⁹ eoř se psentem fuisse, nec hoc sufficit ad plenam pbationem, sed semiplenã, quia similiter inducit psumptionem. Si autẽ duo dicant se interfuisse, sufficit ad plenã pbationem, licèt alii dicant se nil inde scire: cũ duob⁹ non contradicant expressè, & cũ in ore duoř vel triũ testiũ stet oñe verbũ. Si autẽ testes contrarii fuerint in suis testimoniis, & quidã illoř dicãt contra chartã & donationẽ, & quidã p charta, & fuerint ĩpares numero, majori & digniori parti stand̃ erit: Si autem pares in numero & dignitate, erit pro charta & donatione judicand̃, ut donatio magis valeat quã pereat. Item si dicant testes, ꝙ interfuerint ubi plocutio donationis facta fuerit, vel confectioni & recitationi notulæ, nec hoc sufficit, quia adhuc possunt partes resilire. Item non sufficit chartam esse factã & signatã, nisi pbetur donationem esse perfectam, & quòd omnia quæ donationem faciunt ritè præcessennt, & subsequutam esse traditionem, alioqui nunquam transferri potest res donata ad donatorium. Poterit enim homagium præcessisse, & quòd charta ritè facta sit, & vera & bona, & cum solemnitate

reci-

recitata & audita, tamẽ nunquã valebit donatio, nisi tunc demũ cum fuerit traditio subsequuta, & sic poterit charta esse vera, sed sine facta seysina, nuda. Itẽ aliquãdo, vice versa, poterit donatio esse vera & ꝑfecta, & charta falsa, ut si quis, cũ donationem fecerit & seysinã donatorio & hora congrua & sine charta, obierit, vel mente alienat⁹ fuerit, & donatori⁹ post hæc chartã donationis acquisierit, licèt signũ cognitum fuerit, nihilomin⁹ tenebit donatio, & charta nulla erit. De hac materia pleni⁹ dicetur infrà, de fide chartarũ & instrumentorũ, si eis fuerit in judicio contradictum.

Cap. XVII.

1 ¶ *De possessione, & quòd non valet donatio nisi subsequatur traditio, & ideò videndum de divisione possessionum, & qualiter acquiratur possessio rerum.* 2 *Quid sit possessio.* 3 *Qualiter dividitur possessio.*

Livery

DOnationũ, secundũ ꝙ ꝑdictũ est, alia ꝑfecta, alia imperfecta, sed cũ dare, sit rẽ accipientis facere, nũq erit perfecta donatio, antequã donatori[s] plenã habuerit possessionem, sive seysinã & ꝑ se sive ꝑ aliũ, qui jus clamaverit in re, & donec sibi tradita res fuerit, quia traditionib⁹ & usu captionib⁹, possessiones & rerũ dominia trãsferuntur. Non enĩ sufficit si jus alienũ alicui cõcedatur, nisi donatorius seysinã habuerit vel fuerit consequutus & adeptus. Sed quoniã possessio sive seysina multiplex est: Inprimis videndũ erit quid sit possessio, & qualiter dividatur. Itẽ qualiter acquiritur ꝑ traditionẽ, vel alio modo, & per quas ꝑsonas acquiritur, & qualiter, cũ acquisita fuerit, retineatur, & qualiter quis uti debeat, & si plurib⁹ fiat, quis ꝑferatur, & cum acquisita fuerit, qualiter amittatur, & cũ amissa fuerit, qualiter restituatur. Ideò dicitur, quis est in possessione vel quasi. ¶ 2 Quid sit possessio videndũ. Et sciendum ꝙ possessio, est corporalis rei detentio. i. corporis & animi cũ juris adminiculo cõcurrente. De re autẽ corporali ideò dicitur, quia incorporalia nõ possũt possideri nec usucapi, nec sine corpore tradi, quia ꝑ se traditionem non patiuntur: Ideò dicuntur quasi possideri, tradi enĩ possunt, vel quasi, ꝑ patientiã & per usum. Et possessio ideò dicitur rei detentio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit. i. corporaliter. De hoc autem ꝙ dicitur, corporis & animi cum juris adminiculo concurrente, dicetur infrà plenius, & cùm quis in possessione fuerit & ei controversiã moveamus, aut pertinet ad hoc, ut nostrum petamus ꝙ non possidemus, & fortè injustè fuerimus ejecti de possessione propria, vel si alienam possessionem, sicut antecessorũ nostrorum petierimus ꝙ nobis restituatur, vel ad hoc, quòd per interdictum, nobis retinere liceat liberè & quietè, benè & pacificè possidemus. Restituendæ enim possessionis ordo, per actionem expeditur. Retinendæ vero duplex est, aut exceptio aut interdictum. Exceptio vero datur multis de causis. ¶ 3. Dividitur autem possessio sic, possessionum autem alia civilis, alia naturalis. Civilis autem est, quæ animo tantùm retinetur. Naturalis, quæ corpore, & aliquando justa est & aliquando injusta. Et potest quis utroque modo possidere, scilicet animo & corpore, ita quòd neque animo per se, neqꝫ corpore per se, & acquirere nemo potest possessionem nisi utroque modo, animo & corpore, & sicut non potest possessio nisi animo & corpore acquiri

quiri, sic non potest nisi utroq; amitti, & cũ utroq; acquiratur, licèt corpore poterit amitti, animo solo poterit retineri. Itẽ possessionum, alia justa, alia injusta, secundũ q inferiùs videri poterit in tractatu, de assisa novæ disseysinæ. Item alia vera, alia imaginaria, sive colorata sive fictitia. Imaginaria verò, ubi quis se gesserit ac si possideret, cùm ali[9] possideat. Itẽ alia nuda, alia vestita. Nuda, ubi quis nil juris habet in re, nec aliquã juris scintillam, sed tantùm nudã peẽ positionem: vestita, jure, titulo, vel tẽpore. Itẽ quædã bona & firma, quædam adepta, & quædam adipiscenda, & quædam nuda & infirma. Item quædam ꝓpria, quædã aliena, & alienaꝝ, quædã ꝓpinqua & quædã remota. Item quædã vetus, & quædã recens & nova. Itẽ est quædam quæ nihil juris habet in re, sed aliquid possessionis, ut si quis fuerit in seysina vel possessione per intrusionem. Est etiã alia possessio quæ aliquid habet possessionis, sed nihil juris, ut si quis fuerit in possessione ut custos vel creditor & hujusmodi. Est & alia possessio quæ multũ habet possessionis, & parũ juris, sicut est possessio antecessoris in causa possessionis, de qua quis moritur seysitus, ubi alius habet jus meũ, & antecessor feodum & liberũ tenementum. Est & alia possessio, quæ plurimũ habet possessionis & aliquid juris, ubi convertitur causa ꝓprietatis, ut si quis tenuerit ad terminũ vitæ vel annoꝝ ꝑ concessionem alicujus, qui illam sic dimisit in vita sua, & non obiit inde seysitus. Est & alia possessio quæ multum habet possessionis, & multum juris, sicut illa, ubi quis habet in re aliqua jus merum, & ꝓprietatem feodi, & liberũ tenementum cum seysina, sed de qua non obiit seysitus. Item possessionum, quædã brevis est & tenera, & quædã longa & tempore firmata, ut si quis ꝑ intrusionem vel disseysinam in seysina fuerit, vel ab eo qui nihil juris habuerit, vel si aliquid habuerit, in ꝑjudiciũ veri domini feoffaverit, qui meũ jus habuit & ꝓprietatem, vel cõtra cõvẽtionem vel modum donationis, & hujusmodi, ubicunq; vertitur in alterius ꝑjudiciũ, talis possessio semꝑ erit tenera, donec ex tẽpore (q pro titulo sufficiat) fuerit firmata, ꝑ negligentiã veri domini, vel ꝑ impotentiam. Si autem facta fuerit donatio ab aliquo, qui jus habet & ꝓprietatem, feodum & liberũ teñtum & seysinã, cùm donatori[9] animo retinendi ingress[9] fuerit, & donator à possessione recesserit, cũ familia, sine animo vel spe revertendi, statim & sine mora erit donatio firma, & acquiritur liberum tenementum accipienti, ex quo concurrunt, sine alicujus præjudicio, jus & seysina. Item possessionum, alia pacifica, alia contentiosa, & poterit contentio esse injuriosa vel justa, secundũ quod possessio fuerit justa vel injusta. Item possessionum, alia continua & longa, alia interrupta vel brevis, ut si malæ fidei possessor, sicut intrusor vel disseysitor, in longa & pacifica extiterit possessione, liberum tenementum acquirit, ex tempore, ita si verus domin[9] statim & recenter impetraverit, vel nitatur eos ejicere, licèt non possit, talis possessio dicitur interrupta, & ita q si post longum temp[9] ejecerit, incontinenti dicitur ejecisse, dum tamen continua sit vis & invasio. Item possessionum, alia justa civiliter & naturaliter, quantum ad quasdã personas, quantum ad alias injusta utroq; modo, scilicet quantum ad verum dominum poterit esse tenera,

quantum

quãtũ ad alios qui jus nõ habẽt, firma & bona, ut si quis aliũ feoffaverit de re aliena, ut suprà tactũ est (Si fiat donatio de re aliena) talis poterit esse tenera. Itẽ est quæd possessio pcaria, ut si quis cõcesserit alicui habitationem, vel usum fructuũ in re sua ad voluntatẽ suã, quæ satis dicitur nuda, eo q tẽpestivè & intempestivè poterit revocare, & si talis cõtra volũtatẽ veri domini seysinã retinere contenderit, statim ejiciatur, & si ejici non possit, ejiciatur p assisam. Itẽ est possessio concessa p pcio, & tunc refert utrum certum sit pcium constitutum vel incertum. Si autem certum precium, ad certum temp⁹ vel imperpetuum, ejici non poterit p voluntate concedentis, si autem incertum, tunc fiat ut suprà dicitur de precario.

Cap. XVIII.

1 ¶ *De traditionibus.* 2 *Quid sit traditio.* 3 *Qualiter fieri debet traditio, & quæ sufficiunt ad traditionem.* 4 *Facta traditione, videndum quando donatorius incipit possidere, & quando donator dimittit.* 5 *Quòd solo corpore retinetur possessio.* 6 *Per quas personas acquiritur possessio.* 7 *Si de una re, pluribus facta sit donatio simul vel successivè, quis præfertur.*

ITẽ nõ valet donatio, nisi subsequatur traditio, quia nõ transfertur p homagiũ res data, nec p chartarũ vel instrumẽtorũ cõfectionẽ, quãvis in publico fuerint recitata. Itẽ neq; p imaginariã traditionẽ, ubi corpore recedit & animo retinet possessionẽ, & vult poti⁹ q res data cũ eo remaneat, quàm trãseat ad donatoriũ, & unũ agit & alterũ agere simulat, sed tunc demũ cũ donator plenã fecerit seysinã donatorio p se, si psens fuerit, vel p pcuratorẽ, & literas, si absens fuerit, ita q charta donationis & literæ pcuratoriæ corã vicinis, ad hoc specialiter cõvocatis, legãtur in publico, & etiã cũ donator corpore & animo recesserit à possessione, si absẽs fuerit in ipsa traditione, sine aliqua spe & animo revertẽdi, ut dñs, & cũ donatori⁹ in possessione vacua extiterit corpore & animo, & cũ volũtate retinẽdi possessionẽ, & q un⁹ desinat & ali⁹ incipiat possidere, quia donator nũquã desinit possidere, donec donatori⁹ plenariè fuerit in seysina, nec jacebit seysina, aliquo tẽpore medio, vacua. ¶ 2 Videñ est primò quid sit traditio, & est traditio, de re corporali ppria vel aliena, de psona in psonã, de manu ppria vel aliena, sicut pcuratoria, dũ tamẽ de volũtate dñi, in alteri⁹ manũ gratuita trãslatio. Et nihil aliud est traditio in uno sensu, nisi in possessionẽ inductio de re corporali, ideò dicitur q res incorporalis nõ patitur traditionẽ, sicut ipsũ jus, q rei sive corpori inhæret, & quia nõ possũt res incorporales possideri, sed quasi, ideò traditionẽ nõ patiũtur, sed quasi, nec adquirũtur nec retinentur nisi p patientiã & usũ. De re ppria vel aliena ideò dicit, q refert quis traditionẽ facere possit, & sciend q oñs qui donationẽ, &c. sive sit dñs sive non dñs. Si autẽ fiat traditio à vero dño, statim & sine mora incipit donatorius habere liberũ tenementum, propter conjunctionem juris & seysinæ, & mutuum utriusq; partis consensum, & sufficit semel voluisse, in ipsa traditione vel post traditionem, & quia res quæ traditione, nostra fuerint, jure gentiũ nobis acquiruntur. Nihil enim tã cõveniens est naturali ęquitati quã desiderium dñi, volentis in aliũ rem suã transferre, ratũ habere. Et nihil interest

What is livery

est an ipse dñs p se tradat alicui rem suã datã, an ali' voluntate ipsius, sicut p procuratorẽ si ipse psens nõ fuerit, vel p nuntium, cum literis tamẽ procuratoriis patẽtib', ut supradict' est in parte, cõtinentib' voluntatẽ ipsi' donatoris. Et in quo casu ostẽdãtur literę & charta, ut dici poterit, talis habuit & breve & chartã, secundꝫ ꝙ Anglicè dicitur, he had both writ and charter. Et sive fiat traditio per ipsum dñm vel per procuratorẽ, & si cui fieri debeat traditio de aliqua domo per se, vel mesuagio ratione alicujus fundi, eo animo ut donatori' totum fundum possideat, usq; ad certos terminos, cum omnib' jurib' & pertinentiis suis, & ubi nõ est necesse oñs glebas circumire, nec ubiq; nec undiq; pedẽ ponere, fieri debet traditio per ostium & per haspam vel annulum, & sic erit in possessione de toto, ex voluntate & aspectu & possidendi affectu. Si autem nullum sit ibi ædificium, fiat ei seysina, secundùm ꝙ vulgariter dicitur, per fustẽ & per baculum, & sufficit sola pedis positio cũ possidendi affectu, ex voluntate donatoris, quãvis statim expletia nõ ceperit: poterit enim quis habere liberum tenemẽtum ex traditione, quamvis statim non utatur, nec expletia capiantur, quia usus & expletia non multum operãtur ad donationẽ, valent tamen multotiens ad possessionis declarationem, & dici poterũt vestimenta donationum, sicut traditio. Si quis enim equum emerit, in ipsa traditione, suus erit, licèt eo statim nõ utatur, & illud idẽ dici poterit de vestim̃ & hujusmodi. Eodẽ modo si quis fundũ emerit, nõ poterit statĩ arare nec excolere, quia boves fortè nõ habet, nec carucã nec aliqꝫ quo uti possit, vel quia dies feriat', & sufficit talis seysina, quoad liber̃ tenẽtum. Itẽ nec expletia capere possit, quia nõdꝫ venit temp' messuum, nec vindemiar̃. Si autẽ fruct' nõ maturos perceperit, vel arbores prostraverit, ista nõ debent dici expletię, cùm sint potius ad dãnum quàm ad cõmodum. Idem dici poterit de pastu pecor̃, quia sufficit quoad seysinã, ꝙ quis habeat aspectũ & possidendi affectum, quãvis statim pecora non ĩmittat & secundùm numerum debitum. Item si traditio nõ interveniat, sufficit pro traditione quoad seysinã & liber̃ teneñ, longa seysina & pacifica & lõgus usus quãvis in re aliena, ut si quis ingressum habuerit in rem vacuã, & à nullo possessã, sicut in hæreditatem nõ aditã, longa enĩ possessio sufficit pro traditione & parit jus. Item cũ pcesserit donatio, & donatorius, ppria authoritate, sine donatore vel ej' procuratore, vel sine brevi & nuntio se posuerit in seysinã sine traditione, non valet talis seysina. Potest enĩ donator ante traditionem mutare voluntatem, cùm imperfecta sit donatio, & possessionem retinere corpore & animo, & si talis se teneat in possessione, cõpetit dño assisa novæ disseysinæ. Sed si donator post talem seysinã bonæ memoriæ existens, quãvis impotens sui, ratã habuerit donationem, & talem seysinã approbaverit, ex ratihabitione convalescit. Item sufficit pro traditione corporali, nuda voluntas dñi ad alium, quasi mutata causa possessionis, dum tamen fiat cum solemnitate, quòd probatio non deficiat: ut si quis rem alicui locaverit, vel concesserit ad terminum vitæ vel annorum, & postea eidem vendiderit vel donaverit, licèt eam ex tali causa primò non habuerit, eò tamen, ꝙ ipse dominus patitur eam, ex tali causa vel alia quacunque,

Long uninterrupted seisin.

apud eum esse, sua efficitur. Eodẽ modo si ex nulla justa causa p̃cedente, sed si ꝑ intrusionem vel disseysinã sit aliquis in possessione rei alteri⁹, & velit dominus ꝓprietatis quòd sua sit, sua erit, quamvis possessio apud verum dominum non fuerit: fingitur enim ꝑ voluntatem domini, ꝙ res quasi ex eo, & per manum suam, ad detentorem pervenerit, possessio & dominium. Item videndum quid transferat qui tradit, & sciendum est ꝙ illud totum (& aliter quàm ipse teneat, & seipsum obligare potest) transferat ad eum qui accipit, ꝙ est apud eum qui tradit, ut si quis in fundo dominium habuerit, & mer̃ jus & ꝓprietatem feodi, & liberum tenementum & usum fructuum & totum, tradendo statim totum transfert ad donatorium. Et cùm animo tali transferatur fundus, & donator totum transferat, & donatorius totum recipiat, non sufficit ꝙ donatorius utatur in aliqua parte, sive in principali sive in ꝑtinentiis, nisi donator & omnes sui omnino à possessione exeant, quia donator utendo in parte per se vel suos, totum retinet fund̃ cum ꝑtinentiis, quamvis donatorius in aliqua parte utatur, sive in principali sive in pertinentiis, quia per talem usum nihil acquirit. Sed si fiat inquisitio de usu, & inquiratur quod donator in aliqua parte usus sit usq; ad mortem, nõ erit ulteriùs inquirend̃ si donatorius in aliqua parte usus fuerit, quia ita inquisitio esse debet, cùm donatorius ex ea nil debeat consequi. Et semper vidend̃ est, q̃ sit res principalis, q̃ venit in donationem, ut r̃ inde terra, fundus, vel manerium vel dom⁹, & tunc qualis debet esse traditio & qualis usus. Si autem totum nõ habuerit statum, transfert id ꝙ habet, & si non nisi usum fructuum tantùm, tamen statim facit suo feoffato liber̃ tenementum, quantum ad se & alios qui jus non habent, sed quãtũ ad ver̃ dominum, non nisi post tempus. Si autem nihil omnino habuerit qui tradit, nec aliquã seysinã, ad eum qui accipit nil transfert, quia dare & transferre nõ potest nec tradere, id ꝙ non habet. Cùm autem dominium tradatur, transfertur ad accipientem tale dñm, quale fuit apud eum qui tradidit, ut si fundus fuerit serv⁹ vel onerat⁹, transfertur cum servitutib⁹ & onere, nisi donator in se susceperit onus in ipsa donatione, in toto vel in parte, si autem liber fuit fundus, transfertur tunc uti fuit. Item si donator liber̃ fundum esse dixerit cum tradiderit, qui re vera serv⁹ fuerit, nihil jure servituti fundi detrahit, sed obligat se debere præstare ꝙ dixerit. Si autem fund̃ tradiderit cum pertinentiis & servitutib⁹, ꝑtinentias & servitutes transfert ad eum qui accipit, & si nihil aliud transferre poterit donator ad accipientem quã ipse habuit: ut si nõ nisi nudum usum vel si usum fructuum, tamen ad aliud transfertur quoad accipientem. sc. ad jus merum, feodum & liberum tenementum, quia ex eo quod quis, in possessione fuerit quali quali: poterit hæc omnia facere suo feoffato quoad dominium vel saltem quoad excambium, licèt dominus rei non extiterit. Sed statim non efficitur accipiens dominus, nisi post seysinam pacificam & longam, quantum ad verum dominum, & unde si verus dominus recenter eum ejecerit, per assisam non recuperabit, si donator plenũ jus in re non habuit, ut si non nisi ad vitam tenuerit, vel non nisi usum fructũ, vel nudum usum habuerit. Si autem donator talem ejecerit, vel ali⁹ qui jus

non

non habuerit, versus omnes tales quolibet tempore, p assisam recuperabit. Si autem donatio & traditio facta fuerit de eadem re uni, ab uno dño, & alii à non dño, traditio facta à dño prævalebit, & idem si à duobus, quia una poterit revocari, & altera non. Item si à duobus non dominis fiat donatio & traditio de eadem re, uni vel duobus, utraq; à vero dño poterit revocari, & quantum ad donatorios, ille præfertur qui priùs fuit in seysina. Et idem dici potest de duob⁹ quibus dñs vel non dñs donationem vel traditionem fecerit, & unde versus. Rem dño vel non dño vendente duobus, In jure est potior, traditione prior. Item videndum qualiter donatorius, & per quem poni debeat in seysina, & sciendum q̃ p seipsum vel p ꝓcuratorem quemcunq;, hominem ꝓprium vel alienũ, qui nomine suo recipiat seysinã, sive cùm absens dñs sit hoc fiat sive præsens, vel cùm hoc sciat vel ignoret, dum tamen cùm sciverit cõsentiat. Item seysinã accipere potest quis, absens vel præsens, sciens vel ignorans, si ille qui in seysina fuerit ad t̃minum vitæ vel annorum, attornatus fuerit donatorio, & cùm ipse de voluntate sua se attornaverit ei & ei fecerit servitium, ita quòd donatori⁹ fuerit in seysina p se vel p attornatũ suum, per hoc quòd sit notorium quòd veritas possit ꝓbari, qui si fuerit ejectus p donatorem recuperabit. Si autem per aliũ ad quem non ꝑtinet, & donatorius portaverit assisam, vocand⁹ erit donator, & si ratã habuerit donationem, recuperabit donatorius, et si irritã, primò discutiatur inter eos, & postmodùm ꝓcedat assisa versus extraneum vel non ꝓcedat. ¶ 3. Acquiritur res per traditionem, quia traditionib⁹ & usu captionibus &c. Et q̃ dicitur, traditione acquiri possessionem, regularit̃ quidem verũ est, q̃ inter vivos non acquiritur dñium sine inductione in possessionem: sed tamẽ aliquãdo acquiritur benè sine possessione vacua. Illa enim verba, in vacuam possessionem, dicuntur demõstrativè & nõ causativè. Regularit̃ autẽ dixi ideò, quia quãdoq; sine traditione transit dñium & sufficit patientia: ut si tibi vendã q̃ tibi accomodavi, aut apud te deposui vel ad firmã vel ad vitã, & si q̃ ad vitã, vendo tibi in feodo, & sic mutaverim casum possessionis, hoc fieri poterit sine mutatione possessionis. Ex hoc enim q̃ patior rem meã esse tuã ex aliqua causa, vel apud te esse, videor tradere. Idẽ est de mercib⁹ in orreis. Idẽ etiã dici poterit & assignari, quãdo res vẽdita vel donata est in cõspectu, quam vẽditor vel donator dicit se tradere, ut si ducat' in orreũ vel campũ. Itẽ retentio usus fructus, & traditio instrumenti rei de firma & t̃mino, ꝓ traditione accipitur. Item illud idem poterit assignari, cùm rem illã, quam tibi donavi & non tradidi, cõducam à te, sic videor tradere. Item si rei petitæ acceperim ꝑcium, ut si petam à te rem meã, & res sit in præsenti, trãsfero ꝓprietatẽ in emptorẽ, si emptor posteà nanciscatur possessionẽ volũtate mea. Item si res animo vacua non fuerit, ut si dos, vel alio modo ad vitã, trãsferri poterit ꝓ ea parte quæ vacua fuerit, ut si ego do dominium & ꝓprietatẽ & liberũ tenem̃tum, & ali⁹ usum fructuum, q̃ meum est transferre potero, sine præjudicio usufructuarii. Item q̃ meum est, si habuero ꝓprietatẽ, & ali⁹ liberum tenem̃tum, quòd meum est &c. sed ita, q̃ ille qui ita partim nomine meo & partim suo proprio, attornatus fuerit dona-

torio, ſicut fuit donatori, & ipſe ſe attornaverit ſicut warranto ſuo & ita ꝙ donator nec hæredes ſui nunquã habeant regreſsũ aliquo tẽpore &c. Item ſufficit ꝓ traditione, etſi traditio non ꝓcedat, ratihabitio donatoris ſi in pura volũtate præſtiterit cum memoria bona. Item oportet ꝙ veſtita ſit traditio, et nõ nuda.s. ꝙ traditionem præcedat vera cauſa, vel putativa, qua tranſeat dñium. Et illud nõ refert, utrũ tradat dñs an aliꝰ, ejus tamen voluntate. Et non refert multum, utrũ præcedat vel ſubſequatur voluntas, ut ſi ꝓcurator liberã habens adminiſtrationẽ negotiorũ univerſorũ, ſi talis vendiderit & tradiderit, rem facit accipientis, voluntate dñi ſubſequuta. Itẽ contra voluntatẽ dñi quãdoq; transfertur dñium.s. ꝑ judicẽ, quia judiciũ ruit in invitum. Et hoc non fit tantũ inť vivos, ſed etiã in ultima voluntate, dum tamẽ donator bonã habeat memoriã, ſicut fieri ſolet inť vivos. Item quædã tranſeunt cum univerſitate, licèt de eis ſpecialiť nõ fiat mentio, ſicut ſunt ꝑtiñ et jura. Itẽ in incertã ꝑſonã, ſicut ſunt miſſibilia. Itẽ ſine traditione, res habita ꝓ derelicta, ubi dñs ſtatim deſinit eſſe dñs, ſi autẽ cauſa navis alleviandæ, nõ ſic, quia non ea voluntate ejecit quis ut deſinat eſſe dñs, vel nolit, ſi autem ea mente ut nolit eſſe dñs, aliud erit. Item ſine traditione, ſi velit quis id ꝙ eſt apud te diſſeyſina vel intruſione tuum ſit &c. remaneat tanquã datum vel venditum. ¶ 4. Videndũ eſt etiã quando donatorius poſt traditionem incipit poſſidere, et donator deſinit, & tunc refert, utrum donatorius fuerit in poſſeſſione ꝑ ſe, et vacuã habuerit ſeyſinã ſine donatore vel ſuis, vel ſi donator fuerit in poſſeſſione ſimul cũ donatorio, vel aliquis de ſuis nomine ſuo. Et ſciendũ ꝙ donator nunquã deſinit poſſidere, antequã donatoriꝰ poſsidere incipiat, quia uno incipiente deſinit aliꝰ, dum tamen donatoriꝰ in poſſeſsione fuerit vacua, et donator & ſui extra poſſeſsionẽ extiterint corpore & animo poſsidendi, et donatoriꝰ in poſſeſsione corpore ꝓprio vel alieno nomine ſuo cum animo poſsidendi, & ſic deſinit donator & incipit donatoriꝰ poſsidere. Deſinit donator poſsidere, cùm corpore & animo donandi & transferendi ad donatoriũ, ſe poſuerit extra ſeyſinã, corpore dico, ꝓprio & ſuorum, & incipit donatoriꝰ, cùm ingreſſus fuerit vacuã poſſeſsionẽ ꝑ ſe, vel ꝑ ſuos. i. corpore ꝓprio vel ſuorũ cum animo poſsidendi & retinendi, & ſic deſinit unus & incipit alius. Sed qualiť ꝓpendi poterit quo animo donator donationem fecerit? cùm ſolꝰ deus cor hominis intueať, & homo ſecũdùm faciẽ judicare oportet ꝑ exteriora, ſecundũ opera exteriora, et ſecundũ viſum et intellectum hominũ, dicere enim poterint, vidimꝰ ꝙ talis gratis & voluntate ſua exivit & ſine aliqua coactione, et ꝙ donatoriꝰ liberè intravit. Et ſciẽdũ ꝙ animo & corpore ſimul acquiriť poſſeſſio & nõ corpore ꝑ ſe nec animo ꝑ ſe, & ſicut acq̃riť utroq;, ita nõ amittiť niſi utroq;, quia ſi quis à poſſeſſione ejiciatur, nõ amittit ſtatim utrãq; poſſeſsionẽ, naturalẽ et civilẽ, quia animo retinere poteſt civilẽ, licèt fuerit extra poſſeſsionẽ, ſecũdũ ꝙ inferiꝰ dicitur, de aſſiſa. ¶ 5. Itẽ ſolo corpore, ꝙ nõ eſt multũ in uſu, ſine animo, ut poſt mortẽ alicujꝰ, donec corpꝰ efferatur ad ſepulturã, quia ante, nõ erit poſſeſſio vacua, quãdo animo vel corpore retineatur, et cùm corpꝰ efferatur, jam utroq; deſinit poſſidere, & de hac materia dicetur plenius infrà, de aſſiſa. Item deſinũt

quidam

P
When the possn of donor ceases & that of donee commences.

quidam possidere in veritate, quidã quoad opinionem hominum, quia imaginaria poterit esse donatio & similiter traditio, quia poterit quis naturaliter possidere verè & justè, et etiã naturaliter injustè et non verè. Est enim naturalis possessio justa et injusta, justa, ut si justa facta traditione, extiterit donatori' in possessione vacua et p se: naturalis et injusta, ut si cum donator donatorium induxerit in possessionem, ambo simul remanserint in possessione, et quo casu, dum donatori' in possessione fuerit, si utatur ut pri' & statum non mutaverit, uterq; habebit naturalem possessionẽ, sed donator justã, et donatori' injustã, et idem erit si uterq; utatur ut dñs, quia donator utendo, possessionẽ suam cõtinuat, & donatori' utendo, nihil sibi acquirit. Si autem donatori' utatur ut dñs, et donator non, adhuc non incipit donatori' possidere, quia vacuã non habet possessionem. Et idẽ dici poterit de familia donatoris, ut si cùm donator donatorium in possessionem induxerit, & sic corpore ꝓprio & animo recesserit, relictis ibi in possessione uxore et pueris, vel alia familia nomine donatoris, licèt donatori' tenemẽto utatur, tamẽ p talẽ usum nihil acquirit, prædicta ratione, quia vacuã non habet possessionem. Item esto ꝙ cùm donator donatorium in possessionẽ induxerit, et simul in possessione extiterint p aliquod temp', et simul à possessione recesserint, quia poterit esse donatio & traditio imaginaria & fictitia, de veritate et partiũ voluntate, et animo constare non poterit, nisi p usum. Per usum enim, in hoc casu, declarari poterit veritas, et in hoc casu est usus necessarius, quia quãvis p inductionem in possessionem præsumi posset donationem et traditionem esse veram, et cui standum erit donec ꝓbetur in contrarium, tamen posset donator ipso facto docere cõtrarium, utendo (ut priùs) per se, vel p suos, & p factum tale vincitur præsumptio, eò ꝙ facit cõtrarium facto præcedenti, p exteriora enim præsumi poterit de interiorib', secũdùm ꝙ dicitur, Mõstrat per vultũ, quid sit sub corde sepultũ, & multò fortiùs mõstrare poterit p factũ. Item cùm ambo simul à possessione recesserint, injungat donator familiæ suæ ꝙ sit intẽdens donatorio, sicut dño, in omnib' vel cum sacramẽto vel sine, et si sic factum fuerit, sufficiens erit donatio & traditio: si autem fecerit cõtrarium, ita poterit esse donatio et traditio imaginaria & nõ vera, maximè si donator reversus, negotium sic gestum ratum habuerit. Si autẽ hoc nõ approbaverit, firma erit donatio, et tenebitur familia donatorio p actionẽ negotiorum gestorum. Sed esto ꝙ cùm quis donationẽ fecerit, et traditionem, fruct' exceperit, tunc refert, utrum extantes vel futuros. Extantes verò benè poterit excipere, quia p extantes nõ impeditur donatori' quin possit statim uti & frui, si verò futuros, tunc refert, utrũ ad certum temp' vel imperpetuum. Si autem non possit uti frui ante temp', pfecta erit possessio quoad liberũ tenemẽtũ, plenaria tamẽ nõ erit ante usum fructuum. De hoc autẽ ꝙ dicitur, ꝙ vacua debet esse possessio, duo principalit̃ exiguntur, ꝙ pfecta sit alicuj' rei donatæ donatio et traditio, ad hoc ꝙ competat actio donatorio contra donatorẽ. s. quòd res tradatur, & quòd sequatur missio rei in vacuã possessionẽ: vacua enim possessio tradi non intelligitur, si quis eam possederit p se, vel si quis in eadem possessione fuerit, sicut

cat ꝓcurator, colonus vel inquilinus, hospes, servꝰ vel amicus, licèt subjectꝰ non sit ei, cujꝰ nomine est in possessione, cùm non sit in seysina nomine donatorii. Itẽ si cùm ambo fuerint in possessione, sive simul utantur, sive non, in parte vel in toto, sive imaginaria sit donatio sive non, & donatorem pœnituerit fecisse traditionẽ, & donatoriũ ejecerit, nõ recuperabit ejectus per assisam, quia vacuam possessionẽ non habuit, eò ꝙ donator à possessione nõ recessit. Et è cõtrario, si donatorius donatorem, donator recuperabit ꝑ assisam, prædicta ratione, quia nunquã desiit possidere. Item cùm donator donatoriũ in possessionem induxerit & statim recesserit, & postmodùm sine mora reversus, sub colore hospitandi hospitium petierit, adhuc esse poterit donatio imaginaria, & non vera. Sed & tunc refert, utrum sub eodem colore admittatur, vel repulsus fuerit: si autem repulsus, per assisam non recuperabit, quia de sua voluntate & non cõpulsus exivit, & rata & firma erit donatio, ex quo semel voluerit. Si autem gratis admittatur, tunc videndum utrum se gerat ut dñs, sic utendo, agendo & præcipiendo sicut priùs, & si hoc egerit, tunc videtur quòd animo à possessione non recessit, sed illam animo potiꝰ cõtinuavit. Si autem post longũ temporis intervallum redierit, & donatorius in medio tẽpore in possessione extiterit, & ꝑ se usus fuerit, erit traditio bona, quia tẽpus purgat vitiũ, et maximè ex nova cõventione, si conventio de novo intervenerit, & sic tenere poterit donatio et valere, quãvis fructꝰ et alia in usus ꝓprios cõvertat tẽpore vitæ suæ. Videtur etiã (sine præjudicio melioris sentẽtiæ) ꝙ sive statim redierit, postquã semel exiverit, sive non, si sic non agat ut dñs, sed statum suum ex toto mutaverit, ꝙ agat ut ꝓcurator, vel seneschallus, vel serviens, ubi priùs fuit dñs, et ꝙ sit ministrator, ubi priùs major & præceptor, nõ erit talis donatio vel traditio imaginaria, quia ꝑ factum & usum veritas declaratur. Itẽ cùm ambo fuerint in possessione, et donator semel exiverit, et cùm regredi voluerit nõ possit, vel cùm donatoriꝰ in possessione fuerit, pœnituerit donatorem donationis & ingredi non possit, ponat se in aliquã partẽ terræ donatæ, facit donatorio disseysinam, quia licèt donatorius totũ fundũ non circumiverit, vel in omni parte nõ extiterit, tamen ex ipsa traditione totum acquisivit, cùm tẽpore traditionis eo animo seysinã nactꝰ sit, ꝙ totum fundũ cum ꝑtinentiis possideat usq; ad tẽminos, et eò quòd donator in traditione nihil sibi excepit, quòd si excepisset, aliud esset. Itẽ esto quòd donator in donatione et traditione excipiat, ne donatoriꝰ uti possit vel frui, talis donatio ꝑfecta erit, licèt inefficax et effectũ non habeat vel ꝑfectionẽ. Itẽ esto quòd ꝓcurator negotia gerens sui dñi, rem emerit in absentia dñi sui, vel stipulatꝰ fuerit ex causa donationis, & facta traditione recedat donator animo & corpore, et ꝓcurator nomine domini sui in possessione extiterit corpore et animo retinendi, et cùm dñs inde certioratꝰ fuerit factũ ꝓcuratoris non approbaverit, et venerit aliquis à latere & ꝓcuratorẽ ejecerit, videndũ cui cõpetat assisa, non donatori, quia animo & corpore recessit à possessione: Itẽ nec ꝓcuratori, quia nomine suo non recepit, sed alieno: Itẽ non dño ꝓcuratoris, quia factũ ꝓcuratoris non approbavit. Videtur igitur ꝙ cum disseysitore remanebit, ꝙ esset iniquum,

cùm

cùm ex maleficio suo non debet lucrum reportare. Revera cōpetit assisa donatori, quia licèt animo & corpore recesserit, tamen possidere non desiit, ex quo donatori⁹ possidere non incepit. Item incipit quis possidere, quando de voluntate donatoris nact⁹ fuerit possessionem vacuā, corpore, & animo retinendi p ipsum donatorē, vel ej⁹ pcuratorem, p literas vel p nuntiū, secundùm q prædictum est. Sed cùm pcuratorem miserit vel nuntiū, ante traditionē pœnituerit donatorē donationis, quæritur an donatio revocari possit ex pœnitentia: videtur q sic. Sed refert, utrum cōstiterit pcuratori vel nuntio de volūtate donatoris mutata vel non: si autē cōstiterit, non valebit donatio, licèt fuerit traditio subsequuta, si autē non, benè tenebit. Item esto q donator ante traditionem moriatur, sive hoc ignoraverit sive non, non valebit donatio. Et illud idē dici poterit de morte donatorii si p pcuratorem adept⁹ fuerit possessionē. Itē esto q post donationem factā ante traditionem furere ceperit donator, vel esse non sanæ mentis, vel nō bonæ memoriæ, & postea subsequuta fuerit traditio, benè valebit donatio, quia voluntatē quā habuit donator ante furorē, et quæ nō fuit revocata superveniente furore, mutare nō potuit, sive ipse donatori⁹ cū authoritate vel sine se posuerit in seysinā & ex quo donator nunquā mutavit voluntatē, quòd quidē si donatori⁹ se posuerit in seysinā ppria authoritate, cùm donator esset sanæ mentis, vel si furiosus, dū tamē dilucidis gauderet intvallis, revocare vellet donationē, benè posset, quia nō invenit authoritas vel traditio seysinæ. Si autē donatori⁹ post donationē & ante traditionem furere ceperit, vel esse non sanæ mētis, nō valebit donatio, vel traditio, quia licèt donator in voluntate tradēdi extiterit, tamē donatori⁹ animū retinēdi nō habet, nec recipiendi, et ideò donator nūquā desinit possidere, ex quo donatori⁹ incipere non potest. Itē sine traditione poterit quis incipere possidere, p longā & pacificā seysinā, et cōtinuum usum, licèt ali⁹ possidere nō desinat, quia dicitur superi⁹ quòd traditionib⁹ & usucaptionib⁹ rerum dominia & possessiones transferunt. Item poterit esse seysina tenera & bona & firma. Ad q breviē notandum, q nūquā erit tenera, nisi cōcurrāt jus & pprietas & seysina, ut si jus descendat alicui hæreditariè & se posuerit in seysinā vacuā sine cōtentione (vacuā dico animo & corpore) statim habebit liberū tenemtum in ipsa cōjūctione (sine cōtētione dico) secundū q cōtentio justa fuerit vel injuriosa, & secūdum q inferiùs dicetur. Itē eodē modo cùm jus & possessio cōjūcta sint vel fuerint & unita in eadē psona & sub eadē cōjūctione, ex quacūq; causa acquisitionis, cum ipsa re trāsferunt ad aliū, ille qui accipit statim habet utrūq;, & p cōsequens in ipsa traditione statim habet liberū tenētū. Si autē facta sit donatio de re aliena, vel cōtra cōventionē vel conditionē vel intrusionē vel disseysinā, nunquā erit ibi possessio firma & valida, sed tenera erit quousq; substantiā ceperit ex tēpore longo & pacifico, q sufficere possit p titulo, maximè cōtra verum dnm, vel contra cōventionem & cōditionem. Cōtra donatorē verò vel vēditorē & alios q jus nō habent, firma erit & valida, quantum ad tales, quia statim facit liberū tenētū in ipsa traditione, et sic adversus quosdā erit valida ab initio, invalida autem & tenera quantū ad alios.

¶ 6. Per quas perſonas nobis acquiratur poſſeſsio videndū eſt, et ſciendum quòd per noſmetipſos, et per liberos et per ſervos, quos ſub poteſtate noſtra habemus, ſcientē et ignoranter, dum tamen factum eorum et negotium neceſſarium fuerit et approbatum: per ſervos, tam illos qui ſunt in poteſtate noſtra, quàm extra poteſtatem. Item tam per alienos quàm per ꝓprios, dum tamen bona fide poſsideamus. Per ꝓprios acquirimus qui ſunt extra poteſtatem, ſed tamen nihil accipimus antequam corpora fuerint diſrationata. Item per liberos acquirimus, ſicut per ꝓcuratores, cuſtodes, et curatores, ut ſi nomine noſtro ſtipulati fuerint ꝓcuratores, vel cuſtodes nomine noſtro in poſſeſsione, et nos recognoverint ad hæredes. Dum tamen verum hæredem propinquum, vel ꝓpinquiorem recognoverint ad hæredem et non antè. Et cùm hæres recognitus fuerit, et antè venerit et homagium fecerit, et obtulerit domino ſuo, quicquid de jure facere debeat, quia non valet antequam ita ſit: quia etſi verus ſit hæres, poterit hæreditatem recuſare, et unde ſi dn̄s capitalis in ſeyſina fuerit, donec ſciverit quis ſit hæres, vel donec hæres ad ipſum pervenerit facturus &c. vel alia ratione quacunq;, quāvis dicat quòd ſit in ſeyſina nomine talis hæredis, non valet, quia per hoc non erit hæres in ſeyſina. Si verò alius quàm verus hæres ſit in ſeyſina vel verus hæres, & alius ſe faciat hæredem, ſi capitalis dn̄s homagium capere velit, ſic illud capiat: ſalvo jure cujuſlibet, vel talis nominati qui ſe facit hæredem. Et eodem modo acquiritur ſurdo & muto naturaliter: licèt omnino audire nō poſſunt, neq; loqui, ad ſimilitudinem ejus qui eſt infra ætatem, quia talibus deſcendit jus merum et proprietas ſicut aliis. Item ꝑ ꝓcuratores, cùm infra ætatem nobis facta fuerit donatio, & donator nobis dederit curatorem, quia minor affectum retinendi habere non poterit, non magis quàm furioſus ſine curatore, quia non eſt aliud de eis niſi ad ſimilitudinem ejus, qui dormienti pluviam in manum projecerit. Et qui accipere debet & retinere, oportet quòd habeat affectionē et intellectum ꝑcipiendi et retinendi. Item qui curare debet et cuſtodiam habere, oportet eodem modo quòd habeat intellectum, quia ſi minorem vel furioſum, liberum vel ſervum miſeris ut poſſideas, nequaquam ꝑ eos videris poſſeſſionē apprehendiſſe, quia intellectum non habent. Item de ſervis, per ſervum enim alienum acquirimus, quando bona fide poſſidemus, quia credimus illum noſtrum eſſe, non habentes conſcientiam rei alienæ, per ſervum enim quem ſcimus eſſe alienum, acquirere non poſſumus, nec etiam ipſe aliquid domino ſuo acquirit, quia ab alio quàm à domino ſuo poſſidetur. Per communem autem ſervum acquirimus, etiam ſinguli in ſolidum, ſi ad hoc tamen agat ſervus communis ut uni tantùm acquirat, ſi autem ad hoc non agat, tunc ſingulis acquiritur in communi. Item acquirimus per ſervum in quem habemus uſum fructuū, quamvis ipſum non poſsideamus, ſicut ex operibus ſuis. Item acquiritur domino per ancillam, ſicut per ſervum. i. per fœminam ſicut per maſculum. Item impubes per ſervum impuberem, dum tamen tutoris authoritate. Item per ſervum qui in fuga eſt, dum tamen à nullo poſſidetur, quia quamdiu ab alio non poſsidetur, à domino videtur poſſideri, vel

donec

donec exceptionem habuerit, p quam se tueri possit in statu libero, ut si dominus habeat actionem, servus habet exceptionem, si autem nullã, & dñs p actionem eum acquisiverit, omnia acquisita p servum dñs obtinebit. Item per servum acquiritur hæreditas, dum jacet non adita, quia hæreditas ibi est loco defuncti domini. Item si plures servientes sunt, per unum poterit hæreditas retineri. Et à simili videtur, quòd si plures tenentes teneantur ad redditum, si quidam partem solverint, per hoc totus reddit⁹ retinetur. Item à simili, si cui pasturam ad C. animalia dederim, licèt donatorius C. non immittat, per unicã ovem immissam ad tantum numerum pasturã retinebit. Item liber homo, à sciente se esse liberum hominẽ non possidetur, nec per ipsum acquiritur: Acquiritur tamen p ipsum qui creditur esse servus, si mala fide possidetur liber homo, si non liber, sed servus alienus existimetur. Item p ꝓcuratorem & tutorem possessio nobis acquiritur, etiam nobis ignorantib⁹. Et si dicatur per eos nobis non acquiri quæ nostro nomine accipiunt, futurum est, ut nec ipse possideat. s. ꝓcurator et tutor, cui res aliena sic tradita est, quia non habent animum possidendi, nec is q̃ tradidit, quia concessit possessionẽ, nec erit medio tempore vacua possessio. Acquiritur tamẽ minori, etiam si non cõsentiat, cùm plenæ ætatis extiterit. Et habebit versus ꝓcuratorem actionem negotiorum gestorum si in tali contractu se malè gesserit, de majore autem non sic, ut suprà. Item acquiritur possessio & dñm per ꝓcuratorem & sine apprehensione, ut si quis ꝓcuratori suo tradi jusserit rem emptã, vel datam, etiam in ipsa jussione, quia per jussionem suam declarat voluntatem suam. Item si custodem in rem posuerit. Itẽ si claves cellulæ, vivariæ, vel horreorum tradiderit quis dño vel ꝓcuratori, vina et merces tradi videntur, & si ꝓcurator non erret & dñs erret, adhuc domino acquiritur possessio: & vice versa, si ꝓcurator erret & dñs non, acquiritur nihilominus, sufficit enim si unus non erret, secus esset si uterq;, quia non consentit qui errat. Item quicquid p servum justè acquiritur id dño acquiritur, sed ea quæ ex maleficiis servus apprehenderit, ad dñi possessionem ideò nõ pertinent, quia nec peculii causam apprehendunt. Item tradi potest possessio per ꝓcuratorem, sicut acquiri, & si quis per procuratorẽ tradi jusserit alicui, et ipse authoritate sua propria sine procuratore se posuerit in seysinã, quamvis vacuam, talis rectè p[illegible] se in possessionem non veniet, quia posset donator ante traditionem revocare donationem, quod quidem post traditionem facere non posset: In pendenti igitur erit donatio, quousq; donator illam ratam habuerit, vel irritam tenuerit, tenebit tamen si illam ratificaverit tacitè vel expressè, expressè, quòd hoc voluerit, tacitè si illã in vita non revocaverit. Si autem amicus venditoris, cui mandavit quòd donatorium induceret in possessionem, donatore mortuo priusque verus hæres id sciret (hæredibus non prohibentib⁹) donatoriũ in possessionem induxerit, rectè tradita erit possessio. Sed si id fecerit, cùm sciret donatorem esse mortuum, vel cùm sciret quòd hæredes id facere nollent, non erit ritè facta traditio. Sed si hæredes hoc affectaverint, aliud erit. Itẽ dicit suprà in principio, cùm juris adminiculo &c. q nisi invenerit juris adminiculũ nõ videt

quis possidere, licèt corpore & animo rei insistat, tamen ppt rem quæ possideri nõ potest, sicut res sacra & religiosa, quæ à nullo possideri potest, cùm tantùm sit in bonis dei, nec ab ignorãte, nec à sciente, licèt possessor religionem contemnat. Item ꝓpter causam, quia liber homo, à sciente ipsum esse liberum, nullo modo possideri potest, ab eo autem possideri potest, qui credit illum esse servum suum & non alienum. Item ab hostibus captus, non magis quàm servus, aliquid possidere potest, quia ab aliis possidetur, & unde cùm nihil possidet, sequitur quòd nihil dare potest nec transferre ad alium, nec facere accipientis cum effectu rem quam non habet, nec valet ꝙ agit, dum fuerit sub hostium potestate cõstitutus. ¶ 7. Qualiter, & ꝑ quas personas possessio retineatur, satis dictum est suprà, sed restat videre quid juris, si pluribꝰ de una et eadem re facta fuerit donatio, simul vel successivè, in eo ꝙ superiùs minus dictum est. Ut, si quis unum primò feoffaverit & chartam ei fecerit de feoffamento & homagium suum ceperit, et in possessionem induxerit, sive talis usus fuerit vel expletia ceperit sive non, si idem ille feoffator cùm fuerit extra possessionem, et nihil habeat ꝙ ulteriùs tradere possit, nisi tantũ servitium vel servitium & homagium, cùm voluntate tenentis aliũ feoffaverit, sicut primũ, & in possessionẽ induxerit, et primũ feoffatum ejecerit, utq; facit disseysinã tam donator quàm donatoriꝰ, et eodem modo licèt ipsum primum non ejecerit, si secundò feoffatꝰ uti voluerit contra voluntatem primi, sive arando, sive seminãdo vel aliud opus faciendo. Et idem erit si primò feoffatum uti nõ permiserit qualicunq; impedimẽto, se dominum esse contendendo. Item non refert, cui primò facta sit donatio, cum omnibꝰ quæ faciunt donationem, nec qui primò usus fuerit vel expletia ceperit, sed cui primò facta fuerit traditio. Itẽ refert quis eorum primò habuerit seysinam de voluntate & authoritate dñi per traditionem, vel se posuerit quis eorum in seysinã ꝓpria authoritate, et quo casu, ille præfertur qui authoritatem habet & traditionẽ. Item esto ꝙ quis tenemẽtum primò alicui tradiderit ad firmã & ẽminum annorum, & posteà alium de eodem tenemẽto feoffaverit, omnibꝰ concurrentibꝰ quæ faciunt donationem, et posteà illũ in seysinã induxerit, firma erit donatio & bona sine alicujꝰ præjudicio, dum tamẽ firmarium uti & frui non impediat, quia benè sese cõpatiuntur de eadem re duæ possessiones, dum tamen ex diversis causis, sicut traditio ad firmã, & traditio in feodo, ex causa donationis, quia usus fructꝰ ꝑ se stare potest in ꝑsona uniꝰ, & liberum tenemẽtum ꝑ se in persona alterius, & ille qui habet ẽminum nõ habet nisi tantùm jus utendi fruendi in alieno tenemẽto, & sic sese benè cõpatiuntur istæ duæ traditiones, ad ẽminum & in feodo, & cùm donator ita ꝑ traditionẽ desierit esse dñs & possidere, & firmarium posteà de facto feoffaverit, firmarius per tale feoffamentũ, licèt utatur & fruatur & in possessione sit, tamen donator causam suam possidendi ex tali donatione mutare non poterit. s. terminum in feodum, et unde si firmarius ex tali feoffamento se gerat ut dominus, facit disseysinam primo feoffato, & si per assisam amiserit, amittit utrumq;, terminum, & tenẽtum, quia gerendo se ut feoffatũ, videtur tacitè termino renunciare, & quod dicitur de duobꝰ,
dici

dici poterit de pluribus qui successivè fuerint feoffati. Plures tamen possunt simul & semel feoffari de eodem tenemento, & omnibus simul fieri poterit traditio, & erit una traditio & una donatio. Et quid si primò feoffatus expletia capere non possit propter terminum usufructuarii, nihilominus valet donatio, quia semper salvari debet terminus. Et si secundus feoffatus postquam se tenuerit ut feoffatus ad feoffamentum, & expletia ceperit, hoc erit potiùs de libero tenemento primi feoffati quam suo, quia de alieno. Et cum donator semel dederit, nihil sibi ulteriùs retinet, quod donare possit, nisi nudum dominium. Casus iste evenit apud Clarindone in præsentia Johannis de Lexinton, & malè fuit ibi terminatum, objecta quadam exceptione servitutis, contra primo feoffatum, qui tulit assisam novæ disseys. contra secundò feoffatum & donatorem. Item si pluribus fiat donatio, possit quidẽ quibusdam fieri traditio in absentia aliorum, partim nomine proprio, partim nomine aliorum, s. nomine ꝓcuratorio, & sic acquiritur absentibus, de facto eos qui præsentes sunt. Item sicut fieri potest donatio pluribus ab uno de jure vel de facto: ita possunt plures donationem facere uni vel pluribus, de re quam tenent in communi & erit donatio & traditio quasi una. Si autem non fuerit res communis, tunc refert quis fuerit in possessione ex quacunq; causa, sive jus habuerit sive non, & si talis donationem fecerit & traditionem, valebit donatio, licèt donator jus non habuerit, cùm possit quis rem dare alienam, & facta traditione, statim incipit donatorius possidere & donator desinit. Et unde si verus dominus eundem donatorium vel alium feoffaverit, & chartam fecerit & homagium ceperit, donatio non valebit, quia tradere non potest, cùm sit extra seysinã, id ꝙ non habet, & quia feoffamentum ꝙ quis habet ab aliquo ex una causa, illud ab alio habere non potest ex eadem causa, quia ꝙ semel meum est ex una causa & ab uno, durante possessione mea, non poterit illud iterum esse meum ex eadem causa & ab alio. Nec magis poterunt duo unicã rem dare ex una causa vel diversis, nisi res fuerit communis ut prædictum est, quàm unicam rem simul & insolidè possidere, nec simul & insolidè unicam rem possidere, non magis quàm un⁹ stare, ubi alius stat, & unus sedere ubi alius sedet, & eisdem rationibus dare non potest qui non possidet. Sed si quis jus habuerit in re aliena & non seysinã, poterit possidenti recognoscere possessionem esse jus possidentis & remittere jus suum, vel simpliciter remittere sine recognitione. Poterit etiam si dominus fuerit ex nova concessione sive traditione (ut superiùs dict' est) mutare causam possessionis, ut si primò concesserit usũ fructuum ad terminum, poterit concedere tenenti sine traditione ex nova causa liber̃ teneñ. Si autem primò ad terminum vitæ & ut liberum tenement̃, poterit mutare causam usque in feodum, sed supervacuum esset omnino, si unus eandem rem uni bis traderet & ex eadem causa, cùm ex prima traditione omnino desierit possidere. Si quis autem in possessione fuerit alicujus rei propriæ vel alienæ, si ab eo petatur, potest illã recognoscere esse jus petentis, & omnino remittere vel tenendum de se & hæredibus suis, vel de alio, secundùm quod inferiùs dicitur, de finalibus concordiis. Item poterit quis desinere

possidere

poſſidere & alius incipere tam de facto ꝓprio quàm de alieno. Item tam ex tempore quàm ex animo & corpore, ut infrà, de aſſiſa. Ex tẽpore, vt ſi præſens fuerit, per negligentiam, & ſi abſens, per oblivionem. Longa enim abſentia, ſicut decem annorum, vel amplius, inducit oblivionem.

Cap. XIX.

1 ¶ *Quibus modis amittitur poſſeſſio.* 2 *Si ille cui datum eſt, rem datam ulteriùs dare poſſet ſine præjudicio, & cùm quis poterit dare terram alienam, quare non poterit dare propriam.* 3 *Quæ ſit donatio libera & quæ conditionalis.* 4 *Quid ſit libertas & quid ſervitus.*

QUum autẽ ſemel fuerit poſſeſſio acquiſita, amitti poterit multis modis: videndum igitur quibus modis amittatur, & ſciend eſt ꝙ eiſdem modis amittitur quibus acquiritur. Acquiritur non corpore tantũ, ſed utroq;: animo tamen retineri poterit, ſine corpore, amitti tamen non poterit ſine utroq; ſcil. animo & corpore, quia retinetur animo ſine corpore, & corpore ſine animo, & cùm utrumque defecerit, amittitur ex toto. Qualiter vero amiſſa contra voluntatem poſſidentis reſtituatur, ſatis dicetur infrà, de aſſiſa novæ diſſeyſinæ. ¶ 2 Item videndum an ille cui datum eſt, rem donatam ulteriùs dare poſſit ſine præjudicio dominorum capitalium, & videtur quòd ſic, quia ſi ulteriùs fiat donatio, licèt capitalis dominus ex hoc damnum cõſequatur, tamen per hoc ei non injuriatur, quia non omne damnum inducit injuriam, ſed è contra injuria damnum. Injuria autem dici poterit omne id, quod non jure fit, & ex injuria ſequitur actio ad tollendum injuriam, & id quod injuria fit, ſed ubi damnum & nulla injuria, non ſequitur actio ad tollendum nocumentum, per quod fit damnum. Sed poſſet aliquis dicere quòd ex hoc quòd donatorius ulteriùs dat & transfert rem donatam ad alios, quòd hoc facere non poteſt, quia per hoc amittit dominus ſervitium ſuum, quod quidem non eſt verum, ſalva pace & reverentia capitalium dominorum. Et generaliter verum eſt, quòd donatorius rem & terram ſibi datam donare poterit cui voluerit, niſi ad hoc ſpecialiter agatur in poſſeſſione ne poſſit. Cùm enim quis tenementum dederit, certum dat tenementum tali modo, ut certas conſuetudines recipiat & certum ſervitium, ſecundùm quod ſuperiùs dictum eſt. Et unde de jure plus petere non poterit ſi habuerit quod convenit, & ſic tollat quod ſuum fuerit & vadat. Non enim fit donatio tali modo quòd habeat cuſtodiam terræ & hæredis & maritagium, ſed quòd habeat homagium & ſervitium, ſed cùm homagium habuerit, & tale debeatur forinſecum ſervitium quòd domino capitali, debeatur relevium, & cuſtodia terræ, & maritagium hæredis cùm evenerint, & quæ ſequuntur forinſecum ſicut ſervitium domini Regis, nunquam tamen habebit dominus capitalis iſta ſimul, ſed unum iſtorum tantùm, cùm evenerit, aut relevium, aut cuſtodiam & hæredis maritagium. Et benè poterit eſſe quòd unum iſtorum ſemper eveniet, & aliud nunquam: & unde ſi dominus tantùm relevium habeat, & teneat inde ſe contentum, quãvis plus valeant cuſto-

custodia & hæredis maritagium, & quia ubi quis tenetur ad duo sub disjũctione, unum solvendo vel faciendo liberatur, & unde cũ quis capitalis dominus tenentem suum impedierit quod dare non possit, facit ei injuriam & disseysinam apertam, ex quo illum re sua & seysina uti non ꝑmittit. Tenẽs vero nullam facit injuriam domino suo ex tali donatione, quãvis damnũ, cùm ipse dominus habere possit relevium de suo feoffato, & ejus hæredibus, & licèt damnum ei facit, non tamen injuriosum erit, prædicta ratione. Item videri potest quòd capitalis domin⁹ injuriam facit, ponendo se in seysinam in ipsa donatione tenentis sui recenter, vel post tempus, si hoc ei non liceat ex conventione. Quia esto, quòd cùm ponere se voluerit in seysinam repellatur, vel cùm in seysina fuerit statim ejiciatur, unde ad hoc ꝙ ei competat actio de repetenda seysina, oportet dicere & docere, quòd competit ei jus, & quòd facta sit ei injuria : unde cùm repulsus fuerit sine seysina habita, non video quòd competat aliqua actio per quam acquirere possit seysinam suam quam nunquam habuit, vel seysinam alicujus antecessoris, vel cum ejectus fuerit, liberum tenementum recuperare non poterit ꝑ assisam, liberum tenementum quod non habuit. Si autem summoneri fecerit donatorium, quare feodum suum intravit, respondere poterit, & docere rationem & causã quare: scil. quia ille, cujus tenementum illud fuit, & liberè tenuit, sine aliqua exceptione & servitute imposita, illum inde feoffavit ꝑ chartam suam, quam statim ostendat si velit. Si autem quo warranto? producat statim incontinenti feoffatorem suum si præsens fuerit, qui warrantizet, vel ostendat chartam suam de feoffamento. Si autem quærat quare intravit feodum suum sine licentia sua, & ad damnum suum, tale videlicet, ꝙ amittit servitium suum & hæredis maritagium & custodiam terræ, Respondere poterit & (ut priùs) ostendere poterit donatorius causam quare : & quòd si damnum habuerit, illud non est ei injuriosum, quia injuria non sequitur omne damnum. Habet enim ex tenemento illo, quicquid pertinet ad dominum feodi ratione homagii & servitii, licèt non ad tale commodũ, quando tenens suus in manu sua tenuit tenementum, sicut custodiam terræ, & hæredis maritagium, sufficit enim si habeat relevium, quasi ex duobus alterũ. Aliud tamen esset si in ipsa donatione esset talis servitus adjecta, ne tenens omnino alienaret, vel ne certis personis, & quo casu, si fieret alienatio contra conventionem & modũ donationis, & donatio fiat tũc cùm fuerint simul in possessione donator & donatorius, quo casu, si capitalis domin⁹ donatorium ejecerit, non recuperabit donatorius per assisam, quia possidere non incipit, ex quo donator possidere non desinit. Si autem donatorem ejecerit, competit ei assisa, ex quo nunquam à possessione recessit. Eodem modo fiet si donator ejecerit per se, ante traditionem. Si autem solum donatorium in possessione invenerit post traditionem, & ipsum statim & rcenter ejecerit, per assisam non recuperabit eject⁹, quia quamvis statim habeat liberum tenementum, quantum ad suum feoffatorẽ & alios qui jus non habent, tamen non quantum ad capitalem dominum, propter modum & conventionem in donatione appositam, non nisi ante tempus, id est, post long-

gam

gam & pacificam possessionem, & quo casu iniquum esset ꝙ possessio cum eo capitali domino remaneret, nisi hoc haberet ex conventione. Ideò parat' esse debet dominus capitalis restituendi possessionem suo feoffato, nisi fortè dare voluerit valorem vel precium, & maximè si donator hoc affirmaverit, vel quantum donatorius dare voluit, si tenementum ex causa emptionis acquisivit. Si autem capitalis dominus, præsens per longum temp' dissimulaverit, donatorium ejicere non potest, quin recuperet: habebit tamen actionem ex conventione versus tenentem suum, qui alienavit, & non aliũ sive solvendo sit, sive non. Et unde si nihil habeat capitalis dominus, sibi ipsi imputari possit, ꝙ donationem contra conventionem factam, ꝑ tantũ temp' dissimulaverit. Videtur igitur ex ꝑmissis, ꝙ cùm donatio facta à domino tenenti suo, perfecta sit & libera, pura & non cõditionalis nec servilis, ex hoc non fit domino injuria, si tenens ulteriùs dederit: ex hoc enim provenit injuria si contra modum vel conventionem. Si tenens meus fecerit donationem, quæritur cui faciat injuriam, non domino, quia dominus habet quicquid pertinet ad ipsum & tenementum obligatum & oneratum, quicquid dicatur, & ad quemcunq; pervenerit. Item nec feoffatus, quia nihil ad capitalem dominum quicunque feodum suum tenuerit, cùm tenens sit tenens suus quamvis per medium. Item si dicat quod injustè ingressus est feodum suum, dico non, quia non est feodum suum in dominico sed tenentis illius, & dominus nihil habet in feodo, nisi servitium: & sic erit feodum tenentis in dominico, & feodum domini in servitio, & si dominus prohibuerit ne tenens faciat voluntatem suam de tenemento suo quod tenet in dominico, sic intrat dominus in tenementum tenentis sui & facit ei disseysinam, nisi modus vel conventio in ipsa donatione adjecta aliud inducat, cũ quilibet possit modum & conditionem in donatione sua apponere, & legem quæ semper observabitur: Feodum vero domini, dictum est id, homagium & servitium, & non tenementum in dominico, & ideo qui intrat in homagium & servitium suum facit ei injuriam, & nõ qui intrat in tenementum quod tenens suus tenet in dominico, ut suprà dictum est. ¶ 3. Et unde necessarium est videre quæ donatio est libera & pura & quæ conditionalis (secundum quod superiùs dictum est) & quæ servituti supposita, videlicet quod donatorius faciat vel ne ei facere liceat, de hoc autem quod dicitur libera, oportet videre quid sit libertas, quid servitus, ut sciri poterit quid inde sequatur, quid autem sit dare satis dictum est suprà. ¶ 4. Est autẽ libertas, naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet quod voluerit, nisi quod de jure vel vi prohibetur. Servitus autem, dici poterit contrarium, ut si contra libertatem teneatur quis ex conventione aliquid facere, vel non faciat, cùm igitur donatio pura sit & perfecta sine conditione vel servitute imposita, dici possit libera, & cum donatio rem faciat accipientis & fit libera, & ex libertate sequatur quòd donatorius de re data facere possit quod voluerit, si rem ulteriùs dederit, domino suo non injuriatur, cùm totum habuerit quod ad ipsum pertinuerit. Item poterit donatio esse subjecta conditioni, vel servituti in parte, vel in toto: Item quantum ad omnes, vel quantum

what is fedum

what is fadum domini

quantum ad quosdam, conditioni, secundùm quod superius in parte dictum est. Ut si dicatur, do tibi tali tantum terræ, si navis venerit ex Asia, vel Comes Richardus effectus fuerit Rex Alemannũ, vel si hoc fecerit vel non fecerit, talis donatio perfecta non erit, donec ita sit vel non sit, cũ dependeat ex insidiis fortunæ, & existente conditione, perfecta erit donatio facta traditione, quæ si non fiat, habebit donatorius actionem ex conventione. Et idem erit si fiat mentio de hæredibus. Si autem sic dicatur, do tali & hæredibus suis sub tali conditione, quæ dependeat ex futuro, videlicet ut conditio referatur ad donatorium & hæredes suos simul, vel tantùm ad hæredes, & non ad donatorium, tunc ad hoc quòd donatorius liberum habeat tenementum in futuro, existente conditione, vel feodo: Refert utrum dicatur, tali & hæredibus suis conjunctim, vel tali & hæredibus suis divisim, videlicet ut conditio referatur ad donatorium & hæredes suos simul, vel tantũ ad hæredes & non ad donatorium. Si autem conjunctim, non erit alicujus istorum liberum tenementum, nec perfecta donatio. Si autem divisim, statim perfecta erit donatio & liberum tenementum donatorii, sed non quãtum ad hæredes erit feodum antequam existat conditio. Idem erit si dicat, do tali & hæredibus suis, si hæredes habuerit de corpore suo, vel si quos, &c. statim erit liberum tenementum donatorii, sed nunquam feodum, nisi cùm tales habuerit, propter conditionem quæ dependet ex fortuna ex pendenti & eventu dubio. Si autem sic dicatur, do tali & hæredibus suis vel tali & hæredibus suis de corpore suo procreatis, vel quos de corpore suo, &c. statim erit perfecta donatio, & feodum donatorio: Licèt in fine addatur talis conditio, quòd si tales non extiterint, vel si extiterint & defecerint, quòd terra revertatur ad donatorem, nihilominùs perfecta erit donatio ab initio, facta traditione, sed resolvitur sub tali conditione, quæ quidem tacita esse possit sicut expressa, & de necessitate revertitur res data ad donatorem propter defectum hæredum, cùm non extiterint, vel si extiterint & defecerint. Item si certis hæredibus fiat donatio, licèt defecerint, & alii remotiores generaliter admittuntur ad successionem ex conditione, ut si dicatur, do tali & hæredibus suis, si hæredes habuerit de corpore suo, si tales habuerit licèt defecerint, alii remotiores vocantur ad successionem, sed semper erit liberum tenementum, & non feodum, quousque tales esse inceperint, & si tales nunquam procreati fuerint, omnes hæredes remotiores excluduntur, quasi non existente conditione, & semper erit liberum tenementum donatorii & nunquam feodum. Item quandoque obligatur persona donatorii ex ipsa donatione, & quandoque tam donatorius quàm ipsa res, donatorius, ut si dicat donator, do tibi talem rem ut invenias mihi necessaria, ex hoc obligatur donatorius & non ipsa res, & ex tali donatione non obligatur ipsa res sed donatorius, ad necessaria invenienda. Si autem sic dicat quòd invenias sibi necessaria ex re data, ex tali donatione obligatur tam ipsa res quàm persona, scilicet res, non ut donator rem possit repetere, sed ut ex re data sibi inveniantur necessaria. Item eodem modo, si in ipsa donatione covenerit inter

distinctio lata liberum tenem. & feodum

ter donatorem & donatorium, ne donatorius faciat, & fecerit, adhuc rem donatam revocare non poterit, agere tamen potest ex conventione ad consequend tantùm suum interesse. Item si ulteriùs procedatur in obligationē, ut si non fiat ut convenerit, vel contra hoc q convenit q fieret, vel non fieret, quòd benè liceat donatori & hæredibus suis ponere se in rem datam, tenend sibi & hæredibus suis ut priùs, vel ad vitam, sic obligatur tam res quàm donatorius, & quo casu, si donator se posuerit in seysinam per conventionem, & donatorius petat per assisam, obstabit ei exceptio conventionis. Si autem in seysinam se ponere non possit donator, habebit actionē ex conventione, ad seysinam recuperandam. Item si dicatur sic, do tibi talem rem, habendam tibi & hæredibus tuis, vel cuicunque dare vel assignare volueris, exceptis viris religiosis & Judæis, obligatur sic, tam res quàm psona: Res, ne detur talibus, persona, ne det talibus, & sic non erit libera donatio, quoad personas vetitas, quia prohibitum ne faciat, libera autem quoad oñs alias personas. Et sive donatorius rem datam retinuerit, vel illam ulteriùs dederit, non credo quòd donator ex tali obligatione rem datam possit repetere, sed ex conventione agere, ad suum interesse, nisi ita convenerit, quòd si contra præmissa factum fuerit, possit donator se ponere in seysinā, ad quoscunque res illa postmodum pervenerit contra vetitum. Et quo casu si donatorius rem datam ulteriùs dederit liberè, omnino nullius persona excepta, tamen adhuc erit res obligata, quòd dare non possit: quia transit cum suo onere. Et si primus donator, ex conventione inter ipsum & suum feoffatū, se posuerit in seysinam, & ultimò feoffatum ejecerit, ei petenti restitutionem per assisam, obstabit exceptio conventionis, licèt secundus donatorius obligatus non sit ex conventione inter alios facta, & licèt ipse non teneatur, tenetur tamen ex quo detinet rem obligatam: & licèt ejectus fuerit & extra seysinam, habebit tamen regressum ad excambium versus suum feoffatorem, quia tenetur ei suus feoffator facere quod promisit, promisit enim in sua donatione, rem esse liberam, quam ex postfacto invenit oneratam. Si autem donator ingredi non possit, secundùm quod in donatione convenit, habebit actionem ex conventione versus utrumque, tam contra secundum donatorium, quàm ab eo feoffatum, quia donatorius tenetur ex conventione obligatus, & suus feoffatus tenetur: quia rem detinet obligatam, & nullus eorum per se: donatorius non, quia non potest restituere, licèt teneatur ex conventione, nec feoffatus ab eo, quia non tenetur ex conventione, licèt possit restituere. Facta igitur conventione, utriusq; procedat actio simul contra utrumque, & quo casu, cùm primus feoffator obtinuerit, faciat secundus excambium suo feoffato. Itē poterit fieri donatio cum tali modo, ne res detur alicui, præterquam ipsi donatori, & qualiter fieri debeat in hoc casu, satis elici poterit ex præmissis. Item fieri poterit donatio, ne cui detur à donatorio vel hæredibus suis, & sic non erit donatio libera, cùm sit servituti supposita. Et unde si dicatur generaliter, tenēdum liberè, detrahitur tamen libertati per adjectionē quæ sequitur, ne det, & nihilominùs obligatur res cum psona. Itē poterit fieri donatio ne fiat. i.

ne

ne donatorius det rem sibi datã, vel eam conferat, si mobilis sit, vel ea utatur vel fruatur si immobilis, & si hoc dici debeat donatio, inutilis erit omnino & infructuosa, licèt interveniat traditio, quia non fit accipientis, & ideò potiùs dicenda est nulla. Item dari poterit terra liberiùs quàm ipse tenuit qui dedit, & tamen quia res transit cum suo onere, semper manet obligata primo feoffatori. Item per majus servitium, & per hoc, primus feoffator nullũ commodum consequitur, nisi in casu, ut si fortè homagium sui tenentis ei acciderit, ut eschaeta, vel ꝓ defectu hæredis, vel ꝓ felonia, vel ratione custodiæ vel hujusmodi. Item ꝙ quis tenet per servitium militare, dare poterit tenend' in Socagio, & è contra: benè enim poterit tenens alicujus mutare feoffamentum & servitium, quantum ad ipsum & tenentem suum, & ita ꝙ ei non competat custodia, nec hæredis, tenentis sui, maritagium, quamvis hæc omnia competant suo feoffatori. Et quid si pro defectu hæredis vel ꝓpter feloniam vel alio modo eveniat, quòd ultimò feoffatus tenere debeat de primo feoffatore? cum ratione sui feoffamenti per servitium militare, competat ei custodia & maritagium hæredis, & de feoffamento tenentis sui super socagium, & de natura socagii non competat ei pro relevio nisi redditus duplicatus, solvat hoc si poterit diligens & providus curialis. Item cùm quis liberiùs dederit quàm tenuerit, tenetur feoffatum suum warrantizare, & defendere per servitium in charta nominatum, ꝙ si facere noluerit, vel non possit, dominus capitalis se capiat ad feodum suum, quia res transit cum onere, & tenens faciat servitium statim, donec habere possit regressum versus suum warrantum. Item dari poterit res liberiùs quàm donator illã tenuerit, ut si teneatur de domino suo ad certum servitium, & ipse dederit in liberam, puram & perpetuam eleemosinam, vel in liberum maritagium, & cum res transeat cum onere, ꝓpter mod' donationis suæ, tenetur feoffatum suum in seysina defendere. Et quid si donator contrarius sit sibi ipsi in donatione sua, ut si dicat, do tibi talem rem in liberam, purã, & perpetuam eleemosinam, faciendo inde tale servitium, & quo casu, libera, & pura non potuit esse eleemosina, cùm sit servitio obligata: Videtur igitur (sine ꝑjudicio melioris sententiæ) ꝙ contra donatorium debeat interpretari, ex quo scienter in charta sua voluit ad servitiũ obligari. Item si dicat donator, do tibi talem rem, habendã & tenendã in liber̃ maritagiũ cum tali, faciendo inde tale servitium, ista duo simul stare nõ possunt, ꝙ res data sit in liberum maritagiũ, & ꝙ inde fiat homagium & servitium, ante tertiũ hæredẽ inclusivum, & unde si statim fiat homag' vel ante tertiũ hæredem quandocunq;, homagium sequitur servitium, & sic ꝓ homagio erit interpretand'. Item si sic convenerit inter donatorem & donatorium, ne fiat donatio vel vẽditio, nisi tantùm donatori, vel ejus hæredi, & si contra factum fuerit, statim post traditionem, poterit donator se ponere in seysinã, cùm res ex conventione maneat obligata, post tempus verò non potest, quin faciat disseysinam: negligentia enim trahitur ad consensum. Si autem ab initio convenerit, ꝙ se in seysinam ponere possit, tum multò fortiùs, dum tamen incontinenti. Si autem sic convenerit, quòd se ponere posset in seysinam cùm voluerit,

&

& quando voluerit, omni tempore se ponere possit, cùm non currat tempus contra ipsum, eò ꝙ res est taliter obligata, & ille ultimò feoffatus sibi imputare poterit, ꝙ rem sic obligatam ex donatione accepit, sive hoc fecerit ignoranter vel scienter, scit autem (vel scire debet) quilibet qui contrahit, quæ vel qualiter sit res, quam accepit, libera vel serva, onerata vel non onerata, obligata vel non, vitiosa vel non, & omnia debet diligenter perscrutari & inquirere: cùm ignorantia ipsum non excusat, & cùm liceat contrahentibus sese adinvicem decipere. Sed hæc quæ dicuntur, magis habent locum in venditionibus quàm in donationibus, secund quod inferiùs dicetur pleniùs, de emptione & venditione. Cùm enim capitalis dominus ex tali conventione se posuerit in seysinam, rem retinere non poterit, nisi tantum dederit, quantum quilibet alius dare voluerit: Hoc enim tacitè intelligitur, licèt in instrumento expressè non exprimatur, & si illam sic recusaverit, benè liceat feoffato suo inde facere quod voluerit, dum tamen res priùs offeratur domino sub eadem conditione, & hæc vera sunt, nisi priùs inter dñm & tenentem suum convenerit de certo precio. Item poterit donator ex speciali conventione, contra jus commune, conditionem suam meliorem facere in causa donationis, ut si pro homagio & servitio suo donationem fecerit, ad homagium verò pertinet warrantizatio & defentio, & excambium si warrantizare non possit, & ex speciali conventione exonerari possit dñs, si specialiter in donatione convenerit, ne warrantizet, & sic poterit tenens gratis renunciare iis, q̄ pro se introducta sunt à lege, contra jus commune. Item vice versa, poterit donatorius conditionem suam meliorem facere in causa donationis, ex speciali conventione contra jus commune, ita videlicet cùm ad homagium & servitium regale pertineat custodia & hæredis maritagium, ex speciali conventione poterit tenens exonerare suos hæredes & suum tenementum, ne capitalis dñs habeat custodiam & maritagium, si ita specialiter convenerit, contra jus commune, & ita poterit tenens conditionem suam meliorare, & dominus suam pejorem facere. Et unde cùm hæredes tenentis semel acquietantiam habuerint in vita capitalis dñi, vel hæred suoꝝ, licèt hæredes capitalis domini infra ætatem fuerint, & in custodia dominoꝝ suoꝝ, tales capitales domini nil juris clamare poterunt in custodia vel maritagio hæredis ultimi tenentis, quia si petāt, nihil petere possunt nisi nomine hæredis sui feoffati, sed si ipse esset plenæ ætatis, nihil petere posset, opposita convētione, nec ipsi ꝑ consequens qui petunt nomine suo. Unū tamen obstare possit, si uterque hæres infra ætatem extiterit, & hæres ultimi tenentis acquietantiam nunquā habuit, quia si capitalis dominus petat, & excipiatur contra ipsum de conventione, & ad probandam exceptionē, licèt charta vel aliud instrumentum ꝓducatur, replicari poterit à domino, ꝙ hæres tenentis sui non poterit ad exceptionem & chartā respondere, & sic obtinebit ea vice. Sed quæritur an propter hoc debeat charta vacua remanere, videtur quòd non, quia adhuc durat obligatio inter hæredes primi tenentis & secundi, & non sunt deusitati, cùm uti vellent si possent. Et ita poterit quis, ex conventione speciali, renunciare iis, quæ ꝓ se introducta sunt

&

& suis, qui à se causam trahunt & originem, et sicut poterit quis renunciare iis quæ pro se et suis introducta sunt contra jus commune: Ita non poterit renuntiare iis quæ ꝓ aliis introducta sunt, et in præjudicium aliorum, quia hoc esset injuriosum aliis, cùm hoc noluerint, sibi ipsi non erit injuriosum, cùm hoc voluerit, licèt contra jus commune: Scienti enim et volenti non fit injuria, et ideò dicitur scienti et volenti, quia qui errat non consentit. Item esto, quòd quis donationem faciat sub iis verbis. s. tenendum tali et hæredibus suis, vel cui dare vel legare voluerit, videtur prima facie quòd hæc dictio (legare) supervacua sit, et haberi debet ꝓ non adjecta, cùm laicum feodum legari non possit, nisi in rebus specialibus, sicut burgagiis, et unde si laicum feodum petatur ex causa testamentaria in seculari foro, audiri non debet legatariꝰ, quia causa testamẽtaria non tractatur in tali foro, sed specialiter excipitur ne tractetur. Si autem petatur in foro ecclesiastico, ibi obstabit regia prohibitio, et unde videtur quòd in quolibet foro deficit ei actio, cùm sit extra possessionem. Sed si in possessione extiterit ex causa legati, et hæres petat per assisam mortis antecessoris, quæritur an elidi possit actio petentis per exceptionem donationis ex causa legati, ex quo antecessor testator hoc noluit, licèt contra jus commune, ad tollendam assisam mortis antecessoris. Respondeo, videtur quòd talis adjectio valere non debeat, quia legare possit, cùm legatum sit donatio mortis causa, et legatum tantùm morte cõfirmatur, et donatio inter vivos, traditione. Si autem esse debet donatio inter vivos, tunc oportet quòd traditio sequatur in vita donatoris. Si autem causa mortis, sequitur traditio post mortem. Sed si nulla traditio ante mortem, tunc non valebit donatio inter vivos, non magis quàm assignatio. Si autem post mortem fiat traditio, quasi ex donatione inter vivos per modum adjectum in donatione, quasi de legato, non valebit ut donatio inter vivos: quia in vita non est subsequuta traditio, nec etiam ut legatum, quia non est purè legatũ, sed adjectio et sequela donationis inter vivos, et ideò nulla ratione valere debet ut donatio vel legatum, et tamen tali donatorio nulla competeret actio si esset extra seysinam meritò, nec competeret ei exceptio contra assisam mortis antecessoris, cùm sit in seysina.

Cap. XX.

1 ¶ *Qualiter quis uti debeat seysina.* 2. *Quòd non valet donatio nisi donator totaliter se dimittat de re data & totaliter se teneat extra.*

Quum autem possessio fuerit acquisita, quamvis donatoriꝰ liberum habeat tenemẽtum, statim tamen ad declarationem possessionis, ne imaginaria sit donatio, quãvis inducatur in vacuã possessionẽ, oportet uti seysina sua, et unde, cùm res data fuerit minori vel majori, oportet ꝙ ille cui data fuerit, si major fuerit, utatur fruatur seysina sua ꝑ seipsum, vel ꝑ ꝓcuratorem quẽcunq;, liberũ vel servũ, qui nomine suo fuerit in possessione, et qui fructꝰ, et ꝓventꝰ et ꝓficua cõvertat in usus donatorii, et nihil in usus donatoris. Si autem minor fuerit vel impotens sui, oportet ꝙ utatur per tutorem, vel ꝓcuratorem datum à donatore, quia si ipse donator, pater, vel alius in

 seysina

seysina remāserit, & pfect⁹ in usus pprios cōvertat, quāvis hoc fecerit quasi curator, & ita seysitus obierit, quāvis homagium & charta intervenerit, & seysina cum solennitate, adhuc non valebit donatio, nec etiā si donatori⁹ ratione pdictor̄, post mortem donatoris se posuerit in seysinā, & statī eject⁹ fuerit, p assisā novæ disseysinæ non recuperabit. Si autem p negligentiā veri hæredis longā habuerit seysinā & pacificā, & post intervallum eject⁹ fuerit, recuperabit, quia sine judicio, & vero hæredi competit assisa mortis antecessoris. Idem erit, q̄ non valebit donatio, si cùm simul fuerint in possessione, terrā simul excoluerint, & fruct⁹ expenderint in cōmuni, ex toto vel ex parte, per usum enim videri poterit, quid lateat in animo donatoris, & hæc vera sunt sive continua sit possessio donatoris, sive pparticulas distinctā, donator enim p talem usum ppriam seysinā continuat, & seysinam donatorii impedit, & adnihilat. Et videtur p talem usum, q̄ à possessione non recessit, animo nec corpore. Item si in charta donationis contineatur, quòd donator rem integram donaverit, & donatorius in parte aliqua usus fuerit, & donator in alia, continuat per hoc donator seysinā suam in toto, nisi aliqua pars specialiter sit excepta. Sed si donatorius in parte aliqua usus fuerit, ita quòd donator in nulla parte, & eo animo ut fund' possideat, usq; ad terminos, talis usus sufficit ad totum fundum retinendum. Si autem donatorius in pertinentiis, & donator in principali, donator totum retinebit per usum suum, & donatorius per usum suum, nihil acquiret, quia aut totum aut nihil: quia in animo donatoris esse deberet totum transferre, & in animo donatorii totum recipere. Malè actum est in contrarium, inter Roger̄ de Reyne & Robert̄ de Shute, de terra de Vulvertō cū hundr̄ pertiñ, ubi p talem usum adjudicatum fuit, q̄ Roger⁹ retineret hundredum ppter usum de hundredo, ubi Richardus frater Rogeri, donator nunquam recessit à terra, ad quā hundredum pertinuit, & est solutio ut videtur, q̄ si simul utantur in principali, valere non debeat donatio, multò fortiùs valere non debeat, si donator in principali & donatorius in pertinentiis, cùm principale sit caput, & ptinens membrum, & utrumq; corpus sit & sic utuntur simul in uno corpore, quod est ipsa res, integrè data. Si autem diversæ essent res, & quarum nulla aliam contingit & simul datæ, ut si dicatur, do tibi talem rem & talem, aliud erit, vel si quis aliā rem dederit cum ptiñ, retenta tantùm sibi aliqua parte rei donatæ, non enī pdest donatorio donatio, vel usus suus in aliqua parte rei donatæ, si donator utatur in parte aliqua rei donatæ, sive simul sive vicissim, in una domo vel in diversis, in uno loco vel in diversis, quæ sunt de corpore vel ptinentiis rei datæ, quia donator anim̄ habere debeat, ut totum trāsferat, & donatori⁹, ut totum recipiat, & cùm uterq; utatur, donator per usum suum tot̄ retinet, & donatori⁹ p usum suum nihil acquirit. Item si statim & eodem die quo recessit, vel in crastino revertatur, hospitium charitativè petitur⁹, secund' q̄ in parte dicitur superiùs, & admissus, utatur fruatur ut pri⁹ & se gerendo ut dominus, licèt voce pfiteatur contrarium, per hoc videtur quòd à seysina animo non recessit, & undè si ita admiss⁹, alium fortè feoffaverit, vel donatorium ejecerit, donatorius per assisam non recuperabit.

Si

Si autem hoc fecerit post longum intervallum, sicut annum vel post biennium, dum tamē finis & chirographum in curia domini Regis intervenerit, aliud erit, donatore extra seysinā existente, erit etiam quasi novus contract⁹, cùm veterem non tangat donationem. Et illud idem dici potest, si extra curiā regiam ꝑ aliam scripturā sine fine & chirographo regio, dum tamen ꝓbari posit cōventio & scriptura, quæ lecta sit in publico & audita. Et ità mutari poterit donatio post intervallum, de partium voluntate. Et quòd ea quæ dicta sunt vera sunt, videri poterit per exemplum, ut de Itinere episcopi Dunholm̄, & M. de P. in comitatu Eborū añ regis H. tertio Asisa novæ disseysinæ si Roger⁹ de Halgheton, ubi dicitur, quòd quidam dedit filio suo juniori unam virgatam terræ ꝑ quinq; annos ante mortem suam, & fecit ei seysinam, & omnem solennitatem in donatione facienda, & posteà recessit à terra illa usq; ad aliam terrā suā, & ita habuit filium suum in custodia sua tota vita sua, sed omnes fruct⁹ in ꝓprios usus convertit, & quando pater obiit, posuit se puer ille in terram illam, & verus hæres statim ejecit eum, & puer non recuperavit: Quia pater excepit expletia tota vita sua, quamvis juratores dicerent, quòd hoc fecit ratione custodiæ pueri sui, & si hæres eum statim ejicere non posit, recuperare poterit per asisam mortis antecessoris, ut de t̄mino sancti Michaelis anno regis H. tertio incipiente quarto. Item cùm simul fuerint in possesione donator & donatori⁹, & donator alium feoffaverit, et in seysinā posuerit, & prius feoffatum ejecerit, per asisam novæ disseysinæ non recuperabit, ut de t̄mino sancti Michaelis anno regis H. decimosexto incipiente decimoseptimo in comitatu Suffolke de Wilhelmo de Fraxino. Item esto, quòd quis dederit alicui medietatem t̄ræ suæ in maritagium cum filia sua, sive certa sit pars sive incerta, et omnes in una domo & eadem terra in simul commorentur, & blada expenderint in communi, & donator ita moriatur seysitus, non valebit illa donatio, ut de ultimo itinere M. de P. in comitatu Suffolke, Assisa novæ disseysinæ si Anselmus. Item facit ad materiā istā, ꝙ habetis de itinere Simonis de Pateshull in comitatu Leic. & Suff. ubi dicitur, quòd si donator & donatorius simul fuerint in seysina usq; ad mortem donatoris, licèt donatorius omnia cepit expletia, cùm homagio & fidelitatib⁹ hominū, & licèt donator publicè protestetur quòd t̄ra non sit sua, sed donatorii, & quòd ipse sit hospes & charitativè suscept⁹ ut hospes, adhuc non valebit donatio: quia nihilominùs donator cōtinuat seysinam suam. Item facit ad materiā istā, ꝙ habetis de ultimo itinere M. de P. in comitatu Suffolk, de quodam Johanne filio Hugonis & Alano fratre suo antenato. Casus talis est. Idem Alanus in vita Hugonis patris sui, cōcessit Johanni fratri suo postnato, per quandam conventionem inter eos factam, totam hæreditatem quæ ei descendere debuit de prædicto Hugone patre eorum cōmuni, & Hugo se dimisit in curia domini capitalis, et capitalis dn̄s cepit homagium ipsius Johannis, sed Alanus tunc reclamavit, et Hugo postquā posuit Johannem in seysinā, vagavit ꝑ patriam ꝑ duos menses, et postea reversus, posuit se in terram illam, & sic fuit in seysina cum prædicto Johanne per unum annum & dimidium, et sic obiit

seysitus, et quia sic obiit seysit⁹, et quia sic reclamavit Alanus, et quia facta fuit cõcessio de re non vacante, et longè antequã idem Hugo se dimisisset, idem Johannes eject⁹ p Alanũ, non recuperavit seysinã suã per assisã. ¶ 2. Item facit ad materiã istã ꝙ habetis de ultimo itinere M. de P. in comitatu Lanc. anno regni regis H. decimosexto, ubi capta fuit quædam jurata apud Lincolñ, si Roger⁹ de Monte Vegonis anno & die quo obiit, fuit in seysina de quibusdã terris, & qui dixerunt ꝙ prædict⁹ Roger⁹ non fuit seysitus, anno & die quo obiit, quia diu ante mortem suã dedit terrã illã cuidã Johanni de Lunguilers, qui semper posteà remãsit in seysina, usq; ad mortẽ ipsi⁹ Rogeri, & excoluit terrã illã & blada expendit, & reddit⁹ & expletia cepit, & etiam quintã decimã dedit dño regi apud Lincolniam, & unde in itinere ejusdem apud Lanc. eodem anñ, cõvicti fuerunt juratores per triginta sex milites de comitatu Eborum & Lanc. sicut cõtinetur in principio rotuli. Et unde triginta sex milites dixerunt, ꝙ idem Roger⁹ venit ad comitatum Lanc. & dedit cuidã Johanni de Lunguilers terrã illã, per quandã chartam, & liberavit ei chartã in pleno coñ, sed Roger⁹ semper remansit in seysina, quousq; ad mortẽ, & cepit omnia expletia, & legavit omnia bona mobilia, & nunquã amovit ballivos nec servientes suos quos ibi priùs posuerat, nec in aliquo statum suum mutavit. & unde ibidem adjudicatum fuit, ꝙ Rogerus obiit seysitus, & ꝙ xij. de coñ Lincolñ falsum fecerunt sacramẽtum, & ideò cõvicti, quia dixerunt cõtrarium: & ꝙ prima jurata cõvicta fuit p secundã. Illud idẽ invenietis ibidẽ, de eodem Rogero, & Henrico de Marñ, quia idem Roger⁹ semper cepit expletia, usq; ad mortem. Item esto, ꝙ cùm donator & donatori⁹ ita fuerint simul in seysina, ꝙ donatori⁹ rem sic datã dederit alicui: quæritur an valet donatio? Revera non valet, quia neuter eorũ inducitur in vacuã possessionem, si autẽ cùm ambo in possessione fuerint, donator alteri dederit, & primũ donatorium ejecerit, & eject⁹ nõ recuperabit, quia seysinã vacuã, & p se non habuit, nec possidere incepit, ex quo donator possidere non desiit. Cùm autẽ utq; sic fuerit in possessione, tam donator quàm donatori⁹ post donationem, & simul exiverint à possessione, non aliter perpendi poterit, de voluntate donatoris, quàm p usum, quia p exteriora præsumitur de interiorib⁹, & p interiora judicare debem⁹, & quãvis in recessu utriusq;, donator seysinã liberavit donatorio, nihilominùs tamen habere poterit animũ possidẽdi, & retinere possessionem civilẽ. Homo enim secũdum faciem judicat ut homo, sol⁹ autẽ de⁹ cor hominis intuetur, qui novit abscondita cordis, & renes scrutatur & corda: Nullũ enim apud deum secretum. Per usum igitur poterit veritas declarari, sed si cùm animo revertendi recessit donator à possessione, cùm donatorium induxerit in possessionem, & mox reversus quacũq; de causa simulata non admittatur, si repellatur, non cõpetit ei assisa novæ diss. quãvis dicat ꝙ animũ recedẽdi à possessione non habuerit, & in hoc casu pfertur opinio veritati, quia ex quo gratis cũ solennitate nõ coact⁹ exivit, psumitur vehemẽt ad min⁹ ꝙ animũ verũ revertendi nõ habuit, & sive causã haberet sive nõ, posset quilibet dicere ꝙ animum non haberet recedendi, & sic revocare ꝙ actũ esset. Et unde sive sic sive non

sic,

sic cõsultè faciet donatori⁹, si extra seysinã tenuerit donatorem, & cùm donatorio ꝑ assisam fuerit adjudicata seysina, ꝑ hoc firma erit imperpetuum seysina donatorii, & ulteri⁹ nõ erit imaginaria donatio nec simulata, & unde ꝑ hoc posset donatori⁹ sine suspitione cõcessionẽ facere donatori tenendi ad vitã rem donatã. Itẽ vice versa, si donator reversus, sive ab initio animũ revertendi habuerit sive nõ, & donatorium ejecerit, si donatori⁹ statim ipsum ejicere nõ posit, cõpetit ei assisa novæ diss. nõ obstãte sibi aliqua exceptione teneræ seysinæ, ꝓdest enim possidere, quotiens ex volũtate ej⁹, ad quem res ꝑtinet, possideri ceptũ ẽ, & sufficit semel voluisse, omnib⁹ cõcurrẽtib⁹ quæ faciunt donationẽ validã, & si posteaquam ceptũ est possideri, voluntas ej⁹, ad quem res ꝑtinet, accesserit, licèt nulla ab initio intervenerit, sufficit tamen ex postfacto, & prodessẽ debet possessori. Itẽ si quis, voluntate ejus ad quem res ꝑtinet, possidere inceperit, quãmvis voluntas ej⁹ posteà non ꝑseveret, nihil nocet possessori, quia semel cepit possidere ex voluntate, ut in primo casu. Et idẽ erit, si cùm ambo à possessione recesserint, facta traditione, & nemine in possessione relicto, statim reversus donator, mittat se in possessionẽ, si donatori⁹ statim reversus, eum eiicere non posit, cõpetit assisa novæ disseysinæ donatorio. CAP. XXI.

1 ¶ *Qualiter amittitur possessio acquisita.*

DIctum est suprà, qualiť possessio retineatur, & per quas ꝑsonas, & qualiter donatori⁹ uti debeat. Nunc autẽ dicendũ, qualiť acq̃sita amittatur. Et sciendum, ꝙ ferè eodẽ modo amittitur possessio, quo acquiritur. Acquiritur enim corpore & animo, & nõ amittitur nisi utroq; modo, licèt retineri poterit tantùm animo, secundùm ꝙ, superiùs dictum est. Et unde, cùm quis naturalem habuerit possessionẽ & civilẽ ex aliqua justa causa acquisitionis, statim cùm donationẽ fecerit ꝑ traditionem animo trãsferendi, statim amittit & desinit habere utrãq; ex ipsa traditione. Et eodẽ modo si quis utrãq; habuerit, & cõtra volũtatẽ suã disseysit⁹ fuerit & eject⁹, statim amittit naturalẽ, civilem autẽ nequaquã, donec iterũ se reponere velit in seysinã & repellatur, vel si crediderit se posse repelli, abstineat à seysiñ, & ad superioř recurrat, & tunc desinit possideř. Sed si recenter dum civilẽ habuerit, rejecerit ejectorem, recuperat naturalẽ, & sic habet utrãq;, tã naturalẽ quàm civilẽ, & sic quãdoq; desinit quis possidere, & ali⁹ incipit statim cùm alius desinit, sive fuit naturalis possessio ꝑ se, sive naturalis & civilis conjũctim. Itẽ cùm quis eject⁹ fuerit, et naturalẽ possessionem amiserit, si ad tẽmp⁹ ꝑ negligentiã vel impotentiã vel patientiã injuriã dissimulaverit, amittit utrãq;, tam naturalẽ quàm civilem, cùm patientia trahatur ad cõsensũ, & sic desinit ver⁹ dñs possidere, & incipit possidere possessor violẽt⁹. Et eodẽ modo, si verus dñs à possessione recesserit nemine suorũ in possessione relicto, adhuc retinet utrãq;, naturalem & civilem, quousq; alius ingrediatur contra voluntatem suam, eo sciente vel ignorante: & tunc desinit verus dñs habere possessionem naturalem justam, & intrusor incipit habere naturalem sed injustam, sed retinet verus dominus civilem, quousq; reversus repellatur sine spe ponendi se in seysinam, vel cùm suspicetur se posse repelli, &

tunc amittit utrāq; & intrusus incipit habere utrūq;,& cùm intrusus utrāq; habuerit,& sine judicio à vero dño ejectus fuerit,tunc fiet de eo sicut suprà dicitur de vero dño,& ver' dñs ppt suam injuriā amittit actionem suam & assisam,secundùm q,inferiùs dicetur de assisa. Si autem hoc fecerit cum judicio,& p assisam,vel recenter sine assisa,aliud erit. Item cùm malæ fidei possessor ita utrāq; habere inceperit, si ab extraneo ejectus fuerit, tunc fiat de eo,sicut fieri deberet de vero dño, quantùm ad extraneas psonas. Item amittit quis utrāq;,morte naturali vel civili,morte naturali,civilem amittit in exitu animæ,& naturalem,cùm corp' efferatur,civilem & naturalem simul. Ex morte civili, cùm habitū religionis assumpserit,ita quòd ad seculum redire non possit. Item cùm in possessione extiterit licèt eject' non fuerit,si tamen phibit' fuerit uti frui,vel quòd cōmodè non posset, nec modo debito,per se nec per suos,vel si alius uti voluerit contra voluntatem suam, retinet dñs naturalem possessionem justam, & impediens vel perturbans, ex longa possessione, p impotentiā vel negligentiā veri domini incipit habere quodammodo utrāq;, naturalem & civilem: sed naturalem injustam. Et eodem modo fit, ubicunq; res alicujus sive in possessione fuerit sive extrà,contra voluntatem suam fuerit communicata,vel cōtractata,ædificando,arando,seminando,aquam divertendo,falcādo,fodiendo,vel quid aliud tale faciendo. Ecce hîc,quòd si quis sponte permittat alium arare,seminare vel meliorare terrā suā,non est disseysina,nec est negligentia ejus,qui patitur; sed cautela,si non permittat asportare fructus. Si autem voluntas ipsius, cujus res fuerit,intervenerit,aliud erit, cùm scienti & volenti non fiat injuria. Ut si aliquis terram meam araverit,seminaverit,& stercoraverit,vel alio modo melioraverit,& ego dissimulavero ad tempus,ut fructus cōsequi possim,si tamen ipsum vel alios statim arare,seminare,non impedivero,sive meliorare: non tamen ppt hoc desino possidere,cùm hoc faciat de voluntate mea, quòd si contra faceret,statim esset ibi disseysina, & unde non erit ibi negligentia,imò cautela, ut fructus lucrifaciat, vel alio modo conditionem veri domini meliorem. Sed cùm malæ fidei possessor fruct' & blada asportaverit,cùm hoc sit contra voluntatem domini, erit disseysina manifesta. Infra pleniùs de hac materia dicetur,inter assisas novæ disseysinæ.

Cap. XXII.

1 ¶ *Qualiter acquiritur possessio per usucaptionem.* 2. *Qualiter acquiritur possessio Juris, quod tradi non potest legum usu.*

Dictum est in præcedentibus, qualiter rerum corporalium dominia ex titulo, et justa causa acquirendi, transferuntur per traditionem. Nunc autem dicendum qualiter transferuntur sine titulo, & traditione, per usucaptionem. s. per longam, continuam, & pacificam possessionem, ex diuturno tempore & sine traditione: sed quàm longa esse debeat non definitur à jure, sed ex Justitiariorum discretione. Continuam dico, ita quòd non sit interrupta: Interrumpi enim poterit multis modis, sine violentia adhibita,per denuntiationem & impetrationem diligentem, & diligentem prosequutionem, & per talem interruptionem,nunquam acquiret possidens

possidens, ex tempore, liberũ teneṁtũ. Pacificã dico, quia si cõtentiosa fuerit, idem erit ꝙ priùs, si cõtentio fuerit justa, ut si verus dñs statim cùm intrusor vel disseysitor ingressus fuerit seysinã, recẽter & incõtinenti (si præsens fuerit, vel si absens cùm redierit) nitatur tales virib⁹ repellere & expellere, licèt id ꝙ inceperit ꝑducere non possit ad effectũ, dum tamen cùm defecerit, diligens sit ad impetrandũ & ꝓsequendũ. Et nota, ꝙ ex hoc capitulo habetur, ꝙ acquiritur possessio & liberũ teneṁtum ex tempore, & sine titulo & traditione, ꝑ lõgam, & pacificã seysinã, habitã ꝑ patientiã & negligentiã veri dñi. Injuriosa autẽ esse poterit cõtentio, vel injusta, ut si quis, ad quem non ꝑtinet, talibus questionẽ moveat vel contentionẽ vel interruptionẽ, et unde si quis ꝑ intrusionẽ post mortẽ alicuj⁹ ante aditã hæreditatẽ ab hærede, ꝓpria authoritate se posuerit in seysinã vacuã, vel cum authoritate ej⁹ qui jus nõ habet donãdi, cùm nõ sit ver⁹ dñs. Itẽ si disseysitor cùm disseysinã fecerit. Item si firmari⁹ ꝑ lõgum temp⁹, post ťminum præteritum. Itẽ si quis contra cõventionẽ, quãvis inter alios factã, vel contra modũ donationis, ut ꝙ omnino dare non posset vel alienare, vel non certis ꝑsonis. Item si quis se posuerit in seysinã ex causa donationis ejus, qui jus nõ habet, vel non nisi ad vitã, quacũq; ratione, ad exhæredationẽ veri hæredis. Item si frať postnat⁹, ꝓpria authoritate, se intruserit in seysinã, vel fortè cùm habuerit authoritatẽ à capitali dño, vel ab aliquo ad quem non ꝑtinet, & quorum casus sunt infiniti: Tales sive titulũ habuerint sive nõ, quantum ad verum dñm, qui jus habet & ꝓprietatem, nũquam liberum teneṁtum habebunt nisi ꝑ longã, cõtinuam, et pacificã possessionẽ, ut ꝑdictum est, quãtum vero ad non dñs qui dederunt, vel quãtum ad alios, qui jus non habent, statim & incontinenti incipiunt habere jus & liberũ teneṁtum, & incipiunt possidere, et cùm lõga, et pacifica & continua possessio intervenerit, incipiunt possidere quoad omnes, et habere liberũ teneṁtum ita quòd sine brevi vel judicio ejici non possunt: quia sicut temp⁹ est mod⁹ inducendæ et tollendæ obligationis, ita erit mod⁹ acquirendæ possessionis, longa enim possessio (sicut jus) parit jus possidendi & tollit actionẽ verò dño petenti quãdoq; unam, quãdoq; aliã, quãdoq; omnem, quia omnes actiones in mundo, infra certa tempora habent limitationem. Sic enim, ut prædictum est, acquiritur possessio et liberũ teñtum ex tempore, sine titulo et traditione, ꝑ patientiã & negligentiã veri dñi. Et sciendũ quòd non valet si fuerit violenta, si incõtinenti resistatur, et hoc verum est, nisi fuerit ꝑcaria, quæ omni tempore revocari poterit, et idem si de gratia: gratia enim voluntaria est, & de voluntate cõtraria revocatur. Itẽ ubi fuerit clãdestina, sicut noctuaria, vel cõcessa à ballivis in absentia dñorum. Itẽ si ad ꝑcium incertũ. s. quolibet anno vel tẽpore mutatum, et alťnatum, secùs si ad certum. Et hæc locum habent inť privatas ꝑsonas, inť regẽ et privatas ꝑsonas non tenet istud, quia Rex parẽ non habet, nec vicinum, nec superiorem. ¶ 2. Dictum est, qualiť quis acquirit possessionẽ rei corporalis ex tẽpore & sine traditione, cùm usu vel sine: nunc autẽ dicendũ qualiť acqriť possessio rei incorporalis, sicut possessio juris, vz. alicuj⁹ servitutis, ꝑ patientiã quæ trahitur ad cõsẽsum, et longũ usum

of long & peaceable possession

et pacificum, sine cõstitutione vel expressa volũtate. Patientia verò trahitur ad consensum, & acquiritur possessio juris ꝑ usum, ut si dñs ꝓprietatis liberum habens fundum, ex patientia permiserit uti vicinum suum, præsens & sciens, in fundo suo aliqua servitute, ubi jus utendi non habuerit, sicut in pastu pecorum, itinere, vel actu vel aquæ ductu, vel hujusmodi ꝑ longum tempus, pacificè sine interruptione: ex tali usu & patientia præsumitur de consensu, & de voluntate: & ita acquiritur possessio ex tempore, ita quòd taliter utens, sine brevi et judicio ejici non poterit, et sicut consensus esse poterit tacitus, sicut expressus, sic poterit esse voluntas tacita vel expressa. Præsens et sciens dico, quia si absens fuerit, vel præsens & ignoraverit, et si sciret, ꝓhiberet, talis usus non valebit, cùm sit clandestin⁹, et idem erit si nocturnus. Item idem erit si violentus. Item idem si p̃carius, qui tempestivè et intempestivè revocari poterit, cùm dependeat tantùm de gratia & voluntate cõcedentis, sicut de tempore in tempus, de termino in terminum, sicut de anno in annum, ꝓ certo servitio, vel incerto cum termino præfinito, dum tamen si certum sit p̃cium vel servitium cum termino, erit possessio vera & sufficiens. Si autem incertum sit servitium cum termino vel sine, ut si aliquis haberet aliquãdo plus, aliquãdo minus, erit ibi potiùs locatio herbagii, quàm pastura. Si autem in absentia veri domini utatur quis de patientia, & pmissione servientis, vel alterius qui jus non habet cõcedendi, vel constituendi servitutem, talis usus non sufficiet, nec valebit ad possessionem acquirendã.

Cap. XXIII.

1 ¶ De Acquirendo rerũ dominio incorporalium, sicut de Juribus, libertatibus & servitutibus. 2. Qualiter quis uti debeat servitute in cõmunia pastura. 3. Qualiter in jure præsẽtãdi et qualiter transfertur seysina. 4. Quòd advocatio ecclesiæ cũ aliquo tenemẽto trãsferatur quũ dari debeat. 5. Quòd donatio de advocatione ecclesiæ valere nõ debet antequã donator fuerit in possessione præsẽtãdi.

DIctum est superiùs qualiter acquiruntur rerum corporalium dominia, quæ traditionem patiuntur vel quasi, ex causa donationis, & qualiter postea transferuntur traditione expressè de persona in personam ex mutuo consensu, tacito vel expresso: Tacito, qui sufficit pro traditione, eò quòd donatio expressè non revocatur, cùm possit, Expresso, ꝑ ratihabitionem expressam. Item cùm quis adeptus fuerit possessionem, per se sine titulo & traditione, qualiter acquiritur possessio & dominium rerum ex tempore. Item qualiter rerum incorporalium, sicut juris. s. alicujus servitutis, in alieno acquiritur dominium & possessio per longum, continuum & pacificum usum, sine consensu expresso, per patientiam veri domini, qui scivit & non prohibuit, sed permisit de consensu tacito. Nunc autem dicendum est qualiter acquiruntur rerum incorporalium dominia, & possessio, sicut jurium, ex consensu expresso, ex causa donationis & cõstitutionis servitutis. Jura siquidem, cùm sint incorporalia, videri non poterunt, nec tangi, et ideò traditionem non patiuntur, sicut res corporales. Oportet igitur ex necessitate, ꝙ in hujusmodi cõtrahatur donatio ex affectu contrahentiũ, & solo animo & voluntate trãsferendi, & accipiendi, & aspectu rei cor-

Of acquiring incorporeal things

corporalis, cui insunt hujusmodi jura, & sic quasi possidentur ex fictione juris, & ille qui sic in possessione fuerit ex juris fictione, semp quasi utitur, donec fuerit disseysitus p violentiam vel sine violentia per non usum. Acquiri enim poterit possessio rei corporalis sine usu & similiter rei incorporalis, quasi possessio sine usu. Sed cùm usus intervenerit in re incorporali, retinetur possessio per usum, & efficitur vera, quæ priùs fuit fictitia, & cùm quis usus fuerit jure tali, ad alium transferre poterit jus, & usum simul, quod non potuit ante usum. Item si ille cui constituta fuerit servitus, in vita sua cùm nolit, vel non possit, usus non fuerit, hæres ejus uti poterit, si servitus fuerit constituta sibi & hæredibus suis, & sic de hærede in hæredem ppinquos & remotos, p modum donationis. Si autem sic constituta fuerit servitus, tali & hæredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, omnes tales per mod' constitutionis sive donationis admittuntur ad usum successivè, cùm sint quasi in possessione, & omnes alii ab usu penitus excludunt. Hujusmodi autem jura, sicut servitutes, dici possunt pertinentiæ alicujus rei corporalis, & pertinent de re corporali ad rem corporalem, sc. de fundo vel de tenem alieno ad fundum vel tenementũ alicujus pprium, & hoc multis modis, secundùm quod infrà dicetur pleniùs de assisis. Transferuntur autem hujusmodi jura de persona in personam, per usum & quasi ante usum, ut pdictũ est. Item sicut pertinent jura ad aliquem ex alieno, ita pertinent in pprio, ut si quis fundum habuerit, ad quem pertinet advocatio ecclesiæ, jus præsentandi pertinebit ad dominum, & quamvis ecclesia secundùm quod cõstruitur lignis & lapidibus, sit res corporalis, jus tamen presentandi erit incorporale, & unde aliud est dare ecclesiam, & aliud dare advocationem. Laici tamen, secundùm communem usum, propter eorum simplicitatem, dant ecclesias, q nihil aliud est dicere, quã psentare. Laicus igitur præsentat ad ecclesiam vacantem, secundùm quod construitur ex lignis & lapidibus, ut psentatus ecclesiam regat, & episcopus eam dat, sc. præsentatum admittit ad regimen, & instituit. Si autem dominus fundi advocationem dederit, sc. illud jus præsentandi, aliud erit. Si quis antẽ donationẽ fecerit viris religiosis, & dederit eis ecclesiam, ita q illam habeant in pprios usus, sic remanebit ecclesia illa im ppetuũ, sed tamen jus advocationis ad illos nõ transfertur, quia jus advocationis semp remanet cum patrono, & unde illã ulteriùs cõferre nõ poterunt alicui clerico, cũ jus advocationis, & jus psentandi semper remaneat cũ patrono. Si autem dederit quis eis jus advocationis alicujus ecclesiæ, ipsi de gratia & dispensatione, poterunt eam in pprios usus retinere, vel ad eam psentare, & jus advocationis vel patronat' sibi retinere. Habet tamen hujusmodi donatio ex consuetudine & ab usu aliã interpretationẽ, & alium intellectũ, ut si dicat quis, do talẽ ecclesiã talibus viris religiosis, ubi mentionem facere deberet de advocatione, sufficit donatio talis, quantũ ad jus advocationis transferend, & pter simplicitatẽ laicorum interpretatur, quòd laicus per hæc verba dat quicquid juris habuit in ecclesia illa, s. jus advocationis, simul cum ecclesia illa, secundùm quod, inveniri poterit de termino sanctæ Trinitatis, anno regni Regis Henrici quarto in

com

Jura
&
servitutes
appertenant

of
jus
advocationis

com̃ Lincolñ, de ecclesia de Wichine, data priori de Markeby. ¶ 2 Itẽ vidẽdũ qualiter quis uti debeat jure sibi concesso, ad retinẽdã possessionẽ & juris sui declarationẽ, & primò de servitutib⁹, ut si cui concedatur in alieno, jus pascẽdi, statĩ cũ possit, ĩmittit pecora sua, unũ vel plura, & p hoc retinebit seysinã suã, unũ dico, quia si ad plura usq; ad mille vel sine numero, sufficit ad seysinã retinẽdã si unicũ immittat. Itẽ si jus pascẽdi p totũ fund̃ cõcedatur, sufficit ad seysinã retinẽdã p totũ fund̃, si unicũ ĩmittat, eo animo ut p totũ pascat, ꝙ quidẽ si ei pmissũ nõ fuerit, ꝙ uti omño nõ possit vel cõmodè, cõpetit ei assisa novæ diss. licèt anteà nõ usus fuerit in veritate, ꝓpter quasi seysinã & quasi usum ex prima volũtate cõcedẽtis, & cũ sic in veritate usus fuerit, illud jus cũ usu trãsmittit ad hæredes suos & assignatos, ꝙ priùs facere potuit sine usu, & extunc ad extraneos illud jus transmittere poterit cum usu & seysina, ꝙ priùs facere non potuit, sine usu. Et ꝙ dict' est de jure pascendi, fiat de jure eũdi, agendi, aquãve ducendi, & de om̃b⁹ aliis servitutibus, q̃ sunt infinitæ & non refert. ¶ 3 De jure autẽ advocationis restat videre, qualiter trãsferatur, & q̃ debeãt concurrere ad hoc, ꝙ transferri possit. Oportet igitur ꝙ ille, qui advocationem dederit, in seysina sit p̃sentãdi: hoc est ꝙ ultimò p̃sentaverit aliquẽ, qui ad p̃sentationẽ suã admissus fuerit & institutus, vel saltẽ cõmissa custodia, cũ p hoc recognoscatur ipsum esse patroñ, vel saltẽ ꝙ p̃sentationẽ suam evicerit ab aliquo de seysina antecessoris, vel ꝙ antecessores sui p̃sentaverint ĩmediatè, vel aliquis nomine eoꝝ, vel nomine suo, sicut custos vel firmarius. Cũ autẽ sic in seysina fuerit, jus advocationis ad alium transferre poterit, sed non solo animo & affectu, sicut servitutem, secund' quosdam. Cũ jus advocationis incorporale sit, ꝙ videri non possit nec tangi, oportet de necessitate, ꝙ cùm corpore transferatur, ad quod ptinere possit, quia sine corpore rectè possideri non possit, licèt ab aliquibus dicatur quòd quasi ad similitudinem servitutis. Et quòd advocatio q̃ incorporalis est, transferri non possit sine re corporali & teñto, ꝓbatur de termino sancti H. anno Regis H. nono, comitatu Norf. inter abbatem de Messendene & Huberṫ de Burgo, de ecclesia de Owalton, ubi idem abbas protulit quandam chartam cujusdam walteri de la Penne, q̃ testabatur, quòd idem Walterus dedit ei advocationem illius ecclesiæ, sed quia posteà convictum fuit, quòd idem Walterus nullum teñt habuit in manerio, in quo ecclesia sita fuit, nec aliquis per eum, nec idem Walter. nunq. p̃sentavit ad ecclesiam illam: consideratum fuit, ꝙ abbas nihil caperet. Item ad hoc facit ꝙ habetis de termino sancti Hilar. anno Regis Henrici sexto, comitatu Staff. de Rauf Comite Cestriæ & Priore de Kenelwyde, de Ecclesia de Stoke, ubi dicitur quòd ille qui dedit advocationem priori, nec aliquis antecessorum suorum nunquam seysinam habuit præsentandi, nec aliquod teneм̃tum in villa illa, consideratum fuit quòd donatio illa nulla. Item ad hoc facit, quod habetis de termino Paschæ, anno Regis Hen. nono in comitatu Cornub. de Richardo de Wyks & Priore de Triwardrey, assisa ultimæ præsentationis de ecclesia de Wyks, ubi non valuit donatio facta de advocatione, quia ille qui dedit, nunquam fuit in seysina præsentandi, nec terram aliquam

habuit

habuit in villa illa, ad q̄ advocatio illa potuit ꝑtinere q̄vis multæ confirma-
tiones episcopoȓ, & dn̄oȓ capitalium intervenissent. ¶ 4 Oportet igitur, ꝙ
advocatio cum re corporali transferatur, cum seysina illiꝰ, cui trāsfertur, vel
alicujꝰ antecessoȓ suoȓ, & cū sic facta fuerit donatio advocationis, cū tenēto,
facta traditione rei corporalis, viz. tenēti, statī incipit donatorius possidere
tenētū illud, & quasi possidere jus ꝑsentandi: seysinā autē nunq̄ habebit, an-
tequam ecclesia vacaverit, & tunc ꝑsentare possit. Et unde si donatio facta
fuerit tanī donatorio sine hæredibꝰ suis, si in vita sua vacaverit, ꝑsentare
poterit, & uti seysina sua. Si autē non, remanebit ꝑsentatio cum donatore,
vel si illā in vita sua dederit alicui anteq̄ vacet, non valebit donatio, ex quo
non fuit in seysina ꝑsentandi, sed remanebit cū donatore. Si autem sic facta
fuerit donatio, sibi & hæredibus suis, si in vita donatorii nō vacaverit, ꝙ
ꝑsentare possit, jus tamen ꝑsentandi transmittit ad hæredes suos ꝓpinquos
& remotos in infinitū, de seysina donatoris & warrāti sui, sicut de seysina
alicujꝰ antecessoris, & donatorius semper ex donatione est quasi in posses-
sione, & videtur uti, donec seysinā amiserit, ꝑ nō usū, hoc est, si donatorē vel
aliū ex negligentia vel patientia sua ꝑsentare ꝑmiserit ad ecclesiā, cū vaca-
verit, quo casu nunq̄ recuperabit ipse, nec hæredes sui, quia vacua erit char-
ta & donatio sine seysina. Si autē donatorius anteq̄ ecclesia illa vacaverit,
vel anteq̄ ꝑsentaverit, vel hæredes sui advocationē illā dederint alicui, cū
tenēto vel sine, non valebit donatio, quia quāvis jus ꝑsentandi transferatur,
tamē seysinā non transferunt, q̄ non habent, sed semꝑ remanebit cū dona-
tore, qui ultimò ꝑsentavit, nisi fortè sit ita, ꝙ donatio facta sit donatorio &
hæredibus suis, vel cuicunq; dare & assignare voluerit ꝓpter modꝰ donatio-
nis, quia donatorii & assignati erunt loco hæredꝰ. Sed si cùm nulla facta sit
mentio de assignatis, donatorius vel ejus hæredes dederint vel assignave-
rint anteq̄ seysinā habuerint, & donatorius vel ejus assignati, cùm ecclesia
vacaverit, ꝑsentaverit, & ꝑ negligentiā vel ꝑ patientiā primi donatorii ad-
missus fuerit clericus, ad eoȓ ꝑsentationem, sic incipient possidere ex negli-
gentia vel patientia alioȓ, & incipiet valere donatio, ex quo concurrunt jus
& seysina, justè vel injustè. Sed quid si uterq; ꝑsentaverit, primus donator
viz. & secundus donatoriꝰ? primꝰ donator ꝑferri debet ꝓpter seysinam, à
qua non recessit, nec secūdꝰ donator potuit ad aliū plꝰ conferre quā ipse ha-
buit, sc. nil nisi jus sine seysina, & licèt assignatꝰ ipsum vocare vellet ad war-
rantum, non possit ei plus warrantizare, quàm ei dedit vel dare potuit, nec
etiam potest eum defendere in seysina ꝑsentationis, quam suus assignatus
non habuit. Item esto, quòd ante seysinam præsentationis, facta fuit dona-
tio vel assignatio, & casu aliquo revertatur tenētum cum advocatione ad e-
um qui dedit, sicut eschaeta, vel alio modo, & inceperit ecclesia vacare tunc
primò, & uterque præsentaverit, sc. primus donator & primus donatorius,
adhuc erit præferendus in donatione primus donator, propter seysinam
præsentandi, à qua non recessit, & si donatorius instrumenta donationis
protulerit, vacua erunt, quantum ad jus præsentandi, quia quicquid habuit,
suo feoffato contulit, & jam ex alia causa, & ab alio possideri incipit de-
novo

novo, quã ex prima causa donationis & à feoffatore suo. ¶ 5 Et ꝙ donatio facta de advocatione valere non debeat, antequã donator fuerit in possessione p̃sentãdi, ꝓbatur in rotulo, de term̃ sãcti M. anno reg. H. octavo incipiẽte nono in com̃ Bed. de Johanne de Trahilz & priore de Niwẽhã, assisa ultimæ p̃sentationis, de tertia parte ecclesiæ de Sudmels, ubi prior respondit ad assisam, ꝙ Walterus de Trahilz, antecessor p̃dicti Johannis, dedit advocationem illius tertiæ partis Falkz de Bureflute, & ille Falkz, illam dedit domui suæ per chartã suã, sed quia idẽ prior recognovit ꝙ idẽ Walterus fecit ultimam p̃sentationẽ, & ꝙ Falkz nunquã p̃sentavit, cõsideratũ fuit, ꝙ Johannes recuperaret seysinam suã de seysina Walteri antecessoris sui. Itẽ ad hoc facit, ꝙ habetis de itinere M. de Pateshull in com̃ Wygorñ, anno Regis Hen. quinto: ubi dicitur, quòd si ille cui data fuerit advocatio vel donatorius antequam præsentaverit, illam ulteriùs donaverit, non valebit donatio, quia ultimus donatorius warrantum non habuit. Item non valet donatio advocationis, si ille qui dedit nunquam habuit seysinam præsentandi, nec aliquid de manerio, vel tenemento, ad quod advocatio pertinuit, ut inter placita quæ sequuntur regem, anno regni Regis Hen. tertii vicesimo secundo in com̃ Salop. de Godfrido de Gamages, ubi idem Godfridus dixit corã Rege, ꝙ quidã antecessor suus dedit patri suo quandã terrã, cũ advocatione ecclesiæ, & inde postmod' convictũ fuit, ꝙ idem antecessor nunquã seysinã inde habuit, & ideo donatio nulla, licèt idẽ Godfridus & pater suus postmod' inde essent in seysina. Itẽ ad hoc facit, de term̃ Paschæ anno regñ Reg. H. decimo in com̃ Leyc. assisa ultimæ præsentationis, inter Walterũ de Rideware, & priorem de Undeleigh, ubi id' Walterus nil capere potuit per assisam, quia Comes de Ferrariis, qui maneriũ illud, ad ꝙ advocatio illa pertinuit, dedit p̃dicto Waltero, nunquã p̃sentavit ad ecclesiã illã. Item ad hoc facit, quod habetis de termino sancti M. anno Reg. H. nono incipiente decimo, assisa ultimæ præsentationis, inter priorẽ de Lewes, & de novo mercato, de ecclesia de Harfelt, ubi idem Adam recuperavit præsentationem suam de seysina avi sui ex parte matris. Casus quidem talis est. Avus quidã ipsius Adæ, &c. De hac materia habebitis pleniùs infrà, de assisa ultimæ p̃sentationis, & hic supabundat vel ibi. Item videtur, quòd sine corpore poterit jus advocationis transferri ad alium ꝑ se, & quasi possideri, sicut servitus, donec vacaverit, & tunc ꝑ usum & præsentationem retineri, ad similitudinem servitutis, non est enĩ necesse, ut videtur, ꝙ semꝑ adhæreat fundo vel teñto cui insit, cũ inesse poterit ecclesiæ, secund' ꝙ ecclesia construitur ex lignis & lapidib', & unde dicitur advocatio talis ecclesiæ, & unde si ecclesia donetur sine teñto, adhuc poterit transferri advocatio vel retineri, & cũ ꝑ se data fuerit advocatio & cùm ecclesia vacaverit, donatorius p̃sentaverit, & jus advocationis retinebit per seysinam, & sic desinet esse advocatio de fundi pertinentiis. Et unde videtur quòd si ille qui advocationem dedit sive ante vacationem ecclesiæ, sive post, fund' dederit cũ omnibus ꝑtinẽtiis suis, & cum advocatione ecclesiæ expressè, non valebit donatio, quantum ad advocationem, licèt valeat quantum ad fundũ, transferendo sine advocatione

P of advowson in gross.

catione,quia donator id ꝙ pri⁹ dedit,sine volũtate donatorii resumere non poterit,nec iteȓ dare,licèt videatur prima facie,ꝙ semp in seysina extiterit, donec donatori⁹ p̄sentaverit. Sed revera dare non poterit,cùm donatorius jus non habeat p̄sentandi & sit quasi in seysina,donec ecclesia vacaverit,& sic p imaginariã seysinã, remanet vera seysina in suspensò, usq; vacationẽ ecclesiæ,& tunc p̄sentet donatorius,si advocationẽ ad aliũ non transtulerit, vel donator si hoc nõ fecerit, & sic erit observanď, ubi advocatio separata est à fundo, & non est de fundi ptinentiis. Itẽ esto, ꝙ de fundo fiat donatio cum advocatione,& anteq ecclesia vacaverit,vel post,fuerit donatorius per donatorẽ vel p aliũ disseysitus,& tunc vacare incipiat ecclesia, non p̄sentabit donatorius ad ecclesiã cujus advocatio est de ptinentiis, anteq funď recuperet ꝙ est principale,& sic agi oportet in pluribus casib⁹,ꝙ seysinam habere non poterit quis de pertinentiis vel accessorio, anteq acquisierit principale.Itẽ quandoq; trãsit jus advocationis cũ corpore.i.cũ ipso fundo, vel teñto ad ꝙ advocatio ptinuerit,quãdoq; cũ expressione,& quãdoq; sine,cũ expressione,ut si dicatur,do tibi funď istũ cum omnibus ptinentiis suis & cum advocatione ecclesiæ,vel sine expressione, ut si dicatur,do tibi fundum istũ cum omib⁹ ptinentiis suis,sine aliquo reteñto,sive hoc sit in feodo, vel ad firmã,in quo casu,transit advocatio cum ipso fundo ad donatorium,& si partẽ fundi dederit,quãvis cum omib⁹ ptinentiis suis,& partẽ retinuerit,nõ pter hoc trãsfertur advocatio, sed cum donatore remanebit, licèt minimã partẽ fundi retinuerit, non enĩ transfertur advocatio cum aliqua parte fundi, nisi specialiter transferatur. Itẽ si pluribus fiat donatio de fundo aliquo,p particulas cum omib⁹ ptinẽtiis simul,vel successivè sine aliqua exp̄ssione advocationis,ultimò feoffatus,quantum ad jus advocationis,erit omnibus aliis præferendus, habita tamen distinctione, secundùm quosdam, si advocatio specialiter excipiatur: utrum donator sic dicat,'do tibi tantam terram cum omnibus pertinentiis suis, excepto tanto terræ de p̄dicta terra cum pertinentiis, vel,retento mihi tanto terræ de eadem terra: quia in primo casu videtur excipi ab illo ꝙ donator totum transferat ad donatorium scilicet advocationem cum omnibus aliis pertinentiis,& unde cùm posteà,ab illo toto excipiat partem,videtur ꝙ advocatio remanere debeat donatori,ex quo cum parte specialiter excepta non transfertur. Si autem sic dicat,do tibi tantam terram cum omnibus pertinentiis suis,salva mihi,vel retenta tali parte, videtur quòd advocatio remanere debeat cum parte retenta vel salvata.Item esto,quòd alicui fiat donatio de tenemento, cum advocatione, donec ei provideatur,si ante provisionem,& antequam in seysina fuerit præsentandi, donatorius rem cum advocatione, vel advocationem per se, etiam post præsentationem ad alium transtulerit, qui similiter præsentaverit ante provisionem,& posteà donatorio provisum fuerit,& iterum ecclesiam vacare contigerit,& omnes præsentaverint,scilicet donator primus & donatorius primus & secundus, donator primus erit aliis omnibus præferendus, quia si primus donatorius & secundus prima facie actionem habeant de p̄sentatione,donator habebit exceptionem de pvisione,&

non

nō poterit prim⁹ donatori⁹ dare ad remanentiā vel cū effectu,quia ꝑpetuitatē nō habet,vel quia ejus stat⁹ depēdet ex infidiis fortunæ.De hac materia inveniri poterit, de t̄mino Paschæ anno reg. Hen. septimo in com̄ Bed. de Falkz de Briāte, & priore de Nywēhā, assisa ultimæ ꝓsentationis de ecclesia de Haspele.

Cap. XXIV.

1 ¶ *De libertatibus,quis eas dare possit & quæ sunt Regis.* 2 *Quid est corona Regis.* 3 *De warennis & libertatibus concessis à domino Rege,qualiter possidentur & utantur.* 4 *Breve si quis alium vexaverit contra libertatem.* 5 *De intentione querentis proponenda.*

Dictū est supra,qualiter jura & res incorporales transferūtur,& qualiter tradūtur,vel quasi,& qualiter possidētur,vel quasi,& qualiter ꝑ ver̄ usum retinētur:nūc autē dicēd' erit de libertatib⁹,quis cōcedere possit libertates,& quib⁹,& qualiter trāsferuntur, & qualiter possidentur vel quasi, & qualiter ꝑ usum retinētur.Quis? Et sciend' ꝙ ipse dn̄s Rex,qui ordinariam habet jurisdictionē & dignitatē & potestatē,sup om̄s qui in regno suo sunt, habet enī om̄a jura in manu sua, q̄ ad coronā & laicalē ꝑtinēt potestatē & materialē gladiū,qui ꝑtinet ad regni gubernaculū,habet etiā justitiā,& judiciū q̄ sunt jurisdictiones,ut ex jurisdictione sua,sicut dei minister & vicarius,tribuat unicuiq; qd' suū fuerit.Habet etiā ea q̄ sunt pacis,ut popul⁹ sibi traditus in pace sileat & quiescat, & ne quis alter̄ verberet, vulneret vel malè tractet,ne quis alienā rē ꝑ vim & roberiā auferat vel asportet,ne quis hominē mahemiet vel occidat.Habet etiā coertionē,ut delinquētes puniat & coerceat.Item habet in potestate sua leges,& constitutiones, & assisas in regno suo ꝓvisas & approbatas,& juratas,ipse in ꝓpria ꝑsona sua observet, & à subditis suis faciat observari.Nihil enim ꝓdest jura condere,nisi sit qui jura tueatur. Habet igitur Rex hujusmodi jura sive jurisdictiones in manu sua.Habet etiā p̄ cæteris om̄ib⁹ in regno suo,de jure gentium,privilegia ꝓpria,q̄ de jure naturali esse deberent inventoris, sicut Thesaurus, wreccum Maris,Crassus piscis,Sturgio,wayvium,q̄ in nulli⁹ bonis esse dicūtur.Habet etiā de jure gentiū, in manu sua q̄ de jure naturali deberent esse cōmunia, sicut feras bestias & aves non domesticas, q̄ deberent esse cōmunia de jure naturali & per apꝑhensionē,& captionē,& aucupationē, ꝓpria. Itē per occupationem & apꝑhēsionem rei alteri⁹,ut si quid abjiciatur & ꝓ derelicto habeatur.Ea vero q̄ jurisdictionis sunt & pacis,& ea q̄ sunt justitiæ & paci annexa,ad nullū pertinent,nisi ad coronā & dignitatem regiā,nec à corona separari poterunt, cū faciāt ipsam coronā.¶ 2 Est enī corona Regis facere justitiā & judicium,& tenere pacē,& sine quib⁹,corona cōsistere nō potest, nec tenere.Hujusmodi autem jura sive jurisdictiones ad personas vel tenta transferri nō poterūt,nec à privata persona possideri,nec usus nec executio juris, nisi hoc datum fuerit ei de super, sicut jurisdictio delegata non delegari poterit, quin ordinaria remaneat cum ipso Rege. Ea vero q̄ dicuntur privilegia,licèt pertineant ad coronam,tamen à corona separari possunt & ad privatas personas transferri, sed de gratia ipsius Regis speciali : Cujus gratia & concessio specialis, si non intervenerint, tempus, à tali petitione, Regem

Regē nō excludit. Nullū enī tēp⁹ currit donationi Regis, vel cōtra eū in hoc casu, cū ꝓbatione nō egeat: Cōstare enī debet om̄ib⁹, ꝙ hujuſmodi ꝑtinent ad coronā, niſi ſit aliquis qui docere poſſit, ex ſpeciali gratia habita, cōtrariū. In aliis verò ubi ꝓbatio neceſſaria fuerit, currit tēp⁹ cōtra ipſū: ſicut cōtra quoſcūq; alios. Hujuſmodi autē libertates, cū à Rege cōceſſæ fuerint, ſtatī quaſi trāſferūtur, & quaſi poſſidētur, & ille cui cōcedūtur, ſtatī quaſi utitur, licèt cas⁹ quo uti debeat ſtatī nō evenerit. Cū autē evenerit, & uſus fuerit, ſtatī retinet poſſeſſionem per uſum, & ſive uſus fuerit verè ſive nō, ſemper erit in poſſeſſione vel quaſi, vel juriſdictionis delegatæ vel rei, donec amiſerit p abuſū, vel nō uſum. Uti autē nō poterit quis verè, licèt quaſi, tali libertate, donec caſus evenerit quo uti poſſit, ut ſi quis habeat curiā & poteſtatem placitādi in curia ſua, placita vetiti namii, & tenēdi placitū p breve de recto, licèt ſit quaſi in poſſeſſione, tamen verè uti non poterit, ante brevis impetrationē & ſummonitionē. Itē ſi cui cōcedatur libertas, ꝙ inquirere poſſit & judicare de aſſiſis & mēſuris infractis cōtra cōſtitutionē regiā, licèt poſſit inquirere, tamen judicare nō poterit antequā fuerit trāſgreſſū, licèt fuerit quaſi in poſſeſſione. Itē ſi cui cōcedatur talis libertas, ꝙ habeat Soke & Sake, Toll & Them, Infangthef & Utfangthef. ¶ ȝ Judiciū vitæ & membror̄, & furcas & alia q̄ ptinent ad executionem judicii, talis nō priùs uti poterit tali libertate, antequā latro captus fuerit, de quo judiciū fieri poſſit & debeat, ſed ſemp priùs quaſi utitur, cùm ſit in poteſtate utendi tali libertate, donec illā libertatem amiſerit, per non uſum: hoc eſt donec alius de latrone capto, infra libertatē ſuā juſtitiā fecerit & judicium, & illum abduxerit extra libertatem ſuā, ſemel ſeyſiendo, per negligentiā & patientiā ſuā, eo p̄ſente & ſciente, & ꝑmittente. Cùm autem hoc ſciverit, & diligenter & recenter ſibi ꝑquiſiverit, repetere poterit libertatē ſuā. Si autē negligens fuerit, & p negligentiā & patientiā p lapſū tēporis illā amittit, & extūc ſine rege reſtitui nō poterit, cū p lapſū tēporis ſuā amiſerit actionem. Item eod' modo ſi cui cōcedat̄ talis libertas, ꝙ quiet⁹ ſit de Theolonio & cōſuetudinib⁹ dādis p totū regn̄ Angliæ, in terra & in mari, & ꝙ Theoloniū & cōſuetudines capiat infra libertatem ſuā, de ementib⁹ & vendentib⁹, ſtatī erit quaſi in poſſeſſione, & poſſeſſionem retinebit cùm Tolnetū & cōſuetudines receperit, & cū alibi in regno, extra libertatem ſuā, p talem libertatem p̄textu talis libertatis, p judicium, vel alio modo, habuerit quietantiā in nūdinis & mercatis. Et ꝙ hic dictum eſt exempli cauſa, dici poterit in om̄ib⁹ aliis cōmunib⁹ caſibus conſimilib⁹, ſicut in iis ꝙ ptinent ad coronā, ſicut in placito de vetito namii, de viſu frāciplegii. Itē de privilegiis ſupradictis. Eſt enī libertas, evacuatio ſervitutis, & contrario modo ſeſe reſpiciunt, & ideò ſimul non morātur. Eſſe enī poterit libertas, ut ſi quis teneatur ad dand' ex ſervitute, ſicut Theolonium & conſuetudines; ex libertate defendi poterit ad nō dandum. Item ſi ex ſervitute teneatur quis ad non capiendum, ex libertate conceſſa capere poſſit conſuetudines & Theolonia. Item ſi quis ex cauſa venandi vel aucupandi ingredi poſſit fundum alienum, ex ſervitute fundo impoſita, per negligentiam vel patientiam dominorum, ex libertate conceſſa, prohiberi

hiberi poterit ne ingrediatur. Itē si ex servitute vel quasi, ingrediantur ballivi fundum alicuj⁹, sicut vic. & serviētes Regis, ex libertate à Rege cōcessa, à Rege ꝓhibeātur ne ingrediātur, sed ut ꝑ dñm libertatis summonitiones fiāt, & attachiamēta, & visus frāci plegii, & oñā alia q̄ ꝑtinent ad coronam. Cùm autē dñs Rex ita libertates cōcesserit, sicut ꝑdictum est, illas cōcedere non debet in præjudicium aliorum, ut si priùs fortè alicui concessit talem libertatem, ꝙ habeat warrenniam per totā terrā suā, & totum fund' suum, si postmodum illud idem concedat alteri infra eandē libertatem, injuriatur & detrahit libertati priùs concessæ, qua fortè usus est quis ꝑ multa tēpora, & ꝙ semel dederit, sine juris injuria resumere non poterit, nec aliis dare, & maximè de quo ipse in seysina non fuerit, quod si fecerit de facto, & cùm charta libertatis publicè lecte fuerit & audita, & cùm uti inceperit donatorius, impeditus fuerit per illum, qui primā habuerit libertatem, absq; eo ꝙ hoc priùs domino Regi ostenderit, ꝙ factum suum, ꝙ magis voluntarium est quàm justum, revocet, & emendet, amittere poterit imperpetuum, eo ꝙ factū domini Regis, ꝓpria authoritate impedit & ei resistit, cùm hoc non liceat alicui, nec etiam, quod magis est, de facto suo disputare, ut de Abbate sancti Albani & Galfrido de Chyldwike, apud Westm̄ coram ipso domino Rege, ubi idem Galfridus warrennam suam retinuit, quia idem Abbas, absque eo quòd hoc ostenderit domino Regi, ipsum uti impedivit. Item nec mutare poterit idem Rex de jure, libertatem priùs concessam, ut si dominus Rex tenenti suo concesserit talem libertatem, quòd nullus vic. vel ballivus ingressum habeat in terram suam, vel feodum suum, ad aliquam summonitionem, vel attachiamentum, vel districtionem ꝓ servitio faciendo, si servitiū tenentis sui alicui attornaverit, & concesserit, talis, returna breviū non habebit, contra libertatem priùs concessā tenenti suo, qui returna habuerit priùs, ut cogatur returna recipere ꝑ mediā personā, q̄ priùs recepit sine medio ꝑ manus vicecom̄ vel ballivorum: Et quia nō poterit quis servitium tenentis sui ita atturnare alicui ad damnū ipsi⁹ vel gravamē, & hoc verum est, nisi hoc ꝓvenerit ex voluntate tenentis, vel per negligentiā vel patientiā longā. Itē esto, ꝙ dñs Rex duobus concesserit aliquā libertatē, ut si alicui universitati, sicut civibus vel burgensibus vel aliquib⁹ aliis, ꝙ mercatum habeant vel feriā in villa sua, civitate vel burgo, vel consuetudines capiat, & theolonia, & quieti sunt per totū regñ suū in terra & in mari de theolonio dando, vel aliqua alia consuetudine, si postmodum concedat consimilem libertatem aliquibus in regno suo, quòd capiant & quieti sint, secundùm quod prædictum est, videndum erit qui illorum præferri debeant in tali libertate, cùm quibusdam concessum sit quòd theolonia capiant & consuetudines, & aliis ne dent, quod quidem simul stare non poterit. Recurrendum igitur erit de necessitate, ad prioritatem impetrationis, si nullus eorum usus fuerit sed quasi. Si autem unus eorum usus fuerit, ita quòd ab aliis ceperit theolonium & consuetudines, in villa, & mercato, vel nundinis, & quòd quietantiam habuit in villa, mercato vel nundinis, talis præferri debet, propter usum, & retinere, cùm prior sit usu, quamvis non impetra-

impetratione, & hoc verum erit, ubi posteriores impetratione usi fuerint, nisi illi qui priores sunt impetratione, statim & recenter sibi ꝓquisiverint. Si autem illi qui priores sunt impetratione, priùs usi fuerint, & quòd ceperint ab aliis cõsuetudines in villa aliorum, libertates suas retinebunt, tam ꝓpt prioritatem impetrationis, quàm prioritatem usus. Si autē post talem impetrationem libertatis,& usum,alii impetraverint libertatem,quòd uti possunt,alii qui priores sunt,ꝓpt hoc, libertatem suā non amittunt. Sed esto,quòd illi qui priores sunt impetratione & usu fortè ꝑ non usum vel abusum amiserint, & antequā restituti fuerint ad libertatem, alii impetraverint & usi fuerint,alii qui priores fuerint impetratione, & usu nunquā restituentur.Si autem priores,post impetrationem aliorum,sed ante usum restituti fuerint, sic per restitutionem libertatem priùs habitam retinebunt, & aliis præferentur: ꝓpt verū usum, qui usui fictitio debet præferri.Si quis igitur cõtra hujusmodi libertates, illos quibus concessæ fuerint gravare vel vexare præsumpserint,summoneatur quòd sit corā rege vel ejus Justic.inde responsur⁹ per tale breve.¶ 4. Rex vic.salutem.Summoneas ꝑ bonos summonitores,majorē & ballivos talis civitatis, burgi vel villæ, quòd sint coram nobis &c.vel corā Justic.nostris apud talem locum,tali die,ad respondendū tali,vel talibus, quare ceperunt Theoloniū & consuetudines in villa sua tali,de hominib⁹ ipsi⁹ talis,vel de talibus burgensibus,cõtra libertates, quas idem talis vel tales habent, ꝑ chartā nostrā, vel antecessorum nostrorum regum Angliæ,quib⁹ hucusq; usi sunt,ut dicunt,& habeas ibi summonitores & hoc breve.Teste &c. ¶ 5. Qui cùm post Essonium & dilationes venerint, ꝓponat querens querelā suam,& intentionē hoc modo. Dicat ꝙ cùm ipse & antecessores sui, & homines sui de tali villa, vel ipsi tales burgenses,à tali tempore quieti extiterint, & ipsi quieti esse debeant de Theoloniis et aliis cõsuetudinibus dandis,tam in terra quàm in aqua, ubique in regno Angliæ,ꝑ chartas domini Regis & antecessorū suorum Regum Angliæ,si sint mercatores merchandisas suas exercentes,exceptis talibus merchādisis & talibus,ipsi ballivi distringunt ipsum, & homines suos, vel burgenses tales, ad dandum theolonium & alias consuetudines, contra prædictas libertates, ita quòd ceperunt de tali,qui talem rem vendidit,tantum, nomine theolonii, & de tali tantum. Et præterea ceperunt talem & imprisonaverunt,vel verberaverunt & male tractaverunt, & unde per talem injustam captionem,damnum habent ad valentiam tanti,& quòd tales habeat libertates,& quòd talem acquietantiā habere debeat,ꝑ chartā domini regis & antecessorū suorum regum Angliæ, profert chartam talem Regis, factam tali anno,tali mense,tali die regni sui,quæ testatur, quòd inter alias libertates quas cõcedit tali, vel antecessoribus suis, cõcedit & confirmat ei,quòd ipse & hæredes sui,& homines eorum de tali villa, quieti sint & liberi de omni theolonio,& omnib⁹ cõsuetudinibus secularibus, quæ ad ipsum ꝑtinent in omni foro,& in omnib⁹ nundinis,per totum regnum suum,tam ꝑ terram quàm ꝑ mare,ubicunq; pervenerint,et per omnes terras suas,ubicunq; libertates dare ei poterit, profert etiam chartam talem, alterius

Proceedings where toll is taken con[trary] to a charter of exemption

terius regis, tali anno regni sui, tali mense, tali die confectam, quæ primam chartam confirmat, et per eadem verba, et sic proferre potest plures chartas regum antecessorum Angliæ. Profert etiam chartam talis Regis qui nunc est, tali anno, tali mense, tali die confectam: per quam omnes chartas præcedentes confirmat, & per eadem verba, & per quam etiam concedit, quòd si prædict' talis vel tales, vel eorum antecessores, prædictis libertatib' usi non fuerint per tempus aliquod, per quod illas amiserint per non usum, quòd nihilominus ipsi et hæredes sui illis de cætero utantur liberè & sine impedimento. ¶ 6. Et talis major & tales ballivi veniunt, & defendunt vim & injuriam, et injustam captionem theolonii, & consuetudinem, & dicunt, quod antequam aliqua libertas concessa esset talibus burgensibus qui queruntur, vel eorum antecessoribus, ab aliquo Rege concessa esset, vel antequam ipsi qui queruntur haberent villam vel burgum, vel mercatum, vel feriam, vel etiam portum: habuerunt ipsi burgenses, de quibus queritur, villam suam, burgum, civitatem vel portum ad feodi firmam, de antecessoribus domini regis, sibi & hæredibus suis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, ad villam suam pertinentibus, de donatione talis Regis, tenendum de eo et hæredibus suis, reddendo inde tantum per annum, & qui illam concessit ita liberè per chartam suam, sicut ipse illam unquam liberiùs habuit in manu sua, die quo concessionem illam eis fecit, & inde pferant chartas antiquiores, si quas habuerint, et regum succedentium cõfirmationes. Et unde dicere potuerunt, quòd sicut charta eorum aunciata est & libertas anterior, non potuit aliquis rex talem libertatem aliis concedere, in eorum præjudicium et injuriam, & inde petere judicium. Ad quod, poterit à quærentibus replicari, quòd si illi, de quibus queritur, chartam habuerint aunciatam, nunquã tamen usi fuerunt ipsi, vel antecessores eorum tali libertate, antequã eis, qui queruntur, et antecessorib' eorum talis cõcessa esset libertas, q capere possent theolonium in villa tali, et quieti essent p totã terrã regis, de theolonio et consuetudinib' dandis, quia nullus burgensis de villa sua unquã priùs venit ad villam prædictorum, de quibus queritur, qui aliquid emeret vel venderet vel aliud faceret p q teneretur dare theoloniũ, vel alias cõsuetudines. Ad quod poterit ab illis, de quib' queritur, replicari, q si null' prædictorum burgensiũ, de quib' queritur, veniret in villã suã ut aliquid emeret vel venderet, tamen libertatẽ suam non amiserunt p non usum, quia quam citò venerunt et emerunt, sive post sive ante libertatem eis cõcessam, ceperunt theolonia & cõsuetudines, quia priùs uti non potuerunt. Item q ante libertatẽ eis cõcessam usi fuerint, ratione prioritatis, ita quòd ceperunt theoloniũ, et cõsuetudines de tali, qui emit talem rem vel vendidit, et tantũ dedit, p cõsuetudine sua, et ali' talis talẽ rem, & tantũ dedit, et sic de plurib', et petunt q p patriã inquiratur. Dicere etiã poterunt, q quãvis ita usi non essent, ut prædictũ est, tamẽ cum charta eorum aunciata sit, et libertas anterior, nõ sunt deusitati, quia nunquã antè evenit casus q uti possent, sive hoc fuerit ante libertatem posteri' concessam, sive post. Item dicere possunt, quòd si fortè libertates suas amisissent p nõ usum, tamen

tamen restituti sunt p dñm regem per verba in charta sua de confirmatione contenta, quæ talia sunt, quòd si fortè libertatibus illis prius eis concessis usi non fuerint omninò, vel cùm usi fuerint illas amiserunt p non usum, quòd nihilominùs, illis utãtur de cætero. Ad ꝙ verò, à parte adversa poterit replicari, quòd quãvis tales ita restituti fuerint ad libertatem, quam priùs amiserunt p non usum: tamen medio tempore ante restitutionẽ, cõcessit eis dñs rex per chartã suam, libertatem quam nunc habent, & unde cùm talis libertas ita eis concessa fuerit, non potuit dñs rex eis restituere libertatem, quam priùs aliis cõcessit, vel dicere poterit, quòd quãvis charta eorum postnata sit, & libertas posterior, tamen usu priores extiterint, et quamvis fortè libertatem suam talem, qua usi fuerunt, et usu priores per non usum amitterent: licèt utriq; restituti essent, tamẽ ipsi sive priores sive posteriores impetratione vel usu, primã habuerunt restitutionem, et sic, ut videtur, in omni libertate cõcessa, in impetratione, usu vel restitutione, erit prioritas præferenda.

Cap. XXV.

1 ¶ *De confirmationibus.* 2. *Quid est confirmatio.* 3. *Quando quis possit confirmare, & quando valet confirmatio, & quando non.*

Quia aliquando donationes cùm perfectæ sint, ab hæredibus impediuntur: eget aliquando donatorius cõfirmatione hæredum, et aliquando dominorum capitalium, sicut domini Regis, & aliorum inferiorum. Item si cùm à vero domino facta fuerit donatio, & acquisitum dominium, cum homagio & servitio et solennitate debita, & sit ibi defectus in donatione, ꝙ in vita donatoris non sit sequuta traditio, & ita quòd imperfecta sit donatio, si donatorius quocunq; casu post mortem donatoris nactus fuerit seysinam, non valet donatio, cùm sit invalida, licèt aliqua, nisi confirmatio hæredis intervenerit, quæ si intervenerit, donatio convalescit. Item si quis rem alienã dederit, licèt ab initio valeat donatio, quantum ad donatorem & donatorium, non valebit tamen, quantum ad verum dominum. Ut si quis, quocunq; modo, tenuerit ad terminũ vitæ, vel annorum, vel ratione custodiæ, vel pignoris, sive vadii, aliquam rem, & illam alicui dederit, licèt valida sit donatio quantum ad dantem et accipientem, invalida tamen erit & in pendenti, quousq; à vero domino fuerit donatio talium revocata, vel talium confirmata. ¶ 2. Videndum igitur quid sit confirmatio, et est confirmatio, prioris juris & dñii adepti firmatio, cum prima firmitate donationis, nihil enim novi attribuit, sed jus vetus consolidat, & confirmat. Si autẽ à capitali domino, vel ab alio non domino facta fuerit ei à latere, et unde si ab initio donatio facta à vero dño, valida fuerit, cõfirmatio facta ab aliis statim valida erit, et ita verũ erit ꝙ dicitur, quòd ubi donatio valida, & confirmatio valida erit. Item si facta fuerit donatio à non dño, sicut ab illo qui tenet ad terminũ, vel alio modo, sicut prædictũ est, valebit cõfirmatio à latere facta, donec fuerit donatio à vero dño revocata, & cùm revocata fuerit, incipit non valere, quantum ad dantem & accipientem, et quantum ad verum dñm, cùm autẽ confirmata fuerit à vero dño, tunc valet & tenet sicut in initio donationis, et tunc primò incipit valere in persona veri

Of Confirmaũn

domini. Si autem donatio omnino nulla, quia à lege omnino ꝓhibita, sicut donatio inter virum & uxorem, vel donatio facta ab eo qui nullam omnino seysinam habuit, ꝗ tradere posset, & rem accipientis facere, confirmatio à latere facta non valebit, & ibi est quod dicitur, ꝗ ubi donatio nulla omnino, nec valebit confirmatio. Sed generaliter, cùm quis in possessione fuerit ex quacunq; causa vera vel fictitia, & verus dñs sciens et præsens hoc voluerit, & donationem vel venditionem à quocũq; factam confirmaverit, confirmatio validum facit quod actum fuit, ex quo dñs hoc voluit, voluntas enim sua & confirmatio omnes supplet defectus, licet id ꝗ actum est ab initio, non valuit. Et hoc dico, nisi error fuerit ab initio in donatione, quia si error fuerit ab initio in donatione, non plus valebit confirmatio, quàm valet donatio. Poterit enim esse error, tam rei quàm ꝑsonæ in donatione, & eodem modo in confirmatione, & sive erratum fuerit in persona sive in re, non valebit ꝗ agitur, quia qui errat non consentit: ut si quis donationem fecerit alicui, sicut hæredi talis cùm non sit hæres, & postea sequatur confirmatio, non valebit confirmatio, non magis quàm donatio. Item si cùm capitalis dñs aliquem posuerit in seysinã alicujus hæreditatis, & credat ipsum esse hæredem, cùm non sit, sicut part⁹ suppositus: vel alius à vero hærede, & homagium suum ceperit, & confirmationes intervenerint, non valebit ꝗ agitur, ꝓpter errorem ꝑsonarum, sed hoc detecto, dissolvendum erit homagium, quia ipse qui homagium fecit, nihil juris habuit in teneñto de quo homagiũ fecit, nec de eo tenere debet teneñtum, de quo homagium fecit. Item eodem modo poterit esse error, de ipsa re in donatione, ut si donator senserit de una re, & donatorius de alia, non valebit donatio, nec cõfirmatio quæ sequitur ex tali donatione. Item non valebit confirmatio si in donatione erratum non sit, & erratum sit in cõfirmatione. ¶ 3. Item videndũ quando quis possit cõfirmare, et sciendũ quòd nõ priusquã jus ei acciderit, vz. hæreditas, vel dominium, ꝗ possit infirmare donationem antecessoris ꝓpt̃ aliquem defectum, ut si in vita donatoris nõ fuerit traditio subsequuta, unde in vita donatoris non valebit confirmatio. Item si cùm jus ei descenderit, totũ jus suum ad alium transtulerit sive res corporalis fuerit, sive incorporalis, sicut jus. Item nec valet cõfirmatio facta ei qui fuerit extra seysinam rei, de qua fit cõfirmatio, sicut videri poterit ꝑ exemplũ. Quidam dedit quandã advocationem cujusdam ecclesiæ cuidam abbati (cum teneñto vel sine non refert) & fecit ei chartã, super donatione illa, obiit donator antequam ecclesia vacaret, & hæres donatoris præsentavit ad ecclesiam illam qualitercunq;, de facto, & clericus admissus fuit ad suam presentationem, et ita ꝗ charta Abbatis vacua fuit ꝑ non usum, moritur hæres sic in possessione, et transfert possessionem suã ad hæredem suum, iste hæres, ex quacunq; causa, transfert ad alium, manerium ad ꝗ ꝑtinet advocatio, cum omnibus ꝑtiñ suis, sine aliqua retentione, tenendum in feodo, Abbas, cum charta sua vacua impetrat ab hærede qui transtulit, & qui est extra possessionẽ advocationis, confirmationem donationis factæ ab antecessore suo primo donatore, ut validam faciat primã donationem (per cõfirmationem) quæ effecta fuit

fuit invalida & vacua per non usum, confirmat ei, & super hoc faciunt inter se finem per Chirographum, posteà vacat ecclesia, præsentat Abbas, præsentat donatorius secundus. Dicit Abbas ꝙ ad ipsum pertinet advocatio & præsentatio, & ad hoc ꝓbandum profert quandam chartam talis antecessoris de donatione & confirmatione hæredis, & finem factum. Donatorius verò dicit, quòd ad ipsum pertinet præsentatio, quia habet totum manerium illud cum omnibus suis pertinentiis, sine aliqua retentione de donatione prædicti hæredis, cujus antecessor præsentavit post confectionem illius chartæ quam Abbas profert, & ita ꝙ charta illa vacua est. Ad quod respondet Abbas, quòd charta valida est & bona, & si ab initio vacua esset per non usum, tamen hæres donatoris facit eam valida ꝑ confirmationem sequentem, quæ omnes defectus supplere potest, sine alicujus præjudicio, & quæ confirmatio, per finem & chirographum ꝙ sic ostendit, roboratur. Ad quod dicit donatorius, quòd nec confirmatio, nec finis qui sequitur ex ea, valere debeant, quia cùm hæres confirmavit, & antè dederat ipse manerium, ad quod pertinet advocatio ipsi donatorio cum omnibus pertinentiis suis sine aliqua retentione, & quia facta fuit confirmatio post donationem & translationem juris sui ad alium, & sic dum fuit extra seysinam, valere non debeat confirmatio, nec finis qui sequitur ex ea, & exinde nec charta, cùm sit vacua, nec confirmatio sine seysina, nec finis qui sequitur ex ea. Item esto, ꝙ hæres cùm sic sit in seysina, manerium cum pertinentiis dimiserit ad firmam, ad terminũ annorũ, & post dimissionẽ, durante termino, confirmaverit Abbati donationẽ factam ab antecessore suo, eodem modo quo prædictũ est, vacat ecclesia, præsentat abbas, præsentat hæres, ꝑsentat firmarius. Abbati præsentanti respõdet hæres quòd charta antecessoris sui vacua est, ꝑ nõ usum. Ad ꝙ Abbas respõdet, ꝙ licèt charta antecessoris sui vacua sit ab initio, tamen efficitur valida ꝑ cõfirmationem, vel per finẽ. Ad ꝙ hæres respondet, quòd nec charta, nec confirmatio, nec finis valere debeant, quia ante hæc omnia, dederat ipse ad terminum, maneriũ cum advocatione. Ad ꝙ abbas respondet, quòd hoc ei nocere non debet, quia quãvis hæres manerium cum pertiñ daret ad terminũ, tamen remansit ei ꝓprietas & liberum tenẽtum, & ꝓpt̃ ꝙ valida debet esse cõfirmatio. Ad ꝙ firmari' respõdet, quòd ad ipsum ꝑtinet præsentatio, quia ante cõfirmationẽ, dimissum ei fuit manerium sine retentione ad terminũ, cum omnibus ꝑtinentiis suis, & quòd cõfirmatio subsequens nihil juris ei auferre potuit, & quo casu firmari' obtinebit, & cùm ita præsentaverit, cõtinuat possessionẽ hæredis, cuj' nomine præsentaverit, & sic cõfirmatio illa est vacua, nisi post terminum ratificata fuerit ab hærede. Sed retento primo casu, si infra terminũ ecclesia non vacaverit, semper erit cõfirmatio facta post traditionem in pendenti, quousq; terminus præterierit, & cùm ecclesia infra terminum non vacaverit, extunc incipiet confirmatio firma esse & valida, & extunc pertinebit præsentatio ad Abbatem. Et hæc omnia locum habebunt in omni casu, ubi tenementum ad quod advocatio pertinuerit, ad dominum proprietatis, post tempus & terminum, erit reversurum. Ut si cui concedatur tenementum cum pertinentiis usq; ad ætatem alicujus, vel donec provisum fuerit, vel si quis

teuuerit ad vitam quacunque ratione, quòd confirmatio omnino non va-
“ leat, vel remaneat in suspenso. Si autem fiat donatio & concessio alicujus rei
corporalis vel juris, ab aliquo, sine aliqua spe reversionis, & sequatur tradi-
tio, ex tunc si fiat confirmatio alicujus donationis præcedentis, quæ imper-
fecta fuerit, vel cujus seysinam quis amiserit per non usum, non valebit, li-
“ cet postea res ex alia causa, sicut per eschaetam, revertatur ad donatorem,
quia extunc alia confirmatione opus erit. Si autem dubium fuerit an rever-
tatur, tamen non valebit confirmatio, si fortè fuerit p præsentationem in-
terrupta. In hoc passu habetur, quòd non valet confirmatio, nisi ille qui con-
firmat sit in possessione rei, vel juris unde fieri debet confirmatio, & eodem
modo, nisi ille, cui confirmatio fit, sit in possessione. Et in omni casu, opor-
tet quòd ille qui confirmat vel recognoscit, sit in possessione rei vel juris, de
quibus fieri debet confirmatio, vel recognitio, & eodem modo ille cui fit,
quia si nullus, non valebit quod actum erit. Item fieri poterit confirmatio
sic, quòd confirmatio dependeat ex prima donatione, ut si quis dicat, confir-
mo tali talem rem, vel donationem talem, sicut rationabiliter facta est, ex
tali cõfirmatione non valebit prima donatio, nisi in se valida fuerit & per-
fecta, per hujusmodi enim verba coarctatur, & distringitur, ita quòd nullũ
“ supplere poterit defectum, quod non est in simplici confirmatione, ubi non
requiritur, utrum donum sit rationabile vel non, perfectum vel imperfe-
ctum, vel omnino nullum. Item sciendum quòd confirmatio specialis debet
referri ad tempus illud, quo donatio conscripta fit, sicut ad alias ratihabitio-
nes negotiorum. Est autem confirmatio, quasi quædam ratihabitio, sufficit
tamen quandoq; per se, si etiam in se contineat donationẽ, ut si dicat quis,
“ dedi & confirmavi, licèt juvari possit ex aliqua donatione præcedente. Ef-
fectus autem confirmationis est, quòd ille qui alicujus donum confirmat,
sive suum proprium, sive alienum, vel antecessoris vel extraneæ personæ,
proprium, ut si quis dum fuerit infra ætatem, vel dum nõ fuerit sanæ men-
tis, vel non sui juris, vel per vim donationem fecerit, cùm plenæ ætatis ex-
titerit, vel sanæ mentis, vel sui juris, vel extra violentiam constitutus, eam
confirmaverit, illam nunquam infirmare poterit. Item si donum antecesso-
ris vel alterius confirmaverit hæres, sive donum perfectum fuerit sive non,
validum vel invalidum, illud infirmari non poterit. Quod autẽ dictum est
de advocationibus, quæ sunt de pertinentiis in re ꝓpria, observandum e-
rit in servitutibus, quæ pertinent ad liberum tenementum alicujus in rẽ alie-
na, ut si cui concedatur & hæredibus suis jus pascendi, & eundi in fundo
alieno, & hujusmodi, quamvis ipse non utatur in vita sua, hæredes tamen
in donatione cõprehensi uti poterunt. Et eodem modo assignati & donato-
rii (si de illis in donatione mentio habeatur) propter modum donationis. Si
autem nulla, donator usum transferre non potuit, quem non habuit. Sed si
per negligentiam, & patientiam primi donatoris tales diu usi fuerint, vel si
confirmatio ipsius vel hæredum suorum intervenerit, usus convalescit, per
virtutem confirmationis. Sed & diversæ sunt causæ adquirendæ rerum do-
minia, ut causa testamentaria, causa emptionis & venditionis, & ex locato,
&

& conducto. Sed quia succurritur agentibus, & jus suum prosequentibus in eisdem, per breve de Debito, vel quasi, ideò inferiùs de debito pleniùs dicetur.

Cap. XXVI.

1 ¶ De donationibus inter mortuos & mortis causa. 2. De quibus rebus poterit quis condere testamentum.

EST autem inter alias donationes donatio mortis causa, quæ morte confirmatur, cujus tres sunt species, una cùm quis nullo præsentis mortis periculi metu conteritur, sed sola cogitatione mortalitatis donat: alia, cùm quis imminente periculo mortis commotus, ita donat, ut statim fiat accipientis. Tertia, ut si quis commotus periculo, non dat sic ut statim fiat accipientis, sed tunc demùm, cùm mors fuerit insequuta. Et mortis causa donatio potest esse multiplex, ut si quis contemplatione, vel suspitione mortis, alicui dat, cujusmodi donationes sæpè fiunt ab ægrotantibus, vel ab eis qui in aciem sunt ituri, vel per mare navigaturi, vel peregrè profecturi, & in se tacitam habent conditionem, ut hujusmodi donationes revocentur: si ægrotus convaluerit, si miles ab acie redierit, si nauta à navigatione, & peregrinus à peregrinatione. Et donationes quæ sic fiunt propter mortis suspitionem, morte testatoris confirmantur, & sic fiunt: ut si quid humanitùs contigerit de testatore, habeat is, cui legatum est, legatum, si autem convalescat, retineat, vel rehabeat legatum, vel si priùs moriatur ille cui legatum est. Et si duo, qui sibi invicem mortis causa donaverint pariter decesserint, neutrius hæres repetet, quia neuter alterum supervixit. Et est re vera talis donatio mortis causa, cùm testator, rem legatam se ipsum magis habere voluerit, quàm eum cui legata fuerit, & eum, cui legata est, magis quàm hæredem suum. Si autem sic donetur mortis causa, ut nullo casu revocetur: causa donandi, magis est quàm mortis causa donatio, & ideò perinde haberi debet, sicut alia quævis inter vivos donatio, & ideò inter viros & uxores non valet. Mortis causa donare licet, non tantùm infirmæ valitudinis causa, sed periculi, & propinquæ mortis, ab hoste vel à prædonibus, vel ob hominis potentis crudelitatem, vel odium, aut causa navigationis, vel peregrinationis imminente, aut si quis fuerit per insidiosa loca iturus, hæc enim omnia instans periculum demonstrant. Tenentur autem hæredes, parentum suorum, & aliorum antecessorum, quorum hæredes extiterint, testamenta servare, & eorum debita, ad quæ catalla sua non sufficiunt, acquietare. Inprimis autem debet quilibet qui testamentum fecerit, dominum suum de meliori re quam habuerit, recognoscere, & posteà, ecclesiam de alia meliori. Et quibusdam locis habet ecclesia melius averium de consuetudine, vel secundum, vel tertium melius, in quibusdam nihil: & ideò consideranda est consuetudo loci. Item de morte uxoris alicujus (dum vir superstes fuerit) de toto grege communi secundùm melius averium, quasi de parte sua, sed hoc non nisi de permissione & gratia viri sui. Et quamvis non teneretur quis aliquid dare ecclesiæ suæ, nomine sepulturæ, tamen cùm consuetudo illa laudabilis existat,

2 Of Testaments

 dominus

dominus papa non vult eam infringere, postquā verò quis ecclesiam suam ita recognoverit, deinde parentes & alias psonas, secundùm q̃ ei placuerit, respiciat. Mulier verò, quæ sui juris extiterit, testamētum facere potest, sicut alia quævis persona, & disponere de rebus suis, & fructibus in dote sua existentibus, sive separati sint à solo sive non, q̃ quidem olim facere nō potuit, sed nunc potest, sed de gratia. Si autem fuerit sub potestate viri sui cōstituta, testamēti factionem non habebit absq; viri sui voluntate, ꝓpter honestatē: tamen receptum est quandoq; quòd testamētum facere possit de rationabili parte, quam habitura esset si virum supervixisset, & maximè de rebus sibi datis & concessis ad ornamentū, quæ sua ꝓpria dici poterunt, sicut de robis & jocalibus. ¶ 2. De quib⁹ rebus quis testamētum condere possit videndum erit, & sciendum q̃ de rebus suis mobilibus, vel de se moventib⁹, & quatenus superfuerit, deducto ære alieno. s. debitis aliorū, quia qui centum solidos habet, & centū solidos debet &c. Item si pluribus debeatur, videndum quis debet præferri. Et sciendū, q̃ si testator dn̄o regi teneatur, ipse rex erit omnibus aliis præferend⁹, & benè licebit vic. vel aliis ballivis dn̄i regis, si ostenderit literas dn̄i regis, de summonitione scaccarii patentes, imbreviare, & attachiare bona & catalla defuncti, inventa in laico feodo suo, ad valentiam ipsius debiti, q̃ debetur dn̄o regi, per visum legalium hominum, & ita q̃ nil inde amoveatur, donec debitum, quod clarum fuerit, persolvatur, & residuum catallorum executoribus relinquatur. Debitum verò defuncti, quod debetur Judeis, non usurabit, quamdiu hæres infra ætatem extiterit. Et si debitū Judei in manum dn̄i regis devenerit, non capiet rex nisi sortem. s. catallum in charta cōtentum. Ad quæ etiam debita, vel alia acquietantia, uxor defuncti, si superstes fuerit, nil conferet de dote sua, cùm dos uxoris debeat esse libera. Item si liber homo, intestatus & subito decesserit, dominus suus nil intromittat de bonis defuncti, nisi de hoc tantum, quod ad ipsum pertinuerit. s. q̃ habeat suum herioth, sed ad ecclesiam & ad amicos pertinebit executio bonorum, nullam enim meretur pœnam quis, quamvis decedat intestatus. Posteà verò, primò deduci debent debita aliorum, quæ clara sunt & recognita, inter quæ connumerari poterunt servitia servientum, & stipendia famulorum, dum tamen certa sunt. Si autem incerta sunt, sicut de servientibus, qui sine precio certo steterint in servitio alicuj⁹, licèt ex voluntate depēdeant, tamē cùm ex arbitrio testatorū & amicorū taxata fuerint, ex bonis defuncti deducantur. Item deduci debent expensæ faciēdæ circa fun. Itē necessaria habeat uxor, usq; ad quarentenā, nisi ei fuerit sua dos citius assignata. His igitur omnib⁹, de bonis defūcti deductis, peculiū erit q̃ superfuerit. Si autē nihil superfuerit, vel fortè defunct⁹, tempore mortis, nil in bonis habuit, ꝑ hoc remanebit hæres onerat⁹. Si autem post debita deducta, & post deductionē expensarū quæ necessariæ erunt, ut prædictum est, id totum q̃ tunc superfuerit, dividatur in tres partes, quarū una pars relinquatur pueris, si pueros habuerit defunct⁹, secunda uxori, si superstes fuerit, & de tertia parte habeat testator liberam disponēdi facultatem. Si autem liberos nō habeat, tunc medietas defuncto, & alia medietas uxori reser-

Of wills by a feme covert.

Distribution of the effects

a/ viz by Stat: Merton. ch.
b/ By Mag. Chart. ch.
c/ by Stat: Mert: ch

reservetur. Si autē sine uxore decesserit, liberis existentib⁹, tūc medietas defuncto, & alia medietas liberis tribuatur. Si autē sine uxore & liberis, tunc id totū defuncto remanebit. Eodē modo, si ab initio nullis fuerit debitis oneratus, fiat de bonis suis, secundū q̄ pdict' est. Hæres autē defūcti tenebitur ad debita pdecessoris sui acquietāda eaten⁹, quaten⁹ ad ipsum pvenerit, sci. de hæreditate defuncti, & nō ultrà, nisi velit de gratia, & si nihil, multò fortiùs: Sed si ad ipsum aliquid aliunde pervenerit, inhumanum esset si debita parentum insoluta remanerent. Et eaq; dicta sunt, locū habent & tenent, nisi sit consuetudo q̄ se habeat in contrariū, sicut in civitatibus, burgis, & villis. Habet enim civitas Londoñ in consuetudine, q̄ si certa dos uxori constituatur, sive in denariis, sive in aliis catallis, sive domib⁹, q̄ loco catallorum habentur, nihil ulteriùs petere poterit quam dotem suam de jure, nisi hoc fuerit de gratia & voluntate viri sui, si ei specialiter aliquid reliquerit ultra dotē, plus velmin⁹, & secundū q̄ fuit benè merita in vita viri sui, vel non. Et est ratio quare plus petere non possit quàm dotem constitutam, secundùm quosdā, quia ipsa ante oñs debitores dotem suam pdeducet, totā vel partē, quamdiu tanī remanserit in bonis viri sui, & cùm totam dotem suā sic habere debeat pcipuā, sic vice versa, si plura sint bona dotem excedentia, nihil ampliùs capiet quā dotem nominatā, nisi hoc fuerit de speciali gratia, ut pdictum est, & benè merito. Et illud idem observandū erit de liberis taliū, ut quidam dicunt, scilicet, quòd non ampliùs capient de bonis defuncti de jure (de bonis dico mobilibus) quàm fuerit eis specialiter relictum, nisi hoc sit de speciali gratia testatoris, secundùm quod dicitur de uxore, & si benè meriti fuerint in vita parentum. Et unde nihil possunt pueri petere magis, quàm uxores de jure, nisi tantum de gratia, vix enim inveniretur aliquis civis, qui in vita magnum quæstum faceret, si in morte sua cogeretur invitus bona sua relinquere pueris indoctis vel luxuriosis, & uxoribus malè meritis, & ideò necessariū est valdè, quòd illis in hac parte, libera facultas tribuatur. Per hoc enim tollet maleficium, animabit ad virtutem, & tàm uxoribus, quàm liberis benè faciendi dabit occasionem: quod quidem non fieret, si se scirent indubitanter certam partem obtinere, etiam sine testatoris voluntate. Si autem plura sint debita, vel plus legatum fuit ignoranter vel scienter, ad quæ catalla defuncti non sufficient, excepto domini Regis privilegio, fiat ubique defalcatio, excepto eo, quòd si debitum fuerit in eo quod defuerit, remaneat hæres obligatus. Fieri autem debet testamentum liberi hominis, ad minus coram duobus, vel pluribus viris legalibus & honestis, clericis vel laicis, ad hoc specialiter convocatis, ad probandum testamentum defuncti, si opus fuerit, si de testamento dubitetur. Executores autem esse debent illi, quos testator elegerit, sive sunt extranei sive parentes, propinqui vel remoti, & si de testamento oriatur contentio, in fore ecclesiastico debet placitum terminari, quia de causa testamentaria (sicut nec de causa matrimoniali) curia Regia se non intromittit. Item quæro an testator legare possit actiones suas? & verum est quod non, de debitis q̄ in vita testatoris convicta non fuerunt nec recognita, sed hujusmodi actiones competunt

Of the Custom of London.

Whether cause of action may be bequeathed.

petunt hæredib'. Cũ autem convicta sint & recognita, tunc sunt quasi in bonis testatoris, & competunt executoribus in foro ecclesiastico. Si autem cõpetant hæredibus, ut prædictum est, in foro seculari debent terminari, quia antequam communicantur & in foro debito, non pertinet ad executores, ut in foro ecclesiastico convincantur. Et in fine notandum est, quòd de bonis defuncti, primò deducenda sunt ea quæ sunt necessitatis, & posteà quæ sunt utilitatis, & ultimò quæ sunt voluntatis.

Cap. XXVII.

1 ¶ *De acquirendo rerum dominio ex causa emptionis.* 2 *De arris datis.*

EST autem quædã causa acquirendi rerũ dominia, q̃ dicitur causa emptionis & venditionis, cũ quis rẽ suã vendiderit alicui, mobilẽ vel imobilẽ, emptor tenetur venditori ad p̃cium & venditor emptori è converso ad ipsam rem tradendam, secund' q̃, superiùs observatur, in donationibus, quia sine traditione non transferuntur rerũ dominia. Et quo casu, oportet q̃ certa sit res quæ venditur, & q̃ certum constituatur p̃cium: nulla enim emptio esse potest sine certo p̃cio, nec etiam aliqua res incerta peti poterit. Certa itaq; esse possit ex certa quantitate, ut si dicat quis, vendam tibi unã carucatam terræ, vel virgatã terræ & hujusmodi. Item ex numero, ut si dicat quis, vendam tibi tot carucatas, tot virgatas, vel tot acras, vel hujusmodi. Item si dicat quis, vel quod tantundem valeat: ut si dicat, totam terram quam talis tenuit, vel de qua talis seysitus fuit die quo obiit, vel totam terram quæ cõtinetur inter tales divisas, & hujusmodi. Emptio vero & venditio cõtrahitur, cũ de p̃cio convenerit inter contrahentes, dum tamen à venditore, ararum nomine aliquid receptum fuerit, quia quod ararum nomine datum est, argumentum est emptionis & venditionis contractæ. Et si scriptura intervenire debeat, non erit perfecta emptio & venditio, nisi cum fuerit partibus tradita & absoluta. Et cùm arræ non intervenerint, vel scriptura, nec traditio fuerit subsequuta, locus erit pœnitentiæ, & impunè recedere possunt partes contrahentes à contractu. Sed si precium solutum fuerit, vel ej' pars, & traditio subsequuta, perfecta erit emptio & venditio, nec poterit posteà aliquis contrahentium à contractu resilire, prætextu precii non soluti, in parte vel in toto: Sed agere poterit venditor, ad recuperandum id, quod de precio defuerit, per actionem competentem, sed non ad ipsam rehabendam. Nec etiam se ponere possit in seysinam rei venditæ, quin faciat disseysinam, nisi hoc faciat pactum incontinenti appositum in ipso contractu, & modus vel conditio, ut suprà dictum est plenius, de donationibus, & infrà dicetur de disseysina. Si autem inter contrahentes ita convenerit, quòd res empta sit tanti, quanti talis æstimaverit, nisi ille talis precium definierit, vel si ille definire noluerit, vel non possit, nulla erit emptio vel venditio, quasi nullo precio definito, vel constituto. ¶ 2 Item cùm ararum nomine aliquid datum fuerit ante traditionem, si emptorem emptionis pœnituerit, & à contractu resilire voluerit, perdat quod dedit: Si autem vendito-

venditorem, q arrã nomine receperit, emptori restituat duplicatum. Cùm autem venditor rem ipsam vendiderit tanquã sanam, & sine mahemio, & posteà mahemiata inventa fuerit, vel min⁹ sana, & ꝓbari possit ab emptore q tempore contractus talis fuerit, tenebitur venditor rem suam rehabere. Sed si tempore cõtractus sana & sine mahemio fuerit, quicquid de ea posteà contigerit, non tenebitur. Item cùm rem immobilem vendat quis, ut terrã, & in venditione ꝓmiserit eam esse liberã, cũ sit serva, vel non oneratam, cùm sit onerata, vel non obligatam, cùm sit obligata, ꝓpter hoc non rescinditur contract⁹, sed agere potest emptor cõtra venditorẽ, ad hoc q ei teneat quod ꝓmisit. Cùm emptio & venditio contracta fuerit, ut pdĩ est, ante traditionem & post periculum rei emptæ & venditæ, illum generaliter respicit qui eam tenet, nisi aliter ab initio convenerit, quia re vera qui rẽ emptori nond traddidit, adhuc ipse dñs erit, quia traditionibus & usucapionibus, &c. ut suprà de donationibus, secundùm quod videri poterit, ut si Bos venditus, mortuus fuerit ante traditionem, vel ædes incendio consumptæ, vel fundus vi fluminis in parte vel in toto consumptus, vel ablatus, & hujusmodi, quibus rationibus, videtur q totum periculum ptineat ad venditorẽ. A contrario verò videtur, quòd si post emptionem, ante traditionem, fundo vendito aliquid ꝑ alluvionem vel alio modo accreverit, quòd commodum ad venditorem pertinebit. Ipsum enim sequi debent commoda, quem sequuntur incommoda, & cõmodũ ejus esse debebit, cujus est periculum. Item poterit emptio vel venditio cõtrahi inter aliquos, tam sub conditione quã purè, sub conditione ita: ut si talis res empta infra certum diẽ emptori placuerit, sit ei empta aureis tot, & si displicuerit emptori, restituatur. Si quis autem rem sacram, quæ vendi non potest, à venditore emerit, cùm contractus stare non poterit, emptor à venditore consequetur, quatenus suâ interfuit non fuisse deceptum, quamvis emptor scire teneatur, quæ, & qualis sit res quam emerit, sacra vel non sacra, obligata vel non obligata. Emptori verò & hæredibus suis tenetur venditor & hæredes sui rem emptam warrantizare, sive mobilis, dum tamen si immobilis, fiat ut infrà dicetur de warrantis, si autem mobilis, fiat ut infrà dicetur de furtis.

Cap. XXVIII.

1. ¶ *De Locato & conducto.* 2 *De usu vestimentorum.*

Cum autẽ locatio & conductio, ꝓxima sit emptioni, & venditioni, quia sicut emptio & venditio contrahitur postq de ꝓcio convenerit, ita locatio & conductio. Ex locato enĩ & conducto solet res deberi vel ad usum vel ad habitionẽ. Ut si quis rẽ suã mobilẽ vel ĩmobilẽ alicui locaverit usq; ad certũ tempus, pro certa mercede constituta, tenetur locator obligatus, rẽ locatã ad usum dare, & conductor tenetur mercedẽ solvere, & si res ĩmobilis locata fuerit & conducta, sicut domus, & hujusmodi, omnia invecta & illata tam pro mercede quàm aliis pignori sunt annexa. Et quid si nihil in

do-

domibus locatis & conductis inveniatur? recurrend̃ erit ad corpora conductor̃, si inveniatur, quòd locatori ꝓspiciatur de securitate, si ab initio nõ sit prospect'. Si autem corpora non inveniantur, hoc poterit locator suæ imputare negligentiæ vel imperitiæ, ꝙ sibi cautiùs non ꝓspexit. Si autem aliquis tenens fuerit, & redditum forte dño suo non solverit, cùm ad vitam suam tenuerit, vel in feodo, ad districtionem faciendam aliter erit ꝓcedendum. Mortuo verò conductore infra tempus conductionis, hæres ejus eodem jure in conductionem succedit, nisi ille conductor in vita, vel in morte aliter duxerit ordinandum. Item elapso tempore conductionis in vita cõductoris, benè poterit locator se ponere in rem locatam authoritate propria, si eam vacuam invenerit & non obligatam. ¶ 2 Qui pro usu vestimentorum, auri vel argenti, vel alterius ornamenti, vel jumenti mercedem dederit, vel ꝓmiserit, talis ab eo desideratur custodia, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet, quam si præstiterit, & rem aliquo casu amiserit, ad eam restituendam non tenebitur, nec sufficit, aliquem talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus propriis adhiberet, nisi talem adhibuerit, de qua superiùs dictum est.

Cap. XXIX.

1 ¶ *De acquirendo rerum dominio ex causa successionis, & qualiter hæredes succedunt parentibus.* 2 *Quid sit hæreditas.* 3 *Quis dici debeat hæres legittimus.* 4 *Qualiter illegittimi legittimantur.* 5 *De præsumptionibus quòd partus debeat esse legittimus, eò quòd nascitur ex uxore.*

Est etiã alia causa acquirendi rer̃ dñia, q̃ dicitur causa successionis, & quæ competit singulis hæredib', de omb', de quib' antecessores eor̃ obierũt seysiti ut de feodo, vel etiã seysiti aliquo tẽpore, ut de feodo & jure hæreditario, ꝙ quidem descendere debet hæredibus ꝓpinquioribus, masculis vel fœminis, recta linea vel transversali venientibus. Descendit itaq; jus, quasi ponderosum quid cadens deorsum, recta linea vel transversali, & nunquam reascendit ea via qua descendit, post mortem antecessorum. A latere tamen ascendit alicui, ꝓpter defectũ hæredum inferiùs provenientiũ. Et si seysina sive possessio aliquem exorbitet, ita quòd jus merum non sequatur, in fine tamen ad ꝓprietatem revertetur, si sit hæres qui petat. Item descendit jus vero hæredi, ubicunque natus fuerit, vel in utero matris, citra mare vel ultra, nec potest aliquis sibi facere hæredem, quia sol' deus hæredem facit. Et quia hæres dicitur ab hæreditate, & non hæreditas ab hærede, Ideò primò videnđ est quid sit hæreditas, posteà quis sit hæres legittimus, & quis ex plurib' præferatur. ¶ 2 Et sciend̃, quòd hæreditas est successio in universum jus, ꝙ defunctus antecessor habuit, ex quacunq; causa acquisitionis, vel successionis, cum seysina sive sine, ut si cum seysina, quocunque tempore seysitus fuerit, in vita sua vel in morte scilicet die quo obiit. Et si jus ad plures hæredes descendat successivè & sine seysina, tamen eadem seysina competit hæredi, quam antecessor habuit in vita vel in morte. Et cùm jus proprietatis

tis

Of succession

What is hæreditas

tis concursum habuerit cum seysina, statim & sine mora acquiritur hæredi liberum tenementum. ¶ 3 Item videndum quis dici debeat hæres legittimus, quia, secundùm quod inferiùs dicitur, liberorum, quidam sunt filii & hæredes, sicut sunt illi qui ex justis nuptiis procreati sunt & progeniti, & ibi pleniùs. Legittimus vero hæres & filius est, quem nuptiæ demonstrant esse legittimum: sicuti ille qui natus est ex legittimo matrimonio, vel ille qui in facie ecclesiæ legittimus reputatur, quamvis in veritate matrimonium non fuerit, cùm ambo, tam vir quàm uxor, bona fide conjuncti, credentes se legittimè copulatos esse, cùm sint re vera consanguinitate, vel affinitate conjuncti, vel alio modo, quòd matrimonium stare non posset, vel dummodò alter eorum tantum hoc credat. Quia cùm mulier alicui conjugato nubat bona fide, credens eũ esse solutũ, cũ sit alteri mulieri copulatus, & ex eo filios suscipiat, tales legittimi judicãtur & hæredes, sive post matrimonium contract' progeniti sunt & nati, sive ante matrimoniũ geniti, & in matrimonio nati, sive in matrimonio geniti, & post matrimonium nati, sive solutum sit matrimonium per mortem parentum, vel in vita parentum ex quacunque causa per divortium, & hoc sive inter parentes publicè contrahantur sponsalia vel matrimonium, dum tamen si divortium in vita parentum celebretur, vel si inter tales clandestina fuerunt conjugia ab initio, vel contracta contra interdictum ecclesiæ in gradu prohibito, etiam ignoranter: Soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegittima est censenda, de parentum ignorantia, nullum habitura subsidium, cùm illi taliter contrahendo clandestina conjugia, non ex parte sciente, vel saltem affectatores ignorantiæ, videantur. Pari modo proles illegittima est censenda, si ambo parentes, impedimentum scientes legittimum, etiam præter omne interdictum, in facie ecclesiæ contrahere præsumpserint, quod quidem non esset, si in facie ecclesiæ hoc facerent ignoranter, uterque scilicet vel eorum alter. Sed in omni casu ubi clãdestina sunt conjugia, non excusabit ignorantia, nec etiam si publicè contracta, si hoc fuerit præsumptivè contra interdicta ecclesiæ. Et ad hoc facit decretale, cujus verba hæc sunt. Cùm inter I. virum & V. mulierem divortii sententia sit canonicè prolata, filii eorum non debent exinde sustinere jacturam, cùm parentes eorum publicè & sine contradictione ecclesiæ inter se contraxisse noscantur, ideóque sancimus, ut filii eorum, quos ante divortium habuerint, & qui concepti fuerunt ante latam sententiam, nonminùs habeantur legittimi, & quòd in bona paterna hæreditario jure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur. ¶ 4 Sequitur videre qualiter illegittimi legittimantur: & sciend', q̃ si quis naturales habuerit filios de aliqua & posteà cum ead' contraxerit, filii jam nati, per matrimoniũ subsequens, legittimãtur, & ad omnes actus legittimos idonei reputantur, sed tamen non nisi ad ea quæ pertinent ad sacerdotium, ad ea verò quæ pertinent ad regnum, non sunt legittimi, nec hæredes judicantur, quòd parentibus succedere possunt, ꝓpter consuetudinem regni, q̃ se habet in contrarium. Spurii verò qui ex dãnato coitu ꝓcreantur à talibus, inter quos matrimonium esse non potuit, omni

prorsus

The Decretal quoted.

prorsus beneficio excluduntur. Legittimantur etiam quandoque quasi per adoptionem,& de consensu & voluntate parentum,ut si uxor alicujus de alio conceperit quàm de viro suo,& licèt de hoc constiterit in veritate, si vir ipsum in domo sua susceperit,& advocaverit,& nutrierit ut filium, erit hæres & legittimus,vel si expressè non advocaverit, dum tamen illum non amoverit,sive vir omnino ignoraverit,vel sciverit,vel dubitaverit, talis legittimus & hæres judicabitur, eò quòd nascitur de uxore,dum tamen præsumi possit, quòd potuit ipsum genuisse. Et illud idem dici possit de partu supposito,& sic quandoque communis opinio præfertur veritati. ¶ 5 Si autem violenta præsumptio se faciat in contrarium, in prædictis casibus, ut ecce,maritus probatur propter aliquam infirmitatem,vel frigiditatem,vel aliam impotentiam coeũdi,per multum tempus non concubuisse cum uxore,vel si probetur quòd extra regnum,vel provinciam per biennium & ultra longè extiterit,& quòd vehementer præsumi possit quòd ad uxorem accessum habere non potuit, & cùm redierit prægnantem invenerit vel parvulum habentem anniculum, sive talem advocaverit & nutrierit vel non, erit talis filius (non immeritò) à successione repellendus,quia talis filius,nec hæres esse poterit. Sed vice versa,ubi vir sanus erit & incolumis,& semper steterit cum uxore in provincia, in una domo & uno lecto,sive partus conceptus fuit ab alio,sive suppositus, & ipse eum nutrierit & habuerit pro filio, vel etiam ipsum deadvocaverit & amoverit, si posteà ipsum recognoverit ad filium coram viris fide dignis, qui hoc probaverint, si opus fuerit, ulteriùs deadvocare non poterit, sed erit filius legittimus & hæres. Et de hac materia inveniri poterit de termino Paschæ anno undecimo R.H. in comitatu Sussex de Johanne de Monte acuto. Sed esto ꝙ vir talem in vita sua ad hæredem non recognoscat, sed cùm amoverit talem,moriatur, licèt post mortem suam à custode, vel ab aliquo cujus hæreditas non fuerit, ad hæredem recognoscatur,non valebit. Cùm autem fuerit talis natus,vel suppositus,vir statim talem à domo sua amoveat,nec faciat eum nutriri in domo sua pro filio,nec alibi,nec permittat eum redire ad ipsum. Et de hac materia inveniri poterit de termino sancti Michaelis anno R.H. quarto incipiente quinto,comitatu Lincoln̄ de Barthol̄ filio Richardi,& ubi tenens paratus fuit se ponere in magnam assisam,vel super patriam, de jure : utrum ipse haberet majus jus tenendi terram in dominico quæ petita fuit, an ille qui petiit,sicut ille qui non habebatur pro filio à patre communi,nec nutritus pro filio in domo patris,sed amotus à domo patris,& sicut ille qui nunquam rediit ad patrem in vita sua,sicut filius,nec post mortem,ad capitales dominos feodi,facturus eis quod de jure facere deberet, & in quo casu tenens retinuit sine Assisa, Jurata, vel inquestione,quia petens non potuit præmissa dedicere.

Cap. XXX.

1 ¶ *De statu & differentia liberorum.* 2 *De qualitate hæredum, qui propinqui sunt & propinquiores & de eorum seysina.* 3 *Quid faciat hæredem propinquiorem.*

Quia

QUia dictum est suprà quòd naturales, & legittimi vocantur præ aliis ad successionem, non est inutile videre statum & differentiam liberorum; quæ quidem multiplex est. Liberorum autem, secundùm quod prædictum est, quidam sunt naturales & legittimi, qui ex justis nuptiis & legittima uxore procreantur. Item quidam naturales tantùm & non legittimi, sicut sunt illi qui procreantur & nati sunt de legittima concubina, cum qua tempore procreationis posset esse matrimonium, sicut de soluto & soluta. Quidam verò nec legittimi, nec naturales, qui nati sunt ex prohibito coitu; ex talibus videlicet, inter quos non posset esse matrimonium tempore procreationis, sicut sunt spurii, qui ad nihilum apti sunt. Item eorum, qui legittimi sunt & naturales, quidam sunt filii & hæredes, sicut sunt illi quibus descendit aliqua hæreditas, ex parte patris, vel ex parte matris, vel ex parte utriusque, in dominico vel in servitio. Item eorum quidam sunt filii & non hæredes unius, sed filii secundùm quod hæreditas descendit tantùm ex parte patris, vel ex parte matris. Item eorum, quidam sunt legittimi filii & naturales, sed nullius hæredes, quia ex nulla parte descendit eis hæreditas aliqua. Item eorum, quidam incipere possunt esse hæredes & desinere, & quidam non. Item eorum, qui sunt naturales, legittimi & hæredes, quidam sunt propinqui & quidam propinquiores, & quidam remoti & quidam remotiores, & omnes, quotquot sunt, sunt hæredes recti & justi, quotquot descendunt gradatim à communi stipite primò per lineam directam descendentem in infinitum, & posteà per lineam transversalem, descendendo in infinitum, illis deficientibus qui sunt in linea recta, & ultimò cũ illi defecerint qui sunt in linea transversali descendendo, vocantur illi qui sunt in linea transversali ascendendo tantũ, quia ꝑ lineam rectam ascendendo, per quã jus descendit propter mortem antecessorum, jus illud nunquam per eandem lineam reascendit, & quamvis omnes sic in infinitum ascendendo & descendendo recti sunt hæredes & justi, tamen non omnes simul vocantur ad successionem; quia propinquior excludit propinquum. i. propinquus remotum, remotus remotiorem. Quibus etiam omnibus deficientibus, vel propter defectum vel propter delictum, revertitur jus, de necessitate, ad eum qui feoffavit, scilicet ad dominum capitalem, cùm aliam viam non inveniat, & evanescit homagium, secundùm quod inferiùs pleniùs dicetur de eschaetis. Item hæredum, quidam sunt sub potestate parentum & infra ætatem, quidam sunt sui juris & plenæ ætatis, ut si fuerint emancipati vel forisfamiliati in vita parentum, & post mortem, quidam eorum sunt plenæ ætatis & sui juris, & quidam infra ætatem & sub tutela sive custodia capitalium dominorum; & quidam sub cura parentum propinquorum, secundùm quod, inferiùs dicetur. ¶ 2 De eo autem quod superiùs dicitur, quòd hæredum quidam sunt propinqui, & quidam propinquiores, sciendum est, quòd si quis habuerit plures filios, omnes sunt hæredes propinqui, postnatus sicut antenatus, quàntum ad seysinam parentum, & pares in jure possessionis: dum tamen postnatus (per negligentiam vel patientiam antenati) in seysina per tantum tempus extiterit, quòd à seysina, sine judicio, ejici

ejici non possit, & sine brevi, quia ex tunc pares sunt in jure, & par parem non ejicit, in jure possessionis. Sed extunc recurendũ erit ad jus ꝓprietatis, secundùm q, inferiùs dicitur, in assisa mortis antecessoris. Si autem postnatus post mortem antecessoris se priùs posuerit in seysinam quàm antenatus, si statim ejiciatur, non recuperabit per assisam novæ disseysinæ, quia liberũ tenementum habere non potuit, nisi ex lõgo tempore & pacifica possessione vel seysina, ꝓpter jus proprietatis, quod est cum antenato. Si autem statim ejici non possit, ad interrumpendam possessionem suam, sed antenatus statim ĩpetraverit sibi per assisam mortis antecessoris, & diligenter ꝓsequutus fuerit, tamen non procedit assisa inter eas, sicut inter alias quascunq; personas, quia sunt de uno stipite, quamvis pares sunt quoad jus possessorium, antenat⁹, & postnatus, tamen possessio postnati nulla est, cùm sit interruptio per diligentem impetrationem & diligentem prosequutionem antenati: cùm sit igitur hæres propinquus, poterit esse hæres remotus. Est autem hæres remotus, ut si quis haberet plures filios, & unicam filiam, masculi erunt hæredes propinqui & filia hæres remota. Si autem plures filios & nullam filiam, sed nepotes ex filiis, filii erunt hæredes propinqui, & nepotes hæredes remoti: Item dici poterunt remotiores respectu hæredum remotoꝶ, sicut ꝓnepos, abnepos, atnepos, trinepos, & sic ulteriùs descendendo in infinitum linea recta. Si autem filii & filia, & neptes defecerint, tunc erit hæres ꝓpinquus, frater & soror ei qui fuerit in seysina hæreditatis. Si autem filios habuerit, deficiente filia & nepotibus, erit avunculus vel amita in linea transversali, hæres remotus, & omnes ex illa provenientes in eadem linea transversali, erunt hæredes remotiores: filiis autem & filiabus, nepotibus, avunculo, & amita deficientibus, tunc erit proavunculus, & ꝓamita hæres ꝓpinquus, & alii superiores remoti & remotiores. Item sunt propinqui & ꝓpinquiores, propinquior autem dici poterit ille, ad quem jus proprietatis immediatè post mortem antecessoris descendit, vel propter ætatem. Vt si quis plures haberet filios, jus ꝓprietatis semꝑ descendit ad primogenitum, eò quòd ipse inventus est primò in rerum natura, & alii remanebunt ei propinqui vel propinquiores, secundùm q, liberos habuerit vel non habuerit. Si autem in vita patris, antenatus decesserit sine hærede de se, frater postnatus locũ suũ obtinebit, & incipiet esse patri communi hæres ꝓpinquior, & alii postnati ꝓpinqui, & sic fiet de aliis in infinitũ. Si autem frater antenatus in vita patris communis obierit, relicto hærede de se, nepos vel neptis ex eo incipiet esse in potestate avi, & hæres propinquior avo, propter jus proprietatis quod ei descendit, quamvis gradu remotior, & unde si avunculus vel amita hæres propinquus & non propinquior (quamvis gradu ꝓpinquior) extra seysinam, petat versus nepotem vel neptem, qui fuerit in seysina, obstabit eis exceptio ꝓprietatis, & q hæredes propinquiores esse non poterunt avunculus vel amita. Et eodem modo, si petant versus extraneas personas, obstabit exceptio proprietatis, quia nepos vel neptis, vel alius maj⁹ jus habuit. Si autem avuncul⁹ vel amita, priùs quã nepos vel neptis, se posuerint in seysinam, tunc fiet per omnia, secundùm quod dicitur superiùs

periùs de fratre postnato, quòd ꝑcedit inter eos breve de consanguinitate, vel de recto, secundùm ꝙ, avunculus vel amita longam seysinā vel brevem habuerit. Et quod dicitur de fratre postnato, avunculo, vel amita hæredibus propinquis, observetur de omnibus aliis hæredibus ꝑpinquis in casu consimili. ¶ 3. Item sexus facit hæredem ꝑpinquiorem, ut si quis hæreditatem habens & uxorem, genuerit ex se filium vel filiam unam, vel plures, si omnes fuerint hæredes antecessoris, masculus sexus semper in successione præferri debet sexui fœmineo: nunquam enim ad successionem vocatur fœmina, quamdiu aliquis hæres superfuerit ex masculis, nisi cōtrarium faciat modus donationis, ut ecce. Aliquis dat alicui terram in maritagium cum filia sua & hæredibus de corpore suo ꝓcreatis, ꝓcreatur filia, moritur maritus, alius ducit matrē in uxorē, generat ex ea filium, moritur mater: filia, ꝑpinquior erit hæres, & excludit masculum à successione, & sic facit modus donationis filiam hæredem ꝑpinquiorem, & excludit à successione sexum masculum. Item eodem modo, facit linea hæredem ꝑpinquiorem fœminam, in linea recta descendentem, & excludit masculum in linea transversali: Ut si quis filiam habuerit, vel filium, & ex eo nepotem vel fratrem, filia vel neptis fratri præfertur in successione, propter lineam rectam quæ præfertur transversali. Item sanguis facit hæredem ꝑpinquiorem, & jus sanguinis excludit masculum, & præfertur fœmina, ut ecce. Aliquis ducit uxorem, & ex ea generat filium, & filiam, & mortua ea, posteà ducit aliam de qua generat filium, mortuo patre descendit hæreditas antenato filio de prima uxore, moritur seysitus sine hærede de se, dominus capitalis ponit se in seysinam, soror de eodem patre & eadem matre petit per assisam de seysina fratris sui, & frater de alia uxore eodem modo, soror de eodem patre & eadem matre obtinebit; & jus sanguinis excludit masculum. Item jus sanguinis eodem modo facit hæredem ꝑpinquiorē, & excludit tam sexum masculinum à successione quàm fœmininū. Verbi gratia. Quidam duxit quandam in uxorem, & ex ea generat filium vel filiam, posteà, mortua prima uxore, ducit aliam, de qua generat filium vel filiam, filiꝰ de secunda uxore facit acquisitum, moritur sine hærede de se, soror de secunda uxore petit per assisam, frater vel soror de prima uxore eodem modo: soror de secunda uxore obtinebit, & excludit tam masculum quàm fœminam ex prima, ꝙ verum est. Sed ea quæ dicta sunt, secundùm quosdam, locum habent de perquisito in utroque casu, de hæreditate verò descendente aliud erit: quia habito respectu ad communem antecessorem talium, de quo hæreditas descendit, jus proprietatis nunquam respiciet fœminam, dum tamen ibi masculus fuerit vel ꝓveniens ex masculo, sive hæredes ꝓcreati fuerint ex uno patre & una matre, vel diversa. Et ꝙ dicitur de hæredibus propinquioribus & propinquis, observari debet in omni consimili casu, in omnibus aliis hæredibus, remotis & remotioribus. Et de hac materia inveniri poterit casus expressus, de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis H. ttio, in comitatu Sussex. Assisa mortis antecessoris si Radulphꝰ de la Roche. Itē de Wilhelmo de Maundevill comite Essex et Matilda comitissa Hereford.

ford. Et ad hoc facit, de termino sancti Michaelis anno regni regis Henrici quarto incipiente quinto in comitatu Lincoln, de Orberto filio Richardi & Bartholomeo fratre suo, ubi frater postnatus fuit in seysina & retinuit. Quod autem idem observari debeat de hæreditate descendente, quod de perquisito observatur videtur, cùm quilibet de seysina ꝓpria facit stipitem & primum gradum, sed re vera non est ita. Verbi gratia. Aliquis habet duos filios ex diversa matre & duas filias, frater antenatus erit patri suo ꝓpinquior hæres, & filius postnatus post eum propinquus, & filiæ hæredes remotæ. Cùm autem hæreditas descenderit filio antenato ut hæredi propinquiori, frater postnatus incipit esse hæres propinquior fratri antenato, sorores hæredes ꝓpinqui. Mortuo igitur fratre antenato sine hærede de se, descendit hæreditas ꝓpinquiori hæredi, hoc est fratri postnato, & non filiabus, licèt sunt hæredes ꝓpinqui, nec est multum curandum utrum sint de eodem patre & eadem matre, vel diversa. Si autem frater antenatus de prima uxore, vel postnatus de secunda uxore, perquisitum fecerit, si sororem habuerit de eadem matre, ꝓpt jus sanguinis duplicatum tam ex parte patris quàm ex parte matris, dicitur hæres ꝓpinquior soror, quàm frater de alia uxore, licèt sit hæres propinquus. Possunt quidem esse pares quoad jus possessionis, cùm postnati liberum tenementū acquisierint ex tempore, vel impares ante. Item eodem modo quoad jus sanguinis ꝙ poterint hæredes esse pares, cùm fuerint de uno patre vel de una matre, à quib⁹ jus descēdit. Si autem de diversis tunc impares. Et erit propinquitas sanguinis sicut propinquitas successionis. Refert etiam à quo fiat perquisitum, utrum ab extranea persona, vel à patre communi, vel ab alio antecessore sicut à fratre antenato. Et poni poterit casus in ꝑsona trium fratrum. Verbi gratia. Sit quòd pater communis feoffavit filium antenatum, qui est hæres suus ꝓpinquior, & mortuo primogenito sine hærede de se, antequam hæreditas acciderit ei, succedit ei frater medius de ꝑquisito, sicut hæres propinquior, & erit frater postnatus, tunc fratri medio hæres propinquior. Et si in vita primogeniti descendit ei hæreditas patrua, & de ꝑquisito homagium intervenerit, statim pertinebit ad fratrem medium successio & jus successionis, cùm primogenitus de perquisito non possit hæres esse & dominus. Non enim possunt simul stare perquisitum & dominium, ꝓpt homagium: homagium enim expellit ꝑquisitum. Si autem ꝑquisitum factum fuerit ab extraneo vel ab alio vz. quàm à cōmuni antecessore, si hæreditas supervenerit homagiū factum ex ꝑquisito extraneæ ꝑsonæ, non expellit ꝑquisitum quia in hoc casu non erit primogenitus hæres & dominus. Esto enim ꝙ facta sit donatio fratri postnato à patre cōmuni vel fratre antenato, & eo mortuo sine hærede de se, erit frater antenat⁹ hæres ꝓpinquior fratri postnato, & cum eo remanebit hæreditas si homagiū non intervenerit, & quāvis homagiū intvenerit, & hæreditas paterna ei descenderit, sēper habebit antenat⁹ prima seysinā ꝑ assisam mortis antecessoris, si capitalis dns vel alia extranea ꝑsona fuerit in seysina. Si autem frater medius se pri⁹ posuerit in seysina, tunc consulitur antenato per breve de recto, & cùm antenat⁹ seysinam habuerit & homagium

inter-

intervenerit, si sit hæres ꝑpinquior antenato qui petat, non poterit seysina cum eo remanere, ratione supradicta, sed descendit jus primo filio vel filiæ liberis antenatis, si liberos habuerit, & consulitur eis, si petere velint seysinam, per breve de recto, facta narratione & computatione de seysina fratris postnati. Si autem liberos non habuerit frater antenatus, tunc statim fit descensus jure ad fratrem medium, et competit ei actio, per breve de recto, sicut competit liberis supradictis. Sed quid si dum frater medius petierit, incipiat frater antenatus hæredes procreare, talibus procreatis, cadit actio fratris, et incipit actio competere pueris: Sed si frater ante procreationem puerorum seysinam recuperaverit, non ꝑpt hoc erit seysina auferenda, sed ei & hæredibus suis imperpetuum remanebit. Et vice versa, si cùm ab initio antenatus pueros habuerit et agere inceperint, et pendente placito esse desierint, extunc statim incipiet actio in persona fratris medii, sicut ab initio, si pueri non extarent, et idem jus ꝙ cõpetit fratri medio, competit hæredibus suis in infinitum. Item esto quòd frater medius cùm seysinam acquisierit, sine hærede de se moriatur, adhuc illud idem erit dicendũ de fratre medio, ꝙ dictum est de fratre postnato. s. quòd frater antenatus est ejus hæres ꝑpinquior. Sed quid si sine hærede fratres decesserint ut prædictum est, nec antenatus habuerit liberos, tunc vocandi sunt remotiores. Et quid si nulli omnino apparuerint hæredes qui petant? sic poterit seysina remanere cum antenato, non obstante homagio: quia licèt actio non deficiat neq; jus, deficit tamen probatio, cùm non sit qui petat. Item esto quòd frater medius fecerit perquisitum et moriatur sine hærede de se, et capitalis dominus sive extraneus se posuerit in seysinam, adhuc competit assisa mortis antecessoris fratri antenato non obstante homagio, & non fratri postnato, & cùm per assisam recuperaverit antenatus, extunc competat actio per breve de acto, vel pueris antenatis, vel fratri postnato, modo quo prædictum est, & non ut ex tali placito procedatur ad magnam assisam vel duellum, sed quòd fiat propinquitatis & parentelæ computatio. Sed quid si postnatus frater primã seysinam habuerit pacificam, et tempus, quòd sine brevi ejici non possit, & sine judicio, extunc competit actio fratri antenato & ejus hæredibus, si ipse præmoriatur, per breve de recto, ut facta cõmputatione, sciatur quis eorum sit hæres propinquior: quo probato, non erit postnatus, ut videtur, per judicium ejiciend', quia si constiterit quòd frater antenatus sit hæres propinquior, tamen (quia homagium intervenerit) judicandum erit in eodem judicio, quòd postnatus in seysina remaneat, cùm seysina cum antenato non poterit remanere propter homagium, nec alia actione opus erit, per breve de recto, quòd super eodem jure inter easdem personas veniat actio super actionem, non magis quàm assisa super assisam, sed cùm frater antenatus ab initio fratrem postnatum recenter ejicere vellet, vel si non possit, & statim sibi acquirit per assisam mortis antecessoris, antequam postnat' liberum teneme͂tum habere poterit ex tempore, si ꝑ assisam obtineret antenat' in jure possessorio & in causa possessionis, nihilominùs sequi posset actio in ꝑsona postnati super jure proprietatis, nisi sit qui dicat quòd

contra assisam & contra actionem per breve de recto posset postnatus defendere se per exceptionem.s.quòd antenatus non possit simul esse hæres & dominus. Item propinquiores hæredes esse possunt plures sicut unus,& cuilibet jus descendit quasi uni hæredi, ꝓpter juris unitatem,sicut sunt plures filiæ ꝓvenientes de eodem patre,& eadem matre,à quibus descendit hæreditas,& ubi omnes simul & insolidum hæredes sunt, eò quòd masculus non apparet, & non refert utrum eundem habuerint patrē & eandem matrem, vel diversos, habita tamen distinctione, secundùm ꝙ prædictum est,utrum sit hæreditas descendens vel perquisitum, et utrum fuerit de uno et eodem patre et eadem matre, vel diversis, et erit hæreditas inter illas dividenda in omnibus quæ recipiunt divisionem ratione personarum, pro virilibus portionibus,sed non ratione rei.Qualiter autem homagium facere debent, & quibus, et quando, et quomodo,et à quibus accipi debeat, infra pleniùs dicetur, de homagiis. Item possunt esse hæredes propinquiores plures in una hæreditate, masculi sicut fœminæ, sed non ratione personarum,sed ratione rei, et non simul et insolidum, sicut fœminæ et sicut unus hæres, sed sicut hæredes plures participes,& sicut partem capientes.Sunt autem hæredes & cohæredes, et cohæredum quidam sunt participes, et quidam non.s. nullam partem cum hæredibus capientes. Item possunt esse plures hæredes fœminæ et participes, tam ratione personarum, quàm rei, ut si quis teneat hæreditariè terram aliquam, quæ partibilis sit, et habuerit plures filias et hæredes,et sic erunt filiæ hæredes ꝓpinquiores,quia participes hæreditatis & capaces.Poterit etiam quis habere plures filias de una matre,et plures de alia,et sic sint omnes participes, et capaces hæreditatis paternæ descendentis, quantum ad hæreditatem paternam descendentem, non erunt tamen participes et capaces quantum ad perquisitum fratris vel sororis qui fuerint de eadem matre. Illæ vero quæ fuerint de eadem matre erunt hæredes propinquiores, participes et capaces de perquisito fratris vel sororis ꝓpter sanguinem. Et illi qui sunt de diversa matre, masculus sive fœmina, propinqui erunt hæredes & recti, et in vita aliorum nunquam participes nec capaces in vita talium, sed post mortem. Et regulariter verum est, quòd omnes illi,propinquiores dicuntur esse hæredes,ad quos jus ꝓprietatis descendit jure hæreditario. Si autem de necessitate, per conventionem et conditionem tacitam vel expressam, vel ꝓ defectu hæredum vel ꝓpter delictum, jus propietatis ad donatorem vel ad dominum capitalem revertatur, qualitercunque, ut eschaeta, licèt hæres non sit, et in aliquo casu loco hæredis, propter terram quæ ad ipsum revertitur in dominico, seysina semper sequetur ipsum, cùm sit loco hæredis,licèt non sit hæres, & cum eo permanebit hæreditas,ut eschaeta,& extinguitur homagium,et servitium, cùm non sit hæres qui petere possit vel qui petat.Cùm autem jus ꝓprietatis sic ad donatorem reversum fuerit,licèt alius fuerit in seysina ex donatione ejus,qui donare non potuit, extinguitur omnino warrantum, ut si donator ad warrantum vocatus fuerit,warrantizare non tenetur,eò quòd jus habet petendi terram illā in dominico,quòd si homagium ceperit, vel servitium,

vel

vel confirmaverit tale donū, ut suprà dictum est, tunc tenebitur ad Warrantum. Et notandū quòd hæredū, quidā sunt veri hæredes, & quidā sunt quasi hæredes, in loco hæredum, & ꝓ hæredibus habentur, veri hæredes ex causa successionis, quasi hæredes, & loco hæredum, vel ꝓ hæredib⁹, ꝑ modum donationis: sicut sunt assignati, vel loco hæredum sicut domini capitales, quibus revertitur hæreditas, ꝓpt̄ defectum, vel ꝓpter delictum, sicut eschaeta ꝓpt̄ defectum hæredis, cùm hæredes deficiant in linea descendente: ꝓpter delictum. i. ꝓpter feloniam, ubi impeditur descensus, licèt hæredes extiterint aut parentes. Item ꝓpt̄ modum donationis, ut si donator dicat, do tali & hæredibus suis de corpore suo procreatis, & si hæredes tales non habuerit, vel si habuerit & defecerint, tunc do tali & hæredibus suis quos de corpore suo habuerit, & sic in infinitum de pluribus, tales succedunt non ex causa successionis, sed hæredes erunt per modum donationis.

Cap. XXXI.

1 ¶ De gradibus successionis & parentelæ. 2. De personis eorum qui aliis succedere debent, & de ordine successionis. 3. De hæredibus qui succedunt non ex successione sed substitutione per modum donationis.

Dictum est suprà de qualitate hæredum & differentia, & qui vocatur ad successionem, & qui aliis in successione præferuntur, sicut hæredes propinquiores. Sed quoniā hæreditas, & jus successionis descendit per gradus: Ideò videndum est de gradib⁹ successionis, & parentelæ, & qualiter jus descendit, & ꝑ quas personas, ad eum qui in jure ꝓprietatis seysinam petierit alicuj⁹ antecessoris. Et sciendum quòd cognationum sive parentelarum aliæ sunt suprà, aliæ sunt infrà, aliæ ex transverso, sive à latere. Parentes verò qui sunt suprà, dici poterunt antecessores & parentes, sed qui mortui sunt & hæredes antecedunt, i. cedunt ante, & hæredes cedunt eis sub, quasi succedunt. Est enim cedere, quasi recedere, & est cedere alio sensu venire. Illi verò qui sunt infra rectam lineam, vel transversalem, dici poterunt rectè cognati & hæredes. Illi verò qui sunt suprà in linea transversali, dici poterunt rectè parentes & hæredes, deficientibus illis qui sunt inferius, & alio modo, quamvis impropriè cognati dici poterunt, & hæredes, eò quòd antecessores succedunt ꝓ defectu inferiorum. Superior autem cognatio parentum, sive antecessorum qui mortui sunt in linea recta ascendente est, & incipit à primo gradu, vz. à patre vel matre ascendente usq; ad avum à secundo gradu. s. ab avo, usq; ad proavum, à tertio gradu. s. à proavo, usq; ad abavum, & sic à quarto gradu. s. ab abavo usq; ad atavū, sic à quinto gradu. s. ab atavo, usq; ad tritavū qui obtinet in cōputatione sextū gradum. Ulterius autē non fit cōputatio ascensus, quia talis cōputatio excederet memorias hominū. Et sic resolvēdo à tritavo cōputato ꝓ patre, vel tritavia ꝓ matre, fieri poterit descēsus jure usq; ad trinepotē & trineptē. Et est inferior cognatio, faciēdā. Est etiā cōputatio liberorū & hæredū recta linea descendentium, à primo gradu. s. à patre vel matre usq; ad trinepotē vel trineptē, ut à patre vel matre usq; ad nepotem vel neptem, & à nepote vel nepte, usq; ad ꝓnepotem, vel proneptem, & sic de gradu in gradum usq; ad trinepotem,

& ulterius si necesse fuerit. In quo casu, nullus debet vocari ad successionem in linea transversali, descendendo vel ascendendo, masculus nec fœmina, quamdiu aliquis hæres superstes superfuerit in linea recta descendente, sed illis omnino deficientibus in parentela, de necessitate revertitur jus proprietatis ad eos, qui sunt in linea transversali descendentes. Et incipienda est computatio parentelæ in primo gradu ꝑ omnes gradus, & hæredes, ad quos jus proprietatis descenderit, sicut à communi stipite eorum qui utrumq; jus habuerint, videlicet proprietatem & possessionem per omnes gradus, & personas illas, quas seysina sequi deberet, si vivi peterent, vel tempus, quòd hæredes esse potuissent, expectassent. i. si aliquid ad eos descenderit, mortuis antecessoribus. Et in quocunq; gradu in linea rectè descendente hæredes defecerint, revertitur de necessitate jus proprietatis ad eos qui sunt in linea trāsversali scilicet ad fratrem patris vel matris, vel sororem & promedium quasi per plures gradus. Si autem nullus omnino pervenerit hæres à primo gradu in linea rectè descendente, & frater antenatus obierit in vita patris communis sine hærede, vel si hæredem habuerit, & in vita patris defecerit, & omnes fratres præmortui, tunc fiat computatio à primo gradu immediatè, sicut à communi stipite, à patre vel à matre existentibus in seysina, usq; ad fratrem vel sororem exeuntem in linea transversali: qui quidem cùm seysinā suā obtinuerint, faciunt stipitem & lineam rectā descēdendo, quantum ad suos hæredes. Si autem tempore descensus, fili⁹ vel filia defecerint, & hæredes habuerint recta linea descendendo. s. ad nepotes vel neptes vel ulterius, & quidam defecerint, & quidam non, ꝑ omnes grad⁹, & ꝑ omnes ꝑsonas ꝑ quas jus descendisse debuit si viverent, fiat computatio discensus & juris, ad illum qui superstes est & petit. Si autem tales aliquando extiterint & defecerint, in tali omnino linea descēdente in vita antecessoris, tunc quia jus de necessitate revertitur ad alios qui sunt in alia linea transversali, fiat computatio parentelæ & descensus à primo gradu, & communi stipite, usq; ad talem per omnes gradus & personas ad quas jus descendit dum viverent, vel descendere debuit si expectarent quòd hæredes essent, omissis illis omnibus qui mortui sunt in vita antecessoris, ac si nunquam essent in rerum natura. Et si ulterius ad aliquē jus descenderet, fiat per omnia ut suprà dictum est de hæredibus inferiorib⁹ recta linea vel transversali venientibus. Illis autem omnino deficiētibus ad quos jus descendit inferius in linea recta descendente, vel trāsversali, oportebit de necessitate quòd jus ꝓprietatis descendet ad parentes vel cognatos qui sunt in linea transversali ascendente, sicut ad fratrem avi, & sic in linea descendente ꝑ omnes hæredes suos usq; ad illum qui petit, & si omnes tales defecerint, tunc ad superiores, videlicet ad fratrem ꝓavi, & omnes hæredes suos, & sic de gradu in gradum, & hærede in hæredem, usq; ad illum qui petit. Dividitur autem aliquando computatio descensus per plures lineas, & per plures gradus, ꝓpter hæredum pluralitatem qui cadunt in descensus, videlicet ubi hæreditas descendat pluribus filiabus, quarum omnes sunt cohæredes participes & capaces. Et ibi dividitur jus ꝓprietatis in ꝑsonas plures, & plura capita, & quandoq;

doq; bifariè, trifariè, quadrifariè per subdivisiones, secundùm ꝙ inferiùs in narratione juris, per breve de recto, manifestiùs apparebit. Et ubi qualibet ꝑsona facit sibi stipitem in primo gradu & lineam rectam descendentem, non autem ꝑ omnes personas quæ aliquando hæredes extiterint, licèt propinquiores, facienda est computatio descensus, nisi tantū ꝑ illas, quæ expectaverint mortem antecessorū, per quam jus ꝓprietatis ad eas descendit, vel saltem ad hæredes de corpore suo venientes: quia si quis plures habuerit filios & filias, & antenatus hæres ꝓpinquior in vita patris communis, sine hærede de se decesserit, postnatus statim post eum est hæres propinquior, ex quo nihil juris descendit fratri antenato dum vixerit, ac si nunquam esset in rerum natura, non fiet mentio de ꝑsona sua, sed immediatè fiat computatio descensus, ad fratrem postnatum qui expectavit, quòd jus ei descendit. Idem etiam erit, si frater antenatus liberos ex se habuerit, & in vita patris communis omnes decesserunt, antequam eis aliquid jus descenderit. Si autem frater antenatus, vel liberi si quos habuerit, patrem communem suꝑvixerit, saltem per unam horam, & sic expectaverit descēsus juris ad eos, & sic statim obierint, oportet facere mentionē in descensu juris de ꝑsona ipsius ad quem jus descendit. Et eodē modo si plures sint ꝑsonæ & hæredes, ad quos jus descendit gradatim & successivè, de singulis hæredibꝰ oportebit facere mentionem in descensu: sic incipiendo à cōmuni stipite, & unde talis antecessor fuit seysitꝰ in dominico suo ut de feodo &c. Et de talibus, ut quidam dicunt, descendit hæreditas, & descēdere debuit tali ut filio & hæredi, & de talibus usq; ad talem, & sic de hærede usq; ad hærede͂, usq; ad petentē, ꝙ quidē dici poterit, nō de eo qui sine hærede in vita patris decesserit, vel si hæredes haberet, & omnes in vita patris decesserint, antequam aliꝙ jus eis descenderit. Si autem frat̄ antenatꝰ, relicto hærede in vita patris decesserit, tunc fiat computatio talis descensus infrà. Et unde talis antecessor fuit seysitus &c. Et de tali antecessore descendere debuit jus tali, ut filio & hæredi. Sed dici non debet ꝙ aliquid jus ei descēdit, cùm nō expectaret ꝙ descenderet. Et ideò sic facta mentione de eo qui in vita patris sic obiit dicatur, & quia talis filiꝰ nō expectavit ut jus ei descēderet à tali antecessore, descendit jus tali, ut nepoti vel nepti, & sic deinceps, descendendo usq; ad petentē. Sed re vera sive antenatꝰ moriatur in vita patris, vel alterius antecessoris, & sive liberos habuerit sive nō, semper debet mētio fieri de eo in quolibet descensu, ꝓpt̄ jus ꝙ ei descēderet, si mortē antecessoris expectaret. ¶ 2. Facta mētione de gradibꝰ, bonū est videre de ꝑsonis succedentiū, & qui in successione aliis præferūtur, à primo gradu usq; ad ultimū. In primo verò gradu sedent pat̄ & mat̄, qui faciunt stipitē cōmunē. In secundo verò gradu in linea descendente sunt filiꝰ & filia. In tertio nepos & neptis, & sic deinceps in infinitū, secundùm ꝙ prædictū est in parte, & ubi omnes ꝓpinquiores remotioribus præferuntur. Et istis omnino deficientibus, tunc in secundo gradu in linea trāsversali sunt frater patris & matris soror, et hæredes eorū in infinitū descendētes. Itē in linea recta ascēdente, avꝰ, ꝓavꝰ, in suis gradibꝰ, & sic ulteriùs secundùm ꝙ prædictum est, et eorum hæredes à latere ꝓvenientes in

Of the grades of descents [handwritten marginal note]

in infinitum, ut supra dict' est. Item frater patris, & soror dicuntur patru' & amita, & si ex amita ꝓcedat filius, vel filia, dici poterunt quantũ ad nepotem ꝓprior amitiv' & ꝓprior amitiva, & sic eorũ filii & filiæ, nepos & neptis, & ulteriùs descendendo in infinitum. Illi verò qui ex patruo ꝓcedunt, filius vel filia, patrueles nuncupantur, & sic deinceps eorũ filius & filia in infinitum descendendo. Item in linea recta descendente vel transversali, ex parte filiæ alicujus, soror filiæ vel frater, de uno eodemque patre & diversâ matre, consobrina dici poterit, & frater ex talibus consobrinus, & horum filius vel filia, nepos, neptis, & sic deinceps. Item soror filiæ vel frater de una & eadẽ matre, sed diverso patre, soror uterina, frater uterinus, dici poterunt, & sic eorũ filius & filia, & sic deinceps ut suprà. Item soror patris dicitur amita, & soror matris dr̃ matertera, & eorũ filius & filia, & sic in infinitum. Et istis om̃b' deficientibus, ad superiores fiet descensus, sicut ad fratrem avi vel aviæ, vel ad sororem in linea trãsversali, sicut ad patruum magnum, vel amitam magnam, & ad eorũ hæredes, filium vel filiam, & sic deinceps. Et illis omnino deficientib', tunc ad fratrem ꝓavi ex parte patris, qui dicitur ꝓpatruus magn', vel ejus sororem, q̃ dicitur ꝓamita magna, & sic deinceps ad filios & filias, eorũ nepotes & neptes. Illis autem deficientibus, ex parte patris, tunc vocentur fratres abavi & abaviæ, qui dicuntur abpatruus magn', & abavita magna, & eorũ hæredes in infinitum. Et istis deficientibus ex parte patris, frater atavi vel ataviæ, qui dicuntur atpatruus magnus, & atavia magna & eorũ hæredes in infinitum. Quibus deficientibus, vocantur ex parte patris frater, & soror, triavi & triaviæ, qui dicuntur tripatru' magn', & tritavia magna, & eorum hæredes in infinitum. Et ex alia parte transversali à parte matris, ut si avunculus vel matertera, & omnes alii hæredes defecerint, tunc vocantur fratres & sorores avi vel aviæ ex parte matris, et vocantur avunculus magnus, & matertera magna, & eorum hæredes in infinitum. Et illis deficientibus, tunc vocantur ex parte matris frater proavi & proaviæ, vel soror qui dicuntur proavunculus magnus & promatertera magna, & eorum hæredes in infinitum. Et sic gradatim vocandi sunt abavunculus magnus, & abmatertera magna, & atavunculus magnus, & atmatertera magna ex parte matris in linea transversali, triavunculus magnus & trimatertera magna ascendendo, & eorum hæredes in infinitum. Et qualiter gradus cognationis computentur, & quo gradu, quis distet ab alio in linea descendente vel ascendente, in figura superiùs a in arbore ante principium libri picta, manifestiùs quasi ad oculum apparebit. ¶ 3 Succedit quis alteri, vel quasi succedit, non quidem jure hæreditario ut hæres, sed propter defectum hæredis, vel delictum, sicut capitalis dominus vel feoffator in eschaetam suam, de quo superiùs fit mentio in titulo, de donationibus. Succedit etiam quis alteri, vel quasi, non quidem jure hæreditario, vel jure successionis, ut hæres, sed ex causa substitutionis, per modum donationis, de quo etiam superiùs fit mentio titulo eodem, ut si dicat donator in donatione facienda. Sciant, &c. quòd dedi tali, tantam terram & tantam cum pertinentiis, habendum & tenendum sibi & hæ-

redibus

a Quære of this Arbor [illegible]

redibus suis de corpore suo ꝓcreatis tantùm, & quo casu, cùm oñs hæredes remotiores excludantur, si terra reversura ad donatorem ꝑ conditionē tacitā vel expressā, si tales hæredes defecerint, sicut adjiciat donator in charta donationis: & si talis, tales hæredes non habuerit, vel si habuerit, & defecerint, ꝙ terra illa revertatur ad alium fratrem suū, vel extraneum, habend̄ & tenend̄ sibi & hæredib' suis, de corpore suo ꝓcreatis, ut ꝓdictum est, & sic deinceps pluribus successivè. Si tales hæredes non habuerit primus feoffatus, ad substitutum non descendit aliquod jus, p ꝙ competat ei assisa mortis antecessoris, de seysina primi feoffati, in jure possessionis, nec breve de recto, super jure ꝓprietatis. Et unde ꝙ res magis valeat quàm pereat, & ꝙ effectū habeat donatio, q̄ de voluntate donatoris ꝓcessit, si post mortē primi donatorii substitutus se justè posuerit in seysinam, & donator vel ejus hæres petierit, contra actionem suam substituto dabitur exceptio, de modo donationis. Si autē extra seysinam positus substitutus petat, non consulitur ei, nisi ꝑ breve formatum de substitutione facta, ꝑ mod̄ donationis, quod in se modum continent: breve autem tale erit ut liquere poterit.

Cap. XXXII.

1 ¶ *De partu supposito, & cū uxor fecerit se prægnantē cū non sit, ad exhæredationē veri hæredis.* 2 *Breve de videndo mulierem ut sciatur utrū sit prægnās vel non.* 3 *Breve Constabulario quòd recipiat eā in castro suo.* 4 *Item quòd ad querelā hæredis videatur.* 5 *Itē quòd vic. faciat eā venire corā Justic. apud Westmonasterium.* 6 *De præsumptione quia nascitur ex uxore.* 7 *Breve de eo quòd nutriverat aliquē in domo ut filiū & hæredē qui nec est filius nec hæres.* 8 *Item cū verus hæres moriatur infra ætatem supponit custos aliū extraneū, vel si habeatur suspitio quòd mortu' sit, breve quòd videatur.* 9 *Breve si hæreditas hæredis mortui debeat esse eschaeta domini Regis.* 10 *Cùm talis mulier in judicio convicta fuerit vel confessa quòd prægnans non sit, breve de faciendo seysinam vero hæredi.*

Dictū est suprà ꝙ ꝑsumitur ꝙ quis sit hæres, eò ꝙ nascitur ex uxore, & ꝙ sit hæres, quē nuptiæ demōstrāt. Et quoniā aliquādo supponitur part' ab uxore, q̄ se facit ꝑgnātē cū nō sit, & aliquādo à custode, qui (mortuo vero hærede) supponit extraneū, & nutrit ut hæredē ad hæreditatē, & ad exhæredationē veri hæredis, cū non sit filius nec hæres: Ideo de partu supposito videnđ, & qualiter hujusmodi malitia in curia Regis cōvincatur. Esto igitur ꝙ uxor alicuj' in vita viri sui se ꝑgnantē fecit, cū non sit, vel post mortē viri sui se ꝑgnantē fecit cū non sit, ad exhæredationē veri hæredis, vel fortè cum ꝑgnans sit, non sit verisimile ꝙ partus possit esse viri defuncti. Et in duob' primis casibus, ubi se fecerit ꝑgnantē, cū non sit, ad querelā veri hæredis, ꝑ ꝓceptum domini Regis, faciat vic. venire talem mulierem corā eo, & corā custodibus placitorum coronæ, vel etiam corā aliquo quem dñs Rex justic. constituerit, & faciat eam videri à discretis mulieribus, & tractari ꝑ ubera, & ꝑ ventrem, ad inquirendā veritatem, & si suspitio habeatur alicujus falsitatis, qualitèr debeat custodiri. Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de term̄ san. Hilar. & de term̄ Paschæ anno Reg. H. quinto in com̄. Norf. De Petro constabulario de Manton, & Muriella quæ fuit uxor Wilhelmi

a The form of the writ is here wanting.

helmi de Maūton, & in quo casu, necesse erit inquirere ab uxore de tēpore conceptus sui, & de morte viri sui, & de accessu vel recessu suo, sub ea forma, breve erit tale. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd omni dilatione & occasione postposita, venire facias coram te, & coram custodibus placitorum Coronæ nostræ in pleno comitatu tuo, vel coram tali quem ad hoc justic. nostrum constituimus, A. quæ fuit uxor B. & quæ se facit prægnantem, & coram prædictis custodibus facias eam videri per legales & discretas mulieres, per quas veritas melius sciri poterit, & diligenter tractari a mulieribus prædictis per ubera, & per ventrem, modis omnibus quibus inde melius possit certiorari utrum prægnans sit necne, & si prædicti custodes & mulieres viderint quòd prægnans sit, vel inde dubitaverint, tunc illam poni facias in castro nostro tali, & ita quòd nulla domicella quæ prægnans sit, vel alia, de qua suspitio possit haberi alicujus falsitatis faciendæ, sit cum ea, & in castro illo moram faciat, quousque de partu suo constare possit. Provideas etiam quòd in castro illo ita discretè custodiatur, ne in custodia illa de partu suo possit falsitas evenire, mandavimus enim constabulario tali quòd in prædicto castro eam recipiat, &c. Et si alius ad hoc quam vic. constituatur Justic. ut prædictum est, tunc addatur in fine clausula ista: Quia mittimus talem, ut cum ipso & per ipsum negotium illud perducas ad effectum. Breve autem quod dirigitur constabulario quod eam recipiat, tale erit. ¶ 3. Rex tali constabulario salutem. Præcipimus tibi, quòd talem mulierem, quæ se facit prægnātem in tali castro (cum pervenerit ad te) recipias, & ita quòd in eodem castro moram faciet ad custum suum proprium, & si duæ mulieres vel tres de progenie tali voluerint visum de ea facere singulis diebus, semel in die in prædicto castro, hoc eis permittas. Teste, &c. Et hoc ita fiat si uxor fecerit se prægnantem in vita viri sui: Si autem post mortem viri se prægnantem fecerit cùm non sit, ad exhæredationem veri hæredis, & petat se mitti in possessionem bonorum nomine ventris, ad malitiam convincendam fiat tale breve ad querimoniam hæredis. ¶ 4. Rex vic. salutem. Monstravit nobis A. frater B. quòd cùm talis fœmina, quæ fuit uxor prædicti B. prægnans non sit, ipsa falso dicit se esse prægnantē de prædicto B. & ad exhæredationem ipsius A. de terra quæ fuit prædicti B. quæ ad ipsum A. jure hæreditario descendere debuit ut dicit, tanquam ad fratrem & hæredem ipsius B. si prædicta talis de eo prolem nō habuerit. Et quoniā tantam excogitatam malitiam volumus impedire, tibi præcipimus, quòd assumptis tecum discretis & legalibus militibus & discretis & legalibus mulieribus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad ipsam talem mulierem, & coram prædictis militibus facias eam videri a prædictis mulieribus, & diligenter tractari per ubera, & per ventrem, modis omnibus, quibus melius & honestius inde poterit certiorari. Et si ipsam invenerint p̄gnantem vel imp̄gnantē, diligenter inquirant de tēpore conceptus, quoquo modo, quando & ubi, & quando illa crediderit se esse parituram. Et inquisitionē q̄ inde feceris, scire facias justic. nostris tali die apud Westm̄ evidentèr & distinctè, & apertè, p̄ literas tuas sigillatas, & per discretos milites ex illis, qui inquisitioni illi interfuerunt,

&

& cognita veritate, fiat inde, ꝙ justè fuerit faciend', & interim, prædicta talis salvo custodiatur in castro tali, vel alibi tuto loco, ad omnem suspitionē tollendam alicujus falsitatis faciendæ, donec de partu ipsius constiterit. Et habeas ibi hoc breve, & nomina militum, & mulierum per quoȓ sacramētum inquisitionem illam feceris. Teste, &c. Si autem talis mulier venire debet corā justic. apud West. tunc fiat breve in hac forma, ꝙ vic. habeat corp' ejus. ¶ 5. Rex vic. salutem, ꝑcipimus tibi, ꝙ oñi occasione postposita, habeas coram justic. nr̃is apud W. tali die, corpus A. quæ fuit uxor B. q̃ se dicit esse ꝑgnantem, cùm non sit, ad respondend' C. quare se facit falsò ꝑgnantem cū non sit, ad exhæredationem ipsius C. T. &c. Cùm autem mulier sic fuerit cautè custodita & omni suspitione per talem custodiam sublata, si fortè ꝑgnans extiterit, & peperit, de facili perpendi poterit utrum partus ille fuerit viri sui defuncti verè vel præsumpti vè, vel alterius: computato tempore, scilicet à tempore quo dicebat se concepisse, & etiam à morte viri usque ad diem pariendi. Dicunt enim quidam, licèt alii sunt in contraria opinione, quòd mulier tempus pariendi etiam (ꝑ unum diem) excedere non potest, nisi fortè partus in utero mortuus sit, vel ad monstrum declinaverit cū discrimine matris. Anticipare tamen potest tempus pariendi, ut pareat præmaturè, & si monstrosum vel prodigiosum enixa fuerit, partus ille inter liberos non computabitur, vel communerabitur, quantum ad successionem. Partus autem qui membrorum officia ampliaverit, ut si sex digitos habeat in una manu, vel diminuit, ut si non nisi quatuor tantùm, tamen quia aliqualiter videtur effectus esse ut homo, inter liberos communerabitur quoad successionem. Et notandum secundùm quod superiùs dict' est, ꝙ si cohabitaverint vir & uxor, nec sit impedimentum ex aliqua parte quin generare possent, & uxor de alio quā de viro conceperit, partus legittimus erit sive ipsum vir advocaverit sive deadvocaverit: & legittimus erit ꝓpter ꝓ̄sumptionem, eò quòd nascitur ex uxore. Talis enim præsumptio non admittit ꝓbationem in contrarium. Si autem simul habitaverint vir & uxor, & vir ꝓpter aliquod impedimentum legittimum, ꝙ probari possit, generare non possit, si uxor de alio conceperit, ꝓpter cohabitationem ꝓ̄sumitur quòd partus sit legittimus, eò quòd nascitur ex uxore, & standum erit tali præsumptioni donec probetur in contrarium, & sic in istis duobus casibus, præsumptio præfertur veritati. Et si pater partum semel advocaverit, iterum illum deadvocare non poterit, si hoc probetur. Si autem cùm generare non possit, propter legittimum impedimentum, partum in utero vel æditum deadvocaverit, & ut decet, à domo sua amoverit, nihilominùs tamen standum erit præsumptioni, quòd partus legittimus sit, eò quòd nascitur ex uxore, admittitur tamen probatio in contrarium, si certis indiciis doceatur, quòd legittimum extiterit impedimentum, & sic vincit talem præsumptionem veritas, & probatio vera. Et licèt per talem probationem, partus fuerit advocatus à patre, partus nunquam efficietur legittimus, cùm hoc esset in præjudicium veri hæredis. Si autem cùm diu simul non cohabitaverint ꝑ biennium vel ultrà: sive vir generare possit sive non, & uxor concipere vel

non,

non, si uxor ab alio conciperet, vel partum suppósuerit, ita quòd vehementer præsumi possit, propter temporis intervallum & distantiam locorum, quòd vir talem partum non genuerit, sive talem partum advocaverit sive non, nunquam efficietur partus legitimus. Et licèt præsumatur quòd legitimus sit, eo quòd nascitur ex uxore, tamen non erit standum tali præsumptioni, nec erit necesse probare contrarium, cùm ipsa veritas, si de ea constiterit quòd simul non cohabitaverunt, doceat contrarium. ¶ 6 Dictum est suprà de uxore quæ falsò se facit prægnantem in vita viri sui vel post mortem cum non esset, nunc autem dicendum est si vir vel uxor nutrierit aliquem ut filium & hæredem, qui nec est filius nec hæres, ad exhæredationem veri heredis, sive partus sit suppositus, sive ab alio conceptus, & ad querelam veri hæredis summoneantur, quòd sint coram justic. per tale breve. ¶ 7 Rex vic. salutem præcipimus tibi, quòd habeas coram justic. nostris, &c. corpus A. & B. uxoris suæ, vel corpus alterius ipsorum, ad respondendum C. filio vel nepoti vel alteri hæredi ipsius A. qui se gerit pro hærede ipsius A. quare nutriri faciunt D. sicut filium & hæredem ipsius A. ad exheredationem ipsius C. qui nec est filius nec hæres ipsius A. nec esse potest, ut idem C. dicit. Et habeas ibi hoc breve Teste, &c. Et in quo casu, cùm comparuerit pater vel mater, vel eorum alter, & talem nutritum produxerint, tunc si talem nutritum in judicio ad filium & hæredem recognoverint, & præsumptio sit pro eis quæ non admittit probationem in contrarium, ut si nascatur de uxore, quæ concipere potest, licèt ab alio quàm à viro suo concipiatur, vel si fortè supponatur, cùm simul cohabitaverint, nec sit impedimentum ex parte viri quin generare possit, nec est impedimentum ex parte matris, quin concipere possit propter sterilitatem & senectutem, talis filius & partus erit legitimus. Si autem verus hæres docere possit contrarium aliud erit, licèt parentes aliud in jure confessi sunt, dum tamen hoc probetur. Debet enim confessio facta in jure, naturæ & veritati convenire. Pendente tali placito, antequam de tali partu constiterit, moritur partus & substituitur ei alius, & nutritur ut hæres, ad querimoniam igitur veri hæredis fiat tale breve. ¶ 8. Rex vicecom̄ salutem. Ostendit nobis & consilio nostro A. frater B. qui se facit hæredem ipsius B. si C. uxor B. & filius ipsius B. sine hærede de corpore suo decesserit, quòd cùm placitum sit in curia nostra, &c. inter ipsum B. & prædictam C. uxorem ejus ex una parte & eundem A. ex altera, & ipsi B. & C. in eodem placito fecerint attorn. & ad clamorem ipsius C. & multarum gentium, habita aliquando suspitione quòd eadem C. mortua sit, & dictum sit multotiens attornato ipsius C. quòd ad suspitionem talem tollendam, ipsam producerent coram justic. & vivam exhiberēt, ipsi eam nullatenus produxerint propter quod major jam suborta est suspitio quàm solebat quòd mortua sit, & mors ejus concelata ad exhæredationem ipsius A. Et ideò ne fallsitas veritati præferatur, tibi præcipim⁹, quòd assumptis tecū quatuor militibus de comitatu tuo, quos ad hoc legales esse videris in propria persona tua, simul cum prędicto A. accedas ad talem locum, ubi prædicta C. moram facit, sicut attornati sui in curia nostra nuper recognoverunt, & eā à

p̄dictis

If husband & wife breake a supposititious child

pdictis militib⁹, simul cū pdicto A. & aliis, quos idē A. de familia sua secum adducet, & videri facias si adhuc supstes sit & viva, & si viva sit, tunc in quo statu eā inveneris, & secund ꝙ eā inveneris, certos reddas nos & justic. nostros tali loco, tali die evidētèr, distinctè, & aperte p literas tuas sigillatas sigillo tuo, & sigillis quatuor pdictoř milit, & habeas ibi nomina militum & hoc breve Teste, &c. Itē cū legittimus hæres fuerit in custodia alicujus dñi capitalis, & mortu⁹ sit, & ille capitalis dñs alium extraneū supposuerit loco talis, tunc ad querimoniā veri hæredis vel alterius fortè, ad quē ptinet hæreditas, ut eschaeta, ut si verus hæres qui mortu⁹ est teneret de dño Rege in capite vel de alio, & tunc fiat tale breve in psona Regis. ¶ 9. Rex vicecom salutē. Præcipe A. & B. uxori ej⁹, ꝙ juste, &c. reddāt nobis tantā terrā cum ptinentiis, &c. in tali villa, q clamam⁹ ut eschaetā nostrā, & q̄ ad nos reverti debet ut eschaeta nostra, eò ꝙ C. filia & hæres B. qui de nobis tenuit in capite obiit sine hærede, & in q pdicti A. & B. non habēt ingressū, nisi per hoc ꝙ pdictus A. duxit pdictā B. in uxorē, postquā falsò & ad exhæredationē nostra, supposuit pdictā B. loco pdictæ C. q̄ mortua est, & fecit eam nominari C. & nutriri ac si esset filia & hæres pdicti B. q̄ nec est filia nec hæres ejus, sed filia talis ut dicitur, & nisi fecerit, &c. Et quid si pdicta B. supposita, prius homagium fecerit dño Regi vel alteri, cujus eschaeta terra esset? quæritur an obstare debeat homagiū, & est veř quòd non, ppter errorē psonæ, cepit enim homagiū talis psonæ sicut filiæ & hæredis talis, q̄ nec fuit filia nec hæres. Itē de tenemēto ꝙ de eo tenere debuit cepit homag', sed nullū tenemenť de eo tenere debuit, cū non esset filia nec hæres B. & ideò homagiū nullū, ppter errorē, quia qui errat, non cōsentit. Cùm autē mulier, q̄ se facit pgnantē, in judicio cōvicta sit, vel cōfessa ꝙ pgnans nō sit, tunc habeat verus hæres tale breve capitali dño directū, de capiendo homagiū suū. ¶ 10. Rex tali capitali dño salutē. Sciatis ꝙ A. q̄ fuit uxor B. dedit nobis & cōsilio nostro intelligi, ꝙ pgnans fuit de pdicto B. viro suo, & quoniā hoc dicebat ad exhæredationē C. fratris & hæredis ipsius B. si pdicta A. plē ab ipsa B. non haberet, ut idē C. dicebat, nos ad querimoniā ipsi⁹ C. fecim⁹ eam teneri sub custodia, quousq; sciri possit, secund debiť naturæ, utrum pgnans esset necne. Et post multas inquisitiones, tandē didicim⁹ p confessionē ipsi⁹ A. publicè factā, in judicio corā justic. &c. & p legales & discretos homines & mulieres à quib⁹ visa fuit p pceptū nostř, ꝙ non fuit pgnans, sed ꝙ decepta fuit, credens se esse inpgnatā cū non esset: Et ideò vobis mandamus, ꝙ ppter illam deceptionē non omittatis, quin capiatis homagiū pdicti C. qui in curia nostra pnuntiatur hæres pdicti B. legittimus, & secund' regni nostri consuetudinem, seysinā de hæreditate sua, quam de nobis tenere debet ei sine dilatione habere facias Teste, &c.

Writ for heir to do homage if widow [illegible] not pregnan[t]

Cap. XXXIII.

1 ¶ *De hæredibus instituendis.* 2 *Si fieri debet partitio inter hæredes.* 3 *De Justitiariis constituendis ad partitionē faciendā.* 4 *De Justitiariis constituendis ut*

ut intersint partitioni. 5 Breve cũ partes elegerint aliquos de cõmuni assensu ad partitionẽ faciẽdã. 6 Breve alteri' modi sed de eod', ubi partitio min' ritè facta est per alios. 7 Breve de eodẽ, sed istud deberet pracedere proximo pracedens. 8 Breve de seysina faciẽda coharedib', cũ cõvenerit inter eos de partitione, 9 Itẽ aliud de eodẽ si particeps tenẽs se cognoverit participi partẽ suã, & quod fiat extensio. 10 Breve quod quis eat ad capiendũ sacramentũ de extẽsorib' si facienda sit extẽtio extra comit. 11 Breve ubi extẽsores nihil fecerunt ad primum mandatũ. 12 Breve si milites venerint & vic. negligens fuerit. 13 Breve si extẽtio min' sufficiẽter facta fuerit. 14 Breve inter laqueatũ ubi milites de duob' comitatib' cõvenire debent ad faciẽdã extensionẽ. 15 Breve de eodẽ. 16 Breve de querela filia primogenita & participis qua non habet rationabilẽ partẽ suam nec æsnetiam, & de partitione rationabiliter facienda per milites. 17 De habẽdis corporibus extensorum ad certificandum.

MOrtuo tenente alicuj', primò debet dñs capitalis seysire in manũ suã feod suũ & tenẽtum, quod de eo ĩmediatè tenetur, & tenere in manu sua, donec ei constiterit si defunct' hæredẽ habuerit vel nõ, & hoc dico: si vacuã invenerit possessionẽ. Si autẽ hæres apparẽs sit, tũc aut un' vel plures qui sũt quasi un' hæres vel cõtendũt se esse hæredes cũ nõ sint, & nescitur quis eorũ sit propinquior, in quo casu, licitum erit dño capitali, tenere feodum suum in manu sua, quousq; discussum erit inter cohæredes, quis eorũ sit hæres rectus & propinquior. Si autem in seysina invenerit aliquem, qui se facit hæredem, talem ejicere non possit, quin faciat disseysinam. Tenere tamen se poterit in seysina cum tali, donec talis, si hæres fuerit, ipsum recognoscat ad dñm, secundùm quod inferiùs dicetur in assisa mortis antecessoris in principio. Cùm autem sit hæres apparens, un' vel plures unum jus habentes, ut prædict' est, & sint plenæ ætatis, sive inveniantur in castro sive non, inprimis capiat eorũ homagium, & rationabile relevium, & postea habeant seysinam hæreditatis. Et qualiter hoc fieri debet, inferiùs dicetur pleniùs. Si autem hæres vel hæredes plures, fuerint infra ætatem, qui recogniti fuerint ad hæredes, non priùs habeat dominus capitalis custodiam hæredum & maritagium, antequam ceperit eorum homagium, & capto homagio, tunc remaneant in custodia dominorum, sicut de feodo militari, usq; ad legittimam ætatem suam. Et de custodia & maritagio, inferiùs dicetur pleniùs, post tractatum de capiendo homagio & relevio. ¶ 2. Cùm autem plures sint hæredes unũ jus habentes, & dividi debeat hæreditas inter eos ratione rei, vel ratione personarũ: tunc statim post homagium captum fiat divisio hæreditatis & partitio inter cohæredes. In partitione hujusmodi facienda, nullum debet esse placitum inter cohæredes, qui ad hæredes recognoscuntur, licèt inter eos sit contentio de partibus suis quòd aliquis eorum pl' habuerit ad partem suã, quã ad ipsum pertineat habend', quia nihil aliud sequitur, nisi qd' facta extensione, quilibet habeat partem suam rationabilem. Sed si antequam contentio terminetur, ille qui plus habuerit, seysitus moriatur, hæres suus, sive sit major sive minor, sine brevi non respondebit, propter seysinã antecessoris sui, justam vel injustam. Cùm autem plures sint hæredes, ut prædictum

Of Partition

dict' est, & inter eos convenire non possit de partitione facienda, tunc fiat breve, ꝙ nullũ placitũ contineat, sed ꝙ conveniant ad partitionem faciendã, si sibi viderint expedire. Sed quoniam partitio fieri non potest inter cohæredes nisi facta extẽtione & appciatione, & extentio & appciatio fieri non possit sine militib', qui faciant extentionẽ cũ vicecom̃, & qui aliquãdo dicuntur justic. cũ cõstituãtur à Rege, aliquãdo eliguntur à partib' de consensu cõmuni, ideò videnđ inprimis qualiter à Rege cõstituuntur, & p ꝙ breve. Breve tale est. ¶ 3. Rex dilectis & fidelib' suis A.B.C.& D. salutem. Sciatis ꝙ constituim' vos justitiarios, ut coram vobis omĩb', vel aliquo ex vobis, si oĩs interesse non possitis, fiat extentio p talẽ & talem de talibus honorib', secund ꝙ pdictis talibus & sociis suis p literas nostras patentes significavim'. Et ideò vobis mandam', ꝙ tali die conveniatis apud talem locum, & p sacramentum pdictoꝝ talium, vel quorundam ex illis, si oĩs electi p communem assensum partium non intersint, legaliter discretè & rationabiliter extendatis, & appciari faciatis oĩs terras & oĩa teñta de pdictis honoribus de N. cum oĩb' ptiñ suis, sc. in dominicis, villenagiis, & servitiis liberoꝝ hominum, in pratis, pasturis, boscis, & planis in omĩb' aliis rebus, ad terras illas & teñta ptinentibus. Et si fortè oĩs extensores electi, ad diẽ illum non venerint, vel cũ venerint extentionẽ illã facere noluerint, tunc alios legales & discretos hoĩs, loco eoꝝ ponatis, quos ad hoc inveneritis magis utiles, & p eoꝝ sacramẽta, extentionẽ illã & appciationem fieri faciatis, secund ꝙ pdict' est, ita ꝙ extentio illa ultra diem illum nullo modo differatis. Et sciatis ꝙ pdict' talis & talis manuceperunt, habendi suos extensores sc. à partibus electos, & superius nominatos ad eundem diem. Et extentionem illã & appreciationem evidentèr, distinctè & apertè scire faciatis nobis, vel justitiariis nostris talib' tali loco, tali die, sub sigillis pdictoꝝ extẽsoꝝ. In cujus rei testimoniũ, &c. T. &c. Item alia forma de eodẽ, & si illi de com̃ illo sint rebelles qualiter alii, loco eoꝝ assumendi sunt de alio com̃, ad faciẽdã extentionẽ. ¶ 4. Rex dilectis & fidelibus suis talibus salutem. Sciatis ꝙ constituimus vos justic. nostros, ut intersitis extensioni & appciationi faciendæ inter tales & tales, de tali honore cum pertinentiis, ita quòd extentio illa & appciatio fiat corã vobis, tali die apud talem locum, p A.B.C.D. electos ex parte talis, per D.E.F. electos ex parte talis, si omnes tunc coram vobis præsentes fuerint, & si non, vel si præsentes fuerint & sint rebelles, quò minus extentio illa fieri possit, tunc alios legales milites assumatis vobis, ex illis quos vic. noster tali coram vobis ibidem venire faciet, loco pdictorũ militum, p quos extentio & appreciato illa melius fieri possit, & qui nec pdictum talem & talem aliqua affinitate attingant, & per eorum sacramentum fieri faciant extentionem & appciationem illam in hac forma, scilic. ꝙ oĩs terræ & omnia tenementa extendantur, secundùm quod supradictum est. Præcipimus etiam vic. nostro tali, ꝙ venire faciat coram vobis ad pdictum diem talem, tam milites quàm alios legales homines, p quos negotium illud melius expediri possit. Et ideò vobis mandamus ꝙ oĩi occasionem postposita, pdict' loco & die conveniatis, ad pdictã extentionem & ap-

preciat

p̃ciationẽ faciendã, secund' formã p̃dictã, & cũ facta fuerit, tunc valorem omnium terrar̃ illarũ & tenementorũ illorũ imbreviari faciatis, & illã imbreviationẽ habeatis corã Justic. nostris tali loco, tali die, & q citò extensio illa & appreciatio facta fuerit, vos, una cum p̃dicta vic. nostro, statĩ habere faciatis, prædicto tali plenariã seysinam de honore prædicto cũ ptinentiis: Exceptis terris & tenemẽtis, q̃ prædictus talis, aliis inde dedit in feodo, & q quidem apprecíantur & extendãtur p se, & inde valores p se similiter imbreviantur, ut nos vel justitiarios nostros tales, inde reddere possitis certiores, Teste, &c. Cùm autem extensores ex cõmuni consensu partium eliguntur, ad extentionem & appreciationem faciendã, tunc fiat breve extensoribus electis, in hac forma ex parte Regis. ¶ 5. Rex A.B.C.D. salutem. Sciatis q̧ A. de N. & B de N. in curia nostra corã, &c. elegerunt vos, ut p sacramentum vestrũ extendantur & appreciãtur oĩs terræ, & oĩa tenementa de tali honore, & unde contentio fuit inter eos, & unde concordati sunt in curiã nostra corã Justic. nostris talibus, & ita q̧ si un' vestrũ interesse non possit, q̧ alius talis ponatur in loco ejus, & sic de omb' aliis nominatis. Et ideò vobis mandamus, firmiter præcipientes, quaten' tali die conveniatis apud talem locũ, vel alibi, ubi meliùs & faciliùs convenire possitis, & facto sacramẽto corã vic. tali legaliter & discretè & rationabiliter extendatis, & appreciari faciatis omnes terras & omnia tenementa de prædicto honore, & tam illa tenementa quæ prædictus A. inde dedit quàm alia, sc. in dominicis, villenagiis, &c. ut suprà, & illam extentionem & app̃ciationem scire faciatis Justic. nostris talibus, tali loco, tali die. Mandavimus etiam vic. nostro tali, quod ad prædictum locum & diem, vobis occurrat, ad sacrament̃ vestrum capiendum, & q̧ tunc coram vobis venire faciat omnes illos de prædicto honore, & alios de com̃ tuo, quos viderit esse vocandos, & per quorũ sacramentum auxilium habere possitis, ad extensionem illam & appreciationem faciendam. Et scire faciatis præfatis justic. nostris ad prædictũ diẽ, quot homines & quos idem B. feoffaverit, & de quibus tenementis, & valor & precium illorum tenementorum p se imbrevientur. Et si omnes vestrũ interesse non possitis, tot ex vobis ad minus, intersint ad prædicta exequẽda. In cujus rei testimonium, mittimus vobis has literas nostras patentes Teste, &c. Item aliud breve de eodem, & ubi causatur partitio, eò q̧ minùs bene facta est, & ubi constituuntur tres Justitiarii, p̃pter p̃sumptionem extensor̃. ¶ 6. Rex dilectis & fidelib' suis salutem. Sciatis q̧ nos, ad petitionem dilector̃ & fidelium nostrorum A. & B. constituimus vos Justic. nostros ad faciendam extentionem & partitionem inter prædictum B. & tales filias & hæredes talis, quæ sunt in custodia ipsius A. de omnibus terris & tenementis quæ fuerunt C. de N. in com̃ tali, & unde prædicti A. & B. conquesti sunt, quod partitio inde priùs facta per præceptum nostrum, facta fuit minùs rationabiliter, quam deberet. Et ideò vobis mandamus quòd assumpto vobiscum vic. nostro tali, cui dedimus in mandatis quòd una vobiscum sit ad faciendã partitionem illã, quàm citiùs poteritis accedatis ad omnes terras & tenementa quæ fuerunt prædicti C. in prædicto com̃,

&

& convocatis coram vobis xij. vel vj. legalibus hominib' de qualibet villa, secundum q meli' expediri videritis, p eorum sacramẽta extendi et appreciari faciatis quamlibet villam per se in dominicis et villenagiis &c. ut supra, secundum q modo sunt, et in eodem statu quo nunc sunt, in omnibus rebus quæ extendi & appreciari possunt et debent. Et facta taliter extensione, quælibet villa dividatur per medium, ita quòd medietas cujuslibet villæ æqualis sit alteri medietati ejusdẽ villæ, & facta sic divisione, mittatur sors super utramq; medietatem, et p sortem assignetur utriq; parti sua medietas, salva tamen ipsi A. sua æsnetia, et cõputentur eidem A. in parte sua omnes terræ et omnia tenemẽta quæ idem A. dedit, secundùm valorem illarũ terrarum datarum. Et ad omnem cõtentionis occasionem tollendã, quæ oriri possit inter eos et ballivos eorum, et ut sic in qualibet villa terræ partitæ et divisæ inter eos sine cõtentione remaneant, de cõsensu partium ꝓvisum est & concessum, quòd unicuiq; ipsorum habere faciatis partem ꝑ se, & ita q portio quæ per sortem acciderit prædictis filiabus in aliqua villa, quæ si integra remaneret cõpetens esset ipsi A. et necessaria cum sua parte, tũc eidem A. integrè remaneat partitio illa cum parte sua, et ita quòd integrè habeat totam villam illam. Et eodem modo, vice versa, fiat in alia villa de parte ipsius A. quæ si villa integra remaneret competens et necessaria esse posset prædictis filiabus & assignetur portio prædicti A. in villa illa ad valentiam illius portionis quam prædict' A. habuit de portione prædictarum filiarum in alia prædicta villa, secundùm q quælibet villa & terra extensa fuerit, et ita quòd prædictæ filiæ habeant integrè totam villã illã. Et si portio unius in una villa, minor sit portione alterius in alia villa, ei qui minus habuerit, ad quod defuerit, perficiatur alibi in loco competenti, de portione ejus qui plus habuerit, ita quòd quilibet earum æqualem habeat portionem computatis terris datis &c. Et salva ipsi A. æsnetia sua. In cuj' rei testimonium &c. Teste &c. Est etiam aliud breve quod istud breve præcedit, & ubi Justic. minùs ritè ꝓcesserunt, & de quo sequitur istud breve præcedens, quod tale est & quod directum fuit vic. ¶ 7. Rex vic. tali salutem. Sciatis quòd reddidimus A. ad opus filiarum & hæredum B. quarum custodiã idem A. habet, per finem quem fecit nobiscum, & custodiã medietatis omnium terrarum & tenemẽtorum cum pertinentiis quæ fuerunt prædicti C. in balliva tua, ut rationabilem portionem dictarũ filiarũ prædictarum terrarũ & tenemẽtorum quæ eas contingit de hæreditate ipsius C. &c. unde B. qui habet aliam medietatem earundem terrarum, quæ fuerunt ejusdem C. est particeps earum de prædicta hæreditate, & unde convenit in curia nostra coram &c. inter prædictos B. & A. quòd omnes terræ illæ, cum omnib' pertinentiis suis, quæ fuerunt prædicti C. extendantur & appreciantur, & postea inter eas dividatur, salva tamen eidem B. æsnetia sua, & cum terræ illæ extensæ fuerint & appreciatæ, idem B. habeat partem suam ꝑ se, sine parte quam idem A. habeat cum eo, ita quòd omnes terræ cum omnibus pertinentiis, quas prædictus B. prius dedit de terris quæ fuerunt prædicti C. computentur eidem B. in parte sua, secundùm valorem illarum terrarum datarum, &

ita etiam, q cùm medietas prædictarum trarum assignata fuerit eidem A. idem A. habere faciat eidem B. de medietate quam recuperat ad op' prædictarum filiarum, tantundem træ in loco cōpetenti. Et ideò tibi præcipim', q assumptis tecum discretis &c. p quos extensionē & appreciationē & partitionem illā meliùs facere poteris, in ꝓpria psona tua accedas apud talem locum, tali die, & p eorum sacramtum terras illas cum ptinentiis, in omnib' reb' extendi & appreciari facias, & unicuiq; ipsorum A. & B. partem suā habere facias & assignari, salva eidem B. ut prædictum est æsnetia sua, et salvo eidem B. tanto terræ de medietate ipsius A. per eādem extensionem, per quam idem A. recuperavit. Præcipim' etiam tibi, q de exitibus medietatis ejusdem terræ quam cepisti in manum nostram p præceptum nostrum, & qui inde pervenerunt dum fuit in manu nostra, habere facias unicuiq; ipsorum, secundùm partem suam quam habuit p prædictam partitionem, et sive prædicti A. et B. venerint sive non, non remaneat ꝓpt absentiam ipsorum aut alicuj' ipsorum, quin terræ illæ extendantur & apprecientur et dividantur modo quo prædictum est, & ita te habeas in hoc negotio &c. Teste &c. Est & alia forma brevis de extensione facienda de cōsensu partium p concordiā, et dirigitur vic. ¶ 8. Rex vic. salutem. Scias q cōvenit int A. petentem & B. tenentē, de tali manerio cum ptinentiis in tali com, et de alio manerio cum ptinentiis in alio com tali, et sic si plura maneria fuerint in diversis com de quib' fieri debet partitio inter partes, & tunc sic dicatur. s. q medietas omnium terrarum prædictarum remaneat ipsi A. & hæredib' suis quietè de ipso B. & hæredib' suis imperpetuum, & alia medietas cum ptinentiis cum omnib' rebus remaneat eidem B. & hæredibus suis quietè de ipso A. et hæredib' suis impertuū, ita tamen q cùm omnes terræ et feoda omnium prædictorum honorū, in omnib' reb' p legales homines, de consensu ipsorū A. & B. electos, extenta fuerint & appreciata rationabilit. A. et hæredes sui habebunt medietatē suam de tali honore & tali, et B. & hæredes sui habebunt suā medietatem de tali honore & tali. Et si alicui ipsorum aliquid defecerit in prædictis honoribus de medietate sua id q ei defuerit, ꝑficietur ei de tali honore, loco cōpetenti. Et ideò tibi præcipimus, quòd assumptis tecum &c. ut suprà. Item aliud breve de eodem, si p concordiā. ¶ 9. Rex vic. salutem. Scias quòd cùm A. in curia nostra &c. peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, ut rationabilem partem suam quæ eum cōtingebat de hæreditate C. patris vel alterius antecessorum prædictorum A. et B. cujus hæredes ipsi sunt: idem B. venit in eadem curia, et recognovit totam prædictā terrā cum ptinentiis esse jus ipsi' A. ut rationabilem partem suā, quæ eum cōtingebat de prædicta hæreditate, habendum & tenēdum prædicto A. &c. et ideò tibi præcipim', quòd assumptis tecum discretis & legalib' hominib' de proximo vicineto talis villæ, in propria psona tua accedas ad talem terram, & per eo͞r sacramentum, terram illam extendi facias & appreciari in dominicis, villenagiis, et servitiis liberorum hominum, in pasturis, boscis, & omnibus aliis rebus, et cùm extensio et appreciatio ista facta fuerit, tunc p eorundē sacramtum, totā terrā

illam

illam cum ptinentiis æqualiter partiri facias in duas partes, et ita ꝙ quælibet pars æqualis sit alteri, et facta sic partitione, unicuiq; ipsorū partem suam habere facias et assignari, salvo tamen eidem B. tanto træ, quam sibi et hæredibus suis retinet sine parte, salva etiam eidem A. æsnetia sua. Et quid, et ubi, et p quas particulas unicuiq; eorū partē suam assignaveris, scire facias nobis vel Justic. nostris &c. tali loco, tali die, evidēter, distinctè et apertè, p literas tuas sigillatas, & p quatuor legales homines ex illis p quas partitio illa facta fuerit. Et habeas ibi hoc breve, et nomina illorum, p quorum sacramentum partitionem illā feceris, Teste &c. ¶ 10. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, ꝙ omni dilatione postposita, sis tali die & tali loco, ad capiendum sacramtum de tali & sociis suis, electis ad extensionem et appreciationem facienda, de tris & tenemtis de tali honore, secundùm ꝙ in literis nostris patentibus, quæ ibi inde ostendentur continetur, & si op' fuerit, coram eisdem militib' venire facias alios de prædicto honore, quos prædicti milites ad hoc vocari voluerint, ut eisdem militibus super sacramtum suum sint auxiliantes, ad prædictā extensionē & appreciationem facienda, & cùm extensio illa et appreciatio rationabiliter facta fuerit, plenariam seysinam habere facias tali, de omnibus terris & tenemtis de prædicto honore cum pertinentiis Teste &c. Milites quandoq; ad primum præceptum regis non veniunt ad faciendam extensionem, vel fortè cùm venerint, vic. negligenter faciat ꝙ ei junctum vel jussum est, et unde si milites nō venerint fiat eis iterum tale breve. ¶ 11. Rex dilectis & fidelib' suis A.B.C.D. salutem. Satis recolimus, vobis aliàs dedisse in mandatis, quòd A. et B. in curia nostra coram &c. eligerunt vos de communi cōsensu eorum, ut p sacramtum vestrum extendantur & apprecientur omnes terræ & omnia tenemta de tali honore, unde cōtentio &c. ut suprà. Et quia tunc ad mandatum nostrum nihil inde fecistis, iteratò vobis mandamus, et in fide, qua nobis tenemini firmiter præcipimus, quatenus omni occasione et dilatione postpositis, conveniatis tali loco et tali die, et facto sacramto coram vic. nostro tali, vel coram dilectis et fidelib' nostris A. et B. quos ad hoc Justic constituimus, vel altero ipsorum, si ambo interesse non possunt, legaliter, et discretè et rationabiliter extendatis et appreciatis omnes terras et tenementa &c. ut suprà. Et extensionem et appreciationem illam scire faciatis Justic. nostris apud W, vel prædictis A. & B. Justic. ad hoc cōstitutis, vel alteri eorū sub sigillis vestris, ut ipsi justiciarii Justic. nostros apud W. ad diem eis datum plenius certificare possunt. In cujus rei testimonium &c. Teste &c. Si autem, cùm milites venerint vic. negligens fuerit, tunc fiat vic. tale breve. ¶ 12. Rex vic. salutem. Mandavim' p literas nostras patentes talibus militibus, quòd tali die convenirent apud talem locum, et facto sacramto corporali, legaliter, discretè & rationabiliter extenderent et appreciari facerent omnes terras et tenemta de tali &c. unde concordia facta fuit inter A. et B. secundùm ꝙ in literis nostris patentibus, quas eisdem militibus inde transmittim', plenius continetur. Mandavimus etiam tibi, quòd omni occasione postposita, esses ibidem ad eundem diem, ad capiendum sacramentum prædic-

torum militum ad extensionem & appreciationē illam faciendā de terris et tenementis prædicti honoris, & secundum ꝙ plenius cōtinebatur in literis nostris patentib⁹, & ꝙ facta extensione plenariā seysinā habere facias prædicto A. de omnibus terris &c. ut supra. Exceptis terris &c. ut supra. Et unde ostensum est nobis, ex parte prædicti A. quod prædicti milites nihil inde fecerunt, et quod tu ꝑ negligentiā tuā ꝑmisisti prædictos A. & B. et prædictos milites recedere sine die, negotio penit⁹ infecto. Et quia minus diligenter, & minus discrete te tunc habuisti in negotio illo, iterato tibi præcipimus, sicut tunc tibi præceperim⁹, quod in fide, qua nobis &c. sis apud talē locum tali die &c. ut supra. Et si aliquis ex prædictis militib⁹ electis ex parte alicujus prædictorum A. & B. ad prædictum diem coram te nō venerint, tunc alios ponas loco eorum, ad extensionē et appreciationem illam faciendam, et redditus et exitus terrarū illarū salvo custodiantur Teste &c. Aliud breve de eodē, ubi vic. negligens fuerit et ibi causatur extensio. ¶ 13. Rex vic. salutem. Benè recolimus, aliàs tibi præcepisse, quòd assumptis tecū xii. &c. ita inseratur totum factum ut suprà. Et in fine dicatur. Et unde nihil inde fecisti ut audivimus, vel aliter. Et unde prædict⁹ A. queritur, ꝙ prædicta extensio & partitio minùs sufficienter facta fuit, eò quòd eidē A. non assignasti ad partem suā, nisi tertiā partem illius terræ, et ubi ei assignasse debuisti medietatem, vel quid tale: & ita quòd tota querela querētis inseratur. Et ideò tibi præcipim⁹ sicut aliàs tibi præceperim⁹, quòd assumptis tecū iij. &c. ut sup. Et in fine addatur istud cōminatoriū. Et ita te habeas in hoc negocio, ne ꝑ negligentia tua, vel ꝑ cōtemptu huj⁹ præcepti nostri, nos ad te graviter capere debeamus. Et notandum quòd semper variantur brevia ad extensiones faciendas, secundùm varietatem dictorū, recordorū & cōcordiarum, secundùm ꝙ inferiùs pleniùs dicetur in tractatu de actionib⁹ in excābiis faciendis. Si autē milites venire debeant de uno com̄ usq; ad aliū com̄, ad faciendā extensionem et appreciationē cum aliis militib⁹ de alio com̄, et ꝙ dicitur breve interlaqueatum, tunc fiat in hac forma. ¶ 14. Rex vic. salutem. Præcipim⁹ tibi, ꝙ ad diem et locum quem dilecti et fideles nostri tales, tibi scire faciant, venire facias corā eisdem, octo tam milites quàm alios liberos et legales &c. ꝑ quos negotium meli⁹ expediri possit, ut ꝑ eoꝝ sacramentum, simul cum xij. in tali com̄ elect⁹ extendàtur et appreciàtur tales træ in dominicis, villenagiis &c. ut suprà. Et secūdùm ꝙ in literis nostris patentibus, eisdem talib⁹ justic. nr̄is ad hoc cōstitutis directis, pleniùs continetur. Et habeas &c. Teste &c. Item aliud breve de eodē, et ubi causatur partitio & extensio, cùm partitio facta fuerit. ¶ 15. Rex vic. salutem. Præcipim⁹ tibi ꝙ sine dilatione eligas xij. milites de com̄ tuo vel de com̄ tuis, qui secūdùm cōsuetudinem regni Angliæ faciant partitionem de dn̄icis terris, quæ fuerint A. in com̄ tuo et quæ hæreditariè cōtingunt B. & E. sororem suam. Et tunc prædictis B. et E. habere facias rationabiles partes suas, secundùm ꝙ partitio illa facta fuerit ꝑ eosdē milites, Teste &c. Et posteà si causetur partitio illa ꝙ minùs rationabiliter facta sit, iterum præcipiat vic. quòd extensionem et partitionem illam corrigat et emendet, vel si suspect⁹ habeatur,
con-

cōstituantur justic. secundùm ꝗ superiùs sumi poterit exemplum. Si autem partes interesse noluerint fortè extēsioni & appreciationi, vel partitioni ad partem suam recipiendā, nihilominùs ꝓcedāt, ad præceptum domini regis Justic. vel vic. ꝑ tale breve, cùm unꝰ particeps negetur esse cohæres. ¶16. Rex vic. salutem. Ostensum est nobis ex parte A. & B. uxoris ejus, quòd cùm ipsa B. particeps sit, & cohæres C. & B. filiarum & hæredum E. de tota hæreditate ipsius E. et filia primogenita ipsius E. Ipsi A. & B. æsnetia ipsius B. non habet partē suam rationabilem ut deberent, secundùm regni nostri cōsuetudinē. Et cùm teneamur unicuiq; de regno nostro justitiam exhibere, tibi præcipimus quòd scire facias prædictis C. et D. quòd sint coram nobis vel justic. nostris tali loco, tali die si voluerint, et sibi viderint expedire et audituræ partitionē illius hæreditatis, & partē suā rationabilem si voluerint recepturæ. Alioquin in partitione illa & assignatione facienda ꝓut justū fuerit, nihilominus ad diem illum ꝓcedemꝰ, vel ꝓcedas Teste &c. Et quo casu cùm tales venerint post summonitionē, inquirendum erit ab eis inprimis si aliquid sciant dicere, quare ipsi quærentes participes esse non debeant, & partem suā cum eis habere, secundùm ꝗ quilibet eorum major fuerit natꝰ vel minor. s. antenatꝰ vel postnatꝰ, et quare ille qui quæritur, habere non debeat æsnetiā suā, & nihil dicere sciāt in cōtrarium cùm venerint, vel si summoniti non veniant, securè ꝓcedat partitio, habita tamen ratione meliorationis & deteriorationis in ꝑsona cujuslibet hæredis, de tempore quo quilibet ipsorum habuit in manu sua partē suā. Si autem extensores non venerint ad certificādum Regi vel vic. de extēsione, appreciatione, & partitione facta, tunc habeat vic. corpora eorū ꝑ tale breve. ¶ 17. Rex vic. salutē. Precipimꝰ tibi, quòd habeas corā &c. tali loco, tali die, corpora A. B. C. D. extensorum talis manerii, ad certificādum nos vel Justic. nostros, qualit̄ & in quibꝰ rebꝰ, & ꝑ quas particulas, et ꝑ quam appreciationē fecerunt extensionē illā, et unde prædictꝰ A. dicit ꝗ prædicti extensores extēderunt tali xx. libratas t̄ræ ꝓ decē, et tu ipse tunc sis ibi simul cum prædictis extensoribus, ad certificatione illa facienda. Teste &c. Et notādū ꝗ si inveniri possit, quod vic. negligens sit tepidꝰ, vel remissus in executione præceptorum dn̄i regis, ꝓ defectu ejꝰ præcipietur Coronatoribꝰ, quòd ipsi exequantur, ut de t̄mino P. anno regni regis H. octavo com̄ Wilt̄ de Thoma de Gymeges &c. Item & si tales negligentes extiterint, tunc præcipiatur custodibus eschaetorum.

Cap. XXXIV.

1 ¶ *De officio extensorum, & qualiter debet extendi advocatio ecclesia.* 2. *Breve vic. de seysina facienda cohæredibus post partitionem.*

Officium autē extensorum est, in rebꝰ hæreditariis extēdendis & appreciandis, ꝗ inprimis videant, quid & quantum sit in dn̄ico in quolibet manerio. s. quot acræ terræ arabilis, vel quot virgatæ, & quātum valeat acra vel virgata ꝑ annum. Itē quot acræ in pastura, & quid qualibet acra valeat ꝑ annum. Item ꝗ et quantum sit in vasto. Itē quot acræ prati, & quo anno falcari possūt, et quo nō. Itē quot acræ bosci, et ꝗ valeāt ꝑ annum, cum persona vel sine. Itē appreciantur gardina. Itē vivaria & piscariæ, si ibi fuerint, appre-

Office of the Extendors

apprecientur. Et in summa omnia alia quæ sunt de corpore manerii, & de quib' comodum posset evenire. Item quid & quantum sit in villenagio, & quot virgatæ, & quid valeat quælibet virgata p annum, in redditibus, tallagiis, & omnib' aliis rebus. Posteà verò extendantur servitia liberorum hominum, & redditus. Si autem advocatio ibi fuerit, extendatur & apprecietur advocatio, simul cum aliis rebus hæreditariis. s. p qualibet marca, secūdùm valorem ecclesiæ, extendantur xii. denarii, ut si ecclesia singulis annis, secundū cōmunem æstimationem, valeat C. marc. apprecietur advocatio ad C. s. Facta autē extensione & appreciatione, ut prædictum est, causari poterunt & calumniari multis modis, q nō ritè fortè, quia ad minus vel plus appreciatæ sunt res hæreditariæ quàm valeant, ut cùm talis res non valeat nisi tantum, vel cum plus valeat quàm tantum, appreciata est ad tantum. Item causari poterit assignatio vel occasionari sicut appreciatio. s. cùm tale maneriū tantū valeat, extensores non assignaverunt tali qui queritur nisi tale q minimū est, & ideò si causatio justa fuerit, alia extensione, vel appreciatione, vel assignatione opus erit, secundùm q, inferiùs pleniùs dicetur. Cùm autē extensio & appreciatio ritè facta fuerit, fiat rerum hæreditarum partitio æqualit in duas partes vel plures, secundū numerū cohæredum participū, & ita q quælibet pars, p oīa æqualis sit alteri, & facta sic partitione, cuilibet cohæredū assignet pars sua, non ut quilibet post aliū eligat partē suā, sed huj' distributionis, Fortunā faciant judicē, ut quilibet habeat partē illā, quæ p sortē ei acciderit. Ita q in plurib' schedulis scribantur nomina cohæredū particularū, & nominata, & quasi ex improviso tradantur omnes schedulæ particularū alicui laico, qui omnino literas ignoret, & ipse tūc tradat cuilibet participi schedulā suā, & erit quilibet eorum cōtent' de parte illā, quæ in schedula illa cōtinetur, velit nolit. Et hoc ita erit, nisi fortè de cōsēsu ita evenerit, q quilibet post aliū habeat electionē, secūdùm ætatis prærogativā. s. primogenit' primā, & postnat' aliā, & sic deinceps. Et sive sic sive nō sic, statim irrotuletur quid, & cui, & ubi, & p quas particulas fuerit pars quælibet assignata, in tris, & tenemtis, & feodis militū, & redditibus, & omnib' aliis reb' ad ppetuam memoriā. Itē & si aliqua tra sit quæ post temp' ad hæredes reverti debeat sicut dos, vel alia quæcūq; fiat irrotulatio, quid quis tollere debeat, & tunc statim capiantur homagia, cùm fuerint servitia atturnata. Non autē veniunt in divisionē omnes res hæreditariæ, aliquando ppt privilegiū, ppt psonā cui cōpetit ratione ætatis, sicut ppt primogeniturā & æsnetiā, secundùm quod, inferiùs dicetur. Item ppt ipsam rem, quæ divisionem non recipit, cùm ppter cōsensum cohæredum, qui desiderant, q aliqua res hæreditaria remaneat in cōmuni. Inprimis autē videndū est, quæ veniant in divisionem, & hoc viso, de facili ppendi poterit, quæ nō veniāt. Et sciendū, q in divisionē veniunt, tam dominica quàm villenagia, quæ dici possunt dominica: Item veniunt servitia liberorum hominum, & homagia. Item veniunt in divisionē plura capitalia mesuagia, & unū, sive sint in diversis baroniis constituta, sive non. Non enim poterit aliquis particeps ratione primogenituræ & æsnetiæ, sibi vendicare omnia capitalia mesuagia,

gia, habet tamen privilegium, propter æsnetiam, quòd primam habebit electionem, ut si plures participes sint ibi cohæredes, et plura capitalia mesuagia, primogenit⁹ primò eligat, et posteà postnatus, et sic tertius, et quartus in infinitum, quamdiu superfuerit unicum capitale mesuagiū. Sed si cùm plures ibi fuerint, non tamen tot, quòd quilibet habeat unum, tunc illis qui expertes sunt, de cōmuni hæreditate satisfiat ad valentiam. Si autem plura ibi fuerint, postquā quilibet habet unum, tunc reincipiat primogenitus suam electionem, & sic postnatus, et quilibet post alium ut prædictum est, et sic pluries fiat electio si mesuagia sufficiant, et si unus expers fuerit, tunc ꝓvideatur ei ut suprà. Item facta electione, cùm quilibet habuerit unum, & unicum remanserit, illud inter partes dividatur, nisi consenserint quòd totum uni remaneat, ita quòd aliis satisfiat ꝓportionaliter in aliis ad valorem. Item cùm ibi fuerint plura capitalia mesuagia, non sunt tamen tempore assignationis deliberata, sunt enim quidā qui de concessione antecessorum tenent ad vitam quacunq; ratione, sicut nomine dotis, vel hujusmodi, tunc primogenitus primò eligat ut prius, vel mesuagium ꝙ deliberatum est, vel illud ꝙ non est deliberatum, & ei qui tunc fuerit sine mesuagio, ad tempus assignetur aliquid ad valentiam loco mesuagii, in tenantia, donec suum fuerit ei deliberatum. Si liber Sockmannus moriatur pluribus relictis hæredibus & participibus, si hæreditas partibilis sit et ab antiquo divisa, hæredes (quotquot erunt) habeant partes suas æquales, & si unicum fuerit mesuagium, illud integrè remaneat primogenito, ita tamen quòd alii habeant ad valentiam de communi. Si autem non fuerit hæreditas divisa ab antiquo, tunc tota remaneat primogenito. Si autem fuerit Sockagium villanū, tunc consuetudo loci erit observanda. Est enim consuetudo in quibusdam partibus, quòd postnat⁹ præfertur primogenito, & è contrario. Cùm autem liberum tenementum teneatur ꝑ servitium militare, & plures sint ibi cohæredes, et unum capitale mesuagium, inter cohæredes dividatur, secundùm ꝙ vallatur fossato, vel heya, secundùm ꝙ includitur cum gardinis vel vivariis. Ita tamen, quòd facta partitione, primogenitus vel primogenita habeat electiónem ꝓpt̃ suam æsnetiam. Dividitur enim quandoq; aula in duas partes vel plures, quandoq; camera dividitur ab aula, et sic fiet de pluribus domibus in curia existentib⁹. Uxor autem post mortē viri sui in assignatione dotis, nihil capiat de capitali mesuagio cum hæredib⁹ plurib⁹ vel uno, ubi non fuerit nisi unū capitale mesuagiū, sed habebit electionem de uno mesuagio ꝙ tenetur in villenagio, si autem nullum tale fuerit, tunc assignetur ei loco curiæ ad valentiam tertiæ partis capitalis mesuagii, in latum & in lōgum, & ædificabitur de cōmuni, et hoc erit ubiq; ubi dotata fuerit de tertia parte, & si aliter fiat quādoq;, hoc nō erit de jure sed de gratia speciali, vel ꝑ ignorantiā. Nec etiā aliquid capiat de advocatione ecclesiarū ratione t̃tiæ partis suæ, nō magis quàm de mesuagio: nisi fortè dotata fuerit de aliquo manerio integro cū ꝑtin̄, nulla facta exceptione, nisi in cōstitutione dotis adjūcta fuerit speciali t̃ advocatio sua t̃tiæ parti. De hoc autē ꝙ dicit̃, ꝙ de feod' militari, veniūt in divisionē capitalia mesuagia et int̃ cohæredes

 divi-

dividuntur, hoc verum est, nisi capitale mesuagium illud sit caput comitatus, ꝑt jus gladii, ꝗ dividi non potest, vel caput baroniæ, castrum, vel aliud ædificiū, & hoc ideò, ne sic caput ꝑ plures particulas dividatur, & plura jura Com̄, & Baroniarum deveniant ad nihilum, ꝑ ꝗ deficiat regnum: ꝗ ex comitatibus & baroniis dicitur esse constitutum. Si autem plura sint ædificia quæ sunt capita Baroniæ, dividi possunt inter cohæredes, facta electione, salvo jure æsnetiæ, quia cùm plura sint ibi jura, quodlibet per se poterit integrè observari: quod quidem non est in uno, ut prædictum est, licèt à quibusdam dicatur, quòd in aliis regionibus aliquando de cōsuetudine dividatur. Sed quòd nunquā dividi debeat in Anglia videtur, nec visum fuit contrarium, & erit cōsuetudo regionis observanda, ubi hæreditas est quæ petitur, & ꝑsonæ nascuntur quæ petunt, et unde si dicatur quòd in regno Angliæ aliquando facta fuit partitio, hoc fuit injustum. Si autem non sit ibi ubi unicum castrum, illud integrè remaneat primogenito, ita tamen, quòd postnato ꝑ parte sua satisfiat alibi ad valentiam, uni vel pluribus, secundùm numerum personarum. Si autem plura, primogenit⁹ habeat electionem, sicut de capitalib⁹ mesuagiis. Item veniunt jura in divisionem, unum vel plura, sed tamen non dividuntur, quia divisionem non recipiunt, sicut sunt advocationes ecclesiarum, & servitutes prædiorum, plures enim advocationes dividi possunt int̄ plures cohæredes, & quodlibet jus poterit esse integrum & ꝑ se, quia sunt ibi plura jura & diversa. Unica autē advocatio dividi non poterit, quāvis ecclesia quæ est quasi subjectum, in plures partes dividatur, duas, tres, vel quatuor, ratione diversarum Baroniarum, et hoc (ut prædictū est) ab antiquo. Et unde cùm unica sit advocatio & unicū jus, et plures cohæredes quasi unum corp⁹, ꝓpt̄ unitatē juris ꝗ habēt, aut omnes simul præsentent, aut null⁹, nec potest aliquis eorum alteri ꝑferri ratione æsnetiæ, nisi ita int̄ eos convenerit ab initio, ꝗ quilibet post alium ꝑsentet successivè. Itē nec ꝑfertur numer⁹, ut si plures cōsentiāt, dum tamē sit unic⁹ qui reclamat. Et quo casu, nisi infra sex mēses cōvenerint, ordinarius loci ꝓvidebit ecclesiæ viduitati. Item si servitutes à fundo qui dividitur, fundo vicino debeantur, partitio facta servitutē debitā minuere non debet, nec mutare. Si autem servit⁹ debeatur à fundo vicino fundo qui dividitur, una erit servit⁹, quātum ad fundum cui debetur ꝓpter plures particulas, & plura erunt ibi jura integra, & quilibet uti possit ꝑ se, simul vel successivè, dum tamen modū debitum nō excedat, ꝗ fund⁹ vicin⁹, in quo cōstituta est servit⁹, plus debito nō oneratur. Sunt etiā aliæ res hæreditariæ quæ veniunt in partitionē, quæ cùm cōmodè dividi nō possunt, cōcedūtur uni, ita ꝗ alii cohæredes alibi de cōmuni hæreditate habeant ad valorē: sicut sunt vivaria, piscariæ, parci, & hujusmodi: vel saltem ꝗ partē habeāt ꝓ defectu, sicut secundū piscē, tertiū, vel quartū: vel secundū tractum, tertiū vel quartum, secundùm numerū cohæredū. Itē de parcis, secundā, tertiā, vel quartā bestiā. Item cadit in partem, terra priùs data in maritagiū alicui sororū & cohæredū, nec est t̄ra sic data prædedicanda, quia aut maritagiū cōferat, aut recedat sine parte. Sed quid si maritagiū excedat partē illā quā habitura esset de cōmuni hæreditate? si

maritagium

maritag' cōtribuerit, nūquid poterit ad hoc cōpelli? nō. Habet enī electionem conferendi, vel non. Et sic cadit generaliter in partem, id q datur alicui mulieri cohæredi & participi in maritagium de communi hæreditate patris vel matris, q dividi debet inter cohæredes, & hoc sive sit hæreditas descendens, sive pquisitū, ex quo pquisitū, sicut hæreditas, descēdit ad hæredes. Et q maritagiū cadit in partē habetis in rotulo de primis placitis post guerrā cōmunē Essex, de H. de Abecot & participib' suis p breve, q dicitur nuper obiit de proparte sororum. Et quid si vir dederit uni ex filiabus suis in legittima viduitate sua, totum maritagium suum? adhuc erit illud idem dicendum quod prius. Item si pater vel mater, vel uterq; totā hæreditatem suam dederit in maritagium, non cadit aliquid in partem, quia nihil remanet inter cohæredes dividendum. Si autem cum homagium intervenerit post tertium hæredem vel antè fiat partitio, adhuc cadit maritagium in partem, ut priùs, quòd computato ei qui tenet maritagio suo, propter homagium perficiatur ei quod defuerit de communi hæreditate. Sed quid si pater vel mater aliquem ex cohæredibus purè feoffaverit, p homagio & servitio, nulla facta mentione de maritagio? quæritur an feoffamentū veniat in divisionem sicut maritagium, & quicquid ab aliis dicatur, videtur quòd non quia cum dicatur quòd maritagium cadit in partem, adeò de facili dici poterit quòd feoffamentum caderet: quod est inauditum. Et quòd maritagium cadere debeat & non feoffamentū, videtur prima facie, quia maritagium reverti possit & remanere cum feoffatore, vel ejus hæredibus, & partiri inter cohæredes, ex quo homagium non intervenerit: quod quidē non est de puro feoffamento propter homagium, quia sic esset quasi dominus vel domini & hæredes: nisi sic fiat (ut pdictum est) quòd feoffamentum computetur feoffato in parte sua. Sed quid si particeps feoffatus sit pro servitio tantùm sine homagio? vel pro homagio & servitio tenend' de capitali domino? Item si fiat donatio viro & uxori simul in maritagium, adhuc erit q maritagium cadit in partem. Item si fiat viro sine uxore pura donatio pro homagio & servitio, sibi & hæredibus suis, tale feoffamentum non cadit in partem, quamvis terra descendat hæredibus uxoris. Et idem erit si fiat pura donatio extraneæ personæ, qui post feoffamentum unam ex filiabus & participibus duxerit in uxorem. Dictum est quòd æsnetia semper præferenda est propter privilegium ætatis, sed esto quòd filia primogenita, relicto hærede, nepote vel nepte, in vita patris vel matris à quibus hæreditas descendit decesserit, pferēda erit soror antenata nepoti vel nepti ex filia primogenita, quantum ad æsnetiam, quia mortem parenī expectavit. Sed quid dicetur de serjantia? videtur q dividi non debeat, nè cogatur Rex servitiū suū recipere p particulas. Facta ut pdict' est partitione, & p sortē assignatione adita hæreditate, omīa jura hæreditaria transeunt ad hæredes ex civili additione. Possessio tamen, nisi naturaliter fuerit apphensa, videlicet animo & corpore, pprio vel alieno sicut pcreatorio, prius ad ipsos non ptinebit, & unde cùm in curia domini Regis facta fuerit partitio, statī habeant breve de seysina sua habenda, secund' q partitio facta fuerit inter eos in curia domini

mini

mini Regis p tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Scias ꝙ cū extentio & appciatio om̄ium terrā & tenem̄tor q fuerunt talis, patris vel matris talium, facta inter eas partitione, tali ꝓgenitæ accederunt p sortem, talia maneria q̄ sunt capita Baroniæ, ꝓpter æsnetiam, & talia mesuagia per electionem, tot terræ & tot tenementa, tot advocationes, & tot feoda militum, & similiter tali talis pars, & sic de aliis. Et ideò tibi præcipimus, quòd prædictis talib' de p̄dictis terris & tenementis & feodis, & secund' ꝙ p̄dictū est, sine dilatione plenariā seysinam habere facias Teste, &c. Cùm autem un⁹ ex pluribus cohæredibus & participib' sine hærede de corpore suo moriatur facta partitione, ejus portio accrescet superstitibus per jus accrescendi.

Cap. XXXV.

1 ¶ *De homagiis faciendis & capiendis. 2 Quid sit homagiū, & qualiter trahatur. 3 Quis teneatur homagiū capere. 4 Quis teneatur homagiū facere. 5 Itē quando & quotiens homagiū faciet. 6 Itē de quib' rebus. 7 Per quas personas. 8 Qualiter & per qua verba. 9 Itē qualiter sacramentū fidelitatis. 10 Qua sunt inquirenda & tenenda in sacramento fidelitatis. 11 Quis effectus homagii. 12 Qualiter homagiū dissolvatur & extinguatur. Itē casus de Wilhelmo de Morisco in Hibernia. 13 Si dominus possit attornare homagium & servitium tenentis, contra voluntatē tenentis. 14 Si dominus captionē homagii tenentis sui differat vel recuset per malitiā. 15 Si tenens propria authoritate divertat se ad alium, relicto domino suo, & faciat ei homagiū. 16 Si dominus medius cùm servitiū receperit à tenente suo non acquietaverit eum versus superiorē dominū.*

CUm autē quis post mortē antecessoris, à capitali dn̄o recognitus fuerit ad hæredē, ante assignationē vel post, sive hæres plenæ ætatis extiterit sive non, statim ab initio capitalis dn̄s capiat homag' suum, antequam habeat custodiā vel releviū. Sunt enim quidā hæredes qui tenent ad homagiū faciendum & ad sacramentum fidelitatis, quidam tantùm ad sacramentū fidelitatis, secundùm diversitatem tenementorum. Oportet igitur quòd distinguantur genera tenementorum, ut per hoc sciri possit diversitas tenentium & hæredum. Tenementorum autem aliud tenetur per servitium militare, aliud per serjantiam, de quibus homagium faciendum erit domino capitali, propter servitium forinsecum, ꝙ dicitur regale, & ꝙ ptinet ad scutum & militiam, ad patriæ defensionem. Est etiam aliud genus tenementi ejus, sc. quod tenetur in socagio libero, & ubi fit servitium in denariis capitalibus dominis, & nihil inde omnino datur ad scutum & servitium Regis. Et dici poterit Sockagium à Socko, & inde tenentes qui tenent Sockagio Sockemanni dici poterunt, eò quòd deputati sunt, ut videtur, tantummodò ad culturam, & quorum custodia & maritagium ad propinquiores parentes, jure sanguinis pertinebit. Et si aliquando inde de facto capiatur homagiū, quod pluries contingit, non tamen ꝓpter hoc habebit dominus capitalis custodiā & maritagium, quia non semper sequitur homagium, licèt quandoque. Est enim aliud genus Sockagii, quod dicitur Sockagium villanum, ubi

ubi nullum omnino cōperit homagium, sed fidelitatis sacramentū, sicut de villano, q̄ si de facto fecerit, p negligentiam vel stultitiam dominor̄ hoc erit ipsis dominis p̄judicium, & ideò inde cavendum. Est etiam aliud genus tenementi, q̄ datur in maritagium, & ubi non fit homagium ante tempus, sc. ante tertium hæredem inclusivè positum, ꝓpter commodum donatoris per reversionem, q̄ si de facto priùs fiat, tenet, quamvis hoc sit ad damnum donatoris. Et ut videtur datur tempus usq; ad tertium hæredem & non ultrà, quia cùm sint hæredes tres de hærede in hæredem, extunc vix poterunt deficere, & ideò tunc sequitur homagium absq; damno & periculo donatoris. Item non capitur homagium ante tempus, ꝓpter jus accrescendi ut si hereditas priùs descendat cohæredibus, fratribus vel sororibus, nullus eorū homagium faciet fratri vel sorori antenatis, quia si aliquis ex pluribus cohæredibus sine hærede de suo corpore decedat, pars descendentis accrescet superstitibus, & cum illis remanebit, si homagium non intervenerit, quod si fecerit, de manibus cohæredum descendet ad hæredes inferiores. Cùm autem plures fuerint cohæredes, ut prædictum est, omnes accapitabunt filiæ primogenitæ, & maritus primogenitæ homagium faciet capitali domino de toto feodo, & postnatæ primogenitæ vel ejus marito sacramentum facient fidelitatis, & totum servitium suum, & primogenita vel ejus maritus, inde capitali dn̄o respondebit, ne capitalis dn̄s cogatur recipere servitia sua per particulas: particularis enim solutio non minimum habet incommodi. Habet etiam dominus capitalis custodiam, & maritagium postnatarum, & nō primogenita, nec ejus maritus, ut ovis à luporum morsibus eruatur, ꝓpter spem & eventum successionis, quod evenire posset si infra ætatem morerentur ex aliqua machinatione, & hæc vera sunt, si plures sorores de alio tenuerint quàm de domino Rege, quia si fortè de domino Rege tenuerint in capite, tunc primogenita omissa, omnes accapitabunt & homagium facient domino Regi, & cùm de alio tenere debeant quàm de domino Rege, & quælibet per se de facto accapitaverit capitali domino, hoc revocari non poterit à primogenita & ejus marito, sed semper quod factum est tenebit, quia capitalis dominus, quod ei oblatum est non recusabit, sed sive tenuerit de domino Rege sive de alio, cùm homagium factum fuerit, sive ante tertium hæredem vel post, statim sequentur relevia & alia servitia. Videndum est inter cætera quid sit homagium, qualiter contrahatur, quis teneatur homagium capere, & quis homagium facere, cùm quando, & quotiens, & de quibus rebus. Item per quas personas. Item qualiter capiatur, & per quæ verba, & per quæ verba fieri debeat sacramentum fidelitatis. Item qualiter, & per quantum tempus teneat homagium inter dominum & tenentem, & cùm ambo moriantur, vel unus ipsorum, & cadat ex utraque parte vel alia, & dissolvatur per mortem, teneat obligatio, & relevetur tenementum cum homagio in personis hæredum. Item cùm semel factum fuerit homagium qualiter dissolvatur, & omnino extinguatur propter defectum vel propter delictum, domini vel tenentis, domini, quando dominium amiserit, quòd dominus esse non potest: tenentis, q̄ tenementum rever- P Of Homage

ti

ti debeat ad dominum, secundùm quod tenens id tenuerit in dominico vel servitio. Item si dominus possit attornare homagium & servitium, vel istorum unum, contra voluntatem sui tenentis. Item si dominus homagium tenentis sui recusaverit, vel cùm homagium receperit, tenentem suum de servitio versus suum dominum superiorem non acquietaverit, sed propriæ bursæ totum infuderit, quid juris? ¶ 2. Quid sit homagium? Sciendum quòd homagium est juris vinculum, quo quis tenetur & astringitur ad warrantizandum, defendendum, & acquietandum tenentem suum in seysina sua versus omnes, per certum servitium in donatione nominatum & expressum, & etiã vice versa, quo tenens reobligatur & astringitur ad fidem domino suo servandam, & servitium debitum faciendum. Item contrahitur homagium de utriusque voluntate, tam domini quàm tenentis, & per contrariam utriusque voluntatem dissolvitur si uterque voluerit, quia nihil tam conveniens est naturali æquitati, quàm unumquodque dissolvi eo ligamine quo ligatum est. Non enim sufficit si unus tantùm hoc voluerit, quia nihil tam conveniens est naturali æquitati, &c. Est itaque tanta & talis connexio per homagium inter dominum & tenentem suum, quòd tantum debet dominus tenenti, quantum tenens domino, præter solam reverentiam. ¶ 3. Item quis teneatur homagium capere? & sciendum quòd dominus feodi, & feoffator, sive masculus sit, sive fœmina, major vel minor. Nec si dum minor fuerit homagium ceperit, major factus allegare potuit ætatem, & quòd deceptus fuit quando infra ætatem homagium cepit, quia in captione homagii semper subintelligendum erit, quòd hoc sit salvo jure cujuslibet, & inde si falsa charta intervenerit, cùm minor ad ætatem pervenerit, argui poterit falsitatis, non obstante homagio. Sed si contra actionem excipiatur de homagio, contra homagium replicetur de minori ætate, quod quidem esse non poterit in majore, qui ignorare non debet, cujus conditionis sit ille, cujus homagium ceperit. ¶ 4. Item videndum quis potest homagium facere? Et sciendum quòd liber homo, tam masculus quam fœmina, clericus & laicus, major & minor, dum tamen electi in Episcopos, post consecrationem homagium non faciant, quicquid fecerint ante, sed tantùm fidelitatem. Conventus autem homagium non faciet de jure, sicut nec Abbas, nec Prior, eò quòd tenent nomine alieno, scilicet nomine ecclesiarum, sicut videri poterit in ipsa donatione, in principio donationis, ut si dicatur. Sciant, &c. quòd dedi, &c. tali ecclesiæ & tali Rectori vel tali Priori, vel Abbati & Monachis ibidem Deo servientibus. Videtur & verum est, quòd primò & principaliter fit donatio Ecclesiæ, & secundariò rectoribus & personis, & unde si aliquando fiat homagium de facto, in ipsa prima donatione, quod sæpiùs fit propter warrantiam, nunquam posteà sequetur relevium, vel aliud homagium, vel custodia de jure licèt aliud de consuetudine, vel per modum donationis observetur. Quia si plures sint ibi Abbates vel Priores successivè, & mutentur omnes canonici in alias personas & alia capita, semper erit corpus idem, & idem conventus, ad similitudinem gregis, &c. Item si

si plures sint Abbates, & Priores successivè, nullus debet variari descensus juris de Abbate in Abbatem sicut de hærede in hæredem, quia jure hæreditario nullus succedit alteri, quia sunt in possessione nomine alieno. Et licèt tales ad homagium non teneantur de jure, faciunt tamen tota die de consuetudine, & dant relevia infra certa tempora scilicet infra tricesimum annum, sicut in Normannia de consuetudine observatur ne capitales domini de debitis serviciis defraudentur, hoc tamen inter præmissa observato, quòd si minor homagium fecerit, nullum tamen juramentum fidelitatis, antequam ad ætatem pervenerit, præstabit. Et qualiter poterit minor homagium facere vel capere, cùm necessarius sit huic inde consensus & expressio verborum. ¶ 5. Item quando quis possit homagium facere? Et sciendum quòd in principio donationis, tam ante seysinam habitam quã post seysinam, sed si ante & seysina non sequatur, homagium effectum non habebit, vel si nec in vita donatoris, nisi donatio ratificata fuerit, per confirmationem ab hærede. Item quociens fiet? Et sciendum quòd semel ab initio. Et pluries successivè capi poterit homagium, sicut fieri: quia cùm ab initio factum fuerit homagium à tenente, & captum à domino, semper tenet homagium, quousque uterque simul, vel alter eorum moriatur, & tunc per mortem decedentis solvitur sive dissolvitur, quia mors omnia solvit ex parte decedentis, sive dominus sive tenens fuerit. Sed tenet homagium in persona superstitis, & si cadit in persona morientis, tenet tamen obligatio in persona hæredis & in ejus persona cum homagio relevatur tenementum, & in persona domini innovatur homagium, quod tenuit ab initio. Et unde si plura fiant homagia ab hæredibus pluribus successivè, plura erunt ibi homagia, ratione plurium hæredum, & per hoc plura relevia, & ratione unius domini, qui pluries homagia ceperit, non erunt ibi plura homagia sed unum, licèt pluries innovetur, vice versa cùm tenens superstes fuerit, & cum homagium fecerit moriatur capitalis dominus, cadit homagium ex parte illa, duret tamen obligatio homagii in persona hæredis, & in persona ejus relevabitur homagium, ita quòd de novo capiendum erit ab hærede & de novo faciendum à tenente. Et sic fieri poterit de pluribus dominis capitalibus decedentibus & hæredibus eorum, in quo casu, plura erunt homagia ex parte dominorum, & non nisi unum ex parte tenentis, qui semper superstes est, sed plures homagii innovationes, propter pluralitatem dominorum & eorum hæredum, ideò non dabitur nisi unicum relevium à tenente. Item de uno & eodem tenemento simul & semel, non possunt plura fieri homagia pluribus dominis capitalibus, sive tenens tenere debeat tenementum de pluribus dominis in communi vel tantùm ab uno, quia si à pluribus in communi, & unus sit hæres, primogenitus ex pluribus homagium capiat, ab uno, vel pluribus. Item si plures tenere debeant in communi de uno vel pluribus, primogenitus homagium faciet pro omnibus. Si autem unus vel plures qui tenent in communi de uno tantùm tenuerint, & alicui cui non tenentur, per ignorantiam vel districtionem injustam homagium fecerint,

a note of custom of Normandy quoted.

fecerint erit eis subveniendum. Si autem ꝑ malitiam & fraudem ad exhæredationem domini sui nõ sic, quia ibi de jure amittere deberent teneñta, extincta penitus obligatione homagii ꝓpter fraudem. Eodem modo, cùm semel homagium fecerint vero domino, ꝑ fraudem recesserunt ab eo, si autem ab initio homagium fecerint non dño, & posteà ꝑ judicium recuperaverit verus dominus, ratione alicujus finis, vel attornationis, in casibus exceptis, & tenens noluerit facere ei homagium, cui tenetur de jure, sed se tenuerit ad homagium, ad quod non tenetur nisi de voluntate, cùm verus dominus posteà recuperaverit homagium & servitium de jure, nõ liberabitur tenens ab eo cui adhæsit de voluntate, sed inde faciat ad melius quod poterit. Item poterit quis de pluribus tenementis plura facere homagia, uni domino simul vel successivè, vel diversis & pluribus, & sic poterunt plures domini, plura capere homagia, ratione plurium tenementorum, dum tamen unus ex pluribus, dominus sit præcipuus & legittimus, quia feoffator prim⁹, & propter primum feoffamentum, & capitale. Et talis semper habebit maritagium hæredum, propter primum feoffamentum, nisi tenens in capite tenuerit de domino Rege prout inferiùs inter custodias provisum est per statutum. Et si inter dominos suos capitales oriantur inimicitiæ, in propria ꝑsona semper stabit cum eo cui fecit ligeantiam, & per attornatum cum aliis vel salvo eis forinseco servitio, in quo eis tenetur de tenemento quod de eis tenet. ¶ 6. De quibus rebus, & sciendum, quòd de terris & tenementis, reddibitus & omnibus aliis q̃ tenentur per servitium militare, sive servitium militare magnum sit, sive minimum, etiam si non daretur ad scutagium nisi obolus unus, & semper sequetur tale servitium custodia hæredis, & maritagium, & non tantùm propter homagium seculare factum, sed propter regale servitium, quia non ad omne homagium sequitur custodia & maritagium, quia homagium fit aliquando, ut suprà dictum est, de tenemento quod tenetur in Sockagio. Item fit homagium de tenemento, quod tenetur ad serjantiam, & ibi sequitur custodia & maritagium, maximè si serjantia illa respiciat Regem, & patriæ defensionem, & secus est si privatam personam, & in nulla parte ipsum Regem, vel exercitum suum. Sunt enim plures serjantiæ quæ respiciunt privatas personas, & non ipsum Regem, ut si quis debeat equitare cum domino suo de manerio in manerium, & tales dicuntur Rodknights, vel si teneat tenementum aliquod per serjantiam, tenendi placita sua, vel portandi brevia sua infra certa loca, & hujusmodi: & si tales aliquando faciant homagium, non prætextu talis homagii pertinebit ad capitalem dominum custodia & maritagium. De feodo verò vel redditu, qui datur ex camera, sive tenemento de quo possit redditus pervenire, non fit homagium. Nec pro solo dominio fit homagium, nisi soli Regi vel Principi, sine tenemento vel servitio, admittitur tamen quandoque quòd campiones faciunt homagium domino suo, sed hoc esse non debet, nisi tantùm pro dominio suo, nec valet homagium si redditus sit annuus, & de camera, nisi constituatur & proveniat ex certo tenemento. Tenementum verò certum, ꝙ datur alicui in feodo per servitium militare obligat

ligat tenentem ad homagium. Quod quidem si omnino ab alio evincatur à tenente, per hoc omnino homagium dissolvitur & extinguitur, nec revocari poterit, nec resuscitari nisi ex nova causa, & quamdiu talis fuerit in possessione, licèt aliud jus habuerit, durat homagium inter tenentem & non dominum qui feoffavit, donec tenementum evincatur, & ulteriùs non. De nullo autem tenemento quod tenetur ad terminum fit homagium, fit tamen inde fidelitatis sacramentum. ¶ 7. Per quas personas? Et sciendum quòd non per procuratores, nec per literas fieri poterit homagium, sed in propria persona tam domini quàm tenentis capi debet & fieri: quia in quibuscunque casibus persona necessaria fuerit, negotium per procuratorem vel literas expediri non poterit. ¶ 8. Item qualiter & per quæ verba fieri debeat homagium? Et sciendum, quòd ille qui homagium suum facere debet, obtentu reverentiæ quam debet domino suo, adire debet dominum suum ubicunque inventus fuerit in regno, vel alibi si possit comodè adiri, & non tenetur dominus quærere suum tenentem, & sic debet homagium ei facere. Debet quidem tenens manus suas utrasque ponere inter manus utrasque domini sui, per quod significatur ex parte domini, protectio, defensio & warrantia, & ex parte tenentis, reverentia & subjectio, & debet dicere hæc verba. Devenio homo vester, de tenemento quod de vobis teneo (vel aliter) quod de vobis teneo & tenere debeo, & fidem vobis portabo de vita & membris, & terreno honore (secundum quosdam, vel aliter, secundum alios) de corpore & catallis & terreno honore, & fidem vobis portabo contra omnes gentes (qui vivere poterint & mori, secundùm quosdam) salva fide debita domino Regi, & hæredibus suis, & statim post, faciat domino suo sacramentum fidelitatis hoc modo. ¶ 9. Hoc audis domine N. quòd fidem vobis portabo de vita & membris, corpore, & catallis, & terreno honore, sic me deus adjuvet & hæc sancta dei euangelia. Et quidam hoc adjiciunt in sacramento & benè, quòd fideliter, & sine diminutione, contradictione, vel impedimento & dilatione injusta, terminis statutis faciet servitium suum domino suo, & hæredibus suis. Et non debet fieri homagium privatim, sed in loco publico & communi, coram pluribus in com̄, hundr̄, vel curia, ut si fortè tenens per malitiam homagium vellet dedicere, posset dn̄s faciliùs probationem habere de homagio facto, & servitio recognito, quia ad homag' faciend', p̄cedere debet diligens examinatio, si ille qui hæredē se facit, sit filius naturalis ejus, cujus hæredē se facit, & hæres rectus & propinquior, quantum ad jus possessionis & non sol' rect' & p̄pinquus, sed si sit hæres propinquior, quantum ad jus proprietatis: quilibet autē hæres propinquior utrumq; jus habere debet, possessionis videlicet & proprietatis, quamvis alius, eo majus jus habuerit. ¶ 10. Item inquiri debeat quale, & quantum tenementum teneat, pro quo, & de quo obligatur homagiū facere. Item quid in dominico, & quid in servitio, & utrum totum tenementum teneat in dominico, vel totum in servitio, vel partem in dominico, & partem in servitio. Item per quod servitium, & qualiter descendat ei hæreditas q̄ hæres esse possit, ne in captione homagii, contingat dn̄m per

oath of fealty

negligen-

negligentiã decipi, vel per errorẽ. ¶ 11. Effectus verò homagii est, quòd si quis homagium alteri fecerit, domino vel non dño, à tali dño, vel homagio suo recedere non possit sine judicio, quamdiu tenuerit tenementum per ꝙ obligatur ad homagium, in dominico vel servitio. Item nihil facere potest tenens ꝓpter obligationem homagii, ꝙ vertatur domino ad exhæredationẽ vel aliã atrocem injuriã, nec dominus tenenti è converso, quòd si fecerint, dissolvitur & extinguitur homag' omnino, & homagii connexio & obligatio, & erit inde justum judicium, cùm venerit contra homagium & fidelitatis sacrament, quòd in eo in quo delinquunt puniantur, sc. in persona domini, quòd amittat dominium, & in persona tenentis, quòd amittat tenementum, secundùm quod inferiùs dicetur pleniùs. Et sic dissolvi poterit homagium. ¶ 12. Qualiter autem dissolvatur homagium, ex una parte vel utraque, domini & tenentis, ita quòd ex una parte teneat, & ex alia non, vel ex utraque parte deficiat, videndum. Et sciendum, ꝙ aliquando tenet homagium & homagii connexio in persona tenentis, & omnino dissolvitur & extinguitur in ꝑsona dñi capitalis, ꝓpter defect', vel ꝓpter delict' ipsius domini. Sed relevatur & vivificatur in ꝑsona alterius domini superioris dñi ꝓpter defectum. Ut si capitalis dominus, qui homagium tenentis sui ceperit omnino sine hærede decesserit, vel si hæredes habuerit & defecerint, vel cùm hæredes habuerit, alteri homagium & servitium attornaverit in casibus licitis & concessis, vel alio modo de voluntate tenentis, in quo casu, extinguitur homagium quoad ipsum dominum, & in persona alterius revivíscit, & semper durat in persona tenentis. Item ꝓpter delict', ut si dñs capitalis feloniam fecerit, vel aliquid ad exhæredationem tenentis sui, ꝓpter quod ipse dominus justo judicio debeat exhæredari, & unde ipse omnino de medio tollitur, & id quod superior dominus capitalis priùs habuit per medium, in servitiis & consuetudinibus, nunc habet immediatè, propter delictum sui tenentis, sicut superiùs habet ꝑ defectum, & sic incipit obligatio homagii inter tenentem & capitalem dominum superiorem, & tenetur talis dominus superior, homagium capere velit nolit, quia si recusare posset & weyviare feodum suum & homagium & servitium tenentis sui, tale sequeretur inconveniens, quòd nunquam fieret alicujus tenementi warrãtia. Nunquam enim faceret aliquis warrantiam & excambium de C. libratis terræ ꝑ servitio unius denarii, si posset pro voluntate sua feod' suum mutare & weyviare, & homagium & servitium tenentis sui recusare. Objicere tamen posset talis dominus capitalis, tali tenenti homagium suum offerenti, quòd illud recipere non debeat, cùm talis tenens non sit feoffatus ab eo, sed ab alio, & ideò quòd nihil clamat in homagio suo & servitio, sed quòd hoc ei valere non debeat, videtur, quia cùm plures possint esse capitales dñi & feoffatores ascendendo, ita sunt plures feoffati tenentes descendendo, & superior dominus omnium habet infimum tenentem sibi obligatum, propter feodum suum quod talis tenet, quamvis ꝑ medium, quo sublato, erit tenens suus sine medio, & ipse dñs suus capitalis, erit quasi principalis feoffator, & sic durabit inter eos obligatio homagii ꝑ medium, vel sine medio.

Ut

How Homage dissolved

Ut si feoffavero A. et A.B.et B.C.et sic in infinitum,omnes tenentes de tenente in tenentē,à primo usq; ad ultimū descendendo, erunt tenentes mei, et ab ultimo feoffato et tenente de capitali dn̄o et in capitalem dn̄m ascendendo gradatim, erit capitalis dn̄s ultimi feoffati,ab ultimo feoffatore usq; ad primum,sed ꝑ medium ut dictum est. Quo sublato vel quibus, incipiet ultimo feoffatus esse primus feoffat⁹ sine medio. Itē eodē modo tenere poterit homagium in ꝑsona domini vice versa, et dissolvi et extingui in ꝑsona tenentis et convalescere in persona alterius, ut si tenens cùm homagium fecerit dn̄o suo, se dimiserit ex toto de hæreditate sua et alium feoffaverit, tenendū de dn̄o capitali,et quo casu tenens absolvitur ab homagio et extinguitur homagium,velit nolit dn̄s copitalis,et incipit in persona feoffati qui obligatur, ꝓpter tenem̄tum ꝙ tenet,quod est feodū dn̄i capitalis. Item homagium quod sic extinguitur in ꝑsona tenentis iterum revivisci poterit in ꝑsona ejusdem, sed ex alia causa. Ut si feoffatus ab eo, idem tenem̄tum ei restituat,tenendū de eodē capitali dn̄o. Itē extingui poterit homagiū et obligatio dissolvi ex utraq; parte multis modis,ꝙ tenem̄tum datum ꝑ homagio et servitio remanebit capitali dn̄o tanquā eschaeta sua in domīco,tum ꝓpter defectum tum ꝓpter delictū: ꝓpt̄ defectum,ut si tenens & feoffatus sibi & hæredib⁹ suis certis vel incertis sine hæredib⁹ decesserit omnino,vel sine hærede de se,et quo casu extinguit̄ omnino homagiū & obligatio,quia tenem̄tum cadit in dn̄icum ꝑ defectu homagii, quia non sunt partes inter quas contrahi possit,cùm cōtrahi nō possit nisi inter duas ꝑsonas obligatio, quia deficiunt hæredes in ꝑsonis quorum posset homagiū sustētari. Et qualiter hoc fit in pluribus casib⁹ dicetur infrà de eschaetis pleniùs. Item ꝓpt̄ delictū. Ut si tenens alicujus feloniam fecerit vel aliquid aliud, ꝓpter ꝙ debeat exhæredari, et quo casu extinguitur homagium,et dissolvitur obligatio ex utraq; parte ratione supradicta, & reverti t̄ tenem̄tum ad capitalem dn̄m in dn̄ico ut eschaeta. Itē extingui t̄ homagiū de jure,& dissolvitur obligatio & vinculū fidelitatis, ut cùm quis homagiū fecerit capitali dn̄o suo & servitium illud malitiosè deadvocaverit omnino,ꝙ nihil tenuerit de eo, ad exhæredationē veri dn̄i sui cui ꝑ homagiū obligat⁹ fuerat & fidelitatis sacram̄tū,& quo casu licèt homagiū & obligatio teneat ex parte dn̄i si voluerit,non tamen tenet ex parte tenentis, qui ꝑ abnegationem dn̄i sui homagiū & vinculū fidelitatis infringit. Et cōpetunt dn̄o in hoc casu duo remedia ut videtur,vel quòd petat tenem̄tum tenētis sui, ꝙ de eo tenere debuit in dominico,quia deadvocat⁹ est ꝑ tenentē in cuj⁹ ꝑsona deficit obligatio, vel quòd petat servitium,eò quòd tenet obligatio in ꝑsona sua & remittat tenenti de gratia tenem̄tum. Refert tamen ꝑ ꝙ breve,si antē ꝑ breve de recto ut quidā dicunt,videtur ꝙ nō possit,nisi ipse vel antecessores sui in seysina fuerint de tenem̄to illo in dominico vel servitio. Et si aliquando extiterint in seysina, tamen incongruè petet per aliquem descensum, cùm tenens extiterit in possessione per descensum ab antecessoribus suis, nisi sit qui dicat,quòd licèt nihil juris ei descendat, tamen quòd ei descendere debuit cùm sit deadvocatus. Sed melius esset ut videtur, petere per breve de

eschaeta: cùm deficiat homagiũ & obligatio ex parte tenentis, ꝙ breve tale esse poterit. Præcipe tali, ꝙ justè & sine dilatione reddat tali, tantã terram vel tot feoda, quæ pdict' talis de eo tenuit et inde homagiũ ei fecit et servitiũ, et quæ debent esse eschaeta sua, eò quòd pdict' talis tenens, cõtra homagiũ suũ et fidelitatis sacramtum, ꝙ ei inde fecerat, ipsum malitiosè et ad exhæredationẽ suã deadvocavit, & nisi fecerit &c. Et unde ut videtur, cùm sic ꝑbatũ fuerit p inquisitionẽ et juratã, non erit ulteriùs necesse quærere de aliquo juris descẽsu. Et sive agatur p tale breve, sive p breve de recto, nõ erit loc' magnæ assisæ nec duello, sed capietur inquisitio & jurata, ad similitudinẽ magnæ assisæ, p hæc verba. Utrũ vz. ille qui tenet, maj' jus habeat tenendi tentum illud, vel feodũ in dñico, an ille q̃ petit, et cui idẽ tenens vel aliquis antecessorũ suorũ, inde homagiũ & servitiũ fecit, et quem postmodũ malitiosè cõtra homagiũ et fidelitatẽ suã, deadvocavit: et si hoc ꝑbatũ fuerit, et tenens tenuerit in dñico, recuperabit petẽs in dñico, si autẽ in servitio recuperabit in servitio, ut tenens tollatur de medio, ita ꝙ de cætero non sit medi', et tenens su' p obligationẽ tenti, ꝙ de eo priùs tenuerat, sed adjũgatur primo feoffatori sine medio. Itẽ ibi idẽ jus, ubi eadẽ ratio: si tenens dño suo atrocẽ fecerit injuriã, vel si steterit cum inimico dñi sui, cõsilio, vel auxilio cõtra dñm suũ, excepto principe, & capitali dño suo, cui fecit ligeãtiã. Itẽ si aliquid fecerit cõtra dñm suum ad exhæredationẽ dñi sui, et quo casu, justũ judiciũ quòd tenens exhæredetur, ꝑpter obligationẽ homagii quam infringit. Item si man' violentas injecerit super dñm suum &c. plura hiis similia tenentẽ exhæredãt. Et in fine sciendũ ꝙ inter tenentẽ & dñm semper tenet & stat homagiũ, quãdiu hæredes ex utraq; parte extiterint, et quamdiu tenẽs tenemtum tenuerit in dñico, vel servitio, ꝙ obligationẽ homagii inducit. Sed istis deficientib' vel aliquo istorũ, deficit homagium, & nunquã reviviscet, nisi hoc sit ex nova causa & in psonis aliorum. Itẽ notandũ, ꝙ nõ potest dñs capitalis wayviare homagiũ, vel recusare servitium, cõtra voluntatẽ tenentis sui, quò minùs teneatur ad warrantiã et excambium, nec etiam tenens vice versa, quò minùs faciat dño suo servitium debitũ, quamdiu tenuerit tenemtum ꝑpter ꝙ obligatᷓ ad servitium, sed potest dñm suum deadvocare, cùm tenemtum tenuerit. Sed hoc ut pdictũ est, erit suum damnum. Poterit etiã tenemtum wayviare cum causa vel sine, et sic dissolvetur homagium. Itẽ reddere poterit dño suo homagium suum, simul cum tenemento, ꝑpter capitales inimicitias, ut liberiùs ꝑsequatur appellum suum, et sic dissolvitur homagiũ. ¶ 13. Itẽ videndum si dñs attornare possit alicui homagiũ & servitium tenentis sui, cõtra voluntatẽ ipsius tenentis: et videtur quòd nõ, et maximè homagium, quia tale sequeretur incõveniens, quòd posset eum subjugare capitali inimico suo, & p ꝙ teneretᷓ sacramtum fidelitatis facere ei, qui eum dãnificare intenderet. Levis autẽ inimicitia nõ impedit in quibusdã casib' superiùs exceptis, in quib' poterit dñs capitalis homagiũ & servitiũ liberi hominis sui alteri attornare, cõtra voluntatẽ tenẽtis velit nolit. s. p finẽ factum in curia dñi regis, ubi summonẽd' est ille, cuj'. homagium et servitium alteri concedit, ut ibi recognoscat homagium & servitium

Homage cannot be attorned

servitium suum, et ubi ostendere possit rationē, quare non debeat homagiū facere, ꝙ si non poterit attornabitur velit nolit. Item in alio casū, ut si quis terrā dederit in maritagium cum filia sua cum homagio et servitio alicuj' liberi hominis. Item si ꝓ redemptione corporis sui, in quib' casib' attornabitur velit nolit, nisi causas prætendere possit quare non debeat. Est & alia causa quare homagium & servitiū attornare non possit, ut si velit homagium attornare tali qui nihil habeat in bonis, unde posset warrãtizare, defendere et excambium facere. Ex hoc enim posset quilibet dn̄s capitalis exonerare se ꝓ voluntate sua, ne suo feoffato teneretur, ad warrantiā & excambium de C. libratis terræ, ꝓ uno denario de servitio, & ideò in hoc casū nō magis possit attornare homagiū et servitium, quàm wayviare feodū suum, quia dn̄s velit nolit, warrantizabit et defendet ꝓpt̄ homagium. Et ꝙ homagium attornare non poterit nisi in casib' superiùs exceptis, habetis de t̄mino P. an̄ regis H. septimo, in Com̄ Hereford de itinere, et uno ten̄to in Com̄ Cant̄ de Wilhelmo filio Benedicti cive London̄, et Galfrido de Luci tenente et Wilhelmo de Maundevil Comite capitale dn̄o, de tenemēto N. de Gingesnyle. Et cùm idē Galfrid' tenens, attachiat' esset vel summonit' ad faciēdū eidē w. homagiū et servitiū suū, ꝙ idē Comes ei dederat, & prædict' Galfridū eidē w. attornaverat, idē Galfrid' noluit ei attornare, sed ipsum in curia penit' deadvocavit, et dixit quòd nihil de eo tenuit, nec tenere voluit, nec recedere à dn̄o suo qui eum feoffavit. Propt̄ ꝙ summonit' fuit prædict' comes, ad ostendendum ꝙ juris clamaret in servitio prædicti G. qui venit & cognovit, ꝙ dederat prædicto w. homagiū et servitiū ipsi' G. de tenemēto ꝙ de eo tenuit in prædicta villa, ad ꝙ respōdit prædict' G. ꝙ noluit attornari prædicto w. nisi curia cōsideraret. Dixit etiam ꝙ tenuit de dn̄o Comite duo ten̄ta, unū in villa prædicta et aliud alibi, et simul et semel feoffat' fuit de eisdē tenemētis ꝑ unicū homagiū & servitiū, nec voluit homagiū suum dividere et facere duo, ubi priùs non fecit nisi unum, nisi curia cōsideraret, nec attornari ꝑ̄dicto w. Et quia Comes cognovit et cōcessit, ꝙ idē G. faceret servitiū eidē w. de prædicto ten̄to in prædicta villa, in omnib' reb': et quia idem G. nihil ostendit in curia, quare servitium illud eidē w. facere nō posset vel non deberet, cōsideratū fuit ꝙ prædict' w. haberet seysinā suā de ꝑ̄dicto servitio, salvo dicto Comiti, homagio de toto prædicto feodo, & hoc ideò ut videtur, quia homagiū dividi nec attornari nō potuit, cōtra voluntatem tenentis, licèt servitium dividi posset & attornari, & sic videtur quòd servitium attornari poterit in omni casu, et cōtra voluntatē tenentis ipsi', licèt homagium non possit, nisi in casib' supradictis. Et unde si cùm dn̄s servitiū attornare voluerit, tenens attornari noluerit, et ipse cui attornat' fuerit districtionē fecerit, poterit tenens si voluerit, illū deadvocare cui fuerit attornat' et justè, ꝓpt̄ homagium, ꝙ durat adhuc inter dn̄m qui servitium attornavit, & tenentē suū. Sed tamen ꝓpt̄ hoc cessare nō debet districtio ꝓ servitio, quia districtio ꝑtinet ad servitiū habendū & non ad homagium, quia dn̄s retinuit homagium, et qui cōcedit servitium alicui, ꝑ consequens cōcedit districtionem, quia servitium cōcedere sine districtione nihil est, nō

Service may be attorned.

magis est quàm si diceret quis:concedo tibi haustum in fonte meo,sed nolo ꝙ tu habeas accessum ad fontē,& sic nulla erit cōcessio,& multa sunt exempla,& unde si tenens deadvocaverit illum qui distringit ꝓ servitio,non tamē cessare debet districtio ꝓ servitio,quia ista simul stare possunt, deadvocatio & districtio. Sed si simul ꝓ homagio distringatur cū servitio,& sic fiat deadvocatio,dicunt quidā ꝙ cessat districtio,nisi sit qui dicat,ꝙ si donatio et cōcessio cōstare non posset ꝓ una parte vz.homagio, tamen valere debeat de servitio,& ita non deberet cessare districtio, si ita cùm unū tenere possit,invito tenēte,& aliud nō,et nisi ita sit ꝙ homagiū dedicere nō possit,et si dicat injustè deadvocat' sum,et hac ratione,quia finis inde fact' est,vel homagium in curia regis recognitū et cōvictum,et hujusmodi, et quo casu oportet ꝙ sibi cautè ꝓspiciat,vel p breve de fine facto, vel p breve de warrantia,& ꝙ sequatur finis & chirographum,vel ut paulò antedictum est, ut tenens summoneatur ad ostēdendū,cui faciat servitiū suum,& similiter ille dn̄s,qui attornavit,ad cognoscendū quid juris clamat in p̄dicto servitio,& tunc fiat,ut supradictū est,de p̄dicto Galfrido. Cùm autē servitiū sic attornādum fuerit, non magis attornari debet ad dānum et piculū ipsi' tenētis, nisi voluerit,quàm ipsum homagiū,ut p̄dict' est, nō debet alit̄ facere,quàm priùs fecit,nisi velit,et secundùm quod priùs fecit,nec plus servitii, nec plures sectas,nec alibi quā solebat:quia si ille,cui attornat' est, hoc facere posset,ita tenens immodicè gravaretur. Prospiciat igitur tenens,cùm fuerit attornād',ꝙ de eo cui fuerit attornat',chartā habeat sufficientē, ꝑ quā se defēdere posset versus eū cui fuerit attornat',ꝙ plura servitia nō exigat quàm tenēs su' ei facere teneatur, et ꝑ quē obligat' sit ille dn̄s ad warrātiā & excābiū,sicut fuit ille qui attornavit. ¶ 14. Itē esto quòd cùm dn̄s obligat' sit ad capiendū homagiū tenētis sui,captionē illā differat vel recuset,in fraudē forte,ne ei teneatur ad warrātiā,quo casu multiplicit̄ poterit tenenti ꝓvideri,relaxatur inprimis à servitio ad ꝙ nullo modo tenetur, nisi capto homagio,& si ꝑ placitū et judiciū capi debeat,dn̄s oīa arreragia amittet. Poterit etiā tenens,si voluerit,oblato homagio corā plurib' in com̄ vel curia et p̄cisè recusato,attornare se superiori dn̄o capitali,et si ipse homagiū recusaverit,alteri superiori,et ita de dn̄o in dn̄m quousq; ꝑvenerit ad ipsum regem, qui est principalis dn̄s descendēdo,et ultim' ascēdendo,et hæres ultimus omnium hæredū. Et quid si superior dn̄s capitalis homagiū talis recusaverit, cùm fuerit ei oblatū, postquā inferior dn̄s homagium injustè recusaverit? nec ei fiet servitium non magis quàm dn̄o inferiori,qui medi' esse deberet, & sic dici posset de omnib' aliis dn̄is superiorib' capitalib'. Cùm autē tenēs sic se attornaverit superiori,et ipse homagiū suū ceperit,ille qui homagium suum recusavit, ulteriùs servitiū nec homagiū petere poterit, et nihilominùs tenebitur ad warrantiā,hoc ꝓbato,quòd homagiū injustè recusaverit, & illū sequetur servitiū,cui factum est homagiū. Si autē sine causa tali,vel alia sufficiēti, tenens ꝑ districtionē cōtra voluntatē suā homagium fecit superiori,vel extraneæ personæ,si verus dn̄s petat homagium,non poterit tenens recedere ab eo,cui homagium fecit sine iudicio,et quo casu, cùm ipse verus

If the Lord will not accept the Homage

verus dñs petat à tenente suo, quòd faciat ei cõsuetudines & recta servitia, quæ ei facere debet, de libero tento, ꝙ de eo tenet in tali villa, ut in homagiis, releviis, redditib⁹ &c. & unde petit ꝙ faciat ei homagiũ, & relevium de tali feodo &c. & cùm talis venerit & cognoscit quòd de eo tenere deberet feodũ illud, & libenter faceret ei homagiũ & servitium si recedere posset à tali dño, qui homagium suum cepit ꝑ districtionem, vel ipsum verum dñm penit⁹ deadvocavit, dicendo quòd nihil de eo teneat. Si autẽ ipsum advocaverit, ut ꝑdictum est, tunc sumoneatur ipse capitalis dñs superior, vel extrane⁹ non dñs, quòd sit ad certũ diẽ, ad cognoscẽdũ ꝙ juris clamat in homagio & servitio ꝑdicti talis, vel ratione hæreditatis quæ fuit talis antecessoris ipsi⁹ tenentis in tali villa, & unde talis ver⁹ dñs. s. in curia nr̃a &c. clamat homagium & servitium ꝑdicti tenentis, de eodẽ feodo, quo casu, cùm talis venerit, poterit ver⁹ dominus dicere, quòd homagium & servitium ad ipsum pertineat multis modis. Dicere enim poterit ꝙ ad ipsum ꝑtineat hac ratione. s. quia talis pater vel mater, avunculus vel matertera vel alius antecessor talis tenentis, talis fuit homo, talis patris, vel matris, avunculi, vel materteræ, vel alterius antecessoris ipsius domini, qui petit & post talem antecessorẽ, qui sic fuit in seysina, fuit ali⁹ talis antecessor in seysina de homagio & servitio ꝑdicti talis vel hæredis sui talis, & sic de plurib⁹. Ad quæ respondere poterit ille qui sum̃onit⁹ est, & excipere multis modis, quare homagiũ & servitiũ nõ ꝑtineát ad petentẽ, ut si mutationes et donationes intervenerint: ut si tales antecessores, vel hæredes eorum de quib⁹ fit mentio, postquã sic essent in seysina ut prædict⁹ est, donationẽ fecissent, vel ꝑmutationẽ, vel recognitionẽ, vel remissionẽ, ꝑ cõcordiã vel ꝑ judicium, post magnã assisam vel duellum, vel ꝙ ali⁹ talis se gerit ꝑ hærede talis dñi capitalis, & ꝙ ille qui petit nõ sit hæres, et ita ꝙ ipse jampridem ipsum implacitavit ꝑ aliud breve de servitiis et cõsuetudinib⁹, et petere poterit judiciũ, si de una & eadẽ re, debeat simul et semel duob⁹ respõdere. Et sic cùm ipse petens ꝑ judiciũ sic recuperaverit, poterit ipse tenẽs ꝑ judiciũ recedere de tali homagio. De tali materia habetis de t̃mino s. Hil̃ anno regis H. sexto in Com̃ Dorset, de Alano de sancto Georgio, rem petenđ, sed ꝙ nõ dñs sum̃oneri debeat ut ꝑdictũ est in principio, habetis de t̃mino s. M. an. regis H. nono incipiẽte decimo in Com̃ Kanc. de Isabella de Hotot. Cùm autẽ tenẽs verũ dñm suũ deadvocaverit in judicio ut ꝑdictũ est, et nõ dño suo fecerit homagiũ & servitiũ, cũ omnino dñm suũ deadvocaverit, vertetur placitũ int̃ ipsũ verũ dñm & tenentẽ suũ. Et unde inprimis videdũ, utrũ dñs agat ꝑ breve de servitiis & cõsuetudinib⁹, vel ꝑ breve ꝙ talis faciat ei homagiũ & servitiũ. Si autem ꝑ breve de servitiis & cõsuetudinib⁹, tunc refert, utrũ dñs agat sup ipso jure, vel sup seysina homagii, & servitii. s. utrum cõtineatur in brevi ꝙ faciat ei consuetudines & recta servitia quæ ei facere debet et solet, vel tantùm quæ ei facere solet, vel tantùm quæ ei facere debet, si autẽ super ipso jure, qualecunq; sit breve, et sive domin⁹ petat quòd tenens faciat vel tenens petat ꝙ dominus capiat, ꝑ breve de homagio capiendo, in utroq; casu, ꝑ interrogationes & responsiones perveniri poterit ad duellum, vel magnam assisam,

nisi ita sit, quòd ꝓpter deadvocationem velit dñs terrā petere in dominico ꝑ breve de recto ut supradictum est. Cùm igitur summonitꝰ sit quis ꝑ breve, quare non capiat homagiū alicujus, & prætendat querens rationē, quare ille qui summonitꝰ est debeat capere homagiū suum, et dicat quòd pater suus tenuit de tali & homagiū ei fecit, vel de tali alio antecessore & ꝑ tale servitium, et ita quòd ille tali ratione tenere debeat de eo, & ipse homagiū suum capere ꝑ servitium tale: poterit ipse de quo queritur defendere servitium & homagiū suum factum, et dicere precisè quòd ille querens nullam terrā de eo tenet, nec tenere debeat, & se defendere ꝑ campionē vel ponere se in magnā assisam ꝑ hæc verba.s. utrum ipse de quo queritur, majꝰ jus habeat tenendi terrā illā in doñico, an idem qui queritur tenendi eam de eo. Poterit enim benè esse quod talis querens vel antecessor suus homagium fecerit antecessori ejus de quo queritur, sed nunquam habuit seysinā in vita antecessoris ejus, vel quòd ipse tale homagiū ceperit, et quòd talis ꝓpria authoritate, sine warranto et cōtra voluntatē donatoris, se posuerit in seysinā, & unde petere poterit ut prædictū est, terrā in dñico. Et de hac materia habetis in Itinere Abbatis de Rading et M. de Pateshul in com Warwick, anno regis H. quinto de Roberto de Halgeford, qui petiit corā eis quòd quidā caperet homagiū et rationabile relevium suum de libero tenemēto ꝙ de eo tenuit, et de eo tenere clamavit in tali villa, et unde dixit quòd pater suꝰ tenuit de eo tantā terrā suā ꝑ tale servitium, & ipse ita eam tenere debuit de eo, et hoc obtulit & petiit quòd caperet homagiū suum. Et talis venit & defendit ꝙ non debuit inde homagiū suum capere, quia terrā illā debuit tenere in dñico, et sic posuit se in magnā assisā ꝑ verba supradicta. ¶ 15. Cùm autē quis à dño suo vel nō dño cui homagiū fecerit & servitium ꝓpria authoritate diverterit ad aliū, et sine judicio, nihilominùs tamen tenebit homagiū. Et poterit tenens tenere de dño suo qui attornaverit servitium suum alteri cum districtione, et ita poterit tenens deadvocare eum cui servitium attornatū est. Sed in hoc casu nō cessabit districtio, ꝓpt̄ deadvocationem. Sed si utrūq; attornaverit de voluntate tenētis aliud erit. Vel si utrūq; deadvocaverit, dñm qui attornaverit & attornatū, sed cùm cessaverit districtio ꝑ deadvocationē, et dñs ꝓbare possit seysinā suā, & cùm ꝑ deadvocationē tenentis incipiat esse nō tenens, locū habere debet assisa novæ disseysinæ, et ad hoc bona est ratio. Sed cùm omnino deadvocatꝰ fuerit dñs, nullū habebit breve de servitiis & cōsuetudinibus, quia nihil clamat tenere de eo, igitur alio modo ꝓcedēdū erit. Sed si cùm servitiū petat, vel ꝑ servitio distringat & tenēs suꝰ ipsū omnino deadvocaverit, statim cessabit districtio, et oportebit ꝙ dñs sibi ꝓvideat alio modo, sive jus habuerit in servitio sive nō ad seysinā suā repetēdā, et hoc ꝑ breve de servitiis & cōsuetudinibꝰ quæ ei facere solet, ita ꝙ breve loquatur tātū de seysina & nō de jure, et tunc non erit ibi duellū, nec magna assisa, cùm breve loquatur tātū de seysina. Sed cū dñs petat servitiū unde recēter fuit in seysina, aut tenēs cōfitebitur, vel nihil respōdit ad ꝓposita, vel omnino negabit & defendit. Si autē confiteatur, planū est: si autē nihil respondeat, indefensus erit: si autem negaverit, oportet

tet ꝙ petens ꝓbet intentionẽ & seysinā suā. Sed refert qualiter, quia si offert ꝓbare ꝑ corp⁹ cujusdā liberi hominis, non jacebit duellū, quia non agitur de ipso jure, nec si tenens vellet se defendere ꝑ duellū, vel ponere se in magnā assisā, non jacebunt pari ratione, quia non agitur de jure. Oportet igitur de necessitate, ꝙ petẽs ꝓbet ꝑ patriā, & tenens ꝑ patriā se defendat: cùm veritas sit sub dubio, ꝓpt̄ negationẽ tenentis. Et si tenens ꝓbare noluerit ꝑ patriā, cùm nullam aliā habuerit ꝓbationẽ, denegabitur ei actio: Sed cùm se posuerit super patriam, et in ꝓbatione defecerit, amittet, sive jus habuerit sive non, & licèt jus habuerit, deficere tamen poterit ꝓbatio. Si autem tenens ponere se noluerit super patriā, cùm nullā aliā habuerit defensionem, indefensus erit, & petens recuperabit, sicut videri poterit in assisa, exemplū, ubi querens vel petens ad intentionẽ suam ꝓbandā, se posuerit in assisam, & tenens assisā recusaverit. ¶ 16. Cùm quis tenentis sui homagiū ceperit, vel fidelitatis sacramtū, et servitiū tenentis sui, et cùm sit medi⁹ int̄ tenentem & dn̄m, tenentẽ suū versus superiorem dn̄m non acquietaverit, sed ꝓpriæ bursæ totū infuderit, hoc ꝓbato vel testificato corā ꝓbis & legalibus hominib⁹, poterit absq; juris injuria seipsum ꝓpria manu acquietare, & facere servitium capitali dn̄o, & ille qui medi⁹ est, ꝑ obligationẽ homagii nihilominùs tenebitur ad warrantiā. Dictū est in præcedentib⁹ qualiter faciẽdum est homagiū. Et de illis qui tenentur ad sacramtum fidelitatis, sicut illi qui tenent in Sokagio libero, vel ad vitam quocunq; modo, qualiter fidelitatem facere debeant, vel quibus, satis ꝑpendi poterit ex præmissis.

Cap. XXXVI.

1 ¶ De releviis dandis. 2. Quid sit rationabile relevium. 3. Quis teneatur ad relevium. 4. Quibus teneatur. 5. Item quotiens. 6. Item quando. 7. De quibus rebus. Item quietantia custodiæ & relevii. 8. Si de Sokagiis dari debeat relevium, vel quid, & quod de Sokagio datur redditus duplicatus pro relevio. 9. Si de feodi firma vel quid. 10. Nota de heriette.

Of Reliefs

Cùm homagia facta fuerint, & fidelitatis sacramenta, ab illis qui plenæ ætatis extiterint, oportet statim quòd tenementum quod fuit in manibus antecessorum, et hæreditas quæ jacens fuit ꝑ eorum decessum, relevetur in man⁹ hæredum, & ꝓpter talẽ relevationem, facienda erit ab hæredib⁹ quædā præstatio, quæ dicitur releviū, de feodis militariis, & serjeātiis, & aliis de quib⁹ fit homagiū, et regale servitiū, vel de Sokagiis, de quib⁹ de jure nullum fieri debet homagiū. Fit quædā p̄statio quæ non dicitur relevium, sed quasi, sicut heriettum, quasi loco relevii, & quod dari debet aliquando ante sacramtum fidelitatis, aliquando post. Et unde videndum inprimis quale sit rationabile relevium, et quis debeat dare relevium, et quib⁹ sit dādum, & quotiens, & quando. ¶ 2. Et in primis de feodo militari. Quale sit rationabile releviū antiquū de feodo militari, distinguitur in charta libertatum. c. 2, s. de comitatu integro dandæ sunt C. libræ de hærede Comitis ꝑ relevio. Et de hęrede Baronis ꝑ Baronia integra C. marc. de hærede militis, de feodo militis integro C. s. ad plus, & qui min⁹ debuerit, min⁹ det, secundùm ꝙ tenuerit tenm̄tum militare, plus vel min⁹, et secundùm antiquam cōsuetudinẽ feodorum. Et tale erit rationabile releviū de feodis militarib⁹.

who are to pay Relief

¶ 3. Item quis dare debeat relevium? & sciendum quòd ille, qui alicui succedit jure hæreditario, & in cujus persona relevatur hæreditas quæ jacens fuit per mortem antecessoris & non alius. Non enim dabit relevium, qui seysinam ingreditur ex aliqua causa acquisitionis, sicut ex causa emptionis vel donationis, nisi ingrediatur ex causa successionis. ¶ 4. Item quibus sit dandum. Et sciendum quòd non nisi dominis capitalibus & propinquioribus feoffatorib', & si plures fuerint capitales domini gradatim ascendendo, quilibet hæres relevium dabit suo feoffatori & non aliis, vel ipsi domino regi, si fortè de eo tenuerit in capite per servitium militare. ¶ 5. Item quotiens, & sciendum quòd non nisi semel tantùm. s. quamdiu hæres dúraverit qui semel relevavit. Nec etiam propter mutationem dominorum, si capitales domini plures decesserint de hærede in hæredem, & quamvis hac de causa plura capienda sunt homagia & ratione dominorum sint plura, tamen unicum erit quantum ad tenentem, quamvis sæpiùs innovatum, & ideò omnino unicum relevium. Item cùm tenens relevium semel dederit, & contingat mutationem fieri dominorum, ex causa donationis vel emptionis, per judicium vel concordiam, vel alio quocunq; modò, quamvis tenens aliquando diversis dominis qui acquisierint teneatur ad homagium, vel si dominus de quo priùs tenuit, propter delictum vel propter defectum hæredis sublatus sit de medio, cùm tenens capitali domino superiori obligatus sit ad homagium, non propter hoc dabit relevium, cùm hæreditas in persona sua non decidat, quæ semel per ipsum fuit relevata, quamvis deciderit in persona domini sui capitalis per mortem, vel mutationem, defectum, vel delictum. ¶ 6. Item quando, de feodò militari. Et sciendùm, quòd post homagium factum, & cùm ei fuerit hæreditas sua per dominum capitalem restituta, vel cùm major factus sine impedimento & contradictione, se posuerit in vacuam possessionem. ¶ 7. De serjantiis verò nihil certum exprimitur, quid vel quantùm dare debeant hæredes, & ideò juxta voluntatem dominorum, dominis satisfaciant pro relevio, dum tamen ipsi domini rationē & mensuram non excedant. Item fœmina quæ semel in custodia fuerit vel cùm plenæ ætatis extiterit semel relevium dederit, imperpetuum quieta erit de relevio, tam ipsa quàm vir suus, si posteà nupserit post custodiā vel relevii donationē, nec etiam si plures, nec etiā si uxor præmoriatur, vir iterum dabit relevium, quia tenet homagium priùs factum ad vitā suā & tenemētum tenebit semel relevatum, quòd in psona sua non decidit, nec ipse succedit ut hæres, sed cùm vir moriatur tunc decidit hæreditas & extinguitur homagium in persona sua, & quia durat obligatio homagii in psona hæredis, hæres homagium faciat & tenementum relevet, ad quod priùs non tenebatur in vita viri, quia tenuit homagium tota vita ipsius viri, nec debuit capitalis dominus duo homagia capere simul & semel & à duobus, ratione unius hæreditatis non partitæ. Et sic non tenetur quis de uno tenemento plura dare relevia, non magis quàm plura facere homagia. Nec debet aliquis plura recipere ab uno & eodem tenente, sed plura possit recipere à pluribus hæredibus tenentibus successivè. Et de hac materia habetis de termino s. Michaelis anno regni regis H.

nono

nono incipiente decim. com Stafford de Harneo. Baggod & Rogero la Zusche, & Margar. Baggod q̄ feod̄ suum tenuit de p̄dict. Rogero, & unde idem Roger⁹ fuit medi⁹ int̄ eos, & Margeria districta, eò ꝙ idem Roger. nō dedit relevium ipsi Harneo, & unde Roger⁹ respondit, ꝙ null̄ dedit relevium, quia frater suus cujus hæres ipse fuit, inde fecit homag' & relevium patri ipsius Harnei, & ipse Roger⁹ post mortem fratris sui, fecit homagium & relevium eid', & posteà fecit homag' matri ipsi⁹ Har. de cuj⁹ feodo ipse tenuit id ꝙ tenuit, & post fecit homagiū ipsi Harneo, ratione cuj⁹ homagii idem Harne⁹ petiit relevium, & unde Rogerus petiit judicium si teneretur ad plura relevia de uno tenemento quā ad unum, cùm semel haberet illud relevatum. Considerat̄ fuit ꝙ Margeria & Rogerus essent quieti, & Harneus in misericordia, & ꝙ Margariæ satisfaceret de dāpnis suis & expensis. Nullus autem qui acquisiverit aliquo genere acquisitionis, vel qui dn̄ium immutaverit vel quacunq; ratione ad vitā tenuerit relevium dabit. Item nec ille qui aliquā duxerit in uxorem, q̄ aliquandiu extiterit in custodia dn̄i sui. Item nec ille qui quacunq; ratione fuerit in custodia plus vel minus, dum tamen dominus, nomine custodiæ, receperit ad valentiam unius oboli. Item nec ille, qui semel relevium dederit, quamdiu vixerit aliud dabit. Possunt tamen quidā esse sub custodia, & nihilomin⁹ relevium dabunt, quamvis fuerit infra ætatem, sed tunc demum dabunt, cùm ꝑvenerint ad ætatem & non ante. Sed hoc est speciale in ipso Rege, ꝓpter suum privilegium, ut si quis per feoffamentum ipsius dn̄i Regis tenere debeat de eo in capite & hæredibus suis in feodo puro, sine aliqua conditione vel sub conditione, dum tamen ipse Rex teneatur ad warrantiā & excābium, ipse Rex habebit custodiam omnium terrar̄ q̄ talis tenuerit de aliis ꝑ servitium militare, de cujuscunque feodo fuerint, usq; ad ætatem hæredis, & cum talis ad ætatem ꝑvenerit, restituta ei hæreditate dabit relevium dn̄is suis & non pri⁹, quia tenētum prius distringi non poterit eò ꝙ extiterit in manu dn̄i Regis, nec tenemēta eor̄ qui tenuerint de antecessorib⁹ hæredis, licèt videatur ꝙ distringi possūt quia hæres ita infra ætatem, homag' capere poterit & facere, & ꝙ stati sequi debeat relevium post homag' capt̄. Item esto ꝙ hæres sit astrarius, vel ꝙ aliquis antecessor̄ restituat hæredi in vita sua hæreditatē & se dimiserit, videtur ꝙ nullo tempore jacebit hæreditas, & ideò ꝙ nec relevari possit nec debeat nec relevium dari. Sed re vera quotiēscunq; quis ingreditur ut hæres & ꝑ descensū, relevatur hæreditas in ꝑsona ejus, & erit relevium dand̄ statim post homag' captum, quod quidē non fieret nisi ingrederetur ut hæres. Item quæritur an liberè tenentes alicujus hæredis ad relevium dand̄ teneantur contribuere, non ut videtur; sive sint ꝓpinquiores tenentes sive remotiores cùm quilibet de morte antecessoris proprii teneatur ad relevium suo feoffatori. Item quæritur si cùm quis fuerit infra ætatem & in custodia domini sui, & tenens suus moriatur, hærede relicto qui fuerit infra ætatem, in cujus custodia esse debeat? & est ver̄, quòd in custodia illius domini capitalis, sub cujus custodia est hæres & warrantus suus, cum omnibus terris, tenementis & redditibus quæ sunt de feodo illius domini capitalis,

sed

ſed non ea q̄ ſunt de feodo alieno, quia tunc ꝑtinebit maritag' hæredis & cuſtodia terræ ad dn̄m capitalem, de cujus feodo fuerit. Si autem talis fuerit plenæ ætatis, vidend' cui facere debeat relevium, dn̄o capitali, vel ſuo warranto, cùm ſtatī capi poſſit homag', quāvis hæres & warrant' ſuus infra ætatem exiterit, & cùm capt̄ ſit homag', ſtatī ſequi debeat relevium, & per hoc, ꝙ ſtatī ſit dn̄o capitali ſolvend'. Sed videtur ſecund' quoſdā, ꝙ q̄vis relevium ſequatur homag', ꝙ non ſit ante ætatem warranti ſolvend'. Eſto etiā ꝙ tenens tenentis alicujus, cum dn̄o ſuo talem fecerit cōventionem, ꝙ poſt mortem ſuā hæres ſuus, ſi infra ætatem fuerit, non ſit ſub cuſtodia ſua, ſed ſub cuſtodia parent̄ ſuoꝝ ꝓximoꝝ conſanguineoꝝ, vel ſi plenæ ætatis extiterit, quòd null̄ dabit relevium: & contingat poſtmod', ꝙ talis dn̄s medi' moriatur, hærede infra ætatem relicto, & qui, cùm fuerit ſub cuſtodia dn̄i ſui, petat idem dn̄s ſuus cuſtodiā hæredis ſecundi ten̄tis, cùm fuerit infra ætatem, vel relevium cùm plenæ ætatis extiterit, objicitur à parentib' cōventio, replicatur à dn̄o, ꝙ fact' ten̄tis ſui, nō potuit ei auferre cuſtodiā vel relevium, ꝙ ei cōpetit ratione hæredis, ꝓximi ten̄tis ſui, in cuſtodia ſua exiſtentis. Reſponſum eſt ei ex adverſo, ꝙ nihil juris clamare poterit in p̄dictis, nō magis q̄ ille qui eſt in cuſtodia ſua, ſi eſſet plenæ ætatis, quia ſi ille peteret, obſtaret ei cōventio: ꝙ quidem ver̄ eſt, ꝙ dn̄s capitalis nihil clamare poteſt. Sed diſtinguend' eſt, utr̄ hæres aliquis illius, cui talis facta fuit cōventio, nunquā fuerit ꝑ talem cōceſſionem ſub cuſtodia parent̄, cùm eſſet infra ætatem, vel plenæ ætatis, quietantiā haberet de relevio? & quo caſu p̄fertur cōventio ꝓpter ſeyſinā anteceſſoris qui obiit ſeyſit' de quietantia, & quia dn̄s & feoffator ſu' quādo obiit nō fuit in ſeyſina: ſi autē tenēs nunquā quietātiā habuerit, ſed dn̄s obiierit ſeyſit', dn̄s capitalis cōtra parētes obtinebit nō alia ratione, niſi quia hæres ten̄tis ſui infra ætatē, ad chartas cōtra cōventionē reſpōdere nō poterit. ¶ 8. Dict' eſt de relevio qd' p̄ſtatur de feodo militari, nunc autē vidend' ſi de Sockagio dari debeat relevium, cū de Sockagio nō cōpetat dn̄o capitali cuſtodia nec homag': & ubi nulla cuſtodia, ibi null̄ releviū, ſed è cōtrario. Revera de Sockagio nulla cōpetat dn̄o capitali cuſtodia, ſed parentib' ut p̄dict' eſt, nec homag' licèt in quibuſdā partibus de conſuetudine & ꝑ abuſum obſervetur cōtrariū, ſicut in epiſcopatu Wyn. & alibi. Et cùm ita fact' ſit q̄vis ꝑ abuſum oportet ꝙ de cuſtodia & relevio fiat ſecund' ꝙ fit de feodo militari. Et ꝙ de Sockagio nō datur relevium, nec cōpetet domino cuſtodia nec maritag', habetis de term̄ ſ. M. anno R. H. ſep. incipiente octavo com̄ Ebor̄ circa finem rotuli, & q̄vis hæreditas nō relever̄ in ꝑſona hæredis Sockmāni, ꝑ man' domini capitalis, ſed parent̄, fit tamen de neceſſario dn̄o capitali q̄dā p̄ſtatio ab hærede ꝓpter dn̄iū & dn̄i recognitionē, & q̄ p̄dictis rationib', dici non poterit releviū, & q̄ talis eſt, vz. cùm teneatur Sockmān' defendere tenent̄ ſuum erga dominum ſuum ꝑ cert̄ reddit̄ in pecunia numerata, vel ꝑ quid tale quod tantundem valeat, q̄ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura, in ſolido vel in liquido, ſicut frumento, vino, oleo, ſecundùm quod redditus diverſimodè accipiuntur, loco relevii in recognitionem dominii, dabit tenens domino ſuo & hæres

una

una vice reddit suũ uni' anni duplicat, sed ꝙ nõ solvat reddit & posteà duplicat, sed ꝙ solvat reddit & posteà tãtũdẽ in simplum. Sed refert utr̃ facere hoc debeat hæres cũ fuerit infra ætatẽ, ante vel post fidelitatis sacram̃t, ad similitudinẽ homagii, ubi nõ dand' est releviũ ante homag' capt. ¶ 9. Quid autẽ fieri debet de teñto ꝙ tenetur ad feodi firmã, nõ est aliquid cert determinat̃ sicut in ꝑmissis, sed tamen videnď est, ꝙ ratio observetur & rationabilis sit ꝑstatio & releviũ, sicut rationabile debet esse cujuslibet auxilium, habito respectu tã ad ꝑsonã dñi, q̃ teñtis, ꝙ ꝑstatio sive donũ fiat secundũ ꝙ deceat teñtẽ dare, & dñm recipere, secund' facultates teñtis qui dat, & necessitatẽ dñi qui accipit, & ita ꝙ ꝑstatio non gravet teñtẽ, nec egentẽ dimittat accipientẽ, non enĩ debet esse id ꝙ ꝑstatur maximũ vel minimũ. Itẽ nec majus q̃ expediat danti, nec min' q̃ deceat accipientẽ. Item nec magñ, nec parvũ, sed mediũ. In oñi autẽ rationabili ꝑstatione observetur mediũ, cũ sit modus in reb', &c. Cùm autem in hujusmodi causa fiat excessus, non tenebit ulteriùs modus vel mensura, nec erit rationabilis ꝑstatio vel auxiliũ. Est quidẽ alia ꝑstatio q̃ nominatur heriettũ, & q̃ nullã cõparationẽ habeat ad relevium, sc. ubi tenens, liber vel servus, in morte sua, respicit dñm suum de quo tenuerit, respicit de meliori averio suo, vel de secundo meliori secundùm diversã locor̃ consuetudinem, q̃ quidem ꝑstatio magis fit de gratia, q̃ de jure, & q̃ hæreditatem non contingit. Heriott

CAP. XXXVII.

1 ¶ De custodia hæredum. 2 Item de ætate hæredum & quòd de feodo militari in sockagio potest & debet respondere sicut petere. 3 De ætate fœminæ. 4 Si plures sint domini capitales, & unus tenens, ad quem pertinet maritagium hæredis. 5 Quòd maritagium pertinet ad antiquiorem feoffatorem. 6 De hærede Sockmanni sub cujus custodia esse debet.

DIct' est suprà de hæredib' majorib' institutis, & qui teñtur ad homagia & relevia, & qui ad fidelitatẽ: nunc autẽ dicend' est de illis qui minores sunt & infra ætatẽ, & quos oportet esse sub tutela & cura alior̃, eò ꝙ se ipsos regere nõ norũt, & quor̃ quidã debent esse sub custodia dñr̃ cùm terris & teñtis q̃ sunt de feodo eor̃, & quidã sub custodia parent̃ & ꝓximorũ consanguineor̃, ut ꝑdict' est. Et quib' dãtur custodes aliquando, de jure de antiquo feoffam̃to, & aliquãdo curatores ab homine, ubi quis aliq̃ feoffaverit infra ætatẽ existentẽ, cùm ipse curator esse non possit similiter & custos. Quia cõpetit aliquãdò dño capitali custodia terræ q̃ est de feodo suo ꝑ se & nõ custodia hæredis nec maritag', cùm hæres fuerit maritand', & quãdoq; cõpetit dño custodia utriusq;. Itẽ sunt hæredes, de quib' constat quòd majores sunt, & de quib' constat ꝙ minores, & de quib' dubiũ erit utrũ majores sunt vel minores, in quo casu, cùm constiterit ꝙ minores sunt, sub custodia dñor̃ remanebunt de feodo militari, donec plenã habuerint ætatẽ, vel alior̃ secund' diversa genera teñtor̃. Si autẽ dubium fuerit utr̃ majores fuerint vel minores, in hoc dubio, in custodia remanebũt, donec constiterit de ætate. ¶ 2. Sunt autem diversæ ætates, secund' diversitatẽ hæred' & teñtor̃. De feodo verò militari, habebit hęres plenã ætatem cũ 21. annũ impleverit

verit

verit & 22. attigerit. Si vero fuerit hæres & filius Sockmāni, tunc demū cū
Quære 15 vid: infra 25. annos cōpleverit. Si autē filius burgensis, tunc ætatem habere intelligitur, cū denarios discretè sciverit numerare, & pannos ulnare, & alia negotia similia paterna exercere. Sed sic nō definitur certū temp⁹, sed ꝑ sensū & maturitatem suā. Fœmina verò plenæ esse poterit ætatis in Sockagio oīi casu, cùm possit & sciat domui suæ disponere, & ea facere q̄ ꝑtinent ad dispositionem, & ordinationē dom⁹, ut sciat q̄ ꝑtineāt ad Cone & Keye, ꝙ quidem esse nō poterit ante quartū decim anū vel decim quintū, quia hmōdi ætas requirit discretionem & sensū. Item vires requirit ætas Sockagii & discretionē & sensū, & secundū ꝙ hæres Sockmāni, possit & sciat ea exercere, q̄ ꝑtinent ad agriculturā. Item majores vires, & majorem sensū, & discretionem requirunt ea, q̄ ꝑtinent ad servitia militaria, ut hæres vid. in servitio militari, talē habeat robustatem, ꝙ possit arma portare, q̄ sufficiāt ad officium suū militare secundū diversa genera teñorū, & servitiorū. Itē est ætas placitādi & petendi restitutionē ꝓpriæ seysinæ, vel alicuj⁹ antecessoris. Et est ætas placitādi & petendi ꝓprietatem, & respondendi sup ꝓprietatem, qui a qualitercunq; acquirere possit possessionem infra ætatē, ante plenā ætatē 21. anñ, non respondebit, nec īplacitabit, nec etiā īplacitabitur sup ꝓprietate, respōdendo in feodo militari, licèt possit aliquādo petendo in Sockagio, potest & debet respondere, sicut & petere cùm plenæ ætatis fuerit. Et hæc vera sunt nisi īplacitat⁹ fuit de facto suo ꝓprio, & si feoffat⁹ fuit infra ætatem, vel si fecerit disseysinā, quādo autem petere possit minor, cū sit infra ætatē, & quid, & quādo respōdere, dicetur infrà pleni⁹ de exceptionib⁹ q̄ ꝓveniūt ex minori ætate in placitis & assisis. ¶ 3. Fœmina verò hæres, & mascul⁹ secundū quosdā, ad paria judicātur quoad oīs ætates, secundū diversitatē teñtorū, sc. ꝙ habeat ætatem burgagii sicut mascul⁹, & Sockagii sicut mascul⁹, sc. 15.
vid: sup. annorū, & feodi militaris sicut mascul⁹ sc. 21. anñ, & ꝙ tunc primò finiatur custodia, secundū alios verò dicitur fœmina habere plenā ætatem, cùm 15. annos (ꝙ verū est) cōpleverit quoad feod' militare, tunc enī poterit, ut dicunt, domui suæ disponere, & nubere viro qui possit ꝑ se vel ꝑ alium militaria exercere, & ideò priùs ad ætatem ꝓvenerit, quia magis doli capax est q̄ masculus, & quia maturiora sunt vota mulieris q̄ viri. Sed si ita esset, sic plenā ætatem haberet, cùm esset duodec. annorū, quia tunc esset viri potens & posset virū sustinere, ꝑ quod videtur, quod quoad ætatē nō sit differentia inter masculū & fœminā, quod falsū est. Sed si ita esset, tunc sequeretur istud inconveniens, quòd infra legittimā ætatē novem & unius anni, posset placitare & implacitari ꝑ breve de recto, & respondere ante tempus legittimum, & cùm esset quatuordecim vel quindecim annorum, & unde videtur quòd talis ætas intelligenda sit de Sockagio, & non de feodo militari, quia in tali ætate potest disponere domui suæ & habere Cone & Keye, & septimo anno consentire matrimonio, & virum sustinere anno duodecimo. Plenam itaq; custodiam habent domini capitales feodorum suorū omnium, sine ꝑsonis hæredū, quandoq; cùm personis eorum, & ita quòd inde plenam habent dispositionem, in ecclesiis conferendis cùm vacaverint, & in custodiis concedendis

dendis,dãdis,& vendendis,& in mulierib⁹ maritãdis,& maritagiis vendẽdis,si q̃ fuerũt maritãdæ,& generaliter de oñb⁹ disponere,ad comod' hæredis,sicut de ꝓpriis essent dispositurí,& meliùs si fieri possit. Et vendere possunt custodiã terrar̃, & maritag' hæred' si non fuerint maritati, sed de hæreditate nihil possunt alienare,vel offendere possũt ad remanentiã.Hæredes autẽ quãdiu fuerint in custodia ꝓ quantitate hæreditatis, honorificè exhibebunt,& debita hæreditaria acquietabũt, ꝓ quantitate hæreditatis, & ꝓ rata,secund' temp⁹ custodiæ. Negotia verò hæred' agere possunt, & de eor̃ jure acquirendo,in quib⁹ minorib⁹ placitare licet, placitum movere & ꝓsequi de jure possessorio,ꝓpriæ seysinæ videlicet,vel alicujus antecessoris: sed super recto in causa ꝓprietatis,ꝓ illis agere non possunt, nec respondere, nisi hoc sit in casu, sc.de aliquo, de quo minor infra ætatem fuit feoffatus. Si verò minor de felonia infra ætatem fuerit appellatus, ꝑ salvos & securos plegios attachiabitur,sed dum fuerit infra ætatem inde respõdere nõ tenebitur,sed tunc demũ cum major sit factus.Item custos,quãdiu custodiã terræ habuerit,sustentet domos,parcos,vivaria,stagna,molendina,& cætera omnia ad terram illam ꝑtinentia,& de exitibus ejusdẽ terræ reddat hæredi,cùm ad plenã ætatẽ ꝑvenerit,terrã illam suã totã instauratã,de carucis & oñb⁹ aliis, & saltem non minùs q̃ secund' quod illã instauratam invenit. Item nihil capiet de terra hæredis,dũ fuit infra ætatẽ, nisi rationabiles exitus, & rationabiles consuetudines, & rationabilia servitia,& hæc sine destructione & vasto,hominum & rer̃, ꝙ si fecerit, sive p̃cedat ꝓhibitio sive non, amittet custodiam, & emendabit damnum, & tradetur terra ꝓpter delictum talibus discretis & legalibus hominib⁹ de feodo illo,vel ꝓpinquiorib⁹ consanguineis,secund' ꝙ inferiùs dicetur de actionib⁹. Si autem dñs Rex, quacunq; de causa,custodiam alicujus terræ habuerit, & illam Vicec. vel alteri tradiderit,qui de exitibus Regi debeat respondere,& talis destructionem fecerit & vastum,ille dñs Rex à tali,capiat custodiam & emenda, & terra cõmittatur duobus legalibus & discretis hominibus de feodo illo, qui de exitibus respondeant domino Regi, vel ei cui dominus Rex illos exitus assignaverit.Si autem illã dederit vel vendiderit alicui,qui destructionem vel vastũ inde fecerit,amittet custodiã illã,& tradetur duobus,ut p̃dictum est. ¶ 4.Cùm sit hæres masculus vel fœmina, & plures dñi capitales, omnes maritagiũ hæredis habere non possunt,licèt omnes jus habuerint in maritagiũ,eò quòd talis hæres tenuerit de quolibet per servitium militare. ¶ 5.Unus tamen plurium p̃fertur oñb⁹, & maj⁹ jus habet in maritagiũ,sc. primus feoffator dominus capitalis,de quo antecessor hæredis suum primũ habuit feoffamentum,& cui p̃ omnibus aliis fecit legeantiam.Sed custodia terrarum aliis dominis remanebit,quæ sunt de feodo illorum cum servitiis, sed si aliquis hæres terram aliquã tenuerit de dño Rege in capite, sive alios dominos habuerit sive non,dñs Rex aliis præfertur in custodia hæredis, & sive ipse hæres ab aliis priùs fuerit feoffatus sive posteriùs, cùm Rex parem non habeat,nec superiorem in regno suo.Cùm igitur dominus Rex aliis p̃feratur tam in custodia terræ de cujuscunq; feodo fuerit ut supradictũ est,

si

Of Priority of Lordship

Si aliquis tenuerit de eo hæreditatē aliquā ꝑ feodi firmā, Sockagiū vel Burgagiū, & de alio teneat terrā ꝑ servitiū militare, nō habebit Rex custodiā hæredis vel terræ alicujus, quā tenet de alio ꝑ servitiū militare, nec etiā occasione parvæ alicujus serjantiæ, quā tenuerit de dño Rege ꝑ servitiū reddendi ei cultellos, vel sagittas vel hujusmodi. Itē si dñs Rex tenuerit aliquā baroniā vel aliā terrā ut eschaetā suā, sc. ubi hæres non apparuerit, ꝓpter defect' vel ꝓpter delict', vel si hæredes extiterint, cū nō sunt ad fidem domini Regis, sicut de terris Normannorū & Flandrentiū, & aliquis tenens de tali baronia vel altera terra moriatur, hæres ejus non dabit aliud releviū dño Regi, nec aliud faciet servitium, q̃ faceret Baroni vel Normāno, si illa esset in manu Baronis vel Normanni, nec eam tenebit alio modo q̃ Baro eā tenuit, vel Normannus, nec occasione talis Baroniæ, vel eschaetæ, habebit domin' Rex aliquā eschaetā, vel custodiam hominum de Baronia illa, vel eschaeta tenentium, nisi alibi tenuerit alia tenementa de domino Rege in capite, ille qui teñtum tenuerit de Baronia illa vel eschaeta nisi sit ita ꝙ ipse dñs Rex tales feoffaverit de eadem baronia vel eschaeta, de aliqua parte tenendā de eo hæreditariè, purè & sine aliqua conditione, & ad quam warrātizandam, obligavit se & hæredes suos. Si autem tenuerit quis de domino Rege serjantiam magnam vel parvā, habebit Rex custodiam, ac si de eo teneretur ꝑ servitium militare. Magna autem dici poterit secund' quosdā, ut si valeat C.s. & si tantum, habebit Rex custodiam om̃ium aliorū, etiam si valerent M. marc. & cùm tali ratione sint alioꝝ feoda in manu dñi Regis, ꝓdicta ratione alii capitales domini feodorum illorum nihil exigere possunt de terris & tenementis illis, nec in servitiis nominatis, nec in auxiliis ad filiam maritandā, aut filiū primogenitū militem faciend', vel etiā sectis, quamdiu terræ fuerunt in manu & custodia domini Regis, sed ꝑcipietur vic. quòd ꝑ hujusmodi, distringere non ꝑmittat. Parvæ autem serjantiæ dici poterunt, quæ sunt dimidium marc. vel 5.s. ut si quis teneatur invenire domino Regi equum & saccum cum brochia eunti in Walliam cum exercitu & hujusmodi, ut de termino san. Hil' anno reg. H. decimo septimo in com̃ Kant. de Warino de monte Canis. & Roberto de Hucham. Item per servitium equitandi cum dñis & dominabus, vel tenendi curiam, vel portādi bria, vel hm̃odi. ¶ 6. Hæres verò Sockmāni, mortuis antecessorib' suis, sub custodia capitaliū dñoꝝ nō erunt, sed sub custodia cōsāguineoꝝ suoꝝ ꝓpinquioꝝ, hoc est eoꝝ qui cōjuncti sunt jure sāguinis, & nō jure successionis, hoc est ꝓpinquiorum hæred' quibus posset aliquod jus descendere, sive ꝓpinquiores sunt, sive ꝓpinqui, sive remoti, & illis cōpetit custodia ex parte quoꝝ non descendit hæreditas, ut si descendat ex parte patris, ꝑtinet ad matrē custodia, cùm sit parens ꝓpinquior, ꝓpter ꝓpinquitatem sanguinis, qua deficiente, vocatur pater matris vel mater, & illis deficientibus frater vel soror, & deficientibus illis, avunculus vel amita. Si autem hæreditas descendit ex parte matris, tunc fiat è contrario. Et regulariter verum est, ꝙ nunquam remanebit aliquis in custodia alicujus, de quo haberi posset suspitio, ꝙ velit jus clamare in ipsa hæreditate, & unde si plures sint filiæ & hæredes, & tenere debeant in

[Handwritten margin notes: "vid: infr:"; "Quære, & vid: sup in Interpr:"; "lordship of females"]

in Sockagio, nulla debet esse in alteri' custodia, sed sint in custodia consanguineor, modo quo pdictum est. Si autem tenere debeant p servitium militare, omnes erunt sub custodia dñi capitalis, & nulla ear sub custodia alterius, ppter pdictam suspitionem, & donec plenã habuerit ætatem. Et cùm quælibet illar ad ætatem pvenerit, tenetur dñs ear, eas maritare, singulas cum suis rationabilibus portionibus, & si ab initio oms majores extiterint, nihilominùs in custodia dominor erunt, donec per consilium & dispositionem dominorum maritentur, quia sine ipsor dispositione, & assensu, mulier hæreditatem habens, maritari non potest, nec etiam in vita antecessorum de jure, sine assensu dñi capitalis, quod si olim fecissent, hæreditatem amitterent sine spe recuperandi, nisi solùm p gratiam, hodiè tamen aliam pœnam incurrunt, sicut inferiùs dicetur, & hoc ideò, ne cogatur dñs homagium capere de capitali inimico, vel de alio minimè idoneo. Cùm autẽ quãdocunque licentia & consensus domini requiratur, tenetur dominus consentire, aut justam causam ostendere, quare consentire non deberet, & cùm nullam causam ostenderit nec consentire velit, possit mulier, de consilio parentum, impunè & licitè maritari. Ex hoc autem sequitur quæstio, si mulier dotem habens, possit p voluntate sua alicui nubere, pter assensum warranti sui de dote sua, & si fecerit, si debeat dotem suam amittere, cùm maritus suus inde nullum homagium warranto suo teneatur facere, sed cum affidatione fidelitatem tantùm, cùm olim ex tali causa dotem amitteret, nunc tamen non amittet. Cùm fœmina plenæ ætatis heres extiterit, & de feodo plurium dominor tenere debeat, tunc sufficiet ad se maritandum, requirere assensum dñi capitalis primi feoffatoris, & cui antecessores sui fecerint ligiantiam. Item cùm semel legittimè maritatæ fuerint, & posteà viduæ effectæ, iterum non tenebuntur sub custodia dominor, licèt teneantur assensum eorum requirere maritandi se: pdicta ratione solet dici aliquando q putagium hæreditatem non adimit generaliter, sed hoc non esset intelligend' de putagio filiar & hæred', sed de putagio matris, quia filius hæres legittim' est, quãdo nuptiæ demonstrãt, quia psumitur quis esse filius, eò q nascitur ex uxore, dũ tamen talis nõ sit psũptio q admittat pbationẽ in cõtrariũ, secũd' q suprà in parte dict' est. In custodia Sockagii, ubi plura sunt feoffamenta tenẽdi in Sockagio, nõ erit requirẽd' de prioritate vel de posterioritate feoffamentorũ, cũ tanẽ un' sit custos, & cõsanguinitatis jure, parens ppinquior. Nec mulẽ refert utrum talis legittimus sit, vel bastardus, & hæc vera sunt, q locum non habebit prioritas & posterioritas, nisi ita sit de consuetudine, q ad dños capitales ptinere debeat custodia, & maritagium de Sockagio, sicut de feodo militari, sicut observatur in episcopatu Wynt. & alibi. Et unde si plura sint feoffamenta in Sockagio, & à pluribus, ubi talis observatur consuetudo, erit ad prioritatem recurrendum. Et si non sit nisi unus, talis dominus capitalis qui tale habeat privilegium, & alibi unus vel plures sint domini, non credo in hac parte privilegium esse præferendum. Esto etiam quòd quis de uno tenuerit in Sockagium, & de alio per servitium militare, quæritur quis capitalium dominorum præferri debeat in maritagio? & verum est quòd ille qui feoffavit per servitium militare, nec erit habend' respectus

Wardship in Socage

ad prioritatẽ tẽporis, vel posteritatẽ ꝓpter privilegiũ militare. Itẽ retento primo casu, si cõtingat ꝙ ex parte patris descẽdat hæreditas, q̃ tenetur ꝑ servitiũ militare, & ex parte matris in Sockagio vel è cõtrario. Si cõtentio fiat de maritagio hæredis in cujus ꝑsona cõjungi debeãt illæ duæ hæreditates, ille in maritagio ꝑferendus erit, cuj⁹ feod' pri⁹ fuerit deliberatũ, secund' ꝙ inferius pleni⁹ dicetur. In fine vero notand', ꝙ nõ potest quis, qui sub custodia alterius est & infra ætatẽ, habere aliũ, qui infra ætatẽ fuerit sub custodia sua: quia regulariter verũ est ꝙ alios regere non potest, qui seipsum regere non novit. Nec ꝑtinebit maritagiũ ad ipsum, qui fuerit custos ejus de quo ipse debuerit tenere, nisi tenementũ illius minoris fuerit de feodo ipsius custodis. Si autẽ de alteri⁹ feodo quã ipsi⁹ custodis, ille habebit maritagium hæredis ejus, qui feoffat⁹ fuerit ꝑ tenentẽ suũ & custodiã teñti, q̃ quidẽ tenens suus habitur⁹ esset, si esset plenæ ætatis, licèt maritagiũ tenentis sui ꝑtineret ad aliũ dñm suũ capitalẽ, ratione veterioris feoffamenti. Casus Henrici de Tercy & Wilhelmi de Punchardon de hærede Rogeri de Venpel, & unde antecessores Wilhelmi feoffaverãt Rogerũ Venpel de terra de Hiwisse & Reginald' & Rogerũ filiũ suũ, & quorum hæredes simul & semel fuerunt infra ætatem, & hæres Reginaldi in custodia ꝑdicti Henrici ratione terræ de Cokkeslege, & hæres Rogeri in custodia Wilhelmi, quia tenemẽtũ Reginaldi & tenementum Rogeri non fuerunt in feodo.

Cap. XXXVIII.

1 ¶ *De maritagiis hæred', & ad quẽ pertinere debeat maritagiũ.* 2 *Si plures & diversæ hæreditates sint alicui descendentes tã ex parte patris quã ex parte matris.* 3 *Quando feod' alicujus deliberatur quòd ad dominũ pertineat maritagiũ hæredis.* 4 *Cùm plures sint domini capitales, tam ex parte patris quam ex parte matris.* 5 *Cùm autem maritagiũ petatur, refert quis fuerit in seysina de hærede, utrũ dominus vel extraneus.* 6 *Ad quem pertineat maritagium de Sockagio.* 7 *Provisio si quis hæredem subtraxerit.*

DIct' est suprà de hæredibus qui plenæ ætatis sunt, & sui juris in morte parentũ, & qui infra ætatẽ extiterint, sub cujus custodia & cura esse debeant usq; ad legittimã ætatẽ, sive maritati fuerint in vita parentũ sive non. Nunc autẽ dicend' est de illis, qui in vita parentũ non sunt maritati, ad quem pertineat eorũ maritagiũ, secund' ꝙ fuerint sub custodia parentũ vel capitalium dominorũ. Sed inprimis non est omittendum, videre quid juris sit, cùm plenæ ætatis extiterint & non maritati in vita parentũ, sive masculi fuerint, sive fœminæ, ad quod sciend' ꝙ cùm plenæ ætatis extiterint, tales hæredes se ipsos maritare poterunt sine injuria dominorũ, dum tamen si fœmina fuerit hæres & maritanda, licèt plenæ ætatis extiterit, se maritare non poterit sine assensu capitalis dñi ad quem ꝑtinere dinoscitur maritagiũ, ratione paulò antedicta, ne cogatur domin⁹, &c. Si autem mascul⁹ & hęres & plenæ ætatis fuerit, se maritare potest quando voluerit & ubi, assensu capitalis dñi non requisito. Nulla enim poterit esse causa in masculo hærede, quare uxorem non ducat, q̃ esse possit in fœmina cùm viro nubat. Si autẽ cùm hæres

infra

infra ætatem extiterit, & sub custodia parentû de Sokagio, ꝓpinquior cõsanguine⁹ eum maritare poterit, sine alicujus injuria, vel aliis vendere maritagium, dum tamen in fœmina hærede observetur, quod superiùs dictum est de feodo militari. Cùm autem hæres minor & non maritatus, extiterit sub custodia domini, masculus vel fœmina, sic ut in feodo militari, ad dñm capitalem, sub cujus custodia ipse fuerit, ꝑtinebit maritagium pleno jure, & ipsum maritare poterit cùm voluerit, & ubi, dum tamen non disparagetur, vel vendere ei maritagium cui voluerit, dum tamen in vita venditoris maritetur, & eum maritare potest, non tantùm semel sed sæpiùs quamdiu fuerit infra ætatem, & sine uxore. Si autẽ dñs capitalis cui competit maritagium, negligens extiterit, quòd hæredem infra ætatem non maritaverit, nec ei maritagium obtulerit, quod de jure recusare non possit, extunc cùm hæres effectus fuerit plenæ ætatis & sui juris, seipsum maritare possit, sine injuria alicujus, & eodem modo, si cùm capitales domini contenderent de maritagio, cùm ꝑvenerit ad ætatem. Si autem infra ætatem hæres ꝓpria voluntate se maritaverit, vel ꝑ consilium alterius quàm capitalis domini, sive sit mascul⁹ vel fœmina: item si cùm dñs capitalis, ei uxorem obtulerit, quam de jure recusare non possit, & ad volũtatem domini capitalis se maritare noluerit, dicendo quòd nondum voluntatem habet maritandi se, dominus in hoc non poterit necessitatem imponere, quòd hoc faciat invitus, cùm libera debeant esse conjugia, ꝓspicitur tamen ei in hac parte, quòd ultra ætatem hæredis retineat hæreditatem, quousq; inde perceperit ad valentiam maritagii, vel donec ei inde fuerit satisfactum aliter. Item quotiescunq; contigerit unum ex pluribus infra ætatem mori & alii sunt infra ætatem, masculi vel fœminæ, habebit dñs capitalis maritagium cujuslibet post aliũ, dum fuerint infra ætatem. ¶ 2. Dictum est in præcedentib⁹ quid juris sit, si una sit hæreditas descendens à patre vel à matre tantùm, & unus sit capitalis dominus. Nunc autem dicendum est, si diversæ sint hæreditates descendentes, tam ex parte patris quàm ex parte matris, quæ conjungi debeant in ꝑsona unius hæredis, & utriusq; hæreditatis sit unus dominus capitalis, de quo teneatur ꝑ servitium militare, quo casu quantum ad maritagium hæredis habendum, refert cujus feodum priùs fuerit deliberatum, ita quòd hæres teneatur domino suo ad homagium, quia non poterit capitalis dominus, nec debet, homagiũ alicuj⁹ hæredis capere, antequam hæreditas sic deliberata fuerit, ꝓpter quod hæres teneatur ad homagium, & nullus alius. Item nec potest dominus capitalis ab hærede qui plenæ ætatis extiterit, relevium petere, vel servitium aliquod, antequam homagium hæredis receperit, cùm fuerit hæreditas deliberata. Item nec alicujus hæredis qui fuerit infra ætatem ꝑtinet ad ipsum custodia terræ & hæredis, & maritagium, antequam feodum suum sic fuerit deliberatum, eò quòd non duraverit homagium antecessorum. Durare autem sic poterit homagium antecessoris tota vita eorum, si ab eo non sit recessum, ut videri poterit. Esto quòd quis teneat de alio per homagium & per servitium militare, & concedat filio suo, quòd teneat hæreditatem ad vitam filii sui hæredis de se, vel de

Where diuers inheritances ex patre & ex matre.

dominis capitalibus, et sub tali conditione, quòd si filius moriatur in vita patris quòd hæreditas integre revertatur ad patrem tenenda ut prius, sine conditione, vel sub conditione, ad vitam suam, per talem concessionem adhuc non mutatur homagium, sed tenet inter patrem et dominum suum capitalem, quia nunquam fuit ab eo recessum, nec filius quamvis hæres, qui non tenuit nisi ad vitam, ad homagium tenebatur. Quod quidem aliter esset si pater ab hæreditate se dimitteret, & filium hæredem instituerit. ¶ 3. Videndum igitur qualiter et quando feodum alicuj⁹ deliberatur, et sciendum quòd tunc demum deliberatur quantum ad dominum ptinet, cùm hæres sine impedimento, vel aliquo modo ad homagium teneatur, & nunquam deliberabitur, quamdiu duraverit homagium antecessoris: ut ecce, A: habens hæreditatem, ducit uxorem B. habentem hæreditatem, et quilibet illorum habet unum dominum capitalem, pcreatur ex eis hæres cõmunis, filius vel filia, præmoritur A. in vita uxoris, jam deliberata est hæreditas ipsius A. ita quòd ad dominum suum ptinet custodia terræ & hæredis, & q hæres teneatur ad homagium, & pinde est q dominus suus habeat maritagium. Item esto q B. uxor præmoriatur, videtur igitur sicut in casu præmisso, q feodum dñi sui de quo tenuit sit deliberatū, & q ei competat custodia terræ, et hæredis, et maritagiū, q quidem non est verum, quia adhuc durat homagium ipsi⁹ A. factum dño capitali nomine uxoris, q in vita ipsius A. non dissolvitur, cùm tenere debeat hæreditatem uxoris suæ per legem Angliæ ad vitam suam. Et unde durante homagio ipsius A. hæres suus sub potestate sua remanebit, et capitali dño non tenebitur ad homagium vivente patre, cùm nõ possit quis duo homagia de uno tenemēto simul capere à duobus. Quod autem dictum est, locum habet in hærede cõmuni. Si autem sint diversi aliud erit, ut si vir primò contraxerit cum quadam habente hæreditatem, & hærede pcreato decesserit vir, adhuc non est hæreditas deliberata vivente uxore, nec maritagium: et si posteà nupserit alteri viro, vel pluribus successivè, nunquam deliberabitur custodia vel maritagium in vita sua, vel virorum, ut prædictum est. Si autem uxor præmoriatur et ipse aliam uxorem duxerit, adhuc erit illud idem dicendū de hæreditate uxoris primæ. Sed cum vir præmoriatur, deliberabitur hæreditas hæredis de alio viro. Præmori autem poterit vir vel uxor, per maj⁹ tempus, vel minus, vel minimum, hora, vel momento, et ille dominus semper præferendus erit, cujus feodum priùs fuit deliberatum. Sed esto quòd constare non possit quis illorum priùs moriatur, tunc recurrendum est ad antiqui⁹ feoffamentum vel feodum, nullo habito respectu ad prioritatem deliberationis. ¶ 4. Cùm autem tam ex parte hæreditatis patris, quàm ex parte hæreditatis matris plures sunt & diversi dñi capitales, & deliberata fuerit hæreditas ex una parte antequā utraq; hæreditas cõjuncta sit in psona uni⁹ hæredis ex parte illa quæ deliberata fuerit, erit ille dñs præferend⁹ qui prim⁹ est feoffator, & dñs lige⁹, et cui ille antecessor qui obiit fecit ligeantiā. Eodē modo, cùm hæreditas utriusq; tā patris quàm matris, una vel plures, cõjūcta sit in psona uni⁹ hæredis, adhuc erit ille pferend⁹, qui primò feoffavit p servitiū militare, omnib⁹

aliis

aliis penit' exclusis, licèt ibi sint infinita feoffata. Plures autem capitales domini feoffatoris p servitium militare jus habere poterunt in maritagium alicuj', sed non omnes obtinebunt, cùm maritagium non recipiat divisionem. Oportet igitur de necessitate, quòd un' aliis præferatur, secundùm q prædictum est. ¶ 5. Cùm autem maritagiū alicuj' hæredis petatur ab uno vel à plurib', refert quis fuerit in seysina, utrum s. ille qui jus habet, an ille qui jus non habet, sicut mater, vel alius propinquus, parens, vel extraneus, vel unus ex pluribus capitalibus dominis qui jus habet. Si autem ille qui jus non habet, & ab eo petatur ab aliquo domino capitali, uno vz. aut confitetur quòd habeat ipsum, aut negat. Si autem negaverit, procedatur contra ipsum, secundùm q inferius dicetur in tractatu de actionibus. Si autem confiteatur quòd ipsum habeat, & unus ex pluribus dominis petat, probante eo quòd antecessor hæredis de eo tenuit per servitium militare, oportet quòd tenens restituat, vel rationem ostendat quare restituere non debeat. Non enim sufficit si dicat, quòd alius majus jus habeat in maritagio, quia in ore tenentis non jacebit talis exceptio. Cùm autem sint plures, qui dicunt se habere jus in maritagio, & petunt ab uno qui jus non habet, licèt cognoverint quòd hæredem habuerit, tamen non tenetur alicui eorum hæreditatem restituere, donec ei constiterit de jure petentium, & quis eorum sit alteri præferendus, sed dicetur ei, quòd illum salvo custodiat, donec constiterit de veritate, & erit hæres ei restituend' qui prioritatem habet feoffationis & plus juris. Si autem constare non possit per aliquam pbationem, quis eorum majus jus habuerit, ppter hoc non remanebit seysina cum eo qui nihil juris habet, sed erit transferenda ad petentes, eò quòd pbant se jus habere. Sed restat videre, utrum omninò debeat cum uno remanere, ut ità quòd satisfaciat alteri de medietate valoris, vel quòd uni ex toto remaneat sine satisfactione, cùm maritagium divisionem non recipiat. Videtur quòd uni remanere debeat ex toto, sine aliqua recompensatione medietatis, si pbari possit, quis eorū ultimò fuit in seysina. Si autem non, et omnino deficiat pbatio, videtur quòd ille præferri debeat, qui primò instituit actionem. Esto etiam quòd unus ex pluribus capitalibus dominis, qui jus habet in maritagio, fuit in seysina, & unus vel plures petant maritagium, ille qui tenet, in seysina remanebit, donec constiterit quis eorum maj' jus habuerit in maritagio. Non sufficit enim q petentes pbent se jus habere, omnes, vel quidam eorum, ad hoc quòd auferatur possessio à tenente, nisi sit qui pbet se majus jus habere. Paritas enim juris non aufert seysinam à tenente, propter commodum possidendi, & privilegium possessionis. Igitur nisi sit aliquis qui pbare possit, se ipsum esse primum & principalem feoffatorem, cùm tenens negaverit, cùm p negationem fiat res dubia, tenens remanebit in seysina, quasi deficiente pbatione, licèt reverà jus habuerit, cùm defecerit pbatio, licèt jus non deficiat. Si autem dicat inquisitio, quòd omnes feoffati sunt uno eodem tempore, petens & tenens s. à conquestu Angliæ, adhuc erit judicandum p possidente, eò quòd pares sunt jure & tempore, cùm paritas non aufert possessionem, ut suprà. Item si sciri non possit omnino,

nec ꝓbari cujus feoffamentum sit verustius; vel si forte Juratores dubitaverint, adhuc remanebit possessio tenenti, quasi deficiente ꝓbatione: quia qui dubitat, vel obscurè loquitur, non ꝓbat: quia quotienscunq; dubitatur an quid sit, perinde est acsi non esset illud, cùm autem loquatur ꝓbatio de uno tempore, adhuc poterit esse prioritas de die vel hora, de quib⁹ si dubitatum fuerit, vel penitus nescitum, adhuc non valet ꝓbatio petentis. Item cùm Juratores nihil sciant de prioritate temporis, vel diei, vel horæ, sed dicant quòd petens ultimam habuit seysinam, adhuc non sufficiet hoc, quò majus tenens possessione privetur: poterit enim quis esse in seysina, quamvis jus non habuerit, vel jus maj⁹. Cùm autem descendat hæreditas tàm ex parte patris, quàm ex parte matris, & patre præmortuo, cùm hæres non maritetur, reddit mater hæredi hæreditatem, & instituat ut hæredem tenendum de capitalibus dominis, tenebitur hæres statim omnib⁹ capitalib⁹ dominis utriusq; hæreditatis ad homagium, quia feoda omnium sunt deliberata, & tunc fiat sicut prædictũ est de prioritate deliberationis alterius hæreditatis. Et de prioritate feoffationis ejusdẽ hæreditatis & non utriusq;. Ante quam & postquam in pſona uni⁹ hæredis, semel conjuncta fuerit utraq; hæreditas. Et hæres semel fuerit maritat⁹ ratione primæ paternæ deliberationis. Extunc enim si infra ætatem hæres, et iterum maritand⁹, non observabitur ordo hæreditatis quæ primò deliberata est, sed cõjunctis omnib⁹ feoffatorib⁹ utriusq; hæreditatis, ille aliis præferend⁹ erit, qui primus & principalis erit feoffator in cõjunctione utriusq; hæreditatis. Item esto quòd pater vel mater feoffaverit hæredem suum simul & semel, de pluribus feodis, quæ tenentur de diversis capitalibus dominis, tenendæ de seipsis & eorum hæredibus, patre vel matre feoffatore præmortuo, hærede non maritato, ꝑtinebit maritagiũ ad primum feoffatorem, nec mutatur ordo nec prioritas. Si autem immediatè de capitalib⁹ dñis, adhuc illud idem observabitur, dum tamen simul & semel & eodẽ tempore, quia si aliter esset, sciri nõ posset, quis ipsorũ esset in maritagio præferendus. Si autem pater vel mater nõ simul sed diversis temporibus feoffaverunt hæredem de diversis feodis tenendũ de se, vel de dñis capitalib⁹, & si de dñis capitalibus, tunc mutatur ordo primæ prioritatis, & tenet novus ordo novi feoffamenti: si autem de se & hæredib⁹ suis, adhuc tenet vet⁹ ordo & prioritas, quæ non mutatur quantum ad pſonas eorum p novum feoffamẽtum, & ad ipsos ꝑtinebit maritagium quamdiu vixerint, illis tamen præmortuis, hærede non maritato, cùm hæres, ratione successionis antecessorũ, & non feoffamẽti sibi facti, incipiat esse sub potestate capitalium dominorũ, reincipit esse ordo prim⁹ prioritatis qui mutat⁹ fuit et alterat⁹ p feoffamẽtũ hæredis. Et q̃ dictum est de filio antenato & hærede, locũ habet de filio postnato, si post feoffamentũ suum cõtingat ipsum esse hæredẽ. Si autẽ non, teneat feoffamẽtũ, & maritagium inter ipsum & suũ warrantũ. Si autẽ pater vel mater partẽ hæreditatis dederint filio & hæredi simul & semel, vel successivè, & partẽ retinuerint, quid juris esse debeat de maritagio habendo, satis elici poterit ex præmissis. Item si pat̃ & mat̃ hæreditatẽ habentes, simul vel successivè hæredẽ feoffaverint

vel

vel filiũ postnat̃ de utraq; hæreditate & aliquid retinuerit, mortuo tã patre q̃ matre filio infra ætatẽ existente, & non maritato, erit illud q̃ retentũ est prim̃ feoffament̃, cùm hæres in man⁹ dñ̃ devenerit, licèt illud esset ultimũ in ꝑsonis antecessor̃. Item cũ filium & hæredem feoffaverint de utraq; hæreditate pater & mater, tenẽdã de eis, & nihil sibi retinuerint, tunc illud feodum erit ꝓferend', q̃ fuit primum ꝑ novum feoffament̃, exclusa prioritate feoffationis antecessor̃. Item esto q̃ successivè feoffaverunt filium postnatũ, de se tenend' & hæredib⁹ suis, maritag' hæredis talis ad eos ꝑtinebit, nec habenda est ratio, quantum ad eos & hæredes suos de prioritate feoffam̃ti, cùm unus sit feoffator & unus hæres, nisi ita sit fortè, q̃ ille postnatus hæres ꝓficiatur, quo casũ ꝓfertur ille in maritagio habendo de cujus feodo talis fuit primò feoffat⁹, & tenebit novitas, exclusa vetustate, aliter enĩ esset si de utraq; hæreditate simul & ex toto esset feoffatus. Item & eodem modo, si cũ hæres patris vel matris feoffatoris sit infra ætatem & in custodia dñi capitalis, cùm parentes feoffatores sibi partem hæreditatis retinuerunt, moriatur filius postnatus, hærede suo infra ætatem existente, & ratione hæreditatis antecessor̃ qui feoffaverũt, devenerit custodia terrar̃ hæredis postnati in man⁹ dñor̃ capitaliũ de maritag' ipsius hæredis, erit habenda ratio prioritatis, secund' q̃ ipse à patre & matre feoffatus fuit, simul vel vicissim, quia si simul de pluribus feodis, erit ille capitalis dñs in maritagio præferendus, de cujus feodo antecessores feoffatores primò fuerunt feoffati. Si autem vicissim, tunc erit ille præferendus de cujus feodo pater & mater primum fecerunt feoffament̃ filio postnato. ¶ 6. De Sockagio vidend' est, ad quem ꝑtineat maritag', & sciend' quod ad ipsum, ad q̃ ꝑtinet custodia terrar̃ & tenẽtorum, secund' diversam consuetudinem locor̃, vel ad dñm capitalem, vel ad ꝓpinquiorẽ consanguineũ qui nihil juris clamare possit in hæreditate, ꝓpter suspitionem exhæredationis, & ipsius consanguinei maximè, ex cujus parte hæreditas nõ descendit, vel qui aliquid juris clamare possit in hæreditate, vel qui hæres esse possit toti⁹ vel ꝓ parte, & ideò non deberet esse filia postnata in custodia primogenitæ, vel mariti sui, si viro fortè nupta fuerit. Et ideò si quis emerit custodiã terrar̃, & maritag' filiar̃, & aliq̃ illar̃ duxerit in uxorẽ, statĩ oritur suspitio, & amittit custodiã corporis & maritag' aliar̃ ipso jure, ꝓpter suspitionẽ, & ideò ꝑtinebit ad parentes ut dict' est, custodia corporis & maritag'. Esto etiã q̃ quis feoffatus fuerit de aliquo tenẽdum in Sockagio primò, & posteà, de eodẽ vel ab alio tenendi ꝑ servitium militare, vel è contra, videtur & ver̃ est, q̃ ille ꝓferend' est qui feoffavit per servitiũ militare, ꝓpter privileg' militare: & si feoffat⁹ dãpnũ incurrat ꝑ tale feoffam̃t quoad maritag', hoc sibi ipsis poterunt ĩputare. Si cùm hæredes extiterint sub potestate parentum, ad quos pertinuerit maritagium mero jure, parentes ipsorum maritagium hæredum vendiderint, & ab emptore maritati non fuerint in vita venditoris, statim mortuo venditore, ad dominum capitalem pertinebit maritagium, & ex tunc si alius eum maritaverit, emptor, parens, extraneus, vel alius ad quem non pertinuerit, & jus non habuerit, vel si jus habuerit, & alius majus jus habet, facit domino

Mariage in Sockage

capitali præjudicium, ad quem mero jure ptinuerit maritagium, cùm illud sit ei deliberatum, cùm emptor illam seysinā verā habuerit in vita venditoris ,ppter non usum, nec poterit in hoc casu hæredem vocare ad warrantum. Si autem hæredes cùm sint sub potestate parentum, sine consensu eorum se maritaverint, propter hoc non sunt exhæredandi, licèt aliter quodammodo puniendi, si parentes voluerint. Si autem cùm hæredes in potestate dominorum devenerint non maritati, ipsi domini capitales vendiderint maritagium cùm jus habuerint, licèt ali⁹ pl⁹ juris: & ille qui plus jus habuerit petierit maritagium ab emptore, & custodiam hæredis, in hoc casu erit venditor vocandus ad warrantum. Et ꝙ dicitur de uno emptore dici poterit de plurib⁹, si maritagiū sit venditum pluribus de manu in manum.

a ¶ 7. Provisio de cōmuni consilio facta, de hæredibus infra ætatem existentibus, si dum fuerint infra ætatem, ꝑ malitiam abducti fuerint, & detenti ꝑ parentes à custodia dominorum, quòd si laicus inde convictus fuerit, quòd puerum abduxerit & maritaverit absq; licentia domini capitalis, restituat vel reddat custodi valorem maritagii, & corp² ꝓ delicto tradatur ꝑ ballivos prisonæ, quousq; custodi emendaverit delictum, & quousq; domino regi satisfecerit de transgressione illa, & hoc intelligatur de hæredibus infra xiiij. annos existentibus: de hæredibus autem qui sunt quatuordecim annorum & ultra, usq; ad plenam ætatem, & si se maritaverint sine licentia dominorum, ut eis auferant maritagium suum, & dn̄s capitalis talis hæredis, obtulerit ei rationabile maritagiū, ubi non disparagetur, & ꝙ recusare non deberet, domin⁹ suus tunc, teneat terram ejus ultra terminū ætatis suæ. s. xxj. anni, ꝑ quantum temp⁹ ꝑcipere potest duplicem valorem maritagii, secundùm æstimationem legalium hominum, vel secundùm ꝙ ei priùs ꝓ eodem maritagio oblatum fuerit sine fraude & malitia, vel secundùm quod ꝓbari possit in curia domini Regis. De dominis autem capitalibus custodibus, si illos maritaverint quos habent in custodia, villanis vel aliis, sicut Burgensibus, ubi disparagentur, si talis hæres infra ætatem xiiij. annorum, vel talis ætatis extiterit quòd non possit consentire, tunc si parentes conquerantur, dn̄s ille amittet custodiam usq; ad ætatem hæredis, & omne commodum ꝙ inde ꝑceptum fuerit, convertatur in commodum ipsius qui infra ætatem fuerit, secundùm dispositionem & ꝓvisionem parentum, contra dedecus ei factum. Si autem fuerit xiiij. annorum & ultra, quòd consentire possit, & tali maritagio cōsenserit, nulla pœna subsequatur. Si quis hæres, cujuscunq; ætatis fuerit, ꝑ dn̄o suo se maritare noluerit, non cōpellatur hoc facere contra voluntatem suam, sed cùm ad ætatem ꝑvenerit, domino suo satisfaciet de tanto, quantū dn̄s su⁹ ꝑcipere posset ab aliquo ꝓ maritagio, antequā terram suam recipiat, & sive voluerit se maritare, sive non, ꝑdict⁹ hæres, quia maritagium ejus qui fuerit infra ætatem, de mero jure ꝑtinet ad dominium feodi.

Cap. XXXIX.

1 ¶ *De donationibus propter nuptias ob causam dotis, dotis cōstitutione, & quid est dos.* 2. *Quæ est rationabilis dos.* 3. *Quis possit dotem constituere.* 4. *Item quando & ubi.* 5. *Quot sint species dotis.* 6. *Item de qua re.*

Quo-

a The Stat: Mert:

Quoniam utile est mulieres esse dotatas multis de causis, acquiruntur enim eis cùm fuerint maritandæ rerum dñia ex causa donationis, ut cùm fuerit fœmina maritanda, fit ei donatio à viro suo multis modis ꝑpter nuptias, de re ꝑpria viri, vel de re patris, vel matris, fratris, vel sororis, vel alterius amici, de eorum consensu & voluntate, quæ quidem donatio dicitur dos, & quæ quidem perfecta esse non potest ante mortem viri, nec quamvis in vita viri possit constitui, tamen ante mortem seysina non poterit assignari: inprimis igitur videndum quid sit dos, & quæ sit dos, & quæ sit rationabilis dos, & quis possit dotem constituere, & cui. Item quando, & ubi, & de qua re, et quantum. Item quis possit dotem assignare, et quando, et infra quod tempus, et ubi assignetur quæ competat actio mulieri ad dotem suam consequendam. Et sciendum quòd dos est id, quod liber homo dat sponsæ suæ ad ostium ecclesiæ, ꝑpter nuptias futuras, et onus matrimonii, et ad sustentationem uxoris, et educationem liberorum, cùm fuerint ꝓcreati, si vir præmoriatur. ¶ 2. Rationabilis autē dos est, cujuslibet mulieris de quocunq; tenemento tertia pars omnium terrarum & tenementorū, quæ vir suus tenuit in dominico suo, et ita in feodo, quòd eam inde dotare poterit, die quo eam desponsavit. ¶ 3. Item quis possit dotem constituere, et sciendum quòd tam minor, quàm major masculus. Cui uxori? tam majori, quàm minori. Poterit enim ille qui infra ætatē est, uxorem suam dotare, quamvis existentem infra ætatem, dum tamen possit dotem ꝓmereri, et virum sustinere, et quamvis vir infra ætatem moriatur, uxor sua, sive infra ætatem fuerit sive non, dotem obtinebit. De hac autē materia, inveniri poterit de termino Paschæ anno regni Regis H. nono in Comitatu Devoñ de Sara, quæ fuit uxor Wilhelmi Burnell. ¶ 4. Quando? et sciendū, quòd ante desponsationem, in initio contractus. Ubi? et sciendum quòd in facie ecclesiæ, & ad ostium ecclesiæ, non enim valet constitutio facta in lecto mortali, vel in camera, vel alibi, ubi clandestina fuerint conjugia, quia si non valeant clandestina conjugia hæredibꝰ quoad successionem, nunquam valebunt uxoribus ad dotis exactionem. Oportet igitur ꝙ constitutio dotis sit facta publicè, & cum solemnitate ad ostiū ecclesiæ, & ubi nullū omnino matrimonium, ibi nulla dos. Igitur videtur à contrario sensu, ubi matrimonium, ibi dos, ꝙ quidem verum est, si matrimoniū in facie ecclesiæ contrahat. Ad ostiū ecclesiæ fiat dotis constitutio inter quascunq; ꝑsonas consanguinitate vel affinitate conjunctas, vel extraneas, dum tamen matrimoniū in vita cōtrahentium accusatum non fuerit, nec dissolutum. Si tamen accusatū & dissolutū quacunq; ratione, desinit esse dos, cùm deficiat matrimonium, & desinit esse dotis exactio. Nec debet aliquis ratione uniꝰ viri, in dotis petitione, duabꝰ uxoribꝰ respōdere. ¶ 5. Et dotis species sunt duæ, alia ꝓfectitia, alia adventitia, ꝓfectitia dici poterit quæ datur à patre, vel matre, vel alio parente in ipso contractu ꝓ filia maritanda, & terra sic data dici poterit maritagiū, et patrimoniū mulieris, et aliquādo cadit in partem inť cohæredes fœminas, si talis partē habere voluerit hæredit' ut suprà. Et non dicitur pura donatio facta sine causa matrimonii. Itē advētitia dos dici pote-

Of dower.

Co. Litt. 33.

The kinds of Dower

rit maritagium, quod ab aliis datur, quàm à patre vel matre, sive parens sit
" vel extraneus. Item est dos parapherna quæ fit juxta dotem, vel præter &
ante matrimonium, non constante matrimonio, ut si fiat viro & uxori simul, vel uxori p se: & talis non cadit in partē, licèt facta fuerit à parentibus quia pura est, & non ob causam matrimonii ut suprà dictū est. Item fit donatio ꝓpter nuptias, ꝙ sponsus dat sponsæ ad ostium ecclesiæ, & de qua hîc agitur, die desponsationis. Et hoc ꝓpriè dicitur dos mulieris secundùm consuetudinem Anglicanā, & talem dotem lucratur vir, uxore præmortua, & uxori remanet ad vitam viro præmortuo, & lucratur sic vir dotem, uxore præmortua. Item lucratur vir aliquando dotem ex lege in vita mulieris, cùm celebratum fuit inter eos divortium, quacunq; ratione, sed non si fiat tantùm separatio thori. Item aliquando dotem lucratur post mortem viri,
" cùm fuerit assignata ex cōsuetudine civitatū & Com̄, sicut in Kanc. & London̄, Lincoln̄ & alibi. Et sciendum, quòd maritagium ob causam matrimonii, semper remanet mulieri & hæredib' suis, si hæredes habuerit, si autem non, revertitur ꝑ defectu hæredis, & eodem modo dos paraphernalis hæredibus quibuscunq;. ¶ 6. De qua re? & sciendum, quòd si vir terras habuerit & tenem̄ta, dotare poterit uxorem suam, dum tamen modum non excedat, de quacunq; terra voluerit, & de cujuscunq; feodo extiterit, quamvis ꝑ hoc auferat dn̄o capitali custodiam feodi sui, cùm uxor dotem obtinuerit, damnum quidem ei facit sed nullā injuriam, cùm si custodiam non habuerit, sufficiat ei releviū, & de hac materia inveniri poterit de termino P. anno regis H. duodecimo Com̄ Lincoln̄, de Idonea quæ fuit uxor Nicholai Burdeth. Item de terris & tenem̄tis ꝓpriis, quæ tenuerit in feodo sibi & hæredibus suis, & non ad terminum vitæ vel annorum, sive illa tenuerit vir ex causa successionis sive ex causa ꝑquisiti, vel alio quocunq; modo, & unde si feoffatus fuerit purè & sine aliqua conditione sibi & hæredib' suis certis & expressis, vel indeterminatis, quāvis tales hæredes non habuerit, sive bastardus fuerit, sive legittimus, vel si tales hæredes habuerit & defecerint, ita quòd terra data reverti debeat ad donatorem ꝑ conditionem tacitam vel expressam: uxor dotem obtinebit, quia pura est donatio ab initio, & purum feoffamentum, quamvis ꝑ conditionem tacitam vel expressam dissolutum. Si autem ita facta esset donatio, ut si dicam, do tibi tantam terram, nulla facta mentione de hæredibus, ista donatio se nō extendit ad hæredes, nisi tantùm ad vitam donatorii, & quia non in feodo nisi ad vitam, ideò cessat dotis petitio. Si autem adjiciat in donatione ita, do tibi & hæredibus tuis, si hæredes habueris tales, vel de tali uxori. Ista donatio non est perfecta ab initio, sed dependet ex insidiis fortunæ, nec erit perfecta antequam existat conditio, quòd hæredes habueris tales vel ex tali uxore, q̄ si defecerit, non erit ibi feod', sed tantùm liberum tenementum ad vitam, & ita cessabit dotis petitio. Si autem tales hæredes habuerit, vel de tali uxore, q vis defecerint, statim incipit donatio esse perfecta, & feod' & competit uxori petitio dotis. In primo autem casu est donatio pura, sed resolvitur sub conditione tacita vel expressa. In secundo verò casu non est pura, sed dependens

quo-

quousq; extiterit conditio, vel deficiat. Item constitui potest dos rationabiliter, secund' q prædictum est, & ideò ultra tertiam partem, quia in majori quantitate q in tertia parte, constitui non potest, potest tamen in minori, dum tamen uxor in constitutione se teneat contentam. Si tamen ulteriùs q rationabiliter constituatur, cùm fuerit assignata, id q excedit per admensurationem revocabitur, si capitalis dñs, vel alius ab hærede dotem assignaverit. Secus autem esset, si hæres hoc fecerit sciens & prudens. Et hæc quæ dicta sunt de tertia parte, vera sunt de feodo militari, nisi aliter observetur de aliqua cosuetudine speciali, vel nisi terra teneatur in Sockagio, ubi diversimodè fit dotis constitutio, vel in Gavelkind, vel si Sockagium adjungatur feodo militari. Et de hac materia habetis de term̃ P. anno reg. Re. H. decimo quinto in com̃ Cantabrigiæ. Item constitui potest dos, non tant̃ in terris & tenementis perquisitis, sed etiam pquirendis, si perquisita fuerint, vel acciderint in vita viri sui, ut de term̃ P. anno reg. Re. He. septimo in com̃ Somerset. de Emma q̃ fuit uxor Wilhelmi Daci, & licèt vir suus jus habuerit in terris pquirendis, cessat dotis exactio sive petitio, nisi in vita viri fuerint pquisita, q vis post mortem viri acciderint vel fuerint pquisita, quia de eo de quo vir nunquã seysinam habuit, non potest dos peti: nisi ita esset quòd dos constitueretur in aliquo tenem̃to, q post mortem tenentis esset ad vir̃ reversurum, quòd si dos ita constituta fuerit, sive revertatur in vita viri, sive post mortem, erit locus petitioni dotis, ut videri poterit, si constituatur dos in tenemento quod alia uxor tenuit in dotem, si in vita uxoris dotatæ acciderit (q vis non in vita viri) recuperabit eam uxor ut dotem suam, si inde sectam habuerit sufficientem propter constitutionem dotis specificatam, q quidem aliter esset, nisi esset specificata. Et de hac materia habetis de term̃ sanct. Hil. anno Reg. H. decimo quarto in com̃ Northampton de Christiana quæ fuit uxor Walteri, quæ recuperavit, quamvis vir suus inde seysinam non haberet dum vixit. Et cùm uxor sic dotata fuerit de re quam alius tenet, & quæ post mortem tenentis reverti debeat ad hęredem warrentum de dote sua, videndum si expectare debeat mortem tenentis, antequam dotem habeat, vel si ei debeat assignari ad valentiam in tenantia, quousque dos sic nominata ei fuerit deliberata. Et videtur quòd expectare debet, nisi aliter specialiter convenerit ab initio constitutionis. Item ab initio constitui poterit dos in re certa & nominata, & re incerta & non nominata. In re certa & nominata, sicut de aliquo manerio certo, de cujuscunque feodo extiterit, cùm vir plura tenementa teneat de diversis feodis, & diversis dominis capitalibus, quia secundùm quod prædictum est, in electione viri erit, de cujus feodo velit uxorem suam nominatim dotare, dum tamen manerium illud non sit caput baroniæ, si plura alia habuerit maneria quæ non sint capita baroniæ, quia manerium quod est caput baroniæ, integrè remanebit hæredi, & warrento de dote sua, cùm inde dotari non debeat, si de aliis terris consequi possit dotẽ suã, & de hac materia inveniri potest de termino sanctæ Trin. anno Regis H. quarto in Com̃ Northampton de Theobaldo de Lassel. Et si plura maneria sint, & in hæreditate quæ sunt de capi-

te

te Baroniæ, tunc ꝙ de uno manerio tali dict' est, fiat de plurib', dū tamen uxor alibi dotē cōsequi posset, ꝙ si non posset, oportet de necessitate, ꝙ aliter fiat, cū necessitas sub lege non cōtineatur, quia ꝙ aliàs non est licitū, necessitas licitū facit. Sed ꝙ dicitur de Baronia, non est observand' in vavassoria, vel aliis minoribus feodis q Baronia, quia caput non habent, sicut Baronia. Et ꝙ dicitur de Baronia, & Barone, servari debet in Com̄ & Comite, sive castrum ibi fuerit sive non. Cū autem possit uxor dotem nominatā alibi cōsequi q de manerio ꝙ est caput Baroniæ, & ei petenti dotem de tali manerio respondeatur, ꝙ dotem inde habere non debeat p̄dicta ratione, & ipsa ē contra dicat ꝙ aliquis antecessor hæredis dotavit uxorem suam de tali manerio, replicari potest ex parte hæredis quòd hoc non fuit de jure, immò de ignorantia hæredis, vel gratuita permissione, ꝙ quidem imposter' trahi nō debet in exempl'. Si autē oīa maneria sint capita Baroniæ, & teneantur in capite de dn̄o Rege, nec sit alia terra quæ sufficiat ad dotem, dotari poterit ex tali manerio, salvo tamen hæredi castro si ibi fuerit, vel capitali mesuag' si non castrum. Sed quoniam quandoque onerosa est custodia castri, vel capitalis mesuagii sine tenente hæredi, cùm uxor dotata sit de tali manerio sine exceptione, dissimulatur quandoque uxori seysina castri, propter onus, dum tamen restituatur Regi tempore guerræ, vel alterius necessitatis si voluerit, & cùm voluerit, secund' quod factum fuit de Comitissa Lincoln̄, quæ fuit uxor Walteri Com̄ marescalli, de quodam castro in Hibernia, ubi Comitissa dotata fuit de toto manerio sine aliqua exceptione quod fuit caput Baroniæ. Poterit etiam uxor dotari nominatim sub conditione vel sine, ut si dicat vir uxori, quòd dotateam de tali manerio cum pertinentiis, quo casu, si sufficiat ad dotem pro tertia parte totius hæreditatis viri sui, tenere se debet contentam, & omnes pertinentiæ ad ipsam pertinent, in advocationibus, & collationibus ecclesiarum, in custodiis, releviis, & maritagiis; & omnibus aliis rebus, cùm nihil inde excipiatur specialiter. Excipitur quandoque multipliciter, secundùm quod inferiùs dicetur. Si autem ibi minus fuerit, quàm quod sufficere possit ad dotem, & in constitutione dotis se tenuerit contentam, plus petere non poterit in assignatione. Si autem plus, sup̄fluum tollitur per admensurationem, & uterque modus duci poterit in conditionem, ut si quis ita dotaverit uxorem suam, de aliquo manerio integrè & sic dicat, & si illud sufficiat pro dote sic ei remaneat integrè & sine contentione: Si autem minus ibi fuerit, id quod defuerit perficiatur ei in alio certo & competenti loco. Si autem plus ibi fuerit, facta extentione & rationabili appreciatione, quòd illud superfluum restituatur hæredi. Et revera qualiscunque fuerit dotis constitutio facta, semper erit modus constitutionis observandus, & sequendus, dum tamen legittima sit dotis constitutio, & non contra legem terræ. Et cùm uxor sic dotata fuerit nominatim, de quacunque certa re, in ipsa constitutione dotis, statim incipit habere jus in re nominata, ita quòd si vir eam, constante matrimonio ex quacunque causa ad aliū transtulerit, uxor post mortē viri, habebit versus quemcunq; tenentē repetitionem, & cùm per occasionem de dote petierit,

&

& teñs hæredē vocaverit ad warrant,& ipse warrantizaverit, uxor recuperabit ipsam rem, & teñs de warrento suo excābiū ad valentiā,ꝙ quidē esse non debuit si dotata fuerit de re incerta, sicut de tertia parte reř acquirendař,vel acquisitař. Sed è contrario, sc. si res fuerit à viro alienata constante matrimonio,& ipsa petat tertiā partē versus tenentem, cùm hæres warrantizaverit,tenens retinebit id ꝙ tenet,& uxor recuperabit ad valentiam de hærede, si hæres habeat unde,si autem non,ipsa recuperabit quod petit, & tenens de excābio expectet tempora meliora versus hæredē,donec ad ipsum aliquid pervenerit de hæreditate,& si ad ipsū aliquid ꝑvenerit,tunc habeat uxor de hæreditate excambium,& tenens rehabeat tenemtum suum, si autem nihil de hæreditate in vita uxoris ꝑvenerit ad hæredem, tunc remaneat ei terra illa ad vitam suam nomine dotis,cùm esse non debeat indotata, ad teñtem tamen stati post mortem suā reversura. Non nominata verò dici poterit dos & incerta, ubi quis uxorem suā dotaverit in generali, de omnibus terris & tenemtis in tertia parte acquisitis, & acquirendis. Item sicut poterit quis uxorem suā dotare in certis terris nominatis, ita eā poterit dotare in certa sūma pecuniæ, sive terras habuerit & tenemta, sive non,ut si burgensis fuerit:maximè si tenuras habuerit exteriores sive non, sive alius tenens exterior,& quo casu,cū uxor contentā semel se tenuerit de sūma illa ꝓ dote sua,nihil ampliùs petere potest nomine dotis, de aliis catallis & tenemtis,q fuerit ei cōstitutū,& unde si nomine dotis aliquid petat de catallis,audiri non debet,quia ea ratione ꝙ consequi debet plenariè dotem suā,q diu ibi fuerit unicus obolus,vel quatenꝰ catalla viri sufficiant, ea ratione si plus ibi fuerit, nihil ulteriùs ibi consequetur, & sicut vult esse in lucro quatenꝰ catalla sufficiant,ita esse debet in dāpno in catallis q̄ excedūt, ex alia tamen causa,q ex causa dotis,sicut ex causa testamētaria vel ex consuetudine approbata, ulteriꝰ petere potest, si fortè vir aliquid ei reliquerit in testamēto ultra dotem nominatā, vel non nominatā, certā vel incertam. Item & sicut potest dos constitui in pecunia numerata, ita poterit in rebus q̄ consistunt in pondere & mensura,& tam in liquido q in solido, & sicut in isto vel in illo,ita & in utroq;. Itē constitui poterit dos ab uno viro, tā pluribꝰ uxoribꝰ q uni,in vita oīum vel successivè cū decesserint, vel ex quacunq; causa,celebrato divortio,in eodē reg.vel eadem ꝓvincia,vel diversis, sed una illař aliis præferetur in dotis petitione, ꝓbato in foro ecclesiastico q̄ illař sit uxor legittima,vel si difficilis sit ꝓbatio, vel deficiat oīno, tunc erit illa p̄ferenda,q̄ in possessione viri extiterit tēpore mortis viri. Si autē cùm quis uxorē habuerit & legittimā,aliam superinduxerit illegittimam, vel plures,legittima præferetur. Si autē nulla ex pluribus in possessione extiterit, neque quæ illař legittima extiterit constare possit, tunc nulla illarū obtinebit, pro defectu probationis. Item si uxor una, pluribus nupserit in vita omnium, cùm decesserit ab omnibus, dotem non obtinebit, cùm omnium uxor legittima esse nō possit simul & semel sed unius, licèt successivè secundū ꝙ inferiùs dicetur in actione de dote. Si quis sub spe ꝓquirendoř,uxorem suā dotaverit,de omnibus rebus,terris, & tenementis quæ tenuerit

nuerit die desponsationis, non valet talis dotis constitutio: cũ certa esse debeat, & sic constituta incerta sit, cũ dependeat ex insidiis fortunæ, & bene esse poterit ꝙ nunq̃ faciet ꝑquisitum, & cùm ꝑquisit non fecerit nec uxor esse debeat indotata, restringitur talis dotis constitutio ad legittimã cõstitutionem tertiæ partis, vel dimidiæ secund' diversã cõsuetudinem locoꝝ, & diversitatem teñtoꝝ. Cõstitui etiam poterit dos in terris & teñtis, q̃ quis tenuerit in feodo sibi & hæredibus suis, & non in hiis q̃ teñtur ad terminum vitæ, vel annorum, nec si ita tenuerit quamvis in feodo, ꝙ alius jus habeat ut rem evincere possit, q̃ quidem si ꝑ judicium evicta fuerit, licèt uxor inde dotata sit, petitio dotis cessabit, quia ꝑ judicium constabit manifestè, quòd vir suus non fuit seysit' inde in dominico, q̃vis ut de feodo, non tamen ita in feodo quòd inde dotare possit uxorem, & sic non poterit quis de jure alieno dotare uxorem suã cum effectu ꝓpter evictionem. Sed cùm vir uxorẽ suã dotaverit de re certa, & alius eandem rem petierit, & vir ante judicium, illã ei ꝑ concordiã recognoverit & reddiderit, nihilominùs post mortẽ viri sui, integra erit exactio dotis, si uxor dotem petierit, secũd̃ quosdã qui ducti sunt hac ratione, ꝙ vir potest adeò benè remittere jus ꝓprium sicut alienum, & in hoc dubio dotem obtinebit, in quacunq; recognitione & redditione, ꝑ pacem. Sed dicunt alii quòd adeò benè potest recognoscere jus alienum sicut ꝓprium, licèt judicium non intervenerit, & quo casu, cũ uxor dotem petierit de re recognita, & excipiatur contra, ꝙ dotem habere non debeat, eò ꝙ vir suus die quo eam desponsavit non fuit inde seysitus ita in dominico, & ita in feodo ꝙ eam inde dotare potuit, & ipsa è contrario dicat ꝙ sic, videtur & verum est, cũ per negationem efficiatur res dubia, quòd locus sit inquisitioni, non obstante recognitione & concordia, secundùm ꝙ videri poterit per exempl'. Esto quòd quis alium feoffaverit de aliqua terra, & mortuo feoffato, hærede infra ætatem relicto, deveniat custodia terræ & hæredis in manus dñi capitalis, qui durante custodia, alium feoffaverit de eadem terra, qui ducendo uxorem ipse ei in dotem constituerit, cùm autem hæres ad ætatem ꝑvenerit, ĩpetret assisã novæ disseysinæ, vel mortis antecessoris, vel breve de ingressu, vel de recto versus tenentem, teñs sive warrantum vocaverit sive non ante judicium cum de jure suo constiterit, vel fortè etsi non constiterit, jus petenti recognoscit & ei reddit seysinã & decedit, uxor ejus petit dotem, objicitur ei ꝙ vir non fuit ita seysitus in dominico, & ita in feodo quòd eam inde dotare posset, & ipsa è contrario ꝙ sic, & petit judicium de recognitione ꝑ concordiam, propter prædictum eventum dubium de jure proprio sui viri vel alieno, quo casu, si de jure petentis contra virum suum constiterit, non erit ad aliam probationem ulteriùs ꝓcedend', sed uxor per hoc cadet ad dotis petitionem. Si autem de jure non constiterit, per patriam veritas inquiratur, hoc tamen adjecto, ꝙ videndum erit utrum vir, qui jus alienum recognovit, se defendere possit per exceptionem & non defendit, sed gratis restituit, vel cùm se defendere vellet, & per exceptionem opponeret, judex per patriam judicando, exceptionem propositam non admisit. In hiis verò casibus non cadit actio dotis, cùm

de

de hujusmodi ratio sit habenda. Poterit etiã cõstitui dos certa & nominata, & incerta & non nominata, & in re aliena sicut in re ꝓpria, ut si quis uxorem suã dotaverit de hæreditate paterna, vel materna in vita eorũdem, dum tamen hoc fiat per assensum & voluntatem eorundem, aliter autem, nisi de assensu & voluntate eorundem extiterit, constitutio non valebit. Constare enĩ poterit multis modis, ꝑ instrumentũ & scripturã ubicunq; factã, dum tamen ꝓbari possit ꝙ parentes assensum p̃buerunt, in qua scriptura non expedit si contineatur, quòd pater vel mater dotem constituerit, sed tamen ille qui duxit uxorem, cùm alius dotem constituere non possit. Item ꝑ vivam vocem, ut si pater vel mater vel alius p̃sens parens, ad ostium ecclesiæ viva voce ꝓtestetur, ꝙ filius suus dotat uxorem suum de hæreditate quam ipsi tenent, coram pluribus ad hoc vocatis, & quòd voluntarium ad hoc præbent assensum. Et illud idem erit si alibi quàm ad ostium ecclesiæ ante desponsationem, dum tamen hoc ante desponsationem, vel in ipsa desponsatione revocatũ non fuerit ꝑ dissensum, & licèt de necessitate fieri debet dotis constitutio, & modus constitutionis ad ostium ecclesiæ, non tamen necesse est omnino quòd ad ostium ecclesiæ adhibeatur consensus, valet enĩ sive matrimonium p̃cedat sive subsequatur cõsensus, ac si valeret si fieret ad ostium ecclesiæ, dum tamen ꝓbari possit viva voce. Si autem uxor dotata, ad probandum consensum instrumentum proferat in judicio quòd vir sic dotaverat uxorem ꝑ assensum, sufficit illa ꝓbatio. Si autem ꝑ vivã vocem, sufficit qualibet illarum ꝑ se. Si autem utramq; simul, & conveniant, sufficiet unam ꝓsequi & probare. Si autem contrariæ fuerint, unam illarum eligere poterit ab initio, & una electa ad aliam recurrere non poterit, cui per electionem renunciavit, & inde si validam elegerit sufficit, si autem invalidam amittit, secundũ quod videri poterit, cùm uxor ad ꝓbandum assensum producat vivam vocem & testes, qui dicunt quòd maritus uxoris eam dotavit, & instrumentum similiter probatũ ad probationem dicat, ꝙ pater vel mater vel alius parens dotavit uxorem, cùm deberet dicere eos præbuisse assensum, & unde cùm uxor præcisè se tenuerit ad utrumque, neutra valebit, cùm sint contrariæ, nisi sit qui dicat, quòd illam, quæ utilis est sufficit tenere, & quòd utile non est videatur per inutile, & quia valet plus quod actum est q̃ ꝙ scriptum, fortè ꝓpter errorem scribentis, & benigna interpretatione posset ita interpretari instrumentum, ꝙ ad hoc tanĩ valere debeat, quòd antecessor constitutioni dotis factæ ꝑ hæredem p̃buit assensum & ꝓpter simplicitatem contrahentiũ, secund' ꝙ dicitur de layco p̃sentante ad ecclesiam, qui dicit in instrumento p̃sentationis, ꝙ dat tali clerico talem ecclesiam sed incongruè, quia episcopus dat, & laycus tantùm p̃sentat, ex benigna igitur interpretatione, ꝓpter simplicitatem laycorum, admittitur quòd nõ sit vacua p̃sentatio, propter incongruam dictionem donationis, sed admittitur donatio pro præsentatione; dat tamen laycus advocationem ecclesiæ, licèt ecclesiam dare non possit. Sed si cùm advocationem dederit, dicat in instrumento donationis, quòd dat ecclesiam, valebit donatio advocationis ex benigna interpretatione, propter simplicitatem laycorum, & sic fit inter-

pretatio

ꝑtatio ab antiquis, ꝙ cũ laic⁹ dicat, do ecclesiam, dat quicquid juris habet in ecclesia, tã in advocatione, q̃ in p̃sentatione, benignæ enĩ faciendæ sunt interꝑtationes, ut res magis valeat q̃ pereat. Sed (sine p̃judicio melioris sententiæ) videtur ꝙ uterq; dotẽ constituit pater scilicet & mater vel alius parens, ꝑpter consensum, & vir ꝑpter nominationẽ dotis, quoꝝ neutꝝ valet sine alio, nec unũ sufficere possit ꝑ se, unde si pater instrumentũ confecerit suũ ꝑ consensum ad ꝓbationem constitutionis, & uxor habuerit vivam vocem ad ꝓbationem nominationis, neutꝝ istoꝝ erit alteri contrarium, & ideò benè simul stare possunt, & nunq̃ valebit nominatio viri sine consensu parentis, nec è contrario, & sic uterq; simul stat. Poterit etiã vir dotare uxorẽ suã de reb⁹ alienis paternis vel maternis, vel utriusq; ipsoꝝ, & alteri⁹ antecessoris, ꝑ assensum & voluntatẽ ipsoꝝ, eisdẽ modis quib⁹ de reb⁹ ꝓpriis nominatĩ vel non nominatim acquisitis vel acquirendis, & de illis etiã, sed nominatĩ & specialiter de quibus antecessores nunq̃ fuerunt in seysina, dum tamen post tẽpus ad hæredes sunt reversuræ secundũ ꝙ superiùs dicitur in parte. De dote alterius uxoris, quæ in vita viri nunq̃ fuit deliberata, de alienis verò reb⁹ q̃ evinci poterunt, non valet dotis constitutio cum effectu. Itẽ si cùm pater uxorem habuerit, & ei dotem constituerit in tertia parte hæreditatis sc. de trib⁹ unciis unã, & de consensu ipsius, vivente matre, constituat filius uxori suæ dotem, non poterit eã dotare, nisi de tertia parte duar⁹ partium sc. duar' unciarum, quia mater dotata est de tertia parte totius, s. de tertia parte trium unciar'. Si autem pater uxorem non habuerit, cùm filius uxorem suã dotaverit, & facta cõstitutione à filio de consensu patris, tunc pater post, uxorem duxerit, tunc fiat è contrario illius, ꝙ supra dictũ est, & secundũ ꝙ, inferiùs dicetur, de actione dotis. Videndũ etiã, si postq̃ dos semel fuerit rītè cõstituta, in reb⁹ ꝓpriis vel alienis de cõsensu, ex aliqua conventione facta inter vir' & uxorem, constante matrimonio, augmentari possit in p̃judicium vel ad dampnum hæredis, & dicitur ꝙ nõ, ut de itinere W. de Ralegh in com̃ Midd', assisa mortis antecessoris si Johannes Blund', & unde videtur, ꝙ eadem ratione, minui non debet in p̃judicium uxoris. Facta sic cõstitutione dotis ut p̃dict' est, non poterit uxor in vita viri circa dotem constitutã nominatã q̃vis certã, aliquid disponere, cùm inde liberũ tenementũ habere non possit ante assignationem, nec uxor viro contradicere possit, si velit dotem vendere vel alienare, ꝙ si faceret, de jure dotem amittet, quòd si vir alienaverit, licèt uxor in vita non potuit cõtradicere, ipsa tamen post mortem viri, regressum habebit versus quoscunq; detentores. Sed si ꝑ judicium vel ꝑ cõcordiã ut p̃dict' est, vel ꝑpter delict' (secundũ ꝙ inferiùs dicetur) uxor regressum non habebit.

Cap. XL.

1 ¶ *Quod uxor vidua remanere debet in capitali mesuagio per quadraginta dies post mortem viri, donec dos sua fuerit ei assignata, & de dotis assignatione post mortẽ viri. 2 Qualiter dos fuerit ei assignanda. 3 Qualiter advocatio ecclesiæ transferatur in dotis assignationem & qualiter non, & quòd aliud est dare ecclesiam & advocationem ecclesiæ. 4 Quòd dos libera esse debet.*

Mortuo

MOrtuo viro, confirmatur tunc primò dotis constitutio, & si dos deliberata ei fuerit, statim fiat ei dotis assignatio, sine aliqua difficultate, & nihil det pro dote sua, vel maritagio, vel hæreditate sua quam maritus & ipsa tenuerūt die obitus ipsi' mariti, & maneat in capitali mesuagio mariti sui per quadragita dies post obitū mariti, infra quos assignetur ei dos sua, nisi priùs ei fuerit assignata, vel nisi domus illa fuerit castrum, & de castro illo si recesserit, statim provideatur ei domus competens, in qua possit honestè morari, quousque dos sua ei assignetur secundùm quod prædictum est, & habeat rationabile estoverium suum interim de communi, & pro dote sua, cùm fuerit ei deliberata, assignetur ei tertia pars totius terræ mariti sui, quæ sua fuit in vita sua, vel alio modo satisfaciat ei secundùm quod ad ostium Ecclesiæ dos fuit ei constituta, nec distringatur ad maritandum se, dum vivere voluerit sine viro, & ita tamen, quòd securitatem faciet capitali domino, quòd se non maritabit sine assensu suo, de quocunque tenere debeat, de domino Rege, vel de alio. Item quis debeat dotem assignare videndum, cùm mulier per se authoritate propria non possit se ponere in seysinam, propter assisam mortis antecessoris, cùm hæres primam seysinam habere debeat cùm fuerit plenæ ætatis, vel dominus capitalis nomine hæredis, si hæres fuerit infra ætatem. Et sciendum, quòd hæres cùm fuerit plenæ ætatis, & non dominus capitalis, quia se intromittere non debet, nisi contentio fuerit de hæreditate. Cùm autem hæres fuerit infra ætatem, tunc dominus nomine hæredis infra quarentenam, alioquin currit tempus, & sequantur dampna, nisi excuset rationabilis causa. ¶ 2. Si autem tota dos vacaverit, tunc infra quadraginta dies assignetur ei dos sua legittima, & secundùm quod ei ad ostium ecclesiæ fuit constituta, secundùm quod, tunc fuerit culta vel inculta, cum fructibus & redditibus, & omnibus aliis pertinentiis, & nihil refundatur executoribus vel hæredibus pro cultura & cura, quia antiquitùs solet observari, quòd sicut uxor dotem suam recipit post mortem viri sui cultam vel incultam, ita post mortem uxoris, solet restitui hæredi culta vel inculta, quia de bladis & fructibus à tenemento non separatis, non habuit uxor testamenti factionem, sed nova superveniente gratia & provisione, sicut patet de provisionibus apud Merton, inter placita quæ sequuntur Regem Henricum anno regni sui decimo octavo, poterit uxor de fructibus & bladis, sive à solo separata fuerint, sive non, testari, & pro voluntate sua disponere. Si autem pars dotis vacaverit, & pars non, tunc illam partem quæ vacaverit recipiet, & non vacantem petat per actionem per breve de recto si voluerit, nisi de consilio ad tempus duxerit abstinendum, ne per receptionem partis, sibi præjudicet quantum ad exactionem residui, propter dilationem quæ venire poterit per breve de recto, si aliquod inde recipiat, propter verba in brevi de dote contenta, scilicet & unde nihil habet, secundùm quod inferiùs dicetur inter actiones de exceptionibus contra petitionem dotis. Cùm autem nihil vacaverit, tempore quo vir moritur, sed tota hæreditas alienata extiterit in manib' aliorū, nō habent tenētes necesse statī

dotem

dotem restituere nisi velint, cùm justam causam habeat resistendi, & vocandi warrentum suum, unum vel plures successivè usq; ad personam hæredis & warrenti uxoris de dote sua, infra quod tempus non tenentur mulieri ad restitutionem dampnorum, vel expensarum. Qui quidem cum warrantizaverit, statim dotem restituat mulieri, nisi justam causam habuerit resistendi, quam si non habuerit, sed resistat per malitiam, omnia dampna restituet mulieri petenti, secundùm valorem totius dotis illam contingentis à tempore mortis viri sui, & omne interesse, quatenus suâ interfuit dotem suã habuisse usque ad diem quo seysinam suam per judicium recuperaverit, & nihilominus warrentus in misericordia remanebit. Et illud idem erit, si cũ dos tota vacaverit, die quo maritus obierit, & nihil fuerit alienatum in vita sua, si uxor se in dotem nominatam posuerit, & inde ante assignationem ejecta fuerit, nec fuerit ei satisfactum sine placito & dilatione, & hoc semper erit tenendum, nisi hæres vel custos justam causam habeant resistendi. Illud etiã erit, si à tenemento quod ei assignatum est ad quarentenã suam, ante assignationem dotis ejiciatur, infra quarentenam vel post. Item illud idem, si omnino extrà teneatur, quòd non habeat ubi caput suum reclinet. Si autẽ cùm tota vacaverit, & hæres contendere nolit, sed gratis & sine placito ei dotem restituere velit, videnď est q̃ sint ei nomine dotis restituẽda. Et si de incerta parte fiat dotis constitutio ad ostiũ ecclesiæ, de acquisitis sc. & acquirendis, conveniens erit ꝙ hæres ei assignet in dotem tertiam partem totius liberi tenemẽti, ꝙ habuit antecessor su⁹ in dominico suo ut de feodo die quo eam desponsavit, & ita in dominico & feodo, quòd eã inde dotare potuit, & hæc vera sunt, nisi constitutio dotis alio modo, tempore constitutionis ad ostium ecclesiæ facta fuerit, & quo casu, sequenda erit constitutio, cũ de ea cõstiterit. Integrè enĩ & non ꝑ particulas, vel in parte, fieri debet assignatio, sc. de omb⁹ terris & tenemẽtis, secund' mod' constitutionis. In dominicis, villenagiis, feodis militum, homagiis, & servitiis liberoꝝ hominum, in advocationibus ecclesiaꝝ, & secund' quod fuerit nominatim dotata vel non nominatim, cùm advocatione vel sine, & sive ibi sunt plures advocationes, sive una semper in constitutione dotis, & in assignatione erit habenda inde ratio, ut vel unam ex pluribus retineat, vel quòd ei inde aliunde satisfaciat ad valentiam, cùm advocationes aliquando non recipiant divisionem: & semper tenend⁹ est mod⁹ constitutionis. Et licèt de advocationib⁹ in constitutione dotis nulla facta sit mentio, nec in assignatione, nec sit in hæreditate nisi unica ecclesia, cùm post mortem viri, in vita uxoris, non debet hæres, de jure, illam conferre sine assensu uxoris. Sed quid si noluerit consentire? hæres qui duas partes habet in p̃sentatione p̃feretur, quia quãvis ecclesia magni valoris extiterit, tamen occasione dotis non dividitur, quia non patitur secationem, & maximè quia ab antiquo divisa non fuerit. Si autem de advocatione non sit mulieri aliter satisfactum, videtur prima facie, quòd si in vita ipsius ter vacaverit, quòd de æquitate, tertiam habere debeat p̃sentationem. Sed refert ad hoc qualiter sit dotata, & dos ab initio constituta: si autem de tertia parte & nõ sit nisi unicum maneriũ, & una advocatio,

vocatio, vel si ibi sint plura maneria, et plures advocationes, nil petere possit uxor de advocationibus ratione suæ tertiæ partis, nisi in ipsa dotis cõstitutione, vel assignatione, specialiter convenerit quòd aliquid inde habere debeat, et est ratio. Esto quòd quis habeat maneriũ aliquod integrum cum advocatione ecclesiæ, et inde partem dederit tertiam vel dimidiam vel minimam uni, et posteà alii alteram partem, et sic successivè pluribus usq; ad unam acram, vel etiam minimam partem, dum tamen aliquid retinuerit, licèt quælibet pars magna sive minima data sit, cum omnimodis ꝑtinentiis suis, donator semper advocationẽ integrè retinebit, nisi specialiter cum aliqua particula data transferatur, et sive donatio facta fuerit simul et semel, et una die, uni vel pluribus successivè, & unde cùm tertia pars ubique cõstituta sit et assignata uxori nomine dotis, nulla facta mentione de advocatione, nihil transferri potest de advocatione, ex talis partis constitutione cum tertia parte assignata ꝓ dote, et unde non poterit uxor aliquid petere de advocatione, ex tali dotis constitutione, nisi aliter inde specialiter cõvenerit in ipsa cõstitutione vel assignatione, quòd tota advocatio transferatur cum parte assignata. Si autem dotata fuerit de aliquo manerio integro, ad ꝙ ꝑtinuerit advocatio, cum omnib⁹ ꝑtinentiis suis, sine aliqua retẽtione vel exceptione, advocatio transit cum universitate, et ipsa re, cùm specialiter retenta non sit nec excepta. Et eodem modo fiet si ꝓ tertia parte fuerit ei aliꝙ manerium cum ꝑtinentiis assignatũ. Item esto ꝙ quis ita dicat in donatione sua, do tali manerium tale cum omnib⁹ ꝑtinentiis suis, videtur ꝑ hæc, omnia transferre ad donatarium, et advocationẽ si ibi fuerit: si dicat posteà, excepta tanta terra ad op⁹ meum, cùm igitur ab initio totum transferat, & ab illo toto certã partem extra capiat, videtur ꝙ advocatio non revertatur ad ipsum cum parte excepta, sed verum est ꝙ debeat cum donatario remanere. Si autẽ sic dicat, do tali tale maneriũ cum omnib⁹ ꝑtinentiis suis nulla facta mentione de advocatione, et posteà dicat, retẽta mihi tanta terra, vel præter tantam terram quam retineo, advocatio cum parte retenta remanebit donatori, et illud idem erit, salva mihi tanta terra. ¶ 3. Cùm autem sic dotata fuerit ut prædictum est, de tertia parte cum advocatione nominatim & expressè, vel cùm de manerio integro expressè cùm advocatione, vel sine expressione, dum tamen sine exceptione, benè poterit ecclesiã cõferre cùm vacaverit, & quotiens vacaverit, sed illã dare non poterit loco religioso, vel alibi, antequam vacet, & sit in possessione præsentãdi, quò magis impediatur præsentatio hæredis & warrẽti sui, ꝙ si fecerit, hæres restituetur ad seysinam præsentationis suæ vel antecessoris sui ꝑ assisam, ꝙ si præsentaverit uxor in viduitate sua post mortem viri qui dotavit eam, vel si nupserit secundo, et ipsi simul dederint advocationem loco religioso, vel alicui privatæ ꝑsonæ, ꝑ hoc auferetur seysina præsentationis suo warranto, et warrantus post mortem uxoris non audietur, nisi tantùm sup ꝓprietate ꝑ breve de recto, & quo casu donatari⁹ warrantum vocabit donatorem, vel ejus hæredẽ, ut excambium consequatur. Sed quid si cùm uxor secundum virum suum supervixerit, et advocationem petat ꝑ breve de ingressu, eò quòd viro suo

O con-

cōtradicere nō potuit in vita viri, nec finis nec chirographū intervenerit in curia regis, quæritur an audiri debeat? Et videtur quod sicut de quacunq; alia re. Itē si cùm ipsa petere ceperit p breve de ingressu, warrant⁹ su⁹ similiter agere incipiat p breve de recto, uxor in hoc casu erit pferenda, & si illa obtinuerit, p hoc jus warranti reformabitur ei, ut eandē seysinā quam uxor habuit, habeat warrant⁹ post mortē uxoris, & si in pbatione juris defecerit uxor, videtur quòd remanere debet actio warrāti usq; ad mortē uxoris, ac si esset, si ipsa p se in viduitate sua post psentationē, dedisset advocationem. Et longè aliud est dare ecclesiam, quàm dare advocationem, quia qui advocationē dat, transfert ecclesiā, & ipsum jus psentandi. s. seysinā, cùm fuerit in seysina psentandi. Si autem ecclesiam dederit quis alicui, qui ad præsentationē admittatur, retinet sibi jus psentandi & seysinam ut jus patronatus, cuicunq; sic facta fuerit donatio, privatæ psonæ, vel loco religioso, in ppricos usus, vel alio modo. Itē esto quòd prim⁹ vir, qui dotavit nominatim cum advocatione vel alio modo, ut prædictū est, in vita sua advocationem dederit alicui loco religioso, hæres ejus cùm obierit tenetur advocationem illam, quam antecessor suus incumbravit delibberare si possit, vel ei satisfacere ad valentiam si non possit, & si illam uxori deliberaverit, illa poterit ad ecclesiam illam præsentare si vacaverit. Et sive vacaverit, sive non, advocatio illa post mortē uxoris revertetur domui religiosæ, ppter donum primi viri quod firmum esse debet. Cùm autem de tertia parte dotata fuerit, & tota dos vacaverit, sive in uno manerio sive in pluribus, de nullo q de sua natura indivisibile sit & secationem sive divisionem non patiatur, nullam partem habebit, sed satisfaciat ei ad valentiam alibi. Item nec de aliquo q de consuetudine dividi non solet: quia esto quòd vir non haberet nisi unicum manerium suum, sive illud fuerit caput baroniæ, vel non, uxori non assignabitur in ṫtia parte sua, aliquid de capitali mesuagio, ipsa enim nihil capiet de capitali mesuagio, sive un⁹ sit ibi hæres, sive plures, quia ipsa partem non capit, sicut facit cohæres particeps cum cohærede participe. Nihil enim capiet de capitali mesuagio, secūdùm q vallatū fuit & inclusum fossato, haya, vel palatio. De hac materia inveniri poterit de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis H. septimo in Com̄ Essex de quadā Idonea petēte dotem. Item nec de aliquo q infra clausum cōtineatur sicut de Gardinis, Servoriis vel vivariis. De hm̄odi vero si fuerint extra, erit inferiùs dicēdū quid juris. Sed cùm nihil capere possit de capitali mesuagio, & ipsa sine mesuagio esse nō debeat, eligat ipsa de villenagiis honestū aliq, & q competens ei esse videatur & inde se teneat cōtentā. Si autē nullū mesuagiū inveniat in villenagio, tunc pvideat ei in loco cōpetenti quædā platea, quæ ei sufficere possit ad mesuagiū, ad valentiā ṫtiæ partis. s. in latū et longū, & non ad valentiam ædificiorum, & fiat mesuagium de bosco cōmuni. Si autem nullū sit mesuagium de villenagio, nec aliquid in dn̄ico ubi fieri possit mesuagium, tunc de necessitate recurrendū erit ad capitale mesuagiū, sicut in Burgagiis ad liberū bancū. Et hæc oīa vera sunt, nisi ab initio velit hæres ei gratis partē cōcedere de capitali mesuagio, q benè licitum erit, cùm hæres hoc voluerit.

Item

Item si in eodem manerio, in quo tertia pars erit ei assignanda, fuerint plura capitalia mesuagia, duo, vel plura, ipsa ad minus unicum habebit, dum tamen hæres electionem habeat. Si autem nominatim,& integrè dotata fuerit, de aliquo manerio, vel qualitercunq; fuerit dotata, si convenerit inter ipsam & hæredem, quòd habeat manerium aliquod integrè, pro dote, illud totum habebit cum mesuagio & aliis pertinentiis, nisi aliquid fuerit specialiter exceptum, vel nisi valor excedat dotem rationabilem. Item cùm assignanda fuerit ei tertia pars, facta assignatione de mesuagio, assignetur ei tertia pars, de omni quod vir suus tenuit in dominico, secundùm statum præsentem in terra arabili, secundùm quod fuerit culta, vel inculta, seminata, vel non seminata, & si fuerit seminata, vel non seminata, nihil dabit pro cultura. Item assignetur ei tertia pars, de pratis, boscis, pascuis, pasturis, & de omnibus aliis commoditatibus, exceptis parcis vivariis de quibus nihil percipiet. Nihil enim ampliùs percipiat de piscibus & feris in parcis inclusis, quàm de animalibus, & ovibus in ovilibus, eo excepto, quòd si piscariæ ibi fuerint, quarum commoditates dependent ex insidiis fortunæ, ibi percipiet tertiam partem commoditatis, vel tertium piscem, vel jactum retis tertium, secundùm quod convenerit. Item assignanda erit ei tertia pars villenagii, quod est quasi dominicum. Item tertia pars servitiorum liberorum hominum,& de quibus habebunt custodias & relevia, salvis tamen homagiis, dominis capitalibus. Item habebit hæredum maritagia. Item habebit eschaetas sive venerint propter defectum vel propter delictum, sed hoc non nisi ad vitam,quia post mortem pertinet ad hæredem : & generaliter omnes commoditates ex dote provenientes, uxoris erunt quoad vixerit,nisi hoc fortè auferat cõventio specialis.¶ 4. Assignata dote, libera debet esse dos,nihil enim conferet uxor de dote sua,ad debita mariti acquietanda,quia si peculium mariti non sufficiat ad debita, quicquid fuerit ulteriùs solvendum, hæredem & hæreditatem onerabit. Item hæres tenetur dotem suam defendere & warrantizare, & pro ea sequi Comitatus, hundredas, & curias dominorum.Ipsa enim ad alia intendere non debet, nisi ut domui suæ disponat, & ut pueros suos, si qui fuerint, nutriat & educat. Curiam autem suam propriam habere debet de omnibus placitis quæ ad ipsam pertinent terminandis. Placita verò per breve de recto, placitari debent, & terminari in curia hæredis, & warrenti sui de dote sua, propter vinculum homagii,quod inter liberos tenentes suos,& warrentum de dote sua, non est dissolutum, & quia ipsa placitum super recto tenere non poterit, cùm non habeat nisi liberum tenementum. Item nec pertinent ad ipsam, placita quæ pertinent ad coronam, pro justitia & pace domini regis, quia nullus hujusmodi placita placitare poterit, nisi hoc eis specialiter concessum fuerit : sicut justitiariis domini regis, sicut placitum per breve de recto, visus franci plegii, placita de vetito Namii, si latro fuerit judicandus,vel si transgressum sit contra assisas domini regis,hujusmodi verò placita non pertinent ad dotem. Alia verò placita quæ pertinent ad dominum feodi, placitare poterit in cur̃ sua.

Henrici de Bracton

De Legibus & consuetudinibus Angliæ Liber tertius. Qui dividitur in duos tractatus, quorum primus est De actionibus.

Cap. I.

1 ¶ *De actionibus & Quid sit actio.* 2. *Unde oriatur.*



Ictum est suprà de personis, & rebus, nunc autem dicendum est de actionibus, & videndum quid sit actio, & unde oriatur, & qualiter dividatur, & qualiter proponatur, & intentetur, & qualiter proposita fundetur, & qualiter fundata probetur, & sciendum quid sit actio. Actio nihil aliud est, quàm jus prosequendi in judicio, quod alicui debetur. Jus autem ponitur, ad differentiam eorum quæ non sunt juris, vel eorum quæ quamvis jus habeant, & actionem, elidi tamen poterunt per legitimam exceptionem contrapositam. Vel dicitur jus ad differentiam officii judicis, quod latissimum est & non est actio. Multa enim expediuntur per officium judicis, quæ non expediuntur jure actionis, & jus non est ipsum officium sed appellari poterit factum. Sed si sit, qui quærat cur dicatur quis prosequi per actionem, cùm proponat actionem injuriarum, cùm ibi ex officio judicis summa constituatur; Respondeo, benè poterit dici actio cùm agitur ex injuria, & est ratio, quia habet querens jus querendi & petendi si aliquid ei debetur. Si quæras quid, Respondeo, id videlicet, ꝙ querens æstimaverit. Nam antequam querens in judicio conqueratur, æstimare non poterit injuriã sibi factam. s. quale damnum sustinuerit, ex qualitate facti & injuriæ enormitate, quæ quidem æstimatio, si injusta fuerit vel superflua, benè ꝑmittitur judici ex officio suo, summã quam querens æstimavit moderare & minuere, non autẽ augere, nisi fortè ita sit, quòd ille de quo queritur, gratis se posuerit in voluntatem & gratiam ipsiꝰ conquerentis. Et quo casu æstimatio & taxatio erit in voluntate conquerentis & aufertur judici officium & potestas taxandi. Item ꝙ dicitur, ꝓsequendi, hoc autem ponitur ad differentiam exceptionis, qua non ꝓsequimur alium, sed magis ab alio ꝓsequuti, nosmet ipsos defendimus, licèt in exceptione partes actoris sustineamꝰ. Itẽ de eo, ꝙ dicit, in judicio, hoc etiam ponitur ad differentiam eorum, quæ non in judicio, sed extra ꝓsequimur, sicut furem nocturnum, vel diurnum, sicut prædonem vel alium, & non licebit unicuiq; se sine judicio vindicare, hoc excepto, quòd si tales vivi capiantur, vita & mors et membrum ꝑtinent ad regem. Item, ꝙ sibi debetur, ponitur ad differentiam criminalium actionum, quibꝰ non solùm mihi debitum prosequor, sed cuilibet de populo, propter pacem regis & commu-

nem

nem utilitatem. ¶ 2. Videndum est etiam unde actio oratur? et sciendū est ꝙ ex obligationib⁹ præcedentib⁹, tanquā à matre, filia. Obligatio autē quæ est mater actionis, originem ducit & initium ex aliqua causa præcedente, sive ex cōtractu vel quasi, sive ex maleficio vel quasi. Ex cōtractu verò oriri poterit multis modis, sicut ex conventione, ꝑ interrogationes & responsiones, ex conceptione verborum, quæ voluntates duorum in unum trahit cōsensum, sicut sunt pacta, conventa, quæ nuda sunt aliquando, aliquando vestita, quæ si nuda fuerint, exinde non sequet̄ actio, quia ex nudo pacto non nascitur actio. Oportet igitur ꝙ habeat vestimēta, de quib⁹ inferiùs dicendū est, et hujusmodi causa ex cōtractu, vel quasi, semper erit civilis. Itē nascitur obligatio ex maleficio, vel quasi, & maleficiū ꝓvenit ex delicto & injuria, quæ quidem plures sub se continet species: ut si quis crimen læsæ majestatis commiserit, homicidium, vel furtum, et hujusmodi: vel quasi ex maleficio, ut si judex scienter malè judicaverit, obligatus esse videtur quasi ex delicto, sed quia nec præcisè ex maleficio nec ex cōtractu obligat⁹ est, & aliquid peccasse intelligitur licèt per imperitiā, ideò videtur quasi ex malificio teneri.

Cap. II.

¶ *Quid sit obligatio & qualiter contrahatur.* 2. *Quid est stipulatio.* 3. *Si fiat stipulatio sub conditione.* 4. *Facta stipulatione deducitur.* 5. *Item loca.* 6. *Quid sit judicialis stipulatio.* 7. *Si res plures in stipulationem deducantur.* 8. *Quis non possit stipulari.* 9. *Causa quare inventa fuerunt stipulationes & obligationes.* 10. *De obligationibus qua nascuntur quasi ex contractu.* 11. *De traditione & junctura.* 12. *Per quas personas acquiritur obligatio.* 13. *Quibus modis tollitur obligatio.* 14. *Oriuntur obligationes ex delicto vel quasi.*

QUùm autem nascantur actiones ex obligationibus, quæ ex contractu, vel quasi substantiam capiunt, & etiam ex maleficio vel quasi, videndum est in primis quid sit obligatio, et qualiter cōtrahatur, et ꝑ quæ verba, et ꝑ quas ꝑsonas acquiritur obligatio, & qualiter dissolvatur & tollatur, & qualiter cùm fuerit dissoluta renovetur, & qualiter in aliam ꝑsonam transfundatur, & qualiter una obligatio in aliam mutetur. Et primò sciendum, quòd obligatio est juris vinculum, quo necessitate astringimur ad aliquid dandum vel faciendū, ut si quis ligatus fuerit & astrictus alicui ad aliquid, & ille alias ei ad aliud contra obligatus. Est enim obligatio, quasi contra ligatio, & quatuor habet species, quibus contrahitur, & plura vestimēta. Cōtrahit̄ enim re, verbis, scripto, consensu, traditione, junctura, quæ oīa dicunt̄ vestimēta pactorū. Re autē contrahitur obligatio, veluti in mutui datione, quæ cōsistit in reb⁹ q̄ pondere, numero, mensura sunt: pondere, sicut in reb⁹ quæ ponderant̄: numero, sicut pecunia numerata, pōdere, ære, argēto, & auro: mēsura sicut in vino, oleo, frumēto. Quæ res autē in appendendo, numerando, metiēdo in hoc dātur, ut statim fiant accipientiū, q̄a mutuū ꝓpriè dicitur id ꝙ ex meo fit tuū, & quandoq; nō eædem res, sed aliæ ejusdē naturæ reddūtur creditori. Hiis autē cui res aliqua utenda datur, re obligatur q̄ cōmodata est, sed magna differētia est int̄ mutuū & cōmodatū, q̄a is qui rem cōmodatam accepit, ad ipsam restituendam tenetur, vel ejus preciū, si fortè incen-

Of an obligation

incendio, ruina, naufragio, aut latronum, vel hostium incursu, consumpta fuerit vel deperdita, substracta, vel ablata. Et qui rem utendam accepit non sufficit ad rei custodiam, quòd talem diligentiam adhibeat qualem suis rebus ꝓpriis adhibere solet, si alius eam diligentiùs potuit custodire. Ad vim autem majorem, vel casus fortuitos non tenetur quis, nisi culpa sua intervenerit, ut si rem sibi commodatam domi, secum detulerit cùm peregrè ꝓfectus fuerit, & illam incursu hostium, vel prædonum, vel naufragio amiserit, non est dubium, quin ad rei restitutionem teneatur. Commodata autem res dicitur ad cōmodum data, & ꝓpriè dicitur commodata, cùm nulla mercede accepta res utēda datur. Gratuitum enim esse debet cōmodatum, & si merces intervenerit, potiùs dici debeat locatio & cōductio quàm commodatum. Is apud quem res deponitur, re obligatur, & de ea re quam accepit restituenda tenetur, & etiam ad id, si quid in re deposita, dolo commiserit. Culpæ autem nomine non tenetur. s. desidiæ vel negligentiæ, quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, sibi ipsi, & ꝓpriæ fatuitati, hoc debet imputare. Creditor qui pignus accepit, re obligatur & ad illam restituendam tenetur, & cùm hujusmodi res in pignus data sit utriusq; gratia s. debitoris quò magis ei pecunia crederetur data sit, & creditoris, quò magis ei in tuto sit creditum, sufficit ad illi⁹ rei custodiā, diligentiā exactam adhibere, quam si præstiterit, & rem casu amiserit, securus esse possit, nec impedietur creditum petere. ¶ 2. Verbis contrahitur obligatio ꝑ stipulationem, est enim stipulatio quædam verborum conceptio, quæ consistit ex interrogatione & responsione, ut si dicatur, promittis? promitto. Dabis? dabo. Facies? faciā. Fidejubes? fidejubeo. Et omnis talis stipulatio, aut fit purè, aut in diem, aut sub conditione: purè, ut si dicatur, tantam pecuniam dare spondes? sine aliqua adjectione diei vel conditionis, pecunia illa statim peti poterit. Sed si dies adjiciatur, quo solvi debeat, statim debetur; sed peti non poterit ante diem, nec etiam eo die, quia totus is dies relinquitur arbitrio solventis, nec verò certum erit eo die solutum non esse, priusquam dies præterierit, nec eodem modo rectè petet quis si quis hoc anno, vel mense, dare stipulat⁹ est, nisi omnibus partibus præteritis anni vel mensis. Eodem modo si quis hominem vel fundum stipulatus fuerit, non rectè petet, antequàm tantum spacium præterierit, quòd tradi possit. ¶ 3. Fit aliquando sub conditione stipulatio, ut si dicatur, si Titius consul factus fuerit, tantam pecuniam dare spondes. Et notandum quòd in conditionali stipulatione, tantùm spes concipitur & conditiones quæ ad præteritum vel ad præsens tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, ut si dicatur, si talis vixerit, vel consul factus fuerit dare spondes, nam si ita non fuerit nihil valet. Si autem res ita se habeant, statim valet, quia ea quæ ꝑ rerum naturam certa sunt statim, non viciant obligationem, quamvis apud nos incerta fuerint. ¶ 4. Facta autem in stipulationibus deducuntur, ut si facta fuerit stipulatio, aliquid fieri, vel non fieri, quo casu, optimum erit pœnam adjicere, ne quantitas stipulationis sit in incerto, vel necesse sit actori probare, quid ejus intersit, & tali modo adjiciatur pœna. Et si hoc

hoc factum non fuerit vel non erit, tunc nomine pœnæ tantum dare spondes. Item si de una resenserit stipulator, & de alia ꝓmissor, non valet, non magis quàm si ad interrogatum non esset responsum. Item non valet, si quis ita stipuletur, quòd quis homicidium perpetret vel furtum vel hujusmodi. ¶ 5. Item loca deducuntur in stipulationem, ut si dicas, existens Oxoñ hodie Londoñ dare spondes: talis stipulatio erit inutilis, nisi temp⁹ adjiciatur, quo fieri possit id ꝙ deducitur in stipulationem, quia omnino erit impossibile, ac si quis rem ꝓmitteret quæ in rerum natura non esset, vel esse non posset, vel si rem sacram vel publicam, quæ non est in alicujus bonis. Item si quis stipulat⁹ fuerit, qui alium daturũ vel facturũ ꝓmiserit quàm eum qui in potestate sua extiterit, vel si quis ad ea quæ interrogat⁹ fuerit non responderit, nec secundùm ꝙ interrogat⁹ fuerit, ut si quis decem aureos dari stipuletur, & alius quinq; ꝓmittat, vel si unus purè, & alius sub cõditione, stipulatio non valebit. Item erit inutilis si quis ita stipulatus fuerit: si navis venerit de Asia hodie, dare spondes. Quia præpostero concepta est, tamen licèt præpostera fuerit, non erit rejicienda. Item non valebit, si impossibilis adjecta fuerit conditio, cui natura in impedimento fuerit quòd existat. Veluti si dicat, si cœlum digito tetigero, dare spondes: si autem sic, si cœlum digito non tetigero, tunc valet, quia purè facta est, & statim peti poterit. ¶ 6. Judicialis autem esse poterit stipulatio, vel conventionalis: judicialis quæ jussu judicis fit vel prætoris. Cõventionalis, quæ ex conventione utriusq; partis concipitur, nec jussu judicis vel prætoris, & quarum totidem sunt genera, quot pœnæ rerum contrahendarum, de quib⁹ omnib⁹ omnino curia regis se non intromittit, nisi aliquando de gratia. ¶ 7. Si cùm res plures in stipulationem deducantur, ꝓmissor simpliciter respondeat, sic dare spondeo, ꝓpter omnes tenetur. Et si unam rem tantùm, ex pluribus se daturum ꝓmiserit, vel quasdam, obligatio in iis contrahitur ꝓ quibus responderit. Ex plurib⁹ enim stipulationibus, una vel quædam videntur esse perfectæ, & cum plures sint res, ad singulas respondere debet. ¶ 8. In fine autem videndum, quis non possit stipulari nec ꝓmittere, ut sciri poterit quis possit stipulari: & sciendum ꝙ mutus nec stipulari potest nec promittere, cùm loqui non possit, nec verba stipulationi congruentia proferre, quod quidem in surdo exceptum est, quia is qui stipulatur, verba ꝓmittentis, & is qui ꝓmittit, verba stipulantis audire oportet, nisi sit qui dicat, ꝙ hoc facere possunt ꝑ nutus, vel ꝑ scripturam. Nec dicitur hoc de eo qui tardiùs audit, sed de eo qui non omnino exaudit. Et ꝙ ꝑ scripturã fieri possit stipulatio & obligatio videtur, quia si scriptum fuerit in instrumẽto aliquem ꝓmisisse, ꝓinde habetur, ac si interrogatione præcedente responsum sit. Furiosus autem stipulari non potest, nec aliquod negotium agere, quia non intelligit quid agit. Eodem modo nec infans, vel qui infanti ꝓximus est, & qui multũ à furioso non distat nisi hoc fiat ad cõmodũ suũ & cũ tutoris authoritate. ¶ 9. Inventæ autẽ sunt hm̃odi stipulationes & obligationes, & hoc, quòd unusquisq; habeat & sibi acquirat, ꝙ suâ interest, si contra ea agãt quæ in stipulationẽ deducuntur. Et si res in stipulatione deducta alii detur, nihilominùs intererit stipulatoris,

 quia

quia ille qui pmisit, tenebitur ad interesse, vel ad pœnam si pœna fuerit in stipulationē deducta. Per scripturā verò obligatur quis, ut si quis scripserit alicui se debere, sive pecunia numerata sit, sive non, obligatur ex scriptura, nec habebit exceptionem pecuniæ non numeratæ contra scripturam, quia scripsit se debere, & non solùm obligatur quis p verba, sed p scripturam, & p literas, non ut literæ quidem ipsæ vel figura literarum obliget, sed oratio significativa quam exprimunt literæ, sed utrumq; cooperatur ad obligationem, oratio significativa simul cum litera. Contrahitur etiam obligatio non solùm scripto & verbis, sed & consensu, sicut in contractibus bonæ fidei, ut in emptionibus, venditionib⁹, locationib⁹, conductionib⁹, societatib⁹, et mandatis, et ideò dicuntur obligationes hujusmodi cōtrahi ex consensu, quia nec scriptura, nec præsentia semper est necessaria. Et notandum, quòd in his contractibus nominatis, uterq; obligatur alteri. s. in mutuo vel in literarum obligatione & aliis casib⁹ pluribus, sicut in commodato & deposito & aliis hujusmodi. Et si non à principio, tamen posteà potest uterq; incipere alteri obligari, vel ratione expensarum et hujusmodi. ¶ 10. Dictum est suprà de obligationibus quæ nascuntur ex contractu, nunc autem dicendum est de obligationib⁹ quæ nascuntur quasi ex contractu. Et sciendum, q quasi ex contractu nascuntur actiones, sicut negotiorum gestorum, tutelæ, communi dividundo, familiæ heriscundæ, actio ex testamēto, condictio indebiti, & hujusmodi. ¶ 11. De traditione fiat ut suprà in titulo de donationibus. Junctura, ut si plura pacta de eadem re deducantur in stipulationē, possunt plura pacta in stipulationem deduci sicut plures res, & si incontinenti adjiciantur etiam in initio contractus, insunt contractibus, & legem dant eisdem, & contractus informant. Si autem ex intervallo non sit, ut si primò pactum intervenerit ne peteret, & posteà de eadem re ut peteret, primū pactū p posterius eliditur, non quidem ipso jure, sed opere exceptionis. ¶ 12. Videndum etiam est p quas psonas acquiratur obligatio, & sciendum quòd p pcuratores, & p liberos, quos sub potestate nostra habem⁹, & p nosmet ipsos, & filios nostros, & p liberos homines servientes nostros, ex duabus causis. s. ex operibus suis, & re nostra acquiritur obligatio: item p servos pprios vel communes, vel in quibus usum fructum habemus, vel alios quos bona fide possidemus, dum tamen nomine nostro fuerint stipulati. ¶ 13. Videndum etiam quibus modis tollitur obligatio, & sciendum, quòd tollitur quandoq; p exceptionem multipliciter, ut si quis petat, & alius doceat se solvisse. Item ratione pacti, ut si priùs convenit ut peteret, posteà ne peteret. Item per exceptionem doli, vel metus, ut si exorta fuerit obligatio per dolum vel per metum. Item per exceptionem rei judicatæ, ut si per judicium recessum sit ab obligatione. Item per exceptionem jurisjurandi, cùm delatum fuerit jusiurandum vel relatū & posteà juratum. Item p exceptionem præscriptionis ppter defectum probationis, quia sicut tempus est modus inducendæ obligationis, ita & tollendæ per dissimulationem & negligentiam, & per consequens actionis quæ sub certis temporibus limitatur, currit enim tempus contra desides & sui juris contemptores.

ceptores. Itē tollitur morte alterius contrahentium, vel utriusq;, maximè si fuerit pœnalis, vel simplex, si autem duplex, sc. pœnalis & rei psequutoria, in hoc ꝙ pœnalis est tollitur, & non extenditur contra hæredes, nec datur heredibꝰ, quia pœna tenet suos authores, & extinguitur cum psona. Itē tollitur cùm sic sit extincta, quòd nulla remaneant ejus reliquiæ, sicut p veram solutionem, quia soluto eo ꝙ debetur, oīs tollitur obligatio, sive ipse solvat qui debeat, sive alius pro eo, sive debitore sciente, sive ignorante, & eo etiā invito. Item si reus solverit, fidejussor liberatur, & è contrario. Item per acceptilationem, quæ dicitur imaginaria solutio, ut si dicatur: Omne quod tibi debui ex quacunque causa habesne acceptum? & respondeatur, vel scribatur, habeo, acceptumque fero. Et in partem debiti poterit acceptilatio fieri, sicut in toto, & possunt oēs res quæ aliqua ratione in stipulatione deducuntur, tolli per acceptilationem, & eodem modo quo tolluntur per acceptilationem obligationes, ita poterunt renovari, & deduci in aliam obligationem plures & unam, ut si pro pluribus debitis, causis, & obligationibus, promittatur certa summa pecuniæ. Item per novationem, ut si transfusa sit obligatio de una persona in aliam, q̄ in se susceperit obligationem. Interventu enim novæ psonæ nova nascitur obligatio, & prima tollitur, sicut de constituta, ut si quis in se susceperit alterius obligationem. Item si ab una persona transfusa sit in aliam, quæ obligari non possit, amittitur, ut si in personā minoris à persona majoris. Item innovatione intervenire poterit fidejussor & pœna. Item sub conditione, ut si secundus benè solverit, alioquin durat prima. Item p confusionem, ut si massa confusa fuerit cum alia, ita quòd non appareat. Item p interitū rei & speciei. Itē solutione, tamen notandꝰ ꝙ pdicta vera sunt si corporale erat, quod deductꝰ fuit in obligationem: Si autem incorporale, sicut servitus, vel aliud jus quod est incorporale, non poterit inde fieri solutio, cùm res incorporalis traditionem non patiatur. Videtur tamen quasi traditionem fieri, per cotidianam patientiam, & p usum. Et in summa notandum, quòd eisdem modis dissolvitur obligatio, quæ nascitur ex contractu vel quasi, quibus contrahitur. Re, ut si res petenti restituatur: verbis, ut si fiat in contrarium, & contrariis verbis. Scripto, ut si cōscripserim me debere, scribat creditor se accepisse. Consensu, ut si communiter consensum fuerit ex utraq; parte, recedatur à contractu p communem dissensum utriusq;, & non alterius tant̄. Traditione, ut si res tradita retradatur. Junctura, ut si fiat contrarium. ¶ 14. Oriuntur etiam obligationes ex delicto vel quasi, ex maleficio vel quasi: delicta verò, & maleficia, ex dictis & factis pcedentibus, q̄ quidem distingui debent quo animo fiant, & qua voluntate, voluntas enim & ppositum distinguunt maleficia, secundùm ꝙ inferiùs dicetur. Ex maleficiis autem pcedunt crimina majora vel minora, sicut crimē læsæ majestatis, homicidia, furta, & rapinæ, & alia plura de quibus inferiꝰ dicetur. Itē quasi ex maleficio trāsgressiones, sive psumptiones ut si judex scienter malè judicaverit, & hujusmodi. Itē ex maleficio vel delicto pcedunt injuriæ & transgressiones. Injuria autē dici possit oēe illud, ꝙ non jure fit. Transgressio autem, cùm modus & mensura non servatur. Et in

iis

iis casibus, considerand' est quo animo, quave voluntate quid fiat; in facto vel judicio, ut pinde sciri possit q̃ sequatur actio, & q̃ pœna. Tolle enim voluntatē, & erit oñis act⁹ indifferens, quia affectio tua nomen īponit operi tuo, & crimen non cõtrahitur, nisi nocendi voluntas intercedat, nec furtum cõmittitur, nisi ex affectu furandi. In iis autē delictis sive maleficiis, obligatur ille qui delinquit, ei cõtra q̃ delinquitur, nec dissolvitur obligatio quoad pœnã, nisi morte utriusq; vel alterius. Pœna verò non transgreditur psonã delinquentis, non enim debet pœnam sentire, qui in culpa non fuit, juxta illud. Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Cap. III.

1 ¶ *De prima divisione actionũ.* 2 *Quæ sunt actiones personales.* 3 *Quæ sunt actiones in rē de re mobili.* 4 *Quæ sunt in rē de re mobili, & quòd oportet opponere preciũ de re petita.* 5 *Quæ sit actio mixta.* 6 *Quòd quadã conceptæ sunt in simplũ & sic.* 7 *De actionib⁹ civilib⁹ in rē.* 8 *De actionib⁹ civilib⁹ in personã qualiter nascuntur.* 9 *De possessoria hæreditatis petitione, quæ dici possit assisa nova dissey sina.*

Dict' est suprà quid sit actio, & qualiter de obligationib⁹ oriatur: nũc autē videnď qualiter dividatur. Et sciend', ꝙ oñiũ actionũ, sive placitorũ (ut inde utatur æquivocè) hæc est prima divisio, ꝙ q̃dã sunt in rē, q̃dã in psonã & q̃dã mixtæ. Item earũ q̃ sunt in psonã, alia criminalia, & alia civilia, secũd' ꝙ descendunt ex maleficiis vel cõtractib⁹. Item criminaliũ, alia major, alia minor, alia maxima, secunď criminũ quantitatē. Sunt enī crimina majora, & dicuntur capitalia, eò ꝙ ultimũ inducunt suppliciũ, vel truncationē mēbrorum, vel exiliũ ppetuũ, vel ad tēp⁹. Minora verò q̃ fustigationē inducunt, vel pœnã pilloraꝝ, vel tũboraꝝ, vel carceris inclusionē, quandoq; cũ infamia, quandoq; sine, secund' ꝙ fuerit talis aut talis. Ict⁹ enī fustiũ infamiã non irrogat, sed causa ꝓpter q̃ id plecti meruit. Item earũ q̃ sunt in psonã & q̃ ex delicto oriuntur, vel quasi, sicut actio injuriaꝝ, de qua civiliter agitur, q̃dam major est, & q̃dam minor. Est autem atrox injuria, & est levis, & secundũ hoc sequitur pœna, major vel minor, juxta illud. Quod tamen admissum, q̃ sit vindicta docebo. Nec debet pœna ad alios extendī q̃ ad suos authores, nec ulteri⁹ ꝓgredi q̃ se extendit delict'. Item poterit injuria sub se continere transgressione, ut si quid psumatur contra statuta Regis & regni, excedendo moď & mensurã, vel faciendo citra debitũ, videlicet minus q̃ deberet, p malitiam & fraudem, negligentiam & omissionem. Item sunt actiones in personã civiles, quæ oriuntur ex contractu vel quasi, ut suprà dictum est. Viz. ubi quis alteri tenetur ad aliquid dand', vel faciend', ex aliqua causa pcedente. Et notãd' ꝙ nulla actio civilis in psonã civilē criminaliter, potest nec debet intētari, unde oportet ꝙ judex in qualibet actione tali fact' & initiũ diligēter examinet, & secunď hoc ꝓcedat actio civiliter, & si utraq; pars voluerit criminaliter agere in civili, ut si quis actionē institueret contra aliũ criminaliter cũ sit civilis, & diceret ꝙ p feloniã excussisset pulverē de capa sua, vel quid tale, & hoc paratus esset disrationare, judex factum examinãdo

&

& causam, deberet pnunciare appell' esse null', & causam civilem, & nō criminalem. Et hoc, etiam si appellatus paratus esset p corp⁹ suum defendere, & etiam si per imperitiam esset inter eos duellum vadiat, deberet devadiari per judicium. Sed restat quærendum, utrum talis ulteriùs ad civilem actionem habere possit regressum, vel non. Cùm autē actio fuerit merè criminalis, institui poterit ab initio criminaliter, vel civiliter, sed cùm criminaliter, fuerit semel instituta civiliter, quæritur an accusans mutare possit & agere criminaliter, & è contrario. Dicunt quidam ꝙ à criminali descendere non poterit ad civilem minuendo, sed à civili ad criminalem augendo, quibuscum ego non assentior, cùm in hoc casu admitti non deberet variatio.

¶ 2. Personales verò actiones sunt, quæ competunt contra aliquem ex contractu, vel quasi: ex maleficio, vel quasi: cùm quis teneatur ad aliquid dand', vel faciendum, & locum habent adversus eum qui contraxit, & hæredem suum, nisi fuit pœnalis, & dicuntur actiones nativæ, eò ꝙ nascuntur ex contractibus, & omnes ferè personales actiones sunt ex contractu, sicut mutui, commodati, depositi, mandati, ex empto, vendito, locato, & conducto. Personales verò actiones quæ nascuntur ex maleficio, aliæ persequuntur pœnā tantùm, ut actio furti, aliæ verò persequūtur ipsam rem & pœnam, sicut actio vi bonorum raptorum, & ita sunt duplices, eò quòd sunt rei persequutoriæ, & pœnæ, & ita tam in rem, quàm in personam, & cùm sint uno modo rei persequutoriæ, competunt contra omnes qui possunt restituere, sive ille possideat qui spoliavit, sive alius. Secundùm verò quòd fuerint pœnales, non persequuntur nisi tantùm authores delicti, & quandoq; competunt versus unum qui deliquit, cùm possit restituere, cùm sint conjunctæ in una psona, & quandoq̄ versus duos, vel plures, cū sint disjunctæ, & bifurcatæ, cùm ille qui deliquit, non possideat, nec restituere possit, nec ille qui possidet non deliquerit, sed restituere possit. Item illar̄ q̄ sunt in personā ex maleficio, vel quasi: quædam sunt criminales & q̄dam civiles. Criminalium quædam majores, q̄dam minores, & civilium eodem modo, secundùm quod superiùs in parte tangitur.

¶ 3. Actiones verò in rem sunt, quæ dantur contra possidentem, qui nomine pprio possideat ex quacunque causa, & non alieno, quia habet rē, vel possidet q. restituere possit, vel dn̄m nominare: ut si quis petat ab alio rem certā, fund' aliquem, vel terram, & se contendat habere jus & inde esse dominum, & persequatur rem illam, & non ejus precium, nec ejus æstimationem, nec tantumdem quod sit ejusdem generis, & sic res corporalis immobilis, quæ petitur ex quacunque causa versus aliquem, qui nullo jure personali obligatus est. Et per hoc quod petens rem petitam intendens esse suam, actionem instituerit versus tenentem, & tenens negaverit, in rem erit actio, sivè placitum, & hoc sive proprio nomine petat, sive ratione rei, quam ipse possidet, sicut viri religiosi vel rectores, nomine ecclesiarum suarum, vel alii nomine alicujus universitatis, sicut in rem communem, & hoc etiā sive principaliter petat ipsam rem, sive jus quod rei adhæreat sine tenemēto, & quod à tenemento separari non possit, ut si quis petat advocationem alicujus ecclesiæ, vel cōmuniam pasturæ, vel ꝙ liceat ei ire, vel agere, vel

Of Personal actions

Of Real actions

vel quid tale ꝙ consistit in jure, in rē erit placitū, sive actio: quia hujusmodi jura omnia sunt res incorporales, & quasi possidentur, & insunt corporibus, & acquiri non possunt nec retineri sine corporib' quibus insunt, nec haberi aliquãdo sine corporibus ad q̄ ptineant. ¶4. Dictum est suprà si res sit immobilis quæ petitur, nunc cùm sit res mobilis quæ petatur, sicut Leo, Bos, vel Asinus, vestimentum, vel aliud quod consistit in pondere, vel mensura. Videtur prima facie quòd actio sive placitum esse debeat, tam in rem, quàm in personam, eò quòd certa res petitur, & quòd possidens tenetur restituere rem petitam, sed revera erit in personã tantùm, quia ille à quo res petitur, non tenetur precisè ad rem restituendam, sed sub disjunctione, vel ad rem, vel ad precium, & solvendo tantùm precium liberatur, sive res appareat, sive non. Et ideò si quis rem mobilem vendicaverit ex quacunq; causa ablatam, vel commodatam, debet in actione sua definire precium, & sic proponere actionem suam. Ego talis peto, ꝙ talis restituat mihi, talem rem, talis precii: vel conqueror ꝙ talis mihi injustè detinet, vel robbavit, talem rem, tanti precii, alioquin non valebit rei mobilis vendicatio, pcio non apposito. Idem erit si res mobiles petantur, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura sicut massa, pecunia, vel triticum, vel aliæ quæ in liquido consistunt, sicut vinum & oleum, quo casu si hujusmodi res petantur, sufficit si implacitatus tantundem restituat quod sit ejusdem ponderis, numeri, generis & mensuræ, & unde quia non compellitur præcisè ad rem quæ petitur, erit actio in ipsam personam cùm implacitatus per solutionem tantundem possit liberari. ¶ 5. Est autem actio mixta, tam in rem q̄ in psonam, & ideò sunt mixtæ, quia mixtam habent causam ad utrunq;, sicut est divisio hæreditatis inter cohæredes participes, vel de proparte soror̄. Vel alio modò de pparte secund̄ quod res fuerit dividenda, ratione personarum, vel ratione rei, vel utriusq;. Et eodem modo si res dividenda fuerit inter vicinos & non cohæredes, vel si distinguendi sint fines agror̄, inter vicinos, & Baronias, per rationabiles divisas, vel p perambulationem, in quibus casibus, hujusmodi actiones videntur esse mixtæ tam in rem, quàm in psonam, cùm quilibet sit eorum actor & reus, actor tamen dici poterit ille, qui priùs ad judicium pvocaverit, & ita comparatæ sunt quædã actiones sola gratia rei psequendæ, vel sola gratia pœnæ psequendæ, & sic sicut simplices, vel gratia utriusque, & sic sunt duplices, vel tam in rem quam in personam, & sic sunt mixtæ, in rem ratione rei principalis, in psonam gratia personalium pstationum. Item mixta esse poterit & mixtam causam habere, secund' quod fuerit rei persecutoria & pœnalis, & ita erit quælibet actio in rem, persequitur enim rem ipsam & pœnam, propter injustam detentionem. Et eodē modo de actione in rem & in personam, & ita possit esse mixta & mixtam habere causam quælibet criminalis & civilis, sive oriatur ex maleficio vel quasi. Sunt quædam quæ aliquando fiant perpetuæ & durare solent sine tēporis præfinitione, hodie verò ferè omnes infra certa tempora limitantur, pro defectu probationum, & sic sunt temporales, secundùm quarundam actionum diversitates. Ferè dico, propter res, quæ de jure gentium pertinent ad

Of mixt actions.

Of Limitation of Actions.

ad coronã, ꝓpter privilegium Regis,ficut de rebus quæ in nulli' bonis sunt, nec habent dominum. Item de rebus, & libertatibus, & dignitatibus,quæ pertinent ad dignitatem domini Regis, & coronam, & in quibus casibus nullum tempus currit contra ipsum si petat,cùm probare non habeat necesse,& sine probatione obtinebit, si implacitatus warrentum non habuerit,nec specialem libertatem,quia se ex longo tempore non defendet.Si aliquæ verò sunt actiones quæ ex quacunque causa dentur in hæredes vel cõtra,dici poterunt transitoriæ,eò quòd transeunt ad hæredes vel contra.¶ 6. Item actionum,quædam conceptæ sunt in simplum,quædam in duplum, q.dam in triplum,quædam in quadruplum, & ita competere poterunt versus unicam personam,vel plures,& secundùm quod fuerint rei persecutoriæ vel pœnè. Item ex uno delicto plures oriri poterunt actiones, contra unum vel plures,& quandoque, una actione poterunt terminari omnes. Item plures competere poterunt actiones alicui contra alium, quarum una erit præjudicialis & præambula, & priùs terminanda. Item in uno libello, possunt duæ contineri actiones,quarum una in personam, alia verò in rem,& quarum quælibet simplex erit per se. Item actionum quædam directa, quædam indirecta, quædam contraria. Item quædam vulgaris, quædam generalis, quædam singularis. Item quædam communis,quædam propria,secundùm quod,res quæ petitur communis erit vel propria.Item earum quæ sunt in rem, quædam proditæ sunt super ipsa possessione,& quædam super ipsa proprietate,est enim possessio rei & proprietas. ¶ 7. Actionum autem civilium & in rem,sicut rei vendicatio,alia confessoria,alia negatoria:confessoria, cùm dicat quis,aliq. rem corporalem esse suam, sicut hunc servum, hunc fund.hunc equum,hanc vestẽ. Itẽ in rẽ, q̃dã recuperandæ possessionis causa,quædã adipiscendæ,& quædã retinendæ.Recuperandæ,hoc est seysinę ꝓpriæ priùs habitæ,ꝑ assisã novæ disseysinæ: adipiscendæ, hoc est alienæ, vid. alicujus antecessoris. Retinendæ,sicut interdicta,ne quis alteri vim faciat. Itẽ quandoq;gratia recuperandæ tam possessionis q̃ ꝓprietatis simul. Itẽ quandoq; causa recuperandæ possessionis q̃ quis ei concessit ad terminũ vitæ,vel annor̃. Item confessoria est,qua dicis tibi jus esse eundi ꝑ fundum vicini tui, aquámve ducendi,eo invito, & hm̃odi.Et hæc actio in rem ideò dicitur quia rem tuam incorporalem petis,sc.jus eundi ꝑ fund.& ideò confessoria dicitur,quia constituta est verbis affirmativis. Actio verò negatoria est, quam dominus fundi intendit adversùs te solitò euntem per fundum suum, dicens tibi non esse jus ire per fundum suum. Et hæc actio dicitur in rem,quia dominus fundi in hoc,suam vendicat libertatem. Et hujusmodi actiones non competunt de dominio rei, sed de jure prædiorum. ¶ 8. Item actionum civilium in personam, ex contractu vel quasi quædam nascuntur ex pacto.Ex quasi contractu nasci dicuntur, quæ nec omnino ex pacto,nec omnino ex maleficio,sed tamen majorem cum pactis habent affinitatem,q̃ cum maleficiis. Ex maleficiis nascuntur actiones,quibus delicta hominum coercentur, sicut condictio rei furtivæ, actio vz. bonor̃ raptorũ, actio legis Aquiliæ,& injuriar̃. Ex quasi maleficio,nascuntur actiones quæ nec.

nec ad pacta accedunt nec ꝓpriè ad maleficia, sed similiora sunt maleficiis quàm pactis. Ex contractu, & obligatione oriuntur actiones, secundùm ꝙ superius dictū est, aliæ re, aliæ verbo, aliæ literis, aliæ cōsensu. Re, ut condictio certi de mutuo. Condictio autem certi cōpetit ex omni causa, & obligatione, ex qua quid certū petitur, sive ex cōtractu certo, vel incerto. Causæ verò hujusmodi actionū sunt quatuor contract⁹ superiùs nominati, de quibus superiùs dictum est, in titulo de donationibus. Ut do ut des, dò ut facias, facio ut des, facio ut facias. Item est petitoria hæreditatis actio, & compètit illis, quib⁹ jus merum descendit ab antecessorib⁹, sicut hæredib⁹ ꝓpinquioribus. ¶ 9. Possessoria verò hæreditatis petitio est de possessione propria, & quæ dicitur actio unde vi, per quàm restituitur spoliato, sua possessio, & dici poterit assisa novæ disseysinæ. Itē dicitur possessoria petitio, de possessione aliena, sicut alicuj⁹ antecessoris, de aliquo tento de quo antecessor obiit seysit⁹ ut de feodo, q̄ dicitur actio quor̄ bonor̄, sive assisa mortis antecessoris.

Cap. IV.

1 ¶ Cui competant actiones quæ oriuntur ex maleficiis, & contra quē. 2 Cui actio injuriarū cōpetit & cōtra quē. 3 Cui actio quòd met⁹ causa, & cōtra quē. 4 Cui & cōtra quē cōpetat interdict⁹ quòd vi aut clā. 5 Cui & cōtra quē cōpetat interdict⁹ de itinere actuq̧ privato. 6 De interdicto quor⁹ bonor⁹. 7 Alia divisio actionū si plures cōpetant super una re & una fuerit electa. 8 Si quis se retraxerit ab una cùm fuerit electa. 9 Actionum tertia divisio.

ITē videnđ cui cōpetant actiones q̄ ex maleficio oriuntur, & cōtra q. Et sciend' ꝙ actio furti, sive condictio, dño rei cōpetat, contra furē, & ejus successorē, & cōtra qlibet detentorē. Actio vi bonor̄ raptor̄, de reb⁹ mobilibus vi ablatis, sive robbatis, datur dño rei, vel de cujus custodia surreptæ sunt, & qui intravit in solutionē erga dñm suū, ita ꝙ ejus intersit agere. Actio vero legis Aquiliæ de hominib⁹ ꝑ feloniā occisis, vel vulneratis, dabitur ꝓpinquioribus parentibus, vel extraneis homagio vel servitio obligatis, ita ꝙ eorum intersit agere. ¶ 2. Actio verò injuriar̄, competit ei qui cōtumeliam vel injuriā passus est, contra eum qui injuriā intulit, vel pulsavit, verberavit, & malè tractavit, & in qua judex eum tanti condēpnabit, quāti actor dixerit se nolle injuriā sustinuisse, adhibita tamen ꝑ judicē taxatione. ¶ 3. Actio, ꝙ metus causa, datur ei, qui ꝓbabili metu coactus, rem suā tradidit, vendidit, vel ꝓmisit, versus eum qui metum intulit. Et dicitur metus ꝓbabilis, qui in virum constantem cadere posset, & non in hominem meticulosum. Actio de dolo competit ei, contra q. dolus cōmittitur. Actio verò sive interdict⁹, unde vi, sc. ꝙ duplex est, scil. rei restitutoria, & pœnalis, datur contra eū, qui vi dejecit, & datur ei, qui vi deject⁹ est, ad restitutionē possessionis rei immobilis, qua quis vi dejectus est, & quo casu duplex est in persona dejectoris, secundùm quod inferiùs dicetur, in assisa novæ disseysinæ, & in qua nec mortalitas, nec casus fortuit⁹ liberat dejectorē. ¶ 4. Actio sive interdictum, quòd vi aut clam, datur adversus eum, qui in solo vel fundo alterius novum opus manu factum cōstruxit, vel destruxit, & se occultavit

a Note this familiar use of the Roman law.

vit ne sibi ꝓhiberetur, & qui talia cōstruxit vel destruxit, ꝑ hanc actionē cōpelletur, ut id q͂ fecit in pristinū statū suis sūptib⁹ reponat, ut res fit sicut solet esse & debet. Hujusmodi verò actiones sive interdicta, non datur hæredibus nec in hæredes, in eo q͂ pœnalia sunt sed datur in eo q͂ sunt restitutoria. ¶ 6. Actio verò sive interdict⁹, de Itinere actuq; privato, datur adversus eos, qui injustè aliq ꝓhibent uti sua servitute. Ait enī p̄tor, q͂ itinere actuque privato agitur, vel via hoc anno, ubi nec vi, nec clam, nec precario ab adversario usum est. Quò min⁹ ita utatur, vim fieri veto. Et hæc oīa interdicta ex maleficio oriuntur. ¶ 6. Est etiā interdict⁹ sive actio quorū bonorū, q͂ non oritur ex maleficio, sed ex quasi cōtractu, & datur hæredib⁹ ꝓpinquioribus de seysina mortis antecessorū, & datur adversus quoslibet possidentes. ¶ 7. Actionū autē civiliū, q͂ sunt in rē, aliæ datæ sunt sup ipsa possessione, aliæ ꝓditæ super ipsa ꝓprietate. Et si super eadem re uni petenti competat plures actiones, sicut assisa novæ disseysinæ mortis antecessoris super possessione, & breve de ingressu, & breve de recto super proprietate, simul & semel omnibus uti non poterit, sed unam eligat quā voluerit, & una electa, nunq habebit regressum ad alias, pendente illa, q͂ si ad aliam recurrat, impetratio de secunda non valebit. Si verò, quocunq; modo, ab incepta recesserit, per licentiam vel judicium, in ꝓponendis actionib⁹ hunc ordinem observabit. Si enim ab assisa novæ disseysinæ recessum fuerit, statim habeatur recursus ad assisam mortis antecessoris, si competat, & postea ad breve de ingressu, & ad ultimum ad breve de recto, & ita ascendendo de possessione usque ad ꝓprietatem, sed non è contrario descendendo, quia nunquā de brevi de recto fit descensus ad alia brevia inferiora, quia qui semel egerit per breve de recto, totum jus, tam super possessione quàm super proprietate deducit in judicium secund⁹ quod videri poterit infrà, ubi tractatur de brevi de recto. Nunq enī à causa ꝓprietatis fit descensus ad causam possessionis, nec postq semel actum fuerit de seysina antecessoris, non posse quis agere de seysina propria per assisam. ¶ 8. Cùm autem ab actione in rem, quis semel recesserit vel ab actione se retraxerit, vel judicium contrarium habuerit, nunquā ad eandem redire poterit, cùm semel actio extincta non reviviscit. Si autem ex quacunque causa à brevi se retraxerit pro aliquo defectu, & non ab actione, aliud erit. ¶ 9. Item actionum, quædam præjudiciales, quæ oriuntur ex incidentibus quæstionibus vel emergentibus, in quibus quæritur utrum aliquis sit ingenuus vel libertinus, & si libertinus, liber, vel servus? filius annon, & si filius, utrum legittimus vel bastardus? & hujusmodi, & dicuntur præjudiciales, quia prius judicantur quàm actio principalis. Et ut per hoc remaneat principalis vel procedat in quacunq; causa tam incidenti vel emergente, ut si incidat conventiò sive pactum, res judicata vel finis factus vel alia quævis exceptio.

Cap. V.

1 ¶ *Ubi terminari debent actiones criminales.*

¶ Ub

Of Criminal Courts

VBi terminari debeant actiones criminales, vel placita videnđ. Et sciēdum q si actiones criminales sint, in curia dñi Regis debent terminari, cùm sit ibi pœna corporalis infligenda, & hoc corā ipso Rege, si tangat psonam suā, sicut crimen læsæ majestatis, vel corā justitiariis ad hoc specialiter assignatis, si tangat psonas privatas. Vita verò, & membr̄ homiñ sunt in manu dñi Regis, vel ad tuitionen, vel ad pœnā cùm deliquerint, nisi ita sit forte, quòd aliquis gaudeat speciali libertate, q habeat Toll & Tem, &c. ut infrà. a Ad dñm Regem & coronam suam pertinet, cognoscere de crimine læsæ majestatis: ut de nece, vel seditione psonæ suæ, vel regni, vel exercit' sui. Item crimen falsi, quod sub se continet plures species, & multipliciter fieri poterit, ut si quis falsaverit sigillum dñi Regis, vel falsam monetā fabricaverit, vel de non repbare repbam fecerit, vel si quis falsario consenserit scienter. Item occultatio thesauri inventi fraudulosa, placiť de pace dñi Regis fracta, et ista graviora sunt crimina & majora, quia principaliter tangunt psonam ipsius Regis. Sunt etiam crimina aliquantuľ minora, eò q in parte tangunt ipsum Regem ppter pacem suam infractam, in parte privatas psonas, contra quas delinquitur, sicut crimen furti, crimen roberiæ contra pacem, & plagar̄. Item crimen homicidii, sive sit casuale vel voluntarium, licèt eandem pœnam non contineant, quia in uno casu rigor, & in alio misericordia. Item crimen incendii, nequiter facti. Itē raptus virginis, vel sanctimonialis, vel matronæ honestè viventis. Item crimen roberiæ & imprisonamenti, contra pacem. Item de libero homine imprisonato, quar̄ oñia, pœnam corporalem infligunt, & secunđ q fuerint majora vel minora, gravem inducunt pœnā vel minùs gravem. Inducunt enī q̃dam ultimum supplicium, cū pœna graviori & tormentis, ne statim deficiant, quandoq; sine tormentis. Item q̃dam inducunt membror̄ truncationem, q̃dam exilium ppetuum, vel ad tempus, & eodem modo imprisonamentum. Pœnæ autem ad correctionem, & correptionem hominum sunt inventæ, ut quos divinus timor à malo non revocat, tēporalis saltē pœna coerceat, & cohibeat, à peccato. b Ipse enim deus propter iniquitatem corripit homines.

Cap. VI.

1 ¶ *De generibus pœnarum quibus homines afficiuntur propter eorū iniquitates.*

Of Punishments

GEnera pœnar̄, quib' afficiuntur malefactores, sunt hæc. Sunt autem q̃dam quæ adimunt vitam, vel membr̄. Sunt autem q̃ auferunt civitatem, burgum, vel provinciā. Sunt autem q̃ continent exilium ppetuum, vel ad tempus, vel corporis coertionem, sc. imprisonamenť vel ad tempus, vel imperpetuum. Sunt q̃dā q̃ fustigationem, verberationem, pœnam pillorať & Tymborať & dāpnū cum infamia inducunt. Sunt etiā q̃dā q̃ dignitatis, & ordinis inducunť depositionem, vel alicujus actùs privationem, vel prohibitionem. Et non alio modo puniatur quis, quàm secundùm quod se habeat condemnatio, ut si gladio animadverti debeat in aliquem, tunc non securi, nec telo, nec fustibus, vel laqueo, alio quove modo. Item qui vivi exuri debent, non eis verberibus noceatur, nec virgis, nec tormentis: quia plerique deficiunt

a Note. 122. b.
b Vid. pa. 154. b.

deficiunt dum torquentur, & hoc nisi aliter exigat enormitas delicti. Solent præsides in carcere continendos damnare ut in vinculis contineantur, sed hujusmodi interdictæ sunt à lege, quia carcer ad continendos, & non puniendos haberi debeat. Respiciendum est judicanti, ne quid aut duriùs aut remissiùs constituatur, quàm causa deposcit, nec enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est: sed ꝑpenso judicio, prout quæque res expostulat, statuendum. In levioribꝰ causis, leniores esse debent, ad lenitatem. In gravioribus autem pœnis, severitatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis, subsequi. Et pœnæ potiùs molliendæ sunt quàm exasperandæ. Delinquunt latrones ꝓposito, ꝑ factionem, ebrii, impetu ꝑ ebrietatem, cùm ad manus vel ferrum ꝑvenitur. Casu, cùm ꝑ infortunium, ut si aliquis venando, ꝑ telum in feram missum, hominem interfecerit, & similia ꝑpetraverit. Crimen vel pœna paterna, nullā maculam filio infligere potest. Igne concremantur, qui saluti dominorū suorū insidiaverint. Facta puniuntur, ut furta, homicidia. Scripta, ut falsa & libelli famosi. Consilia, ut conjurationes: sed hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis, causa, ꝑsona, loco, tempore, qualitate, quantitate & eventu. Causa, ut in verberibus, quæ impunita sunt à magistro vel parente, nisi modum excedant, quia emendationis & non injuriæ gratia videntur adhiberi, & puniuntur, cùm quis ꝑ iram ab extraneo pulsatꝰ est. Persona dupliciter spectatur, ejus. s. qui fecit, & ejꝰ qui passus est: aliter enim puniuntur ex eisdem factionibꝰ, servi quàm liberi, & aliter qui quidē aliquid in dn̄m parentémve cōmiserit quàm in extraneum, in magistratum quàm privatū. Et similiter ætatis ratio habenda est. Locꝰ facit ut idem sit furtum vel sacrilegiū, & secundùm hoc minor pœna vel major. Tempꝰ discernit prædonem à fure, vel effractorem, & furem diurnum, à nocturno. Quantitas discernit furem ab abigevo, secundùm ꝙ furtū fuerit majꝰ vel minus, ut si quis suē surripuerit fur erit, & si quis gregem, abigevꝰ erit. Eventꝰ, ut si ex voluntate & conscientia certa fecerit quis aliquid, sicut homicidiū, an ex eventu, ut suprà: & secūdū hoc, aut erit felonia aut infortunium. Item est pœna pecuniaria, sicut corporalis, & quælibet pœna corporalis quamvis minima, major est qualibet pœna pecuniaria.

Cap. VII.

1 ¶ *Ubi terminandæ sunt actiones civiles.* 2. *De diversitate justitiariorū.* 3. *Quæ placita immediatè placitari et terminari debēt in curia domini et rationes quare.*

DIctum est superiùs, in cujus curia actiones criminales debeant terminari, sive in com̄ vel extra, sive in curia domini regis, vel alibi: nunc autem dicendum, ubi triandæ sunt actiones civiles, quæ sunt in rem vel in personam. Et sciendū, quòd earum quæ sunt in rem, sicut rei vendicationes ꝑ breve de recto, terminari debent in curia Baronum vel aliorum, de quibus ipse petens clamaverit tenere, si plenum rectum ei tenere voluerit, vel possit vel sciverit. Si autē noluerit, vel non possit, vel nesciverit, tunc probato à tenente, quòd curia dn̄i sui, ei de recto defecerit, transferri debet placitum ad comitatum, ut vic. rectum teneat, & sic à com̄ transferri possit ad

Of Civil Courts

magnam

magnam curiam, ex certa causa, si dominus rex voluerit, & ibi terminari. b Sed hoc fieri non debet contra voluntatem dominorum, sicut olim fieri solet p principem, nisi ex prædictis causis, vel si dñs curiæ sponte curiam suam remiserit ipsi regi. Et de hac materia habetis plenius infra, de actionib⁹ civilib⁹ in rem, sup ipsa ꝓprietate p breve de recto. In com̃ vero terminari possit placitũ, p breve de recto, & corã vic. si ad magnã curiã dñi regis translatũ non fuerit ut prædictum est. Itẽ quæstio status, sicut placitum de nativis, nisi ille qui petitur, excipiendo se dicat esse liberũ, & coram justitiariis dñi regis in adventu ipsorum se esse ꝓbaturum, & quo casu, pacem habebit usq; ad adventũ ipsorum, vel transferri poterit judicium & ꝓbatio ad magnam curiam, si dño regi placuerit. Item in com̃ & coram vic. placitari possunt plura placita, in quib⁹ vic. est justiciari⁹ cõstitut⁹ p breve, q justiciet, sicut de servitiis & consuetudinib⁹, de debitis & aliis placitis infinitis. Item placitum de vetito Namii, in quo vic. justitiarius est & vic. & qualiter hujusmodi terminentur, inferius dicetur. a Et quare non potest vic. in com̃ judicare de alicujus libertate, sicut de ipsi⁹ nativitate, cùm ꝓbatio libertatis sit quasi incidens placito de nativis, sicut possit in curia domini regis: nescio aliam causam assignare, nisi hoc sit ꝓpter favorem libertatis, quæ est res inæstimabilis, & quæ insipientibus & min⁹ discretis committi non debet ꝓpter discrimen. ¶ 2. Placita verò civilia in rem, & in psonam, in curia dñi regis terminanda, coram diversis justitiariis terminantur. Habet enim plures curias, in quibus diversæ actiones terminantur, & illarum curiarum habet unam ꝓpriam, sicut aulam regiam, & justitiarios capitales qui ꝓprias causas regis terminant, & aliorum omnium, p querelam vel p privilegium sive libertatem: Ut si sit aliquis qui implacitari non debeat nisi coram ipso domino Rege. Habet etiam curiam, & justitiarios in banco residentes, qui cognoscunt de omnibus placitis, de quib⁹ authoritatem habent cognoscendi, & sine warranto, jurisdictionem non habent nec coertionem. Habet etiam justitiarios itinerantes de com̃ in com̃, quandoq; ad omnia placita, quandoq; ad quædam specialia, sicut assisas novæ disseysinæ & mortis antecessoris capiendas, & ad gaolas deliberandas, quandoq; ad unicam vel duas & non plures: in iis casibus omnib⁹ erunt curiæ ipsi⁹ domini regis. Et sunt 2. recognitiones. s. de nova disseysina, & de morte antecessoris, quæ capi non debent nisi in suis comitatibus per communem libertatem, & hoc nisi inceptæ fuerint in comitatibus, quia si inceptæ fuerint in com̃, transferri possunt extra com̃ de loco in locũ, & extra com̃ terminari, cum omnib⁹ sequelis suis, sicut in cõvictionib⁹ & certificationib⁹, cùm evenerint, & sive hujusmodi recognitiones in com̃ terminatæ fuerint sive non, non est ꝓhibitum quin cõvictiones & certificationes extra com̃ trahi possunt. Et sicut prædictum est in parte, trahuntur placita causis supradictis, à curiis baronũ usq; ad com̃, & ibi t̃minãtur quãdoq;, & quãdoq; inde trãsferuntur, & ponũtur corã justiciariis itinerãtib⁹ in com̃ & inde corã justic. de bãco, vel corã rege multis de causis. ¶ 3. Sunt etiã int̃ alia placita, quædã quæ nõ p trãslationẽ, sed immediatè t̃minari debent corã justitiariis vel corã rege. s. placitum de baroniis,

a Vid pa. 154. b.

b It was to repress this interference of the king, that the regulation of Mag: a Charta abt. the Præcipe in Capite was made. ch.

baroniis, ubi ipse petens tenere clamat immediatè de dño rege in capite ꝑ breve de recto, ꝙ vocatur præcipe in capite, & hoc ideò, quia hic tãgit ipsum regem in toto, vel in parte. Item immediatè in curia domini regis, terminari debent placita de advocationib' ecclesiarum, vel capellarum, & assisis ultimæ præsentationis, & est ratio, quia si alius à rege mandaret episcopis de admittendo clericum, & ipse non obtemperaret, alius à rege coertionem non haberet, & quia episcopus ad alterius mandatum quàm regis clericum admittere non tenetur. Item immediatè in curia domini regis placitantur placita de dotibus, ubi mulier nihil habet, & est ratio, quia si contra mulierem dotem petentem, exciperetur quòd dotem habere non posset, eò quòd viro, cujus nomine dotem petit, nunquam fuit legitimo matrimonio copulata, nullus alius præter regem posset episcopo demandare inquisitionem faciendam. Item immediatè pertinet ad regem querela finis factæ in curia domini regis & non observatæ, & est ratio, quia nemo potest finem interpretari, nisi ipse rex, in cuj' curia fines fiunt. Est enim ejus interpretari cujus est concedere. Item in curia domini regis immediatè placitantur plura placita, ꝓpter impotentiam aliorum ex necessitate, cùm non possit aliquis Baro, vic. vel alius de liberis tenementis cognoscere, nec tenens tenetur respondere, sine præcepto vel warranto dñi regis, nec etiam possunt aliquem de hujusmodi, ad sacramẽtũ sine warranto compellere, & hujusmodi placita sunt infinita. Qualiter autem placita ꝓpter necessitatem, de curia in curiam transferuntur multipliciter, vel propter indulgentiã privilegiatorum sicut templariorum, & hujusmodi, infrà dicetur plenius, ꝑ translationẽ ꝑ pone.

Cap. VIII.

1 ¶ Ubi & coram quibus personis proponẽda sunt actiones & terminãda. 2. Quid sit judicium & in quibus consistit, & quòd judicium judicis consistit in tribus. 3. Quòd quadruplex est munus. 4. De potestate judicis. 5. De divisione jurisdictionum sacerdotii & regni.

Videndum etiam ubi, & coram quibus personis proponendæ sunt actiones & probandæ, & sciendum quòd in judicio. Videndum est igitur quid sit judicium. ¶ 2. Et sciendum, quòd judicium est in qualibet actione trinus actus trium personarum: Judicis vz. actoris, & rei, secundùm quod largè accipi possunt hujusmodi personæ. s. quòd duæ sint personæ ad minus, inter quas vertatur contentio, & tertia persona, ad minus, qui judicet, alioquin non erit judicium, cùm istæ personæ sint partes principales in judicio, sine quibus judicium consistere non potest. Judex verò sive justitiarius, uti debet veritate, & veritas judicii in tribus consistit. s. in indifferenti & æquali personarum susceptione, ut legitur in Deuteronomio, audite illos, & quòd justum fuerit, judicate: sive civis sit iste, sive peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum, nec accipietis cujusquam personam, quia dei judicium est. Item in eodem libro capitul. 16. non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant &c. ut infrà de justic. Item consistit in diligenti examinatione, quia oportet judicem cuncta rimari. Hoc intelligens Job, ait. 29.

Causam quam ignorabam diligentissimè investigabam, non enim dicit diligenter vel diligentiùs, immo diligentissimè. Debet enim judex, per examinationem de dubiis facere certum, & de credulitate veritatem, de ignorantia notitiā, & notorium sive notitiam de ignoto. Item consistit veritas judicii, in justa sententiæ prolatione, & justa & diligenti executione, ut in Deuteronomio xvi. Justè quod justum est persequeris, ut vivas & possideas terram quam dominus deus datur' est tibi. Et secundo libro Paralipomenon 19 ubi dicitur. Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium sed dei, & illud idem quod judicaveritis, in vos redundabit, sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud dnm deum vestrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupidò munerū, quæ excæcant oculos sapientum, & pervertunt verba justorum, ut legit in Ecclesiastico, ca. 20. ¶ 3. Xenia & dona excæcant oculos judicum, & qui dona & munera dixit, omne gen' muneris intellexit. Munus. s. à manu, quale est res corporalis quæ præstatur. Munus à lingua, quale est blandiens & adulatoria supplicatio, laudum celebre præconium, vanæ gloriæ symphonia. Item munus ab obsequio, quale est servitium acceptum & impensum, pro quo extorquetur judicii rectitudo. Item nec munus, munus à sanguine vocari meretur, cùm pro sanguinis linea, recti judicii linea recurvatur. In hoc enim tangit sanguis sanguinem, hæc profecto genera munerum, sordidorum nomine nuncupantur, & lex humana gravem pœnā infligit judici corrupto per sordes. s. per munera sordida, ubi si judex vel justitiari' paciscatur cum litigatore ad certam partem litis, ut C. ad legem vel repetet L. omnis, ubi dicitur: omnes cognitores & judices, à re cuivis manus abstineant, nec alienum jurgium putent suam prædam. Etenim privatarum quoq; litium cognitor, idemq; mercator, statutam legib' cogetur subire jacturam. Jactura enim sine pœna erit, quòd idem quod recepit restituat in quadruplum. Ut C. s. L. ultima in fine, quia ibi tenentur in quadruplum, sive tempore administrationis aliquid receperint sive post, quocunq; titulo vel quocunq; velamēto, ut si finxerit intervenisse titulum donationis, vel venditionis. Re vera sordid' est ille, quem judicii veritas non adornat, ut si favor, vel odiū, timor, invidia vel præmium inducunt cōtrarium, ut judicii veritas corruat in plateis, de quo dici poterit, væ illi sordidò, per quem veritas sordescit in paludibus platearū, nec erit inter beatos connumerand', de quib' dicitur, beat' qui excutit manus suas ab omni munere. Ab omni tamen munere non est abstinendum, quia licèt ab omnib' & passim avarissimum sit accipere & vilissimū: à nemine tamen erit inhumanum, ut si amic' accipiat ab amico solo intuitu amicitiæ & amoris. Actor verò, sive sit petens sive querens, uti debet intentione. Docere enim debet, & rationē prætendere, quod ad ipsum pertineat actio, & quod pars esse possit in judicio, ponere enim debet corā eo qui jus dicturus est, intentionē suam & illam fundare & probare. Reus vero uti debet exceptione & defensione, secundùm quod inferiùs dicet pleniùs. ¶ 4. Oportet etiam, quòd ille qui judicat, ad hoc quòd rata sint judicia, habeat jurisdictionem ordinariam vel delegatam, & non sufficit quòd jurisdictionem habeat, nisi habeat

beat

beat coertionem, quòd si judicium suum executioni demandare non posset, sic essent judicia delusoria. Non enim habet ordinarius jurisdictionem & executionē in omni causa, cùm jura sint separata & limitata. ¶ 5. Sunt enim causæ spirituales, in quibus judex secularis non habet cognitionem nec executionem, cùm non habeat coertionem. In hiis enim causis pertinet cognitio ad judices ecclesiasticos, qui regunt & defendunt sacerdotium. Sunt autem causæ seculares quarum cognitio pertinet ad reges & principes, qui defendunt regnum, et de quibus judices ecclesiastici se intromittere non debent, cùm eorum jura sive jurisdictiones limitatæ sunt et separatæ, nisi ita sit quòd gladius juvare debeat gladium, est enim magna differentia inter sacerdotium et regnum.

Cap. IX.

1 ¶ De regimine jurisdictionis quæ pertinent ad regnū. 2. De sacramēto quod rex facere debet in coronatione. 3. Ad quod rex creat' sit in ordinaria jurisdictione.

Cum autem de regimine sacerdotii nihil pertineat ad tractatum istum, ideò videndum erit de iis quæ pertinent ad regnum, quis primò et principaliter possit et debeat judicare. Et sciendum quòd ipse Rex et non alius, si solus ad hoc sufficere posit, cùm ad hoc p virtutem sacramēti teneatur astrictus. ¶ 2. Debet enim in coronatione sua, in nomine Jesu Christi præstito sacramēto, hæc tria pmittere populo sibi subdito. Inprimis se esse præcepturum & p viribus opem impensurum, ut ecclesiæ dei & omni populo Christiano vera pax omni suo tempore observetur. Secundò, ut rapacitates & omnes iniquitates, omnibus gradibus interdicat. Tertiò, ut in omnibus judiciis æquitatem præcipiat & misericordiam, ut indulgeat ei suam misericordiam clemens & misericors deus, & ut per justitiam suam firma gaudeant pace universi. ¶ 3. Ad hoc autem creatus est & electus, ut justitiam faciat universis, & ut in eo dominus sedeat, & per ipsum sua judicia discernat, & quod justè judicaverit sustineat & defendat, quia si non esset qui justitiā faceret, pax de facili posset exterminari, & supervacuum esset leges condere, & justitiā facere, nisi esset qui leges tueretur. Separare autem debet rex (cùm sit dei vicarius in terra) jus ab injuria, æquum ab iniquo, ut omnes sibi subjecti, honestè vivant, et quòd nullus alium lædat, & quòd unicuiq;, ꝙ suum fuerit, recta contributione reddatur. Potentia verò omnes sibi subditos debet præcellere. Parem autem habere non debet, nec multo fortiùs superiorem, maximè in justitia exhibenda, ut dicatur verè de eo, magnus dominus noster, & magna virtus ejus &c. Licèt in justitia recipienda, minimo de regno suo comparetur, & licèt omnes potentia præcellat, tamen (cùm cor regis in manu dei esse debeat) ne sit inefrænata, frænum apponat temperantiæ, & lora moderantiæ, ne cùm inefrenata sit, trahatur ad injuriā. Nihil enim aliud potest rex in terris, cùm sit dei minister & vicarius, nisi id solū ꝙ de jure potest, nec obstat ꝙ dicitur, ꝙ principi placet legis habet vigorē, quia sequitur in fine legis, cum lege regia quæ de imperio ej' lata est. i. non quicquid de volūtate regis temerè præsumptū est

ſed animo condendi jura, ſed quod conſilio magiſtratuum ſuorum, rege authoritatem præſtante,& habita ſup hoc deliberatione,& tractatu, rectè fuerit definitum. Poteſtas itaq; ſua juris eſt, & non injuriæ, & cùm ipſe ſit author juris, non debet inde injuriarum naſci occaſio, unde jura naſcuntur, et etiam qui ex officio ſuo alios prohibere neceſſe habet, id ipſum in propria perſona committere non debet. Exercere igitur debet rex poteſtatem juris,ſicut dei vicarius & miniſter in terra, quia illa poteſtas ſolius dei eſt, poteſtas autem injuriæ diaboli et non dei, & cujus horum opera fecerit rex,ejus miniſter erit,cujus opera fecerit. Igitur dum facit juſtitiam, vicarius eſt regis æterni, miniſter autem diaboli, dum declinet ad injuriam. Dicitur enim rex à benè regendo,& non à regnando, quia rex eſt dum benè regit, Tyrannus dum populum ſibi creditum violenta opprimit dominatione. Temperet igitur potentiam ſuam per legem, quæ frænum eſt potentiæ quòd ſecundùm leges vivat, quòd hoc ſanxit lex humana, quòd leges ſuum ligent latorem, & alibi in eadem,digna vox majeſtate regnantis eſt legibus. s. alligatum ſe principem proficiſcere. i. profiteri. Item nihil tam proprium eſt imperii, quàm legibus vivere, & majùs imperio eſt legibus ſubmittere principatum, & meritò debet retribuere legi, quia lex tribuit ei, facit enim lex quòd ipſe ſit rex. Item cùm non ſemper oporteat regem eſſe armatum armis ſed legibus, addiſcat rex ſapientiam, et conſervet juſtitiam, et deus præbebit illam ſibi, et cùm illam invenerit, beatus erit ſi tenuerit eam, cùm ſit honor & gloria in ſermone ſenſati, & lingua imprudentis ſubverſio ipſius, & principatus ſenſati ſtabilis, & rex ſapiens judicabit populum ſuum. Si autem fuerit inſipiens, perdet illum, quia à capite corrupto deſcendit corruptio membrorum, et ſi ſenſus & vires non vigeant in capite,ſequitur quòd cætera membra ſuum non poterunt officium exercere. Non ſolùm autem ſapiens eſſe debet ſed miſericors, & cùm ſapientia miſericorditer juſtus, & licèt tutius ſit reddere rationem pro miſericordia, quàm pro judicio : tutiſſimum tamen eſt, ut ita palpebræ ejus præcedant greſſus ſuos, quòd judicium non vacillet per imprudentiam, nec miſericordia decipiat per incircumſpectionem. Miſericordia ſiquidem injuſta eſt cum incorrigibili, & non eſt in eos liberalitatis auguſtiæ referenda humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi, conſuetudinibus potiùs quàm emendationi deputarunt. Et cùm indulgeat judex indigno, nonne ad prolapſionis contagium provocat univerſos? Sic ergo miſereatur indigno, ut ſemper homini condoleat. Item pauperis non miſereatur quis in judicio, miſericordia. s. remiſſionis,cui tantùm miſericordia compaſſione eſt,ſicut & omnibus miſerendum. Et quib⁹ & qualiter ſit miſerendum, eum doceat merita vel demerita perſonarum.

Cap. X.

1 ¶ *De juriſdictione delegata quæ ad juſtitiarios pertinet.* 2. *De differentia juſtitiariorum.* 3. *De poteſtate juſtitiariorum.* 4. *Qualiter & quando finiatur eorum poteſtas & juriſdictio.*

Dictum

DIctum est in proximo de ordinaria jurisdictione, quæ pertinet ad regem, consequenter dicendum est de jurisdictione delegata, ubi quis ex se ipso nullam habet authoritatem, sed ab alio sibi commissam, cùm ipse qui delegat non sufficiat per se omnes causas sive jurisdictiones terminare. Et si ipse dominus rex ad singulas causas terminandas non sufficiat, ut levior sit illi labor, in plures personas partito onere, eligere debet de regno suo viros sapientes, & timentes deum, in quibus sit veritas eloquiorum, & qui oderunt avaritiam, (quæ inducit cupiditatem) & ex illis constituere justitiarios, vic. & alios ballivos & ministros suos, quibus referantur tam quæstiones super dubiis, quàm querimoniæ sup injuriis, & qui nec ad dextram nec ad sinistram viæ propter prosperitatem terrenam, vel adversitatis metum, à tramite justitiæ non declinent, sed judicent populum dei in æquitate, ut dici possit de eis cum psalmista, quòd de vultu eorum judicium prodiit æquitatis. Et considerent efficaciter, quid oportuerit secundum necessitatem, quid expedierit secundùm utilitatem, quid liceat secundùm promissionem, quid deceat secundùm honestatem. Et tale judicium diligit honor Regis, cujus personam in judicio & judicando repræsentant. Nulli autem juris beneficium denegent, à nullo præmium petant, ut prædictum est, vel recipiant, ut quis jus suum liberè persequatur, ut causa viduæ ad eos liberè ingrediatur, ut sint orphano & pupillò adjutores, ut nulli calumniam fieri patiantur, ut constitutiones & eorum edicta, juri & consuetudinibus approbatis, & communi utilitati sint convenientia. Coram eis nulla deprimat adversariorum potentia, sed agat quilibet, quod causa sua desiderat, & se temperet ab injuria, nec à limitibus judiciorum justorum avertat eos odium, favor, vel gratia, ut dici possit de eis, justus es domine & rectum judicium tuum &c. Item sapientes oportet eos esse qui judicant, ut honestatem judicandi ab aliis non mendicent. Si quis autem minùs sapiens & indoctus sedem judicandi conscendere, & honestatem judicandi sibi præsumpserit, ex alto corruit, quia volare satagit, antequam pennas assumat, & qui tali potestatem judicandi dederit, perinde erit ac si gladium poneret in manum furientis. Item non solùm oportet judicantem sapientem esse, immo potentem, juxta illud Salomonis: Noli quærere fieri judex, nisi virtute valeas erumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. ¶ 2. Item justitiariorum, quidam sunt capitales, generales, perpetui & majores à latere Regis residentes, qui omnium aliorum corrigere tenentur injurias & errores. Sunt etiam alii perpetui, certo loco residentes, sicut in banco, loquelas omnes de quibus habent warrantum terminantes, qui omnes jurisdictionem habere incipiunt præstito sacramento. Item sunt alii itinerantes de loco in locum, sicut de Comitatu in Comitatum, quandoque ad omnia placita, quandoque ad quædam specialia, sicut ad assisas tantùm & Gaolas, & qui authoritatem habere incipiant sine sacramento, cùm breve domini Regis receperint de warranto. Sunt etiam justitiarii constituti ad quasdam assisas, duas vel tres vel plures, qui quidem ppetui non sunt, quia expleto officio jurisdictionem amittunt.

¶ 3. Est autem eorum potestas, quòd ex quo eis commissa est causa, una vel plures, licèt simpliciter, extenditur eorum jurisdictio ad omnia, sine quibus causa terminari non potest, quantum ad judicium et executionem judicii. Et eodem modo si causa fuerit incidens vel emergens et præjudicialis, ad alias verò res & alias psonas, non possunt jurisdictionem suam extendere, nec de aliis cognoscere quàm de hiis quæ in commissione cōtinentur, cùm fines mandati diligenter sint attendendi. ¶ 4. Et quamvis quidam eorum perpetui sunt, ut videtur, finitur tamen eorum jurisdictio multis modis. s. mortuo eo qui delegavit, vel mortuo eo sub cujus pprio nomine causa delegatur. Item cùm deligans revocaverit jurisdictionem, vel alium dederit justitiarium, re integra ex toto vel ex parte. Item si ipse delegatus remittat causam ad ipsum delegantem, vel ad alium delegatum, ex causa, propter certum diem & certū locum. Item finitur, lata sententia & executione demandata, quia judex per judicium redditum functus est officio suo, & juratores liberati sunt à sacramento, nisi sit qui dicat, q reddito judicio, nihilominùs possit justitiarius juratores revocare ad certificandum, vel inquirere de falso sacramento, secundùm q justitiari' fuerit capitalis, vel itinerans generaliter ad omnes causas. Re vera, cùm judicium debito modo redditum sit, non potest justitiarius, qui judicium reddidit, illud posteà corrigere vel mutare, eodem tamen die quo redditum est, supplere poterit in iis, quæ pertinent ad consequentias. Sed hoc ultimum, locum habet in personis eorum, qui constituti sunt justiciarii ad aliquas assisas specialiter capiendas, ut unam, duas vel plures. Et notandum in fine, quòd nullus justiciarius à domino rege sic delegatus, poterit aliquem sibi subdelegare.

Cap. XI.

1 ¶ Qualiter cōstituendi sunt justitiarii ad itinerandū de Com' in Com' generaliter ad omnia placita vel specialia. 2. De sacramēto qd' justitiarii facient cum justitiariā receperint. 3. Breve uni eorū clausū. 4. Breve omnib' justitiariis simul qd' erit eorū warrāt', et publicè legetur in comitatu patens. 5. Breve de eodem omnibus justitiariis simul patens. 6. Breve clausū vic. qd' venire faciat corā justitiariis omnia placita. 7. Breve de generali sūmonitione clausū. 8. Breve cū ipsi justitiarii fecerint sūmonitionē nomine proprio et per breve suū. 9. Itē omnib' quatuor justitiariis simul ubi constituuntur ad quadā specialia & non ad omnia placita. 10. Breve clausū vic. qd' venire faciat assisā. 11. Si autē cōstituantur quatuor milites justitiarii ad unicā assisā capiendā nova disseysina. 12. Breve de eodem vic. clausū qd' venire faciat assisā. 13. Si justitiari' banci sol' cōstituatur qd' assumat. 14. Breve vic. clausū de eodē. 15. Breve si de bāco trāsferatur assisa usq; ad com̄ ad certos justitiarios. 16. Breve clausū de eodē vic. dirigendum. 17. Si assisa trāsferatur à quatuor justitiariis usq; ad iter justitiariorū extra com' cùm in com' incepta fuerit. 18. Breve de cōsuetudinibus justitiariorum ad inquisitiones faciendas super contentionibus ad querelam. 19. Breve vic. clausum super eodem.

Ut autē de capitalib' justitiariis in bāco residētib' ad p̄sēs taceam', vidēdū qualit̄ cōstituēdi sunt justitiarii ad itinerādū de Com̄ in Com̄, ad ōnes causas generalit̄ vel ad certas, et posteà, qualit̄ ad speciales, unā, duas vel plures. Si autē cōstitui debeāt ad ōnes causas generalit̄, tūc p̄stito sacramēto, qualiter

liter se gerere debeant in itinere suo, fiat cuilibet eorũ breve specialiter ꝑ se, & posteà omnib' in cõmuni. Forma autẽ brevis specialis talis erit. ¶ 2. Et sacramentum tale erit. Jurabit quilibet post aliũ, quòd rectam justitiã facient ꝑ posse suo in comitatu, in quib' itineraturi sunt, tam pauperib' quàm divitibus, & ꝙ assisam servabunt secundùm capitula subscripta, & inferiùs exprimenda, & ꝙ faciẽt omnes rectitudines & justitias, spectantes ad coronã domini regis. Et post sacramentũ suũ dicatur eis expressè, ꝙ ꝑ posse suo intendãt ad faciendũ comodũ regis. ¶ 3. Rex dilecto & fideli suo A. salutẽ. Sciatis ꝙ constituimus vos justitiariũ nostrũ unà cum dilectis & fidelibus nostris A.B.C. ad itinerandũ ꝑ comitatum talem, vel com̃ tales A. de omnib' assisis & placitis tã coronæ nostræ q̃ aliis, secundùm ꝙ in brevi nostro, de generali summonitione inde vobis directo, pleniùs cõtinetur. Et ideò vobis mandamus, rogantes ꝙ in fide qua nobis tenemini, unà cum prædictis sociis vestris, ad hæc expedienda fideliter & diligenter intendatis, ut tam fidem vestram q̃ diligentiã ad hoc appositam debeamus meritò commendare. Teste &c. & hæc eadem forma fiat singulis eorum per se. ¶ 4. Rex dilectis & fidelibus suis A.B.C.D. salutem. Sciatis quòd constituim' vos justitiarios nostros ad itinerandum in comitatu tali, de omnib' placitis & assisis tam coronæ nostræ q̃ aliis, quæ emerserint postquàm justitiarii nostri ultimò itineraverunt in com̃ illo, & etiã de illis quæ summonita fuerunt & atterminata fuerunt, & non finita coram justitiariis nostris de banco apud Westm̃, vel corã justitiarriis nr̃is itinerantibus qui ultimò itineraverũt in eodẽ com̃, de omnibus placitis, vel tantũ de assisis novæ disseysinæ, mortis antecessoris capiẽdis, vel gaolis deliberandis, ita ꝙ omnes assisæ illæ & omnia placita illa, sint corã vobis in eodẽ statu quo remanserunt ꝑ præceptũ nostrũ, vel ꝑ præfatos justitiarios nostros itinerantes, vel ꝑ præfatos justitiarios nostros de banco. Mandavimus enim vicecom̃ nr̃o A. ꝙ ad diem & locũ, quem ei scire facietis, faciat coram vobis summonitiones fieri, & attachiamenta venire, cum brevibus assisarum & placitorum prædictorũ. Et ideò vobis mandamus, rogantes ꝙ in fide qua nobis tenemini ad hæc exequenda fideliter, &c. ut suprà. ¶ 5. Rex A.B.C. salutem. Sciatis quòd constituimus vos justitiarios nostros &c. ut suprà. Et ideò vobis mandamus, rogantes quòd tali die conveniatis apud talem locum, facturi inde quod ad justitiam ꝑtinet & in fide qua nobis tenemini ad negotia nostra ibidem expedienda ita fideliter &c. ut suprà. Mandavimus enim vic. nostro tali ꝙ ad prædictum diem & locum faciat corã vobis summonitiones fieri, & attachiamenta venire cum brevibus assisarum prædictarum & placitorum prædictorum. In cujus rei testimoniũ mittim' vobis has literas nostras patentes Teste &c. Posteà fiant brevia vic. clausa, quòd venire faciat coram justitiariis omnia placita, & de generali summonitione, omnib' facienda tam majorib' q̃ minorib'. ¶ 6. Rex vic. vel vicecomitib' talib' salutẽ. Præcipimus vobis, ꝙ ad certos dies & loca, quæ vobis scire faciant dilecti & fideles nostri tales, vel aliter tales & socii sui quos justitiarios nostros assignavimus ad itinerandum per com̃ vestros ad omnia placita, venire faciatis

coram

coram eis omnia placita coronæ nostræ, quæ placitata non sunt, & q emerserunt postquam justitiarii nostri ultimò itineraverunt in partibus illis, ad omnia placita & similiter omnia attachiamenta ad placita illa ptinentia, & omnes assisas & omnia placita quæ posita sunt ad primam assisam coram justitiariis, cum brevibus assisarum & placitorum, sicut pleniùs continetur in literis nostris clausis, quas singulis vestrum aliàs inde misimus Teste, &c. scilicet de generali summonitione, quæ tales sunt. ¶7. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores, omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites & liberè tenẽtes de tota ballivа tua, & de qualibet villa, quatuor legales homines & præposit, & de quolibet burgo duodecem legales burgenses per totam ballivam tuam, & omnes illos qui coram justitiariis itinerantibus venire solent & debent, quòd sint apud talem locum, tali die, anno regni nostri tali, coram dilectis & fidelibus nostris A. B. C. D. quos justitiarios nostros constituimus, audituri & facturi præceptum nostrum. Facias etiam venire tunc coram eisdem justitiariis nostris, omnia placita coronæ nostræ quæ placitata non sunt, & quæ emerserunt postquam justitiarii nostri ultimò itineraverunt in partibus illis ad omnia placita & omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, & omnes assisas & omnia placita quę posita fuerunt ad primam assisam coram justitiariis cum brevibus assisarum, ita quòd assisæ illæ & placita pro defectu tui vel summonitionis tuæ non remaneant. Facias etiam clamari & sciri per totam ballivam tuam, quòd omnes assisæ, & omnia placita quæ fuerunt attachiata & atterminata & non finita corã justitiariis nostris de bãco, vel coram justitiariis nostris qui ultimò itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justitiariis nostris illuc missis ad assisas novæ disseysinæ capiendas, & gaolas deliberandas, tunc sint coram præfatis justitiariis nostris apud talem locum, in eodem statu in quo remanserunt p præceptum nostrum, vel per præceptum justitiariorum nostrorum prædictorũ itinerantium, vel per justitiarios nostros de banco. Summoneas etiã per bonos summonitores, omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimã itinerationem prædictorum justitiariorum nostrorum in partibus illis, q tunc sint ibidem coram prædictis justitiariis nostris itinerantibus cum brevibus assisarum & placitorum quæ tempore suo receperunt, & ad respõdendum de tempore suo, sicut respondere debẽt coram justitiariis itinerantibus, & habeas ibi summonitores & hoc breve Teste, &c. Aliquando verò cùm justitiarii itinerare debent in diversis comitatibus, bene facere possunt summonitiones generales sub nomine suo proprio in prædicta forma, sic. ¶8. Talis & socii sui justitiarii itinerantes in tali comitatu vicecomiti tali salutem. Mandamus vobis, ex parte domini Regis, quòd summoneas per bonos summonitores omnes Archiepiscopos, &c. omnia ut suprà. Facta igitur generali summonitione, ut prædictum est, videndum erit quando loquelæ quæ sunt in banco vel alibi incipient esse coram justitiariis itinerantibus, & esse desinãt coram justitiariis de banco, vel aliis, cùm possit summonitio fieri per multum tempus ante iter, & sciendum q non antequam justitiarii incepe-

inceperint itinerare, quia benè poterit iter multipliciter impediri, revocari vel suspendi, & unde semper dabitur dies partibus à justitiariis de banco, sub tali conditione, nisi justitiarii itinerantes priùs venerint ad partes illas, & quo casu semper remanebunt placita illa in banco, quousque iter inceptum fuerit. Si autem datus fuerit dies ante summonitionem generalem partibus, & infra diem illum incipiat itineratio, retro trahetur dies ille ad diem itinerationis per generalem summonitionam, & definit placitum coram justitiariis de banco. Sed quid dicetur de eo qui coram justitiariis de banco essoniatus fuerit de malo lecti? fiat de eo secundùm quod visus fuerit vel non visus, & si visus fuerit, tunc secundùm quod languor fuerit ei adjudicatus, vel secundùm quod fuerit ei malum transiens. Et si visus fuerit, si possit sine licentia surgere videndum, vel si non possit, à quo petenda sit licentia surgendi, utrum à justitiariis itinerantibus, vel de banco, vel si visus fuerit & habeat malum transiens, coram quibus debet comparere, vel si languor ei fuerit adjudicatus, coram quibus debeat testificari visus, vel si justitiarii itinerantes, si in eodem comitatu jacuerit essoniatus, mittere possint ad ipsum ut faciat attornatum; cùm essonium de malo lecti coram eis non habeat locum. Cùm verò post generalem summonitionem itineris, non venerit quis liber homo, nec se essoniaverit de communi summonitione, licèt placitum non habuit, nec fuit implacitatus primo die, pro defalta erit in misericordia, licèt postmodū compareat, nisi rationabili de causa docuerit se esse impeditum, & si fortè se essoniaverit, nisi posteà comparuerit non valebit essonium, & idem erit si venerit, & sine licentia recesserit. Si autem constituantur justitiarii ad assisas, & non ad omnia alia placita, sed ad placita specialia, sicut ad assisas omnimodas, ad gaolas deliberandas, & ad placita de dote tantùm coram quatuor justitiariis, tunc fiat breve sub hac forma quatuor justitiariis patens omnibus simul. ¶ 9. Rex dilectis & fidelibus suis A. B. C. D. salutem. Sciatis quòd constituimus vos justitiarios nostros, ad assisas novæ disseysinæ, mortis antecessoris, ultimæ præsentationis capiendas, & ad alia placita de dote, unde mulieres petentes nihil habent, generaliter tenenda, quicunque contra assisas prædictas, terras vel advocationes ecclesiarum deforciaverint. Vel sic: ad assisas mortis antecessoris & magnas assisas, & omnes juratas per præceptum nostrum summonitas coram justitiariis nostris ad primam assisam, vel coram justitiariis nostris apud Westmonaster. atterminatas, p̄terquam super illos qui profecti sunt in servitio nostro tali, & similiter ad gaolam deliberandam, tam de illis qui in prisona nostra inveniuntur, quàm de illis qui per præceptum nostrum in custodia committuntur. Et ideò vobis mandamus, rogantes quòd ad diem talem & tali loco conveniatis, &c. ut suprà, de constitutione justitiariorum ad omnia placita: & de hoc statim fiat vicecom̄ breve clausum in hac forma. ¶ 10. Rex vicecom̄ salutem: Sciatis quòd constituimus dilectos & fideles nostros A. B. C. D. Justitiarios nostros, ad assisas novæ disseysinæ, &c. ut suprà per omnia usque ad clausulam (& ideò) & tunc sic. Et ideò tibi præcipimus, quòd tali die venire facias coram eisdem justitiariis nostris apud talem locum

omnes assisas novæ disseysinæ, mortis antecessoris, ultimæ præsentationis magnas assisas & oñs juratas, & oñia placita de dote, secundùm quod prædictum est, & quæ summonitæ sunt coram justitiariis nostris ad primam assisam, cùm in partes illas venerint, vel coram justitiariis nostris apud Westmoñ atterminatæ, & omnia attachiamenta quæ pertinent ad gaolam deliberandam, vel alios in custodia positos deliberandos. Et summoneas per bonos summonitores, omnes illos qui vicecomites fuerunt postquam, &c. ut suprà. Teste, &c. Si autem constituantur justitiarii ad unam assisam novæ disseysinæ tantùm, vel mortis antecessoris tantùm, unam, duas vel plures, tunc fiat eis omnibus simul breve patens in hac forma. ¶ 11. Rex dilectis & fidelib' suis, A.B.C.D. salutem. Sciatis quòd constituimus vos justitiarios nostros, ad assisam novæ disseysinæ capiendam, quam A. arramavit versus B. coram vobis per pceptum nost r̃, de libero tenemento suo in tali villa, vel sic: quam A. arramavit versus B. coram justitiariis nostris ad primam assisam, cùm in partes illas venerint, &c. Si autem constituantur tantùm ad unam assisam mortis antecessoris, tunc sic. Sciatis quòd constituimus vos justitiarios nostros, ad assisam mortis antecessoris capiendam, quam A. arramavit versus B. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, & ideò vobis mandam' quòd ad diem & locum, quib' ad hoc intendere poteritis, vel quos duxeritis providendos, vel sic: quòd tali die, conveniatis apud talem locum ad assisam illam capiẽdam, facturi inde quod ad justitiam pertinet, secund' legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, salvis nobis amerciamentis inde provenientibus, mandavimus enim vicecomiti nostro tali, quòd assisam illam, dictis die & loco, vel ad diem & locum quem ei scire facietis, coram vobis venire faciat, & in hujus rei testimonium mittimus vobis ĩstas literas nostras patentes Teste, &c. & super hoc fiat vicecomiti breve clausum quod respondeat formæ præcedenti per omnia in hac forma. ¶ 12. Rex vicecomiti tali salutem. Sciatis quòd constituimus A.B.C.D. justitiarios nostros ad talem assisam capiendam, vel talem quã talis arramavit, &c. ut suprà. Et similiter ad assisam mortis antecessoris quã talis arramavit, &c. ut suprà. Possunt enim plures assisæ una justitiaria contineri sicut una, si unus fuerit petens vel querens, & sive plures ibi fuerint disseysinæ vel disseysitores, sive plures tenentes sive unus. Et ideò tibi præcipimus, quòd assisam illam, vel assisas illas ad prædictos diem & locum, vel ad diem & locum quem vobis scire facient, coram præfatis justitiariis nostris venire facias, &c. Teste, &c. Si autem assisa ultimæ præsentationis capienda sit coram talibus justitiariis, &c. sic: ad recognoscendum per sacramentum suum, quis advocatus tempore pacis præsentavit ultimam personam, &c. secundùm formam brevis per omnia. Si autem ad assisam utrum, tunc sic: ad assisam capiendam, quæ summonita est coram vobis per præceptum nostrum, inter A. personam talis ecclesiæ petentem, & B. laicum scilicet tenentem, vel è contrario: ad recognoscendum utrum tantum terræ vel redditus cum pertinentiis in tali villa, sit libera eleemosina pertinens ad ecclesiam prædicti A. in laicum feodum prædicti B. vel è contrario: utrum tant̃ terræ vel red-

ditus

ditus cum pertinentiis in tali villa, sit laicum feodum prædicti B. vel libera eleemosina ipsius A. Si autem constituatur aliquis justitiarius de banco vel alius & solus cõstituatur, tunc fiat ei breve patens de justitiaria in hac forma. ¶ 13. Rex dilecto & fideli suo tali salutem. Scias quòd constituimus te justitiarium nostrum unà cum iis, quos vobis duxeritis associandos vel assumendos, ad assisam novæ disseysinæ capiendam, quam A. arramavit corã vobis per præceptum nostrum versus B. & alios nominatos in brevi nostro originali de libero tenemento suo in tali villa, vel sic, ad capiendam assisam mortis antecessoris, vel aliam quamcunq; secundùm formam brevis. Et ideò vobis mandamus, quòd ad diem & locum, &c. ut suprà, facturi, &c. salvis, &c. mandavimus, &c. in cujus, &c. & fiat breve vicecomiti super eodem clausum, quòd venire faciat assisam coram justitiariis in hac forma. ¶ 14. Rex vicecomiti salutem. Questus est nobis talis, &c. & sic totum originale de verbo in verbum, usque: Et tenementum illud esse in pace, usque ad certum diem, quem dilect᷒ & fidelis noster talis tibi scire faciat & interim, &c. & summoneas eos, &c. quòd sint coram præfato tali & sociis suis quos, &c. ad certum locum quem tibi scire faciat, &c. parati, &c. & sic fiet de aliis assisis. Et in quo casu, contingit multotiens quòd aliqua de causa fit tali justitiario associatio alterius justitiarii ad impetrationem disseysitoris fortè, ut captio assisæ differatur & in fraudem, & quo casu si talis venerit, bonũ est, si autem non, nihilominus procedet assisa, quia plus habet authoritatis breve patens de capienda assisa, quàm breve clausum de associatione: nisi ita sit ꝙ mandetur expressè quòd sine tali non capiatur. Si autem primò summonita fuerit assisa coram justitiariis fortè apud Westm̃. & constituantur postmodum justitiarii in com̃ ut captio assisæ maturetur, tunc fiat breve in hac forma. ¶ 15. Rex A. B. C. salutem. Sciatis quòd constituimus vos justitiarios nostros ad assisam ultimæ præsentationis capiendam, quæ summonita fuit coram justitiariis nostris apud Westm̃ inter A. querentem & B. impedientem de ecclesia tali, & ideò vobis mandamus, &c. ut suprà. Mandavimus enim vicecomiti nostro tali, quod venire faceret coram nobis tali die, & tali loco, vel ad certos diem & locum quando ad hoc intendere poteritis, recognitores assisæ illius ad faciẽdã assisam illam, in eo statu & sicut venire debuerunt tali die coram justitiariis nostris apud Westm̃ ad idem faciend̃. Mandavimus etiam ei quòd scire faciat prædicto B. quòd tunc sit ibi auditurus assisam illam in eodem statu quo atterminata fuit coram justitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, &c. non obstante eo, quod idem dies datus fuit ipsi B. p essonium suum postquam defaltam fecerat coram eisdem justitiariis apud Westm̃ & sive venerit sive non, procedatis ad illam assisam capiendam, tum propter lapsum sex mensium, tum ꝙ si præsens esset nihil dicere posset contra assisã, quare remaneret post ṗdictam defaltam q fecit in præfata curia apud Westm̃: In cujus rei testimonium, &c. Teste, &c. Aliud breve de eodem clausum vic. dirigendum est in hac forma. ¶ 16. Rex vic. salutem. Scias quòd constituimus tales justitiarios nostros ad assisam ultimæ præsentationis capiendam, quæ summonita fuit coram justitiariis

nostris

nostris apud Westm. inter tales, ad recognoscendum quis advocatus, &c. & sic totum originale. Et ideò tibi præcipimus, quòd diligenter inquiras qui fuerunt recognitores ejusdem assisæ, & illos sine omni dilatione venire facias coram justitiariis nostris apud talem locum tali die ad faciendam recognitionem assisæ illius, sicut venire debuerunt coram justitiariis nostris apud Westmonasterium tali die ad idem faciend' constitutos. Scire etiam facias prædicto B. & sic deinceps per omnia sicut in brevi præcedenti usque ad clausulam (in cujus rei, &c.) Et habeas, &c. Teste, &c. Cùm autem assisa mortis antecessoris posita fuit aliquando coram talibus justitiariis in com̃ & post defaltam vel essonium vel diem datum vel warrantum vocatum posita fuerit coram justitiariis nostris itinerantibus, & primo die non venerit tenens, tunc summoneatur quòd sit coram talibus justitiariis itinerantibus per tale breve. ¶ 17. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores, &c. A. quòd sit coram talibus justitiariis itinerantibus, ad audiendam assisam mortis antecessoris, quam B. in curia nostra, coram talibus justitiariis nostris ad hoc constitutis, arramavit versus eundem A. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, ita quòd assisa illa tunc procedat in eodem statu in quo fuit apud talem locum, & quando posita fuit coram præfatis justitiariis itinerantibus. Et venire facias coram eisdem justitiariis nostris itinerantibus apud p̃dictum locum C. D. E. recognitores ejusdem assisę ad p̃fatum terminũ, ad faciendam assisam illam, & habeas ibi nomina recognitor̃ & hoc breve Teste, &c. Si verò constituisse debeant justitiarii ad aliquam inquisitionem faciendam, vel de contentionibus habitis inter aliquos de libertatib', vel de roberia vel de aliis, sicut de injuriis & hujusmodi, si duo constituantur vel plures, fiat singulis eor̃ breve clausum in hac forma. ¶ 18. Rex dilecto & fideli suo A. salutem, sciatis quòd constituimus vos justitiarium nostr̃ simul cum B. ad quandam inquisitionem faciendam inter C. querentem & D. super contentionibus inter eos ortis de talib' libertatibus, & de talibus occupationibus feodor̃, & de quibuscunq; aliis injuriis, roberia, verberibus & plagis, & hujusmodi, de quibus contentio fuerit inter eos secundùm formam litterarum nostrarum quas inde misimus Viceco. nostro tali, & ideò vobis mandamus, rogantes quatenus ad diem quam prædictus Vicecomes noster vobis scire faciat, accedatis apud talem locum ad inquisitionem simul cum prædicto B. & præfato vic. nostro faciendam, ut diligentiam vestram & discretionem meritò debeamus commendare. In cujus rei, &c. Teste, &c. Et fiat aliud breve consocio suo consimile & clausum, & etiam super eodem fiat breve vicecom̃ clausum in hac forma. ¶ 19. Rex vicecomiti salutem, præcipimus tibi, quòd assumptis tecum dilectis & fidelibus nostris A. & B. quos ad hoc justitiarios nostros cõstituimus, in propria persona tua accedas ad talem locum, & illic coram te & coram præfatis justitiariis nostris venire facias viginti quatuor de legalioribus & discretioribus militibus de com̃ tuo per quos rei veritas, &c. & qui nec p̃dictos C. & D. aliqua affinitate attingant, vel qui aliquo modo nõ sint essoniabiles, ad recognoscend̃ super sacramentum suum, si prædictus C.

pdictum D. robbavit, vel aliam injuriam ei fecit contra pacem nostram, & ita q omnia pcedant secund querelam querentis. Et tunc sic. Et inquisitionem illam, vel inquisitionem q inde feceris, venire facias coram nobis, vel scire facias nobis tali die vel sine dilatione. Et scire facias pdicto D. ad quem dic facere volueris inquisitionem illā, ut inde tempestivè pmuniatur, & ut pdicta inquisitio in psentia utriusq; pcedat, si voluerint interesse: & ita te habeas in hoc negotio, &c. Teste, &c. Et infiniti sunt casus, & formæ infinitæ quib' constituuntur justitiarii, secund q inferiùs videri poterit in multis locis. Sed hæc ad psens sufficiant exempli causa.

Cap. XII.

1 ¶ De modo & ordine proponendi actiones corā justitiariis & de eorū officio. 2. Breve ne quis implacitetur sine brevi & præcepto domini Regis. 3 De ordine actionū. 4 Quòd priùs agendum est super possessione quā super proprietate. 5 De actionib' vi bonorū raptor'. 6 De ordine actionum in triplici.

IN adventu justitiarioꝝ ad omnia placita ex jurisdictione sibi delegata, ptinent ad eos audire querelas singuloꝝ & petitiones, ut unicuiq; justitia fiat, & q suum fuerit tribuatur. Et si sit qui putat se habere petitionem, actionibus debet experiri, quia nemo sine actione experitur, & hoc non sine brevi sive libello conventionali, quia nemo de libero tenemēto suo sine brevi vel ejus ptinentiis, nisi gratis voluerit, respondebit. Quòd si ad hoc injustè arctatus fuerit, subvenitur ei p tale breve dñi Regis Vicecomiti directum in hac forma. ¶ 2. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi quòd non implacites nec implacitari pmittas talem de libero tenemēto suo in tali villa sine speciali pcepto nostro vel capitalis justitiarii nostri Teste, &c. Et sicut non debet sine brevi respondere, ita nec debet sine judicio disseysiri. Et dicitur ideò breve, quia rem de qua agitur & intentionem petentis paucis verbis breviter enarrat, sicut facit regula juris, q̄ rē q est breviter enarrat, & ideò videtur quòd sine brevi sive libello, non debet quis experiri in judicio ne mutari possit petentis intentio vel mod' petendi. Item sine brevi nō debet quis experiri, nec tenens sine brevi respondere de ptiñtiis, non magis q de ipso tenemēto, sicut de pastura & aliis de quibus Vicom̄ & Comitatus non habent recognitionem sicut de placito namii vetiti, p servitiis & consuetudinib' quia ubicunq; loquela deducta fuerit in curiam Baronum vel aliorum qui libertates habent de averiis captis & detentis contra vadium & plegiū, & querela pvenerit ad comitat̄, si contentio fiat de terra, servitiis & consuetudinibus, pastura vel hujusmodi q̄ pertinent ad liberum tenemētum sine brevi, remanebit loquela, & querens sibi pquirat si voluerit, & tenens semp in seysina moretur. Et quoniam quandoq; competat uni actio unica contra unum, quandoq; plures contra unum vel plures qui tenent in communi vel separatim & per se quandoq; competunt plures actiones vel una pluribus qui tenent in communi contra unum vel plures, quaꝝ quædam sunt pjudiciales, eò quod primò debent terminari secundùm quod sunt criminales

minales vel civiles, & si omnes criminales, tunc una major & altera minor, vel si una criminalis & altera civilis, vel si omnes civiles in rem vel in personam, & si in rem, vel super possessionem vel super proprietatem, ideò de ordine actionum & judiciorum, & q̄ actio debeat alteri præferri. ¶3. Et inprimis sciendum, quòd si alicui plures competant actiones criminales contra unum vel plures, illa q̄ major est primò debet terminari, ne maleficia remaneant īpunita, & extinguatur pœna, ut si de minori crimine priùs ageretur, sic extincta persona criminosi, extingueretur pœna in majori, sicut videri poterit, ut si quis accusatus fuerit de furti crimine, vel homicidii, & similiter de crimine læsæ majestatis & convictus, graviùs punitur crimen læsæ majestatis quàm crimen furti vel homicidii, quia ex uno sequitur quòd criminosus trahitur, frangitur, & suspenditur, ex alio non sequitur nisi tantùm suspensio. Et ideò si de minori crimine priùs ageretur, ita extingueretur pœna in majori ꝓ parte, scilicet quòd non traheretur nec frangeretur, q̧ esse non debet. Si autem duæ vel plures cōpetant actiones contra unū, quarū una criminalis sit & altera civilis, criminalis priùs debet terminari, & est ratio, quia si quis appellatus est de vita & mēbris, competit ei exceptio, contra q̄libet agentem civiliter quòd appellatus ei respondere non tenetur antequā se defenderit in criminali, nec mutare poterit statum suum quamdiu dubius fuerit status ꝓpter crimen. Si autem contra unum duæ cōpetant actiones civiles, quarū una in ꝑsonam & alia in rem, utraque simul poterit intentari, quia neutra aliam tollit vel excludit, ex quo sese inter easdem ꝑsonas compatiuntur, ac si unus illas contra plures intentaret. Si autem utraq; fuerit in rem, & utraq; super possessione, illa quæ fuerit super possessione ꝓpria priùs terminari debet, sicut in assisa novæ disseysinæ, q̄ illa quæ fuerit super possessione aliena, sicut assisa mortis antecessoris, de morte alicuj⁹ antecessoris. Si autem plures petierint seysinam ꝓpriam versus unum, per assisam novæ disseysinæ, ultima seysina priùs erit determinanda, & sic fiat de pluribus quod de duobus. Et illud idem fiat de assisa mortis antecessoris si plures petant versus unum per assisam. Si autem uni competant plures actiones civiles versus unum, tam super possessione propria & aliena, quàm super proprietate, petens habet electionem, quam primò voluerit intentare, & una electa, ad alias regressum non habebit pendente illa, si processerit secundùm ordinem actionum, & si ordine non servato processerit ad illas, postmodùm regressum non habebit, & unde si plures competant actiones versus unum, sicut assisa novæ disseysinæ de possessione ꝓpria, & assisa de seysina antecessoris, & breve de ingressu, & breve de recto, primò (si velit ordinem servare, quòd una terminata possit ad alias habere ingressum) eligat actiones super possessione, & illam primò de seysina ꝓpria, & posteà de seysina aliena, & tunc demùm agat de proprietate, & primò eligat actionem de ingressu, & postea super ipso recto, quia si primò elegerit agere super ipso recto, nunq̄ postmodum regressum habebit ad inferiores, nisi ita sit q̧ aliquando per narrationē revertatur breve de recto in breve de ingressu, quia quamvis teneat ordo, ut ꝑdict' est, de actione in actionem ascendendo usq;
ad

ad breve de recto, nunquam tenebit ordo descendendo à superiore actione ad inferiorem. Item incidit quandoq; quæstio ꝓprietatis in actionem intentatam super ipsa possessione, sive possessorium intentetur causa recuperandæ possessionis, sicut in assisa novæ disseysinæ, vel adipiscendæ possessionis, sicut assisa mortis antecessoris, & quo casu, simul quandoq; intentatur proprietas cum petitorio judicio, quoad cognitionem possessionis, & non quoad ꝓnunciationem sup ꝓprietate. Et sæpiùs inquirendum erit de ipsa ꝓprietate, ut de possessione magis constare posssit, & sic nihil cõmune habet possessio cum ꝓprietate, quoad ꝓnuntiationem, licèt quoad cognitionem, ut prædictum est, quia fortè aliter judex non posset cognoscere de uno.s.de possessione, nisi priùs cognosceret de reliquo.s.de ꝓprietate, ꝓnuntiatio verò justitiarii erit super possessione. Et notandum quòd verbum possessionis quandoq; ponitur ꝓ re possessa, & quandoq; ꝓ restitutione.
¶ 4. Et quòd de possessione priùs agendum sit quàm de ꝓprietate, & quòd causa possessionis est præmittẽda, quãvis in fine debet ꝓprietas prævalere, videri poterit manifestè. Quia esto, quòd justitiarius priùs de ꝓprietate & recto ꝓnunciet, quàm de possessione inter aliquos, si posteà de possessione cognoscere voluerit inter eosdem, nihil ageret, quia placitum de recto, quod præcessit inter eosdem de eodem tenemẽto, recognitionem, de petendo seysinam ꝓpriam vel alienã de eodem tenemẽto, extinguit inter eosdem, quia placitum de recto utrumq; jus determinat, tam possessionis quàm ꝓprietatis. Ut de termino s. Trinitatis anno regni regis H. tertio, in com̃ Eborũ, assisa mortis antecessoris si Wilhelm⁹ le Seneschal. Et idem erit si duo implacitaverint unum, unus videlicet ꝑ recognitionem in causa possessionis, & alius per breve de recto in causa ꝓprietatis, suspenditur placitum ꝑ breve de recto, donec sciatur cui debeat possessio remanere, ubicunq; fuerit placitum de recto, in curia dñi regis vel in Com̃. Et si possessio ꝑ recognitionem tenenti remanserit, tunc demum ꝓcedat placitum de recto inter eos: Si autem tenens amiserit ꝑ recognitionem, tunc cadit breve de recto, & tunc agat petens versus eum qui evicit ꝑ recognitionem. Sed cùm ꝓsequutio ꝑ breve de recto ita suspensa sit ꝑ recognitionem, petens ꝑ breve de recto semper apponit clameum suum, ꝓ quocunq; feratur sententia in causa possessionis. Et quòd priùs cognoscendum sit de possessione quàm de ꝓprietate si violentia adhibita sit, ꝓbatur. ff. Ad legem Juliani de vi publica. Lege, Si de vi, ubi dicitur, quòd si de vi & possessione vel dominio quæratur, antè cognoscendum est de vi, quàm de proprietate rei, & etiam priùs quæritur de vi quàm de jure dominii sive possessionis. Item est & alia ratio, quòd qui rem petere voluerit, si cautè sibi ꝓviderit, videat primò an aliqua ratione nancisci possit possessionem: quoniam commodius est possidere quàm petere. Multi enim sunt qui si possessionem habuerint, se defendere poterunt per exceptionem: si autem fuerint extra, vix aut nunquam fortè recuperabunt per actionem. De hoc autem quod dicitur, quòd qui primò petierint per breve de recto, quòd ad inferiores actiones descendere non possit, videndum qualiter usus fuerit brevi de recto. Sunt quidam

dam qui dicunt, quòd si in tantum usus fuit petens per breve de recto quòd tenens summonitus sit, & ad summonitionem essoniatus, quòd hoc sufficit quòd regressum non habeat ad actiones inferiores, quia tunc inceptum est placitum cum effectu, per breve de recto. Quidam autem dicunt contrarium, quòd non est inceptum cum effectu, antequam summonitus comparuerit, & ad breve responderit, vel warrantum vocaverit, vel ulteriùs processerit. Sed re vera, sufficit si fiat ut primò dictum est. Et hæc vera sunt, si breve, per quod actio incepta est, teneat in suo casu. Ut si assisa mortis antecessoris impetrata fuerit, & non jacuerit inter partes, pro non impetrata reputabitur, et ideò descendere poterit petens ad assisam novæ disseysinæ ad seysinam propriam recuperandam. Eodem modo videtur quòd esse debeat, si quis usus fuerit & impetraverit parvum breve de recto, secundùm consuetudinem manerii domini Regis, ubi impetrasse debuit magnum breve patens: si eo utatur, nihilominùs habebit regressum ad breve magnum ad petendum liberum tenementum suum, et è contrario: quia cùm in suo casu non sunt impetrata, ideò nulla. Si autem utraque actio duorum versus unum super proprietatem, & ubi uterque agere poterit tam super possessione quàm super proprietate, sed ratione diversorum temporum: semper de ultima seysina priùs erit cognoscendum, et si de ultima seysina constare non possit, tunc observetur quòd dicitur, quòd qui priùs appellat priùs agat, quod fallit in quatuor casibus. Cùm autem ab una parte, plures actiones civiles proponantur versus unum vel plures, de pluribus rebus & diversis, poterit qui eas proponit, quam voluerit præmittere, & omnes simul tractare. De hoc autem quod dicitur, quòd si plures alicui competant actiones, una debet experiri, et una electa ad alias non poterit recurrere pendente prima: Sciendum est, quòd istud fallit in quatuor casibus. Primus casus est, quòd cùm quis plures habeat actiones, vel duas de una re quæ fuerint contrariæ, si utrasque proposuerit, audiri non debet, magis quàm si contraria allegaret. Oportet igitur quòd unam istarum proponat, quam voluerit, quia sese non compatiuntur nec simul stare possunt, quia una excludit aliam: Ut si quis peteret simul sortem & usuras, & terram in dominico & ad terminum. Secundus casus est, ut si illa quæ primò proponitur, pendeat ex alia & quæ posteriùs proponi deberet per ordinem, ut si quis tanquam hæres petat debitum hæreditarium, antequam se probaverit hæredem, & posteà vult inquiri si sit hæres vel non. Præpostera est enim talis petitio. Item si quis petat fundum, rei vendicatione, & statim vult percipere fructus vel colligere, antequam fundum acquisiverit, vel de fructibus agere, antequam prima actio terminetur de principali, repelli debet à secunda actione de fructibus. Primò enim debet constare de re principali per actionem primam, cujus esse debeat, & posteà de ejus pertinentiis. Et unde videtur rationibus prædictis, quòd si quis petat manerium cum pertinentiis, ad quod pertineat advocatio, sicut de pertinentiis, et pendente placito de manerio, antequam convincatur cujus esse debeat, contingat ecclesiam

vacare,

vacare, & ille qui petit manerium, præsentaverit antequam principale terminetur, si placitare voluerit, non audietur per breve de quare impedit nec de ultima præsentatione, & plures sunt hujusmodi actiones, & infinitæ. Tertius casus est, cùm secunda sit præjudicialis primæ, quod non est in primo casu, sed è converso. Ut si à te petam fundum Tycianum quem tu possides, & negas meum esse, & petam viam ad ipsum fundum Tycianum per fundum Sempronianũ qui Tycii est, non sum audiendus in hac secunda actione de via, quæ præjudicat primæ, & quia primò oportet discutere cujus debeat esse fundus Tycianus, ad quem via pertinere debeat. Item si vendico à te aliquem fundum, & antequam convincatur, velim interim tecum agere de communi dividundo, non sum audiendus, pro eo quòd per hanc actionem de dividendo præjudicatur primæ, de principali recuperando. Quartus casus est, si tales sint actiones propositæ, quòd una tollitur electione alterius, ut si agam in causa proprietatis per breve de recto, et posteà velim recurrere ad aliam quæ sit de possessione, non possum, quia per hoc fieret præjudicium primæ, & tamen utraq; actio tam proprietatis quàm possessionis sub actione de proprietate continetur. ¶ 5. Et notandum in fine, quòd cùm quis plures habeat actiones concurrentes de eadem re, una debet experiri, ut F. quòd metus causa. L. similiter, si coactus & C. de tributoria actione. L. quòd in hæredem ff. Eligere. Sed videtur contra F. quorum legatorum L. prima. Ubi dicitur quòd si duæ competant actiones quas actor sciat sibi competere, et protestatus fuerit ex una rem suam consequi velle, licebit ei, et ita potest indefinitè proponere actiones. Solutio. Ubi certus sum duas mihi competere actiones, eligere cogor, ut F. de tributoria L. quod in hæredem. ff. Eligere. Si autem ignorem quæ mihi competat, tunc sub generali verbo, indefinitè possum proponere actiones, ut in L. contraria. Vel ubi ex confessione adversarii dependet mea actio, cogitur adversarius exprimere cùm fuerit interrogatus, utrum pro hærede vel pro possessore possideat, ut sciatur per medium, quæ actio mihi competat actori: licèt titulũ suæ possessionis dicere nemo cogatur. Ut C. de hæredibus L. cogi possessorem. Item si quis duo brevia simul vel diversis temporibus impetraverit, dum tamen ille usus fuerit, electo uno brevi per quod agere voluerit & alio priùs usus fuerit, ex secundo agere non poterit, antequam se retraxerit à primo, ut de abbate de Ryvall & Petro de Sabaudia coram rege. Et notandum quòd ubi duæ actiones de eadem re concurrunt, aut sunt rei persecutoriæ, aut pœnæ. Si autem rei tantùm, tunc in electione actoris erit quam voluerit eligere, ut prædictũ est. Et una electa &c. ut suprà. Ut F. locati, L. si merces. ff. Culpæ nomine. Si autem pœnæ, tunc aut ex uno facto vel diversis, ex uno & eodem facto, ut si quis aliquid per vim rapuerit, tenetur actione furti, & interdicto unde vi, in quo casu, una electa, non potest recurrere ad aliam, nisi quatenus minus consecutus fuerit ex una: ut F. de privatis delictis L. non utique, et F. de actionibus & obligationibus. ff. Si servum. Si autem ex diversis factis, tunc neutra tollitur per aliam, et ibi duæ actiones de eadem re concurrentes, una aliam non consumit, ut in Justic. Item notandum quòd pœnalis actio non datur in hæredes,

nec transit in eos, nisi lis fuerit contestata cum defuncto. Ad hoc facit F. de pullicianis & vectigalibus L. interdum. ff. pœnæ. Ubi dicitur, quòd pœnæ ab hæredibus peti non possunt, si non est quæstio mota vivo illo qui delinquit. Et hoc sicut in cæteris quoq; pœnis, ita & in vectigalibus. Item in causa criminis, & maximè si civiliter agatur. Et injuriarum, illustres personæ p procuratorem agere possunt ut iij. Q. ix. in fine & C. de injuriis L. ultima. Item in eo quòd pœnalis est, non datur in hæredes similésq; personas, nisi in quantum ad eos pvenerit. Item si contra pupillum agatur, vel furiosum, ad damna inde non tenentur, nisi in quantum ad eos pervenerit ut suprà: quia affectu carent, nisi pupillus fortè doli capax sit. ¶ 6. Item actio civilis cùm aliquando triplex sit, & quasi mixta. s. personalis, pœnalis & rei persecutoria, sicut de restitutione spoliatorum, quòd res corporalis & immobilis restituatur spoliato, vel quòd res incorporalis, sicut jus aliquod, in debitum statum reformetur. Sicut dici poterit de servitutibus, ut de jure eundi, agendi, & de jure pascendi in fundo alieno, & hujusmodi: benè poterunt hæc omnia unica actione terminari, sicut per assisam novæ disseysinæ, secundùm diversas species disseysinarum. Personalis enim est, quia tantum datur spoliato, & competit contra spoliatorem in eo quòd pœnalis est. Est etiam pœnalis pter delictum, quia injustè & sine judicio, & quandoque persequitur spoliatorem, si spoliator superstes sit, & in eo quòd pœnalis est extinguitur p mortem utriusq;, vel alterius ipsorum. Est etiam restitutoria tantùm aliquando, & non pœnalis, quantum ad eos qui immunes sunt à delicto disseysinæ, quia pœnā sentire non debet, qui immunis est à culpā, secundùm quod inferiùs dicetur de assisa novæ disseysinæ. Item ex uno facto injurioso, plures possunt oriri actiones pœnales in causa civili, & uni competere vel pluribus contra unum vel plures, & omnes simul benè poterunt intentari, cùm non sint contrariæ vel præjudiciales, sed sese compatiuntur, ut videri poterit, ut si quis nihil juris habeat in fundo alieno, nec aliquam servitutem, contra voluntatem domini, cujus fundus ille fuerit, fossatum levaverit, plures competere poterunt ex hoc domino fundi actiones. s. assisa novæ disseysinæ de libero tenemẽto, ex quo talis sic novum opus fecerit in fundo alieno, & rem alienam sic invito domino contractaverit. Ex hoc etiam poterit ei competere & alia, quòd fossatum illud levatum est ad nocumentum liberi tenemẽti sui, eò fortè quòd per fossatum illud poterit obstrui via aliqua. Item competere poterit ei & tertia, quia per fossatum illud poterit alicujus aquæ cursus injustè ad nocumẽtum domini diverti, & quia ibi sunt plures injuriæ ex uno facto, p hoc poterit delinquens pluribꝰ actionibꝰ teneri uni, & aliquando pluribus, & poterit ille cui injuriatum est omnibꝰ simul si voluerit experiri, vel vicissim, plures enim actiones pœnales de eadem re sive de eodẽ facto concurrentes, una aliam non consumit, quia quatenus minus consequitur p unam, consequi poterit si voluerit p aliam, si vicissim egerit & successivè. Sed cùm plures competant actiones ex uno facto, ut prædictum est, videndũ erit utrum omnes injuriæ unica actione possint terminari, quia cùm lites restringendæ sunt, non expedit pluribus actionibus

nibus uti, cùm una sufficiat pro omnibus, ad demoliendum illud totum quod injuriose factum est, & ad pristinum statum reformetur, quòd res sit sicut solet esse & debet. Unde necessarium erit quòd procedat assisa novæ disseysinæ, quòd fossatum omnino prosternatur, & fiat tenementum adeò planum sicut esse solet: per hoc enim poterit via obstructa aperiri, & aqua trestornata recipere cursum debitum, & sic possunt omnes injuriæ unica actione terminari & secundùm diversitatem nocumentorum poterunt damna æstimari. Si autem primò tantùm ageretur de via obstructa, adhuc pro magna parte remanere poterit injuria de fossato & aqua trestornata, & si primò tantùm de aqua trestornata, adhuc remanere posset in magna parte injuria de fossato, & etiam omnino de via obstructa, & ideò melius est quòd per unicam actionem omnes illæ simul terminentur injuriæ, quàm per plures. Item ex uno delicto sive ex facto, plures oriri poterunt actiones criminales & pœnales, & competere pluribus sicut uni, & contra unum & plures, sive nascuntur ex uno facto vel pluribus, secundùm quod pleniùs dicetur infrà de placitis coronæ, de appellis & pœnalibus actionibus. Item ex uno facto vel delicto, plures possunt oriri actiones pœnales, & pluribus competere sicut uni, ut si cui injuria illata fuerit per illos qui sunt sub sua potestate, sicut sunt filius, filia, vel alii qui sunt de alicujus familia, & in servitio suo verbaraverit, vulneraverit, & malè tractaverit contra pacem, competit ei quidem actio, qui ictus sustinuit & vulnera, et ipsam violentiam directa, ut consequatur suum interesse secundùm æstimationem injuriæ. Competit etiam domino actio indirecta, quatenus suà interfuit non caruisse servitiis famulorum & operibus servorum & hujusmodi. Competit etiam domino actio ex hoc, si tales verberati sunt vel pulsati in dedecus ipsius domini, etiam si servitio & operibus servorum non caruerit, & ita poterit interesse sua aliquando, ratione alterius istorum, & aliquando ratione utriusque, ut si dicat se nolle sustinuisse damnum pro tanto, nec pudorem vel dedecus pro tanto, conjunctim vel divisim. Sed videndum inter cætera quæ istarum sit præjudicialis, & si una dependeat ex alia, et videtur quòd sic: quia esto quòd serviens vel servus, cui violentia illata est, in probatione sua defecerit, licèt querela vera sit, videtur quòd per hoc extincta sit actio domini, quia si factum non probetur, quòd est principale, valere non debeat aliquid quod dependeat ex eo, & proinde quòd talis non verberatur ad dedecus ipsius, nec ad damnum. Sed revera quamvis talis in probatione sua defecerit, nihilominùs subesse possit verum, quòd ita fuit. Et unde si unus non probaverit, alius potest. Idem erit si tales se retraxerint vel sequi noluerint.

Incipit tractatus secundus

Libri tertii, in quo tractatur

De Corona.

Cap. I.

1 ¶ *Qualiter procedere debent justitiarii in Itinere suo & quo ordine.* 2. *De sacramento xij. militum electorum ad dicendum veredictum in placitis coronæ.* 3. *Capitula de quibus xij. respondere debent.*

Of Proceeding in the Eyre.



Facta coram justitiariis itinerantibus generali summonitione, ad certos diem & locum, quæ ad minus continere debet spacium xv. dierum, videndum erit in primis, qualiter ꝓcedere debeat & quo ordine. Et sciendum quòd in primis incipere debent de placitis coronæ, in quib⁹ terminantur actiones criminales, tam majores quàm minores, nisi ipse dominus Rex fortè in aliqua parte aliter duxerit faciendum. Et inprimis legantur brevia, quæ dant eis authoritatem & potestatem itinerandi, ut sciri poterit de eorum authoritate: quibus auditis, si justitiariis placuerit, quidam major eorum & discretior, publicè coram omnib⁹ proponat quæ sit causa adventus eorum, & quæ sit utilitas itinerationis, & quæ cōmoditas si pax observetur, & ꝓponi solent verba ista ꝑ M. de Pateshull. In primis de pace domini regis & justitia ejus violata, ꝑ murdritores & robbatores & Burglatores, qui malitiam suam exercent die ac nocte, non solùm in homines, de loco in locum itinerantes, sed in homines in lectis suis dormientes, & quòd dñs Rex mandat omnib⁹ fidelibus suis, quòd in fide qua ei tenentur, & sicut sua salvare voluerint, efficax & diligens præstent consilium & auxilium, ad pacem & justitiam suam conservandam, & malitiam prædictorum tollendam & reprimendam, & hujusmodi plura. Quibus ꝓpositis, debēt justitiarii se transferre in aliquem locum secretum, & vocatis ad se quatuor vel sex vel plurib⁹ de majorib⁹ de Com̄, qui dicuntur busones com̄, & ad quorum nutum dependent vota aliorum, & sic inter se tractatum habeant justitiarii ad invicem, & ostendant qualiter à dño rege & consilio suo sit ꝓvisum, quòd omnes tam milites quàm alii qui sunt quindecem annorum & ampliùs, jurare debent quòd utlagatos, murdritores, robbatores & burglatores non receptabunt, nec eis consentient, nec eorum receptatoribus, & si quos tales noverint, illos attachiari facient, & hoc vic. & ballivis suis monstrabunt, & si hutesium vel clamorem de talibus audiverint, statim audito clamore, sequātur cum familia & hominib⁹ de terra sua. Ad q̃ notari possit, quòd si quis feloniam fecerit, & statim capt⁹ fuerit, levato hutesio, cessabit secta. Et unde si homo ꝑ infortunium oppressus fuerit, submersus, vel aliquo alio modo mortuus, vel interfect⁹, statim levetur hutesium, sed sequi non oportet de terra in terram, villa in villam, cùm

ma-

The Justices to converse with the busones.

Quære if this is not interpolated, down to et quod illos quos ...

malefactor captus sit. s. la bane. Et posteà traceam conducant per terram suam, & in fine terræ suæ illam monstrabunt dominis terrarum vicinarum: Et sic quòd fiat secta de terra in terram cum omni diligentia, donec malefactores comprehendantur, & quòd non remaneat tracea facienda, nisi impedimentum interveniat p noctem supervenientem, vel alia rationabili causa, et quòd illos quos suspectos habent p posse suo arrestabūt, non expectato mandato justitiarii vel vic. & quòd inde fecerint, scire faciant justitiariis vel vic. Jurabunt etiam quòd si aliquis venerit in villā vel Burgum vel alibi, et emerit panem, cervisiam vel alia victualia, & suspectus habeatur quòd hoc sit ad op⁹ malefactorum, ipsum arrestabunt, et ipsum arrestatum vic. vel ballivis suis liberabunt. Jurabunt etiam quòd nullum de nocte recipient in domū suam ad hospitandum, nisi benè not⁹ sit, et si fortè ignotum aliquem hospitaverint, quòd non pmittent eum in crastino recedere ante clarum diem, et hoc sub testimonio trium vel quatuor proximorum vicinorum. Convocentur postmodùm servientes & ballivi hundredorū, & per ordinē irrotulētur hundredarii sive wapentakia et nomina servientū, quorum quilibet affidabit, quòd de quolibet hundredo eliget quatuor milites, qui statim veniant coram justitiariis ad faciendum præceptum dñi regis, et qui statim jurabūt, quòd eligent xij. milites vel liberos et legales homines, si milites non inveniantur, qui neminem appellant, nec sunt appellati, nec malè crediti de pace infracta, de morte hominis, vel alio maleficio, & per quos negotia dñi regis possint meliùs et utiliùs expediri. Et nomina eorum xij. statim imbreviari faciant in quadā schedula et illā liberent justitiariis, qui etiā cum venerint, jurabunt in hac forma, prim⁹ sic. ¶ 2. Hoc audite justitiarii, quòd ego veritatem dicam de hoc q à me interrogabitis ex parte dñi Regis, et fideliter faciam id q mihi præcipietis ex parte dñi Regis, et p aliquo non omittam, quin ita faciam p posse meo. sic me deus adjuvet, et hæc sancta dei evangelia. Et post eum jurabit quilibet aliorum separatim, et p se. Tale sacramētum quale A. prim⁹ jurator s. hic juravit, ego tenebo ex parte mea, sic me deus adjuvet & hæc sancta &c. Et cùm ita juraverint omnes, legantur eis capitula p ordinem, de quib⁹ coram justitiariis respondebunt. Quib⁹ sic auditis, statim dicatur eis, quòd de quolibet capitulo, separatim & p se sufficienter, distinctè & apertè respōdeant in veredicto suo, & illud habeant ad certum diem, & secretè dicatur eis, quòd si sit aliquis in hundredo vel wapentakio suo, qui malè creditus sit de maleficio aliquo, illum statim capiant si possint, si autem non, tunc secretò habere faciant justitiariis nomina talium, et omnium illorum qui malè crediti sunt in quadam schedula, et præcipietur vicec. quòd illos statim capiat, et captos venire faciat coram justitiariis, ut justitiarii de iis faciant justitiam. Capitula verò quæ illis duodecim proponenda sunt quandoque variantur, secundùm varietatem temporum & locorum, & quandoque augentur, quandoque minuuntur. Sed tamen aliquid dicatur de Capitulis (exempli causa) qualiter per ordinem proponuntur. ¶ 3. Inprimis de veteribus placitis coronæ, quæ aliàs fuerunt coram justitiariis, & non fuerunt

terminata. De novis placitis coronæ, quæ posteà emerserunt tempore pacis, p ꝙ notari poterit p capitula ista, quòd non erit quærendum de placitis illis coronæ quæ emerserunt ante aliud iter justitiariorū, & quæ coram eis ꝓposita non fuerunt. Et si aliquis illorū de hujusmodi fuerit accusatus, inde habebit exceptionem, & etiam possunt juratores xij. de alio itinere argui de ꝑjurio, ut de termino s. Michaelis annī regni regis H. nono incipiente decimo, de quodā Henrico Romband in comitat͂ Hertford. De illis qui sunt in misericordia domini regis, & non sunt amerciati, ad ꝙ videndum, qualiter quis sit amerciandus. Et sciendum quòd miles & liber homo non amerciabitur nisi secundùm modum delicti, secundùm ꝙ delictum fuit magnum vel parvum, & salvo contenemento suo. Mercator verò non nisi salva merchandisa sua: Et villanus autem non nisi salvo wannagio suo, & hoc p judicium ꝓborum hominum de visneto, qui affidabunt simul cum serviente. Comites verò, vel Barones non sunt amerciandi, nisi p pares suos, & secundùm modum delicti, & hoc p Barones de scaccario, vel coram ipso rege. Clericus vero non amerciabitur, secundùm beneficium suum ecclesiasticū, sed secundùm quantitatem laici feodi sui, & secundùm modum delicti. Et ad hoc fideliter faciendum affidabunt amerciatores, quòd neminem gravabunt p odium, nec alicui deferent ꝓpter amorem & quòd celabunt ea quæ audiverunt. De valectis & puellis, qui sunt & esse debent in custodia dn̄i regis, qui sunt, et qui illos habent, & p quem, & quantum terræ eorum valent. De dominab᷒, quæ sunt & esse debent de donatione domini regis sive sint maritatæ sive non, & si sint maritatæ, quibus & p quem, & quantū terræ illarū valent p ann̄. De ecclesiis quæ sunt de advocatione dn̄i regis, quæ ecclesiæ illæ sunt, & qui illas habent & p quem, & quantum valent p ann̄. De eschaetis dn̄i regis, quæ sunt, & quis illas tenet, & p ꝙ servitium, tam de terris Normannorum, quàm de aliis, & si quæ teneantur sine warranto, capiantur in manum dn̄i regis. De Serjantiis dn̄i regis, quæ sunt, & qui illas tenent & p quem, & cujusmodi serjantiæ illæ sunt, & quantum valent & quæ servitia reddant. De purpresturis factis sup dn̄m regem, sive in terra, sive in mari, sive in aqua dulci, sive infra libertatem, sive extra, sive alibi ubicunq;. De mensuris factis & juratis p regnum, si servatæ sint sicut ꝓvisum fuit, & si custodes mensurarum mercedes ceperint ab aliquo, quòd possint p alias emere & p alias vendere, quod quidem intelligatur de omnib᷒ mensuris, tam ulnis quàm ponderibus, & si assisa de latitudine pannorum servata sit sicut fuit ꝓvisum, & si quis denarios ceperit ꝓ pannis cōtra assisá venditis. De vinis venditis in civitate, burgis, & aliis villis mercatoriis, ubi vina vendita sunt, contra assisam, & quis ea vendiderit, et quot dolia per annum & per quot annos. De illis qui ceperunt denarios ab illis, qui extraneos hospitati sunt contra assisam inde factam anno præterito. De vic. & aliis ballivis dn̄i regis, qui tenuerunt placita coronæ & quæ placita sunt & qui convenire faciunt hundreda sive wapentakia ꝓ inquisitionib᷒ faciendis de morte hominis vel aliis placitis coronæ, & si ceperint misericordias pro defaltis, vel pro Uthesio non levato vel non secuto. De usurariis,

This is the provision of Magna Charta.

Quære of this Assize, which would fix the date of this book.

rariis christianis mortuis, qui fuerunt, & q catalla habuerunt, & quis ea habuerit. De catallis Judeor occisor, & vadiis & debitis & chartis eor, & quis ea habeat. De falsonariis & retonsoribus denarior. De moneta & chambio domini Regis, sc. quis fecit monetam & chambium sine domino Rege, vel justitiariis suis. De burglatoribus & malefactoribus & eor receptatoribus tempore pacis. De fugitivis, & quis redierit post fugam sine warranto dñi Regis. De utlagatis & fugitivis & eor catallis, quis ea habet, & si qui utlagati redierint sine warranto. De hiis per quor terram utlagati, raptores, vel burglatores transierunt, qui non fecerunt sectã post eos, sicut facere debuerunt. De mercatis remotis ab uno die in alium, sine licentia dñi Regis, nisi sit de die dominica, & si quod mercat de novo levat fuit, sine warranto aut præcepto dñi Regis. De novis consuetudinibus levatis, sive in terra sive in aqua, quis eas levavit & ubi. De mercede capta pro blado & aliis catallis dimittendis, ne caperentur ad castella & hujusmodi, & similiter de prisis factis p vic. constabularium vel alios ballivos contra voluntatem eor, quorũ catalla illa fuerunt, de defaltis, sci. de iis qui summoniti fuerunt ad esse hîc coram justitiariis & non sunt. Et qui non venerunt primo die de gaolis deliberatis, sine warranto domini Regis, & similiter de illis qui tenuerunt placita de pbatoribus, sine warranto. De evasione latronum. De wrecko maris, de malefactoribus in parcis & vivariis, qui illi sunt, & eodem modo de columbariis, & qui columbas capiunt revertentes ad columbaria. De rapinis & prisis factis extraneis, per quos hoc factum fuit, & quãdo & ubi & in cujus potestate. De illis qui non pmittunt ballivos dñi Regis intrare in terras suas, ad sumonitiones & attachiamenta, vel districtiones faciendas, pro debitis dñi Regis vel pro placitis, & aliis rebus sine speciali libertate. De ballivis qui ceperunt dona vel denarios, pro recognitoribus amovendis, de juratis & assisis, & similiter de vic. & ballivis qui ceperunt redemptionem de valetis integr feod militis tenentibus, vel viginti libratas terræ habentib', ne milites fierent ad mandat dñi Regis, cũ vic. & alii ballivi dñi Regis inde pcept haberent speciale, de talibus, plenæ ætatis existentibus, milites faciẽdis. De vic. & aliis ballivis qui placita coronæ, & namii vetiti placitãt & terminant in com, hundredis, vel p sacrament vel alio modo, cũ nullam inde habeant potestatẽ sine speciali mandato dñi Regis, & per breve suum, nisi tant vic. qui est in hoc justitiarius dñi Regis super injusta captione & detentione. De excessibus vic. & alior ballivor, si aliquã litem suscitaverint occasione habendi terras, vel custodias vel perquirẽdi denarios, vel alios pfectus vel p q justitia & veritas occultetur vel dilationem capiat. De vic. & aliis ballivis ambidextris, qui capiunt ex utraque parte. De thuthingis, hundredis, sive wapentakiis & aliis ballivis domini Regis positis ad firmã, tempore prædictorum vic. quantum valent, & p quanto posita fuerunt quolibet anno temporibus prædictorum vicecomitum, & pro quanto modò posita sunt, de prisis domini Regis in terra, sive in aqua dulci, vel salsa, & libertatibus spectantibus ad castella sua, sive ad comitatum, sive ad burgos suos, sive ad alia quæcunque loca, quæ sunt, & quantum valeant per annum,

&

& quis ea occupaverit vel celaverit, vel detinuerit. De Vicecom̄ & aliis ballivis qui ceperunt denarios ab illis qui rectati fuerunt de morte hominis, ut dimitterent eos per plevinam, cùm non essent replegiandi sine speciali p̄cepto domini Regis. De vicecom̄ & aliis ballivis, qui imprisonaverunt illos qui rectati fuerunt de latrocinio per indictamentum vel appellum probatoris, & illos in prisona detinuerunt quousque haberent de illis redemptionem, cùm possent & deberent per legem terræ replegiari, sine aliqua redemptione, vel si à talibus redemptionem ceperunt ne imprisonarentur. De vicecomitibus & aliis ballivis, qui bis vel pluries denarios ceperunt ab aliquo, ac si pluriès esset amerciatus cùm amerciatus non esset nisi semel. De vicecom̄ & aliis ballivis, qui distrinxerunt plures unum nomen habentes, pro pluribus amerciamentis, ubi non fuit amerciatus nisi unus tantùm. De vicecom̄ & aliis ballivis qui distrinxerunt aliquem ad payandum & faciendum plus, q̄ id ad quod fuit amerciatus per summonitionem scaccarii. De ballivis qui faciunt cervisias suas, quas quandoq; vocant **Scothale** quandoque **Filctale**, ut pecunias extorqueant ab eis qui sequuntur hundreda sua & ballivas suas, & de illis similiter qui licèt cervisiam non faciant, blada tamen colligunt in autumno, agnos & alia prætextu ballivæ suæ, per quod pauperes gravant & molestant. De catallis extraneorum, de potestate Regis Franciæ existentium, dum Rex fuit in Vasconia, quò devenerunt, &c. De denariis captis pro defaltis per ballivos de iis qui non venerūt ad summonitionem vicecomitis, quis eos ceperit & quantum. De iis qui levaverunt warrenniam sine sufficienti warranto. De iis qui manuceperunt habendi aliquem coram justitiariis in adventu ipsorum & non habuerunt eum primo die. De iis qui retraxerunt brevia & alteri parti vendiderunt, p̄ quod dn̄s Rex amisit id quod ad ipsum inde p̄tinebat. De thesauris inventis &c. De felonibus damnatis & suspensis alibi, q̄ corā justic. ad omnia placita ad quorum manus catalla devenerunt, & qui terras (si quas habent) teneāt, & à quo tēpore, & quant̄ valent per ann̄. De iis qui currunt in alienis warrennis sine warranto dominor̄. De vic. & aliis ballivis domini Regis qui ceperint mercedem, p̄ vigiliis constitutis & non observatis.

Cap. II.

1 ¶ *Breve de generali summonitione in itinere justitiariorum itinerantium apud Shipwey in com' Kanc. infra libertatem quinq; portuum. Item capitula.* 2 *Breve vic. Norff. & Suff. quòd sciri faciat hominib' in Jermewe & Donewiz.*

REx dilectis & fidelibus suis Ballivis de Hastings salutem. Præcipimus vobis quòd omni occasione postposita, sitis apud Shipwey ad talem diem coram dilectis & fidelibus nostris talibus, & illuc tunc venire faciatis viginti quatuor de legalioribus & discretioribus Baronibus de Hastings, & alios, sicut venire solent & debent ad placitum de Shipwey, ad respondendum coram præfatis justitiariis nostris de capitulis subscriptis. De veteribus placitis Coronæ, quæ alias fuerunt coram justitiariis apud Shipwey,

wey, & nō fuerūt terminata. De novis placitis coronæ nr̃æ q̃ infra libertatē vestrā emerserunt tēpore pacis, postq̃ justitiarii ultimò itineraverunt apud Shipwey. De iis qui sunt in misericordia dñi Regis & nō sunt amerciati. De ecclesiis q̃ sūt de advocatione dñi regis, q̃ ecclesiæ illæ sūt, & qui illas habēt, & ꝑ quē, & quant valent ꝑ ann̄. De assisis pannorū si servatæ sint sicut ꝓvisum fuit, & si quis denarios cepit ꝓ pannis contra assisā venditis. De eschaetis dñi Regis, q̃ sunt, & qui illas tenent, & per ꝙ servitiū, tam de terris Normannorū q̃ de aliis, & si q̃ teneantur sine warrāto capiātur in manū dñi Regis. De illis qui robbaverunt in terris vel in aqua post pacē clamatā. De purpresturis factis super dñm Regem, sive in terra sive in mari sive in aqua dulci, sive infra libertatem sive extra, sive alibi ubicunq;. De mensuris factis & juratis ꝑ regñ, si servatæ sint sicut ꝓvisum fuit, & si custodes mensurarū mercedē ceperunt ab aliquo quòd possit ꝑ alias emere & ꝑ alias vēdere: ꝙ quidē intelligatur de oñibꝰ mēsuris tā ulnis q̃ ponderibꝰ. De vinis venditis, &c. De thesauro, &c. De catallis Frācorū, &c. De falsonariis, &c. De burglatoribꝰ, &c. De mercatis, &c. De chābio, &c. De Fugitivis, &c. De Mercede, &c. De novis consuetudinibꝰ, &c. De defaltis, &c. De gaolis, &c. De rapinis, &c. De navibus captis in guerra & traditis ꝑ Wil. de Wrothehā, cui tradebantur, & quis illas habeat vel quid de illis actū sit. De illis qui vendiderunt naves vel maeremiū ad naves faciendas inimicis patris dñi Regis & suis contra ꝓhibitionem patris ipsius dñi Regis. Faciatis etiam venire corā eisdem justitiariis nr̃is ad ꝑfatū terminū, oñia placita & oñia attachiamenta q̃ venire & terñi debent & solēt corā justitiariis placita tenētibꝰ apud Shepwey. Teste, &c. Eodē modò & per eadē verba scribatur ballivis de Romual, ballivis de Heya, ballivis de Dover & ballivis de Sandwyz, ita ꝙ quilibet eorū portuū habeat literas ꝓ se in ꝑdicta forma. Et quoniā sæpius contentio est inter hoĩes ꝑdictorū portuū, & homines de Gernemuth & de Donwich, fiat breve vic. Norff. & Suff. in hac forma. ¶ 2. Rex vic. Norff. & Suff. salutē. Sciatis ꝙ summoneri fecimꝰ ad talē diē apud Shepwey, oñia placita de quinq; portubꝰ sicut teneri debent & solēt corā justitiariis apud Shipwey. Et ideò tibi ꝑcipimꝰ, ꝙ hoc sciri facias hominibꝰ de Jernemewe & ballivis de Donewiz, ita ꝙ si aliquis cōqueri voluerit de aliquo qui sit de libertate vel infra libertatem quinq; portuū, tunc sit apud Shipwey corā ꝑfatis justitiariis nostris querelā suā ꝓpositurꝰ & justitiam inde recepturus. Teste, &c.

Cap. III.

1 ¶ De crimine læsæ majestatis & suis speciebꝰ. 2 De crimine falsi & suis speciebꝰ. 3 De occultatione thesauri invēti. 4 Quid est thesaurꝰ. 5 Quid sit wreckū & de grosso pisce, sc. Sturgiō & Balena. 6 De assisis regni juratis si non observentur.

CUm sint quædam crimina capitalia quæ inducunt corporalem pœnam, quandoque ultimum supplicium, quandoque membrorum truncationem, secundum quod fuerint majora vel minora, & quorum quædam sunt publica,

publica & quædam privata, & publicorum quædam majorem pœnam inferunt, propter personam contra quam præsumitur, sicut est crimen læsæ majestatis, ut si contra personam ipsius Regis sit præsumptum, quod quidem crimen omnia alia crimina excedit quoad pœnam, ideò primò dicendum est de hoc crimine læsæ majestatis. Habet enim crimen læsæ majestatis sub se multas species, quarum una est, ut si quis ausu temerario machinatus sit in mortem domini Regis, vel aliquid egerit vel agi procuraverit ad seditionem domini Regis, vel excercitus sui, vel procurantibus auxilium & consilium præbuerit vel consensum, licèt id quod in voluntate habuerit nõ perduxerit ad effectum. Ad accusationem verò hujus criminis, admittitur quilibet de populo, liber homo & servus & minor infra ætatem constitut᷑, dum tamen accusatus attachietur usque ad ætatem accusantis, & hoc dico, dum tamen sit ille qui accusat integræ famæ & non criminosus, quia criminosi ab omni accusatione repelluntur, ut si accusans fuerit latro cognitus vel utlagatus, vel aliquo genere feloniæ convictus vel convincendus. Nec etiam admittuntur ad accusationem in crimine læsæ majestatis, aliquo casu conspiratores, vel crimini consentientes, & in hoc casu pertinet tota accusatio ad accusantem, & ad ipsum Regem. Continet etiam sub se crimen læsæ majestatis, crimen falsi, quod quidem multiplex est: ut si quis falsaverit sigillum domini Regis, vel monetam reprobam fabricaverit & hujusmodi, secundùm quod, inferiùs dicetur. Si sit aliquis qui alium noverit inde esse culpabilem, vel in aliquo criminosum, statim & sine intervallo aliquo accedere debet ad ipsum Regem si possit, vel mittere, si venire non possit, ad aliquem Regi familiarem & omnia ei manifestare per ordinem. Non enim debet morari in uno loco per duas noctes, vel per duos dies antequam personam Regis videat, nec debet ad aliqua negotia, quamvis urgentissima, se convertere, quia vix permittitur ei quòd retro aspiciat. Quod autem si ad tempus dissimulaverit & subticuerit, quasi consentiens & assentiens, erit seductor domini Regis manifestus, sive accusatus proprius fuerit homo, vel alienus: & si post intervallum accusare velit, non erit de jure audiendus, nisi docere poterit se fuisse justis rationibus impeditum. Si quis autem de hoc crimine fuerit diffamatus, tunc videndum erit utrum appareat accusator vel non, si autem nullus appareat, nisi sola fama quæ tantùm apud bonos & graves oriatur, hic salvò attachiabitur per salvos & securos plegios, vel si plegios non habuerit, per carceris inclusionem, donec de crimine sibi imposito veritas inquiratur, & si condemnandus fuerit, ultimum supplicium sustinebit cum pœnæ aggravatione corporalis, & omnium bonorum amissione, & hæredum suorum perpetua exhæredatione, ita quòd nec ad hæreditatem paternam vel maternam admittuntur. Est enim tam grave crimen istud, quòd vix permittitur hæredibus quòd vivant. Et si aliquando fortè ad successionem admittantur tales, hoc magis erit de gratia quàm de jure. Si autem appareat accusator, tunc primò capiatur ab eo securitas de prosequendo, & si plegios non habuerit, sufficit pro securitate sola fidei datio, & hæc ideò: quia si ad plegios inveniendos districtè tenere-

teneretur, alii se abstinerent à consimili accusatione. Facta igitur securitate de prosequendo, ut prædictum est, statim capiatur accusatus & carcerali custodiæ mancipetur, nec erit per plegios dimittendus, nec per ballivum sine speciali præcepto domini Regis, non magis quàm de homicidio perpetrato, & si liberè & sine districtione venire voluerit, & liberè respondere, liberè debet recedere, nisi judicium ei incumberet. Utroque autem apparente, tam accusante quàm accusato, proponat accusans appellum suum in hunc modum: scilicet dicere debet se interfuisse & vidisse certo loco, certo die, certa hora, & scivisse ipsum accusatum prælocutum fuisse mortem regis, vel seditionem suam vel exercitus sui, vel consensisse, vel auxilium & consilium impendisse, vel ad hoc autoritatem præstitisse, & hoc ego juxta considerationem curiæ disrationare paratus sum. Accusato etiam è contra per ordinem negante, solet appellum istud per duellum terminari, nec erit locus concordiæ, nisi hoc sit de voluntate ipsius Regis. Poterit tamen accusatus ad appellum respondere, & illud determinare antequam duellum vadietur. Dicere enim poterit appellatus, cùm feloniam defenderit & seditionem domini Regis & totum quicquid ei imponitur, & petere sibi allocari quòd appellans est latro cognoscens, & latro captus & imprisonatus pro latrocinio, & quòd fregit prisonam & à prisona evasit, vel quòd utlagatus fuit, ita quòd nihil restat de eo judicandum nisi tantùm executio judicii. Item petere poterit sibi allocari, quòd cùm dicat appellans quòd alii plures fuerunt cum eo ubi prælocutio illa facta fuit, quòd ipsi nunquam simul fuerunt aliquo tempore de die vel de nocte, vel aliquo alio tempore. Item petere poterit sibi allocari, quòd cùm idem appellans post diem quo prolocutio illa fieri debuit & seditio, ductus esset aliàs coram justitiariis pro alia transgressione, nihil locutus fuit de tali seditione domini Regis. Item petere poterit sibi allocari, quòd ex quo appellans talem scivit seditionem esse prolocutam, statim & sine mora non accessit ad Regem, ut hoc ei ostenderet, sed hoc per tantùm tempus subticuit, quòd interim posset domino Regi (si ita esset) periculum iminere: Et unde in appello suo audiri non deberet, sicut inimicus & traditor domini Regis, & consentiens feloniæ. Item petere poterit sibi allocari, quòd cùm hoc fieri deberet tali tempore, & appellans esset sæpius in curia domini Regis, & cum Rege sæpius loqueretur, vel loqui posset si vellet, de hoc nihil ei ostendit. Item petere poterit sibi allocari, quòd cùm ipse appellatus venerit coram ipso appellante, & staret inter plures, ipsum nõ cognovit nec scivit ipsum ab aliis discernere. Poterit etiã petere plura alia sibi allocari, de die, & hora, & variatione, & aliis plurib᾽, secund ꝙ, inferiùs dicetur de appellis. Ad exceptiones istas, oportet quòd appellans respondeat ad singulos articulos per ordinem, ut sic reducat appellum ad judicium. Et tunc vidend᾽ quis possit & debeat judicare, & sciendum ꝙ non ipse Rex, quia sic esset in querela ꝓpria actor & judex, in judicio vitæ, membrorum, & exhæredationis, quod quidem non esset, si querela esset aliorum. Item justitiarii? non, cùm in judiciis, ꝑsonam domini Regis cujus vices gerit, repræsen-

præsentet. Quis ergo judicabit? videtur, sine præjudicio melioris sententiæ, quòd curia & pares judicabunt, ne maleficia remaneant impunita, & maximè ubi periculum vitæ fuerit & membrorum vel exhæredationis, cum ipse Rex pars actrix esse debeat in judicio. Sed in hac parte ut videtur, erit distinguend', quale sit factum de quo proponitur appellum, utrum sc. sit ibi felonia vel transgressio, quia quælibet transgressio dici non debet felonia, quamvis è converso. Si autem ibi fuerit felonia, tunc judicãda sunt verba appelli, ordo & processus, ut sciri possit si inter appellat' & appellantem jungi possit duell', quia si ad appellum accusantis paratus esset appellatus, sine responsione vadiare duellum, præcedere deberet examinatio, ut prædictum est. Et si sine examinatione contra justitiam esset vadiatum, per examinationem posset devadiari. Si autem tale sit factum, quòd debeat ibi magis transgressio quàm felonia denotari, remanebit duellum, sed tunc videndum utrum transgressio illa quæ tangit Regem gravis fuerit vel levis, sive sibi, sive uxori & pueris. In suis verò poterit Rex injuriari. Si autem levis fuerit transgressio quæ pœnam infligat pecuniariam tantùm, & levem, benè possunt justitiarii sine paribus judicare. Si autem gravis fuerit transgressio & proxima exhæredationi, quòd redemptionem inducat, ibi debent pares justitiariis associari, ne ipse Rex per seipsum vel justitiarios suos sine paribus actor sit & judex. ¶ 2. Est & aliud genus criminis læsæ majestatis, quod inter graviora numeratur, quia ultimum inducit supplicium & mortis occasionem, sc. crimen falsi, in quadam sui specie, & quod tangit coronam ipsius domini Regis, ut si aliquis accusatus fuerit vel convictus, quòd sigillum domini Regis falsaverit, consignando inde chartas vel brevia, vel si chartas confecerit & brevia & signa apposuerit adulterina, quo casu si quis inde inveniatur culpabilis, vel seysitus, si warrantum non habuerit, pro voluntate Regis judicium sustinebit, & si warrantum habuerit, & warrantizaverit, liberabitur & tenebitur warrantus. Si autem cùm warrantum nominaverit, warrant' subtraxerit se, exigendus erit & utlagandus, sed ille qui captus est, non erit propter hoc dimittendus, nec liberabitur, nisi, quòd culpabilis non sit, posuerit se super patriam, & si forte cùm venerit, de warrantia ei defecerit, bene poterit inter eos ad duellum perveniri. Est & aliud genus criminis, quod sub nomine falsi continetur, & tangit coronam domini Regis, & ultimum inducit supplicium, sicut de illis qui falsam fabricant monetam, & qui de re non reproba faciunt reprobam, sicut sunt retonsores denariorum, qui cùm sint in seysina, sæpius non contingit ipsos liberari per warranti vocationem. Socios autem & coadjutores & ministros habere poterunt in hoc opere, quos si appellare voluerint audientur. ¶ 3. Est inter cætera gravis præsumptio contra Regem & dignitatem & coronam suam, quæ quidem est, quasi crimen furti, scilicet occultatio thesauri inventi fraudulosa, ut si quis accusatus fuerit, quòd thesaurum inveniret, scil. aurum vel argentum, vel aliud genus metalli, quocunque loco, cùm super hoc apud bonos & graves fuerit diffamatus per patriam, statim attachietur quòd sit coram justi-

justiciariis in adventu eorum, ubi si negaverit se aliquid invenisse, poterit veritas per patriam declarari, & cùm non sit de aliquo seysitus, poterunt tamen contra ipsum esse præsumptiones probabiles, quibus standum erit donec per patriam probetur contrarium. Poterunt autem tales esse præsumptiones, ut si solito ditiùs se habuerit in vestibus & in aliis ornamentis, cibis & potibus & hujusmodi, qui cùm super hoc fuerit convictus, erit gaolæ committendus, & postea graviter, pro voluntate domini regis redimendus, & non refert quo loco hujusmodi thesaurus inveniatnr, secundùm tempora moderna, licèt aliter hoc antiquitùs fuerit observatum. ¶ 4. Est autem thesaurus, quædam vetus depositio pecuniæ, vel alterius metalli, cujus non extat modo memoria, ut jam dominum non habeat, & sic de jure naturali, fit ejus qui invenerit, ut non alterius sit. Alioquin si quis aliquid lucri causa, vel metus, vel custodiæ recondiderit sub terra, non erit thesaurus, cujus etiam furtum fit. Thesaurus fortunæ donum creditur, & nemo, servorum opera, thesaurum quærere debet, nec propter thesaurum terram fodere, sed si alterius rei tunc operam sumebat, & fortuna aliud dedit. Cùm igitur thesaurus in nullius bonis sit, & antiquitùs de jure naturali esset inventoris, nunc de jure gentium efficitur ipsius dñi regis. Et sunt alia quædam quæ in nullius bonis esse dicuntur, sicut wreckum maris, grossus piscis, sicut Sturgio & Balena & aliæ res quæ dominum non habent, sicut animalia vagantia quæ nullus sequitur, petit, vel advocat, & quæ sunt ipsius domini regis propter suum privilegium, & eorum quibus ipse rex concesserit talem libertatem aut privilegium, & unde videndum, quod dici debeat wreckum.

¶ 5. Et sciendum quòd wreckum dici poterit, quasi derelictũ, ut si quid (navis levandæ causa) à nave ꝓjectũ fuerit ab aliquo, sine animo retinendi vel repetendi, id ꝓpriè dici poterit wreckum, cùm res ꝓjecta habita sit ꝓ derelicta, & si habita sit ꝓ derelicta videri poterit ꝑ præsumptiones, ut si liber projectus fuerit, utrũ inveniatur clausus vel aptus, cùm cõmodè claudi possit & benè, & sic de similibus. Item magis ꝓpriè dici poterit wreckũ, si navis frangatur, & de qua nullus vivus evaserit, & maximè si dominus rerũ submersus fuerit, & quicquid inde ad terrã venerit erit dñi regis, nec aliquis alius aliquid à dño rege inde vendicare poterit, vel habere, quamvis prope littus maris prædia possederit, nisi de wrecko habendo speciali gaudeat privilegio. Et quòd hujusmodi dici debeant wreckum verum est, nisi ita sit quòd verus dominus aliunde veniens, per certa indicia & signa, docuerit res esse suas, ut si Canis vivus inveniatur, & constare possit quòd talis sit dominus illius canis, præsumitur ex hoc illum esse dominum illius canis & illarum rerum. Et eodem modo, si certa signa apposita fuerint mercibus & aliis rebus. Et ea quæ dicta sunt, locum habent si res in littore maris inveniantur, & illud idem si ꝓpe littus vel longiùs in mare, dum tamen constare poterit in veritate, quòd in littore essent applicandæ. Sed quid si in mari longiùs à littore inveniantur, ita quòd constare non possit ad q. terram vel regionem esset applicandæ, tunc quicquid ita inventum fuerit erit inventoris, eò quòd in nullius bonis esse dicatur, & dicitur à nautis

tis Lagan & ꝙ ideo occupanti conceditur, quia non est aliquis qui inde privileg' habere possit, Rex non magisq; privata pſona, ꝓpter incert̃ rei event̃. De Sturgione verò ita observatur, ꝙ Rex illum habebit integrũ ꝓpter suũ privileg', de Ballena verò, sufficit, secundùm quosdam, si Rex inde habuerit caput, & Regina caudã. ¶ 6. Est enĩ gravis pſumptio contra Regem & Coronam & dignitatẽ suã, ut si assisæ statutæ & juratæ in regno suo ad cõmunem regni sui utilitatẽ non fuerint observatæ, secund' ꝙ superius videri poterit inter capitula supradicta, & unde transgressorib' quandoq; infligitur pœna corporalis, sc. pilloralis vel Tumboralis cum infamia, secundũ regni statuta, & quandoq; pœna pecuniaria, & quandoq; villæ abjuratio, secund̃ diversitatem delictorum.

Cap. IV.

1 ¶ *De crimine homicidii & qualiter dividitur.* 2 *Quid sit homicidium.*

Est etiã inter alia crimina, crimen capitale ꝙ in parte tangit ipsum regẽ, cujus pax infringitur, & in parte privatã pſonã, qui nequiter & contra pacem dñi Regis occiditur. Et unde inprimis dicend̃ est de homicidio, quid sit homicidiũ, & unde dicatur, q̃ ejus species, & qua pœna homicidæ puniantur. ¶ 3. Et est homicidium hominis occisio ab homine facta, si enim à bove, cane, vel alia re, non dicetur ꝓpriè homicidium. Est enim dict' homicidium ab homine & cædo, quasi hominis cædium. Species homicidii sunt plures, nam aliud spirituale, aliud corporale: de spirituali verò ad præsens non est hic dicend', sed corporale est, quo homo occiditur corporaliter, & hoc dupliciter committitur, lingua vel facto. Lingua tribus modis, sc. pcepto, consilio, defensione sive tuitione. Facto, quatuor modis, sc. justitia, necessitate, casu & voluntate. Justitia, ut cùm judex, vel justitiarius vel minister reum justè damnat̃ occidit. Istud autem homicidiũ, si fit ex livore vel delectatione effundendi humañ sanguinẽ, licèt justè occidatur iste, tamen peccat mortaliter ꝓpter intentionẽ corruptã. Si vero hoc fiat ex amore justitiæ, non peccat judex ipsum condẽnando ad mortem, & pcipiendo ministro ut occidat eum, nec minister si missus à judice occidat condemnat̃, peccare tamen uterque si hæc fecerint juris ordine non servato. Necessitate, quo casu distinguendum erit utrum necessitas illa fuit evitabilis vel non. Si autem evitabilis, & evadere posset absque occisione, tunc erit reus homicidii. Si autem inevitabilis, quia occidit hominem sine odii meditatione in metu & dolore animi, se & sua liberando, cùm aliter evadere non posset, non tenetur ad pœnam homicidii. Casu, sicut per infortunium, cùm aliquis projicit lapidem ad avem vel animal, & alius transiens ex insperato percutitur & moritur, vel si quis arborem inciderit, & per casum arboris, aliquis opprimatur & hujusmodi. Sed hic erit distinguendum, utrum quis dederit operam rei licitæ vel illicitæ: si illicitæ, ut si lapidem projiciebat quis versus locum p quem consueverunt homines transit̃ facere, vel dum insequitur quis equũ vel bovẽ, & aliquis à bove vel equo percussus fuerit & hujusmodi, hœc im-

imputatur ei. Si vero licitæ rei operam dabat, ut si magister causa disciplinæ discipulum verberat, vel si cùm quis deponebat fœnum de curru, vel arborem incidebat & hujusmodi, hic si adhibuit diligentiam quam potuit. s. respiciendo & proclamando, sed non nimis tardè vel dimissè, sed tempore congruo & alte, & ita quòd si aliquis ibi erat vel illuc veniebat posset aufugere & sibi præcavere, vel magister non excedendo modum in verberando discipulum, non imputatur ei. Sed si dabat operam rei licitæ & non adhibuit diligentiam debitam, imputabitur ei. Voluntate, ut si quis ex certa scientia, & in assultu præmeditato, ira vel odio, vel causa lucri nequiter & in felonia & contra pacem domini Regis aliquem interfecerit. Et fit aliquando hujusmodi homicidium pluribus astantibus & videntibus, aliquando verò clanculò, nemine vidente, ita quod sciri non possit quis sit occisor, & hujusmodi homicidium dici poterit murdrum, secundùm quod inferiùs dicetur. Pœna vero homicidii duplex est, spiritualis vz. & corporalis, spiritualis tollitur per patientiam & pœnitentiam. Et occidit quis alium dupliciter, quandoq; lingua, quandoq; facto. Lingua, ut si quis dissuadet, & sic dissuadendo retrahit aliquem à bono ꝓposito volentem alium liberare à morte, & sic quodammodo indirectè facit quis homicidium. Pœna verò homicidii, commissi facto, variatur: ꝓ homicidio verò justitiæ justa, & recta intẽtione facto, non est aliqua pœna insligenda. Si sit aliquis qui mulierem prægnantem percusserit, vel ei venenum dederit per quod fecerit abortivum, si puerperium jam formatum vel animatum fuerit, & maximè si animatum, facit homicidiũ. Possunt etiam esse plures culpabiles de homicidio sicut unus, ut si plures rixati fuerint inter se in aliquo conflictu, & aliquis sit interfectus inter tales, nec appareat ex quo nec ex cujus vulnere, omnes dici possunt homicidæ, & illi qui percusserunt, & qui tenuerunt malo animo dum percussus fuerit. Item & illi qui voluntate occidendi venerunt, licèt non percusserunt. Item & illi qui nec occiderunt, nec voluntatem occidendi habuerunt, sed venerunt ut præstarent consilium & auxilium occisoribus, quamvis aliquando eorum violentia repellatur. Item non solùm tenetur ille qui percutit & occidit, verùm & ille qui præcipit percutere & occidere, quia cùm non sint immunes à culpa, immunes esse non debeant à pœna. Nec etiam ille, qui cùm posset hominem à morte liberare, non liberavit. Item fit homicidium in bello, & tunc videndum utrum bellum sit justum vel injustum. Si autem injustum, tenebitur occisor: Si autem justum, sicut ꝓ defensione patriæ, non tenebitur, nisi hoc fecerit corrupta voluntate & intentione.

P ex voluntate

P The punishment

P Cases of Homicide

Cap. V.

1 ¶ *De officio Coronatorum circa homicidium.* 2. *De inquisitionibus ubi occisus fuerit.* 3. *De attachiando culpabiles.* 4. *Si in campis vel in boscis.* 5. *Si notus vel ignotus.* 6. *Si occisor fugiat.* 7. *De submersis.* 8. *Quæ sunt deodanda.*

Cum autem contingat homicidium fieri quandoque in domibus, quandoque in villis, quandoque in vicis, quandoque in campis extra villam, & etiam in nemoribus, & ad coronatores pertineat de hujusmodi

The Coroners Office.

modi occisis cognoscere & de interfectore, quis ille fuerit, si nesciatur, diligentem facere inquisitionem: Ideò bonum est videre quale sit eorũ officium in hac parte. Est igitur eorum officium quòd quàm cito habuerint mandatũ à ballivo dñi regis, vel à ꝓbis hominibꝰ illiꝰ patriæ: accedere debent ad occisos vel vulneratos, sive ad submersos vel subitò mortuos, & ad domorum fractiones, & ad locum ubi dicitur thesaurũ fuisse inventum, & hoc facere debent statim & sine mora aliqua, & in adventu ipsorum versus partes illas mandare debeant quatuor, quinq;, vel sex villis vicinis, quòd statim veniant corã ipsis, & ꝑ eorũ sacramẽtũ faciant inquisitionem de homine occiso, cùm à coronatoribꝰ fuerint requisiti. ¶ 2. Inprimis. s. ubi mortuꝰ occisus fuerit, in domo vel in campo. Itẽ si ad luctã, vel ad tabernã, vel aliam cõgregationem, & ubicunq; inventꝰ fuerit mortuus, tunc diligenter erit inquirendum, qui tunc interfuerunt, sive masculus sive fœmina, major vel minor, et qui illorum de facto fuerunt culpabiles, & qui de forcia, consilio vel præcepto, & qui fuerunt in causa aliqua illius facti. Et facta inquisitione diligenti, quotquot ꝑ inquisitionẽ inventi fuerunt culpabiles aliquorũ prædictorũ modorum, si ꝑsentes fuerint vel alicubi inveniri possent, statim & sine mora capiantur, & vic. deliberentur, & in gaolã detrudantur. Quotquot autem ꝑ inquisitionem inventi fuerunt in domibꝰ illis ubi mortuꝰ fuit interfectꝰ, licèt culpabiles non fuerunt, attachiandi tamen sunt usq; ad adventum justitiariorũ, & nomina plegiorũ irrotulentur in rotulis coronatorũ. ¶ 3. Nec sunt illi qui culpabiles inveniuntur ꝑ plegios dimittendi, sine speciali præcepto dñi regis, facta priùs inquisitione, utrum appellati sint odio vel atya, vel ꝑ verũ appellũ. Et breve de tali inquisitione faciẽda gratis debet concedi, secũdùm ꝙ videri poterit in charta de libertatibꝰ. Et nõ erit de aliquibꝰ inquisitio facienda, nisi tantũmodo de illis qui fuerunt in prisona. ¶ 4. Si autẽ in campis vel in boscis inveniatᷣ occisus, inprimis attachientᷣ inventores, sive masculi fuerint sive fœminæ, cujuscũq; fuerint ætatis, & sive mortuꝰ, occisus fuerit ibi vel alibi ubicunq;. Et si ibi occisus nõ fuerit, secũdùm ꝙ ꝑpendi poterit ꝑ præsumptiones, & multotiens ꝑ sanguinis effusionem, si plagas habuerit, statim & recenter investiganda sunt vestigia malefactorũ, & sequenda ꝑ ductũ carectæ, passus equorũ, & vestigia hominũ, & alio modo, secundùm ꝙ consultiùs & meliùs fieri possit. ¶ 5. Inquiratur etiã utrum mortuus ille notꝰ fuerit vel ignotus, & ubi nocte illa hospitatꝰ, secundùm ꝙ inquisitũ fuerit attachientur hospes & hospites, & tota familia in domo inventa ubi fuerit hospitatꝰ. ¶ 6. Si autem sit aliquis qui effugerit ꝑ hmõdi occisis, & de quo habeatur aliqua suspitio ꝙ culpabilis extiterit, statim accedãt coronatores ad domos ipsius, & diligenter inquirant quæ catalla habuerit, & quæ blada in horreo, si villanꝰ fuerit, & si liber homo, quam terrã liberã habuerit & quid valeat, sive blada habuerit in terra sive nõ. Et cùm ita inquisiverint, appreciari faciant blada & catalla eorũ sicut statim vendi possunt, & terrã liberã quantũ valeat ꝑ annũ, & statim liberẽt ea totæ villatæ ad respondendũ de ꝑcio corã justitiariis, salvo tamẽ servitio dominorũ feodi. Et istis õnibꝰ sic inquisitis, sepeliantur corpora mortuorũ occisorum, quæ

a Magna Chart. ch.

quæ si ante talem inquisitionem factam, & visum coronatorum sepulta fuerint, tota villata in misericordia remanebit. ¶ 7. Si autem de submersis & subitò mortuis vel oppressis vel p infortunium vel alio modo extinctis fieri debet inquisitio, simili modo erit inquirendum qui præsentes fuerint quando tales submersi fuerunt, oppressi vel subitò mortui, & tunc videantur corpora defunctorum nuda & aperta, qualitercunque fuerunt mortui, ut sciri possit utrum ibi sit felonia vel infortunium, secundùm quod perpendi poterit per signa exteriora, ut si inveniantur plagæ apertæ vel brussuræ per ictus orbos, vel si jugulati fuerunt, secundùm quod perpendi poterit per signum impressionis funiculi collum constringentis, vel per aliam læsionem in corpore inventam, & secundùm hoc procedere debent coronatores ad inquisitionem in forma supradicta, & facere attachiamenta de corporibus & rebus, secundùm quod malefactores inventi fuerint vel non inventi. ¶ 8. Item batelli de quibus tales submersi fuerint apprecientur, & alia quæ sunt causa mortis alicujus, & sunt deodanda pro rege, ut si submersus fuerit quis in aqua dulci, & non in mari, ubi nec navis nec maeremium, si navis fracta fuerit erit deodanda, quia ista omnia erunt dominorum si vivant, sicut eorum catalla: nec sunt deodanda ex infortunio in mari nec wreckum, nec etiam murdrum de occisis vel submersis in mari. Et si nulla inveniatur felonia, sed quòd subitò mortui sunt vel per infortunium, tunc attachiare debent inventorem usque ad adventum justitiariorum, & similiter omnes illos qui in societate illa fuerunt ubi tale accidit infortunium.

Cap. VI.

1 ¶ *De officio Coronatoris in Thesauris inventis.*

ITem de officio eorum si thesaurus dicatur inveniri, & de attachiamentis inde faciendis. Inprimis, inquirere debent ab eis qui inde rectati sunt, & si aliquis inde inventus sit seysitus, vel si præsumptio faciat contra aliquem quòd thesaurum invenerit, eò quòd quis abundantiùs se habuerit in victu & ditiùs in vestitu ut suprà. Et si aliquis talis inveniatur (ut suprà) attachiari debet per quatuor vel per sex plegios & plures si possint inveniri.

Cap. VII.

1 ¶ *De officio Coronatorum in raptu virginum.*

EST etiam eorum officium in raptu virginum, quòd si quis ab aliqua de raptu fuerit appellatus, & factum recens fuerit, secundùm quod multotiens videri poterit per judicia certa, ut si hutesium levatum fuerit & recenter persecutum & ruptum vestimentum, & si non ruptum, sanguine tamen intinctum, tunc attachietur appellatus per sex vel quatuor vel plures si tot inveniri possunt, si autem non, ad minus per duos quòd sit &c. ut suprà. Si autem factum recens non fuerit nec hutesiũ recenter levatum, nec signa appareant quæ recenter præsumptionẽ inducant, sufficit si appellatus attachietur per duos.

Cap. VIII.

1 ¶ De officio Coronatorum de pace & plagis. 2. De officio vicec. in appello de pace & plagis amensurandis. 3. Si plaga periculosa sit, ponantur appellati in prisonam nec sunt per plegios dimittendi, sed videndum in cuj⁹ prisona sunt custodiendi. s. in prisona illi⁹ qui habet potestatē judicandi. 4. De probatore & socke & sacke. 5. Quòd prisones non debent de terris suis dessejsiri sed inde debent sustentari. 6. De inquisitione faciēda utrū appellati sunt odio & atya. 7. Breve de inquisitione. 8. Si per inquisitionē culpabilis inveniatur. 9. Si non sit culpabilis dimittatur per plegios. 10. Aliud breve de eodē. 11. Si capt⁹ infra libertatē & dilata fuerit deliberatio et captor attachiatur qd' sit ad respōd' quare talē cepit et imprisonavit.

EST etiam eorum officium in appello de pace & plagis, ut si quis de pace & plagis fuerit appellat⁹, inprimis videnda erit plaga, et si plaga mortalis fuerit, et appellat⁹ inveniatur, statim capiatur & capt⁹ detineatur, donec sciatur utrum vulnerat⁹ convalescere possit vel non, si autem non & moriatur, appellati retineantur in prisona. Si autem cōvalescat, attachietur appellat⁹ ꝑ 4. vel ꝑ plures, secūdùm ꝙ plaga fuerit major vel minor, si autem ibi fuerit mahemium, tunc ꝑ plures ut fiat ibi bona securitas. Si autem plaga simplex fuerit, tunc sufficit si per duos. Et si advena fuerit & ignotus de longinquo veniens, peregrinus, vel si pro penuria amicorum plegios invenire non possit, ej⁹ sit plegius gaola, quæ ad custodiendum deputatur & non ad puniendum. ¶ 2. Cùm quis alium appellaverit de pace & plagis, videre debet coronator plagas illas, & illas mensurare cuj⁹ sunt longitudinis, & cuj⁹ profunditatis, sive factæ fuerint in capite sive alibi, & quibus armis, & hæc oīa faciet irrotulari cum testimonio vic. si præsens fuerit in inquisitione facienda, vel saltem in com̄, si appellum factum sit in com̄. ¶ 3. Appellati verò de morte hominis, & de pace et plagis periculosis, statim capiantur, et in prisonam detrudātur, & ibi custodiantur, donec ꝑ dn̄m Regem ꝑ plegios dimittantur, vel ꝑ judicium deliberentur, vel donec de eis petatur curia Christianitatis si clerici fuerint, cujuscūq; ordinis vel dignitatis fuerint. Appellati verò de forcia salvò attachientur, quousq; appellati de facto convincantur. Sed videndū in cuj⁹ prisona debeāt, cùm capti fuerint, remanere: sive capti fuerint ꝑ latrocinio, sive morte hominis, vel ꝑ alia felonia. Et sciendum quòd non nisi in prisona ipsi⁹, qui tales posset in curia sua judicare, sicut dn̄s Rex, qui potestatem habet judicandi de vita & membris, vel tollendi vitam vel concedendi. Ut si felo convictus fuerit ꝑ morte hominis, vel ꝑ alia felonia, ultimo puniatur supplicio, sicut morte, vel membrorū truncatione. ¶ 4. Item concedendi vitam vel membra, sicut dicitur de ꝓbatore, de quo nullus prisonam habere poterit, nec de eo placitum habere nisi ipse dn̄s rex, cùm nullus alius ei posset vitam concedere vel membra. Et hæc vera sunt, nisi sit aliquis in regno qui regalem habeat potestatem in omnibus, sicut sunt civitates, Comites Paleys salvo dominio domino regi sicut principi. vel si sit aliquis qui de concessione domini regis talem habeat libertatem, sicut Sock & Sack, Tolnetum, Team, hinfangthefe & hutfangthefe; qui inventus fuerit seysitus de aliquo latrocinio, sicut hondhabbende & bacberende, & unde qui tales habent libertates, habebunt prisonam suam de tali-

de talib⁹, quia possunt tales in curia sua judicare. ¶ 5. Prisones verò sic imprisonati, antequam convicti fuerint de terris suis disseysiri non debent, nec de reb⁹ suis quibuscunq; spoliari, sed dum fuerint in prisona, debent de ꝓprio in omnibus sustentari, donec per judicium deliberati fuerint, vel condemnati, & si fortè ante condemnationem in prisona obierint, terra remaneat hæredibus, & catalla remaneant parentibus & amicis, quamvis manifestè appareat quòd tales forent condemnandi si judicium expectassent, secundùm ꝙ dicitur, quòd si aliquis sub incerto causæ eventu in vinculis vel sub fidejussorib⁹ decesserit, ejus bona confiscanda non erunt. Nec cùm quis in carcerem duct⁹ fuerit, spoliari eum bonis oportebit, sed post condemnationem. ¶ 6. Sed cùm iniquum est quòd innocentes, sicut illi qui criminosi non sint, diu inclusi detineantur in carcere, ideò ad lacrymosam querelā parentum & amicorum, de gratia dñi regis, fieri solet inquisitio, utrum hujusmodi imprisonati ꝓ morte hominis culpabiles essent de morte illa vel nō, & utrum appellati essent odio vel atya. Et breve de hujusmodi inquisitione nulli debet denegari. Forma brevis talis est. ¶ 7. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd ꝑ ꝓbos & legales homines de cōm tuo diligenter inquiras, utrum A. de N. captus & detent⁹ in prisona nostra, de tali loco de morte B. unde rectatus & appellatus est, rectatus sit vel appellatus de morte illa odio & atya, vel eo quòd inde culpabilis sit: & si odio & atya, quo odio & qua atya, vel quis inde culpabilis sit, & inquisitionem quam inde feceris vic. ¶ 8. Et cùm vic. miserit inquisitionem, & ꝑ inquisitionem culpabilis inveniatur, non erit ulteriùs per ballium dimittendus. Si autem dicat inquisitio quòd per odium & ꝑ atyam, & contineatur causa in inquisitione quo odio vel qua atya, diligenter erit causa examinanda, cùm sint plures &c. & ballivi qui non sine causæ cognitione in hujusmodi inquisitionibus prætendunt non causam ut causam, & si sufficiens fuerit causa, ꝑ balliū dimittatur usq; adventum justitiariorum, alioquin remaneat in prisona &c. In omni verò injuria, & transgressione contra pacē dñi regis cum adjectione feloniæ, solet quilibet appellat⁹ vel rectat⁹ ꝑ plegios dimitti, præterquam de morte hominis, quocūq; tempore, donec imprisonat⁹ ꝑ inquisitionē doceat se esse immunē, nec fieri debet inquisitio de aliquo, nisi de eo qui fuerit in prisona. Cùm autē ꝑ inquisitionē constiterit, ꝙ imprisonat⁹ appellat⁹ fuerit odio vel atya, & nō in eo ꝙ culpabilis sit, tunc ad ꝓceptū dñi regis cōmittatur ꝑ ballium ꝑ breve vic. directū in hac forma. ¶ 9. Rex vic. salutē. Quia cōstat nobis ꝑ inqˢitionē quam tibi facere ꝓcepꝑim⁹, & quam nobis misisti, ut hic inseratur tota forma inquisitionis &c. Tibi præcipimus &c. vel fit quandoq; sic, sine forma inquisitionis. Præcipim⁹ tibi, qd' si A. capt⁹ & detent⁹ in prisona nrā ꝓ morte B. unde rectat⁹ est vel appellat⁹, invenerit tibi xij. ꝓbos & legales homines de cōm tuo qui manucapiāt habēdi eū ad primā assisam &c. corā justitiariis nostris ad respōdendū de morte ipsi⁹ B. unde eum appellat, tunc eum tradas in ballium illis xij. ꝓbis hominib⁹ usque ad ꝓdictum adventum justitiariorum, & habeas ibi nomina xij. prædictorum hominū, qui manuceperint habendi eum, ut prædictum est. Teste &c.

 ¶ 10. Vel

¶ 10. Vel aliter: Si A. capt' p morte B. & imprisonat' apud talem locum, invenerit tibi xij. pbos & legales homines de com tuo, qui manucapiat habendi eum coram justitiariis &c. ad standum recto, de morte prædicti B. unde appellat' est, tunc ipsum A. tradas p ballivum prædictis xij. hominib' a prisona liberatum, modo quo prædictum est, & catalla sua ei deliberari facias, & habeas ibi nomina xij. &c. Si quis autem imprisonatus fuerit infra libertatem aliquam p morte hominis, vel alia felonia, & balliv' libertatis talem forte non deliberaverit ad mandatũ vic. tunc fiat breve vic. quòd eum deliberet, non obstante libertate in hac forma. ¶ 11. Rex vic. salutem. Satis recolimus tibi præcepisse aliàs vel sæpius quòd A. qui capt' est apud talem locum infra talem libertatem & in prisona detentus, deliberari faceres desicut non est capt' p morte hominis, vel alia occasione quare non sit deliberand' & replegiandus, & adhuc in contemptum nostri, & contra præceptum nostrum, in prisona nihilominus detinetur, sicut nobis datur intelligi: tibi præcipim', quòd si ita est, non obstante libertate ipsius talis, in propria psona tua sine dilatione accedas apud talem locum & prædictum A. sine dilatione deliberari facias, ne ad nos de eo iteratò querela perveniat. Et si B. uxor ipsius A. fecerit te securum de clamore suo &c. tunc pone p vadium & salvos &c. omnes ballivos prædictæ libertatis talis, qui sic illum in prisona detinuerunt, quòd sint coram &c. ad respondendum prædicto A. de prædicta transgressione et imprisonamento. Et habeas &c. Teste &c.

Cap. IX.

1 ¶ *De Clerico imprisonato.* 2. *Cùm in curia Christianitatis defecerit in purgatione, & si apostata fuerit. Breve si ordinarius voluerit ei purgationem inducere cùm sit ei liberatus de custodia rerum qui sunt imprisonam mittendi & qui per plegios dimittendi, & de carceris fractione.*

SI clericus capt' fuerit p morte hominis, & petatur in curia Christianitatis de eo, qualiter cõmittend' erit Episcopo, & qualiter Episcopus debeat eum custodire. Cùm verò clericus, cujuscunq; ordinis vel dignitatis, captus fuerit p morte hominis, vel alio crimine & imprisonat', et de eo petatur curia Christianitatis ab ordinario loci sicut Archiepiscopo vel episcopo vel eorum officiali, vel aliis literas prædictorum deferentibus, imprisonat' ille statim eis deliberetur, sine aliqua inquisitione inde facienda, non tamen ut omnino deliberetur ut vagans sit p patriam, sed salvò custodiatur, vel in prisona ipsius episcopi vel ipsius regis, si ordinarius hoc voluerit, donec à crimine sibi imposito se purgaverit cõpetenter, vel in purgatione defecerit, ppter q debeat degradari. Et ideò, ut prædictum est, si petatur, erit liberandus curiæ Christianitatis, quia non habebit Rex de eo prisonam, quem judicare non potest, nec clericos degradare, quia nõ potest eos ad ordines pmovere, secundùm q prædictum est. ¶ 2. Cùm autem clericus sic de crimine convictus degradetur, non sequitur alia pœna pro uno delicto, vel pluribus ante degradationem perpetratis. Satis enim sufficit ei pro pœna degradatio, quæ est magna capitis diminutio, nisi fortè convictus fuerit de apostasia, quia tunc primò degradetur, & posteà per manum laicalem

calem comburatur, secundùm quod accidit in concilio Oxoñ, celebrato à bonæ memoriæ S. Cantuarieñ Archiepiscopo, de quodam diacono qui se apostatavit ꝑ quadam Judea, qui cùm esset per Episcopum degradat', statim fuit igni traditus per manum laicalem. Si autem sit aliquis ordinarius qui in curia Christianitatis, clerico sic ei liberato, purgationem indicere (sine accusatore coram eo de novo accusante) noluerit, tunc fiat ei breve ex parte domini Regis in hac forma. ¶ 3. Rex tali ordinario salutem. Audivimus quòd cùm quidam clericus de morte hominis rectatus, vel appellatus, vel indictatus coram justitiariis nostris product' esset, & ibi vobis sicut clericus liberatus, ut se coram vobis purgaret, & se inde redderet innocentem si posset, non vultis (ut dicitur) ad purgationem ꝓcedere, nisi sit aliquis qui de novo coram vobis in foro ecclesiastico versus eum ꝓsequatur, & instituat accusationem. Et quoniam ꝑ accusationem factam in curia nostra, de morte illa satis habetur suspectus, & per talem diffamationem & indictamẽtum, nihil aliud restat nisi quod coram vobis admittatur purgatio, quæ quidem fieri deberet, si laicus esset in curia nostra, si ordo impedimentum non daret, & licèt nullus sequeretur, nos ꝓ pace nostra sequi deberemus. Vobis mandamus, quòd secundùm ꝙ idem talis se purgaverit coram vobis, vel non, quod vestrum fuerit exequamini. Teste, &c. ¶ 4. Cùm autem (secundum quod prædictum est) non sunt quidam in carcerem detrudendi in levioribus criminibus, sed ꝑ plegios dimittendi, si plegios dare possint, nisi tam grave scelus eum admisisse constat, ut nec fidejussoribus, nec militibus cõmitti debeat, sed ut carceris pœnam & inclusionẽ sustineat, æstimare debet vic. utrum in carcere recipienda sit ꝑsona, an fidejussoribus tradenda, & hoc vel ꝓ criminis, quod objicitur, qualitate & enormitate, vel ꝓpter honorem & amplissimas facultates, vel ꝓ innocentia personæ, vel ꝓ ejus dignitate qui accusatur. Sed cùm ꝓ criminis qualitate in carcerem recepti fuerint, conspiraverint (ut ruptis vinculis aut fracto carcere) evadant, ampliùs (quàm causa ꝓ qua recepti sunt exposcit) puniendi sunt, videlicet ultimo supplicio, quamvis ex eo crimine innocentes inveniantur, ꝓpter quod inducti sunt in carcerem & imparcati. Sed si sit aliquis inter tales qui conspirationem eorum detexerit, talis à pœna liberabitur.

Cap. X.

1 ¶ *De criminosis qui statim fugiunt post feloniã, et tunc qualiter secta fieri debeat post tales, et quorũ quidã sunt in franco plegio & quidã de manupastu alicujus.*

2. *Quòd 1a nocte dici poterit uncuth, secũda vero Gust, tertia nocte hoghenehyne.*

Dictum est de illis qui præsentes sunt, vel capi possunt in felonia facta in publico, pluribus astantibus & videntibus, sicut in quibuscunque congregationibus. Sed quia sunt quidam qui statim fugiunt post feloniam & capi non possunt, statim post tales levetur hutesium, & fiat post eos secta, de villa in villam, quousque malefactores capiantur, alioquin tota villata in misericordia regis remanebit. Qualiter autem secta fieri debet, qualibet patria habet suum modum, & eodem modo levetur hutesium. Si quis per infortunium mortuus fuerit, oppressus, vel submersus, vel

quocunq; alio modo interfect', dum tamen non sciatur quis sit interfector; sed sequi non oportet in hiis casibus de villa in villam, nec de terra in terram, dum tamen hutesium levatum sit, cùm sit quasi capt' malefactor. De eo autem qui sic fugam ceperit, diligenter erit inquirendū si fuerit in franco plegio & decenna, & tunc erit decenna in misericordia coram justitiariis nostris, quia non habent ipsum malefactorem ad rectum, licèt per aliquod ante, iterum capt' fuerit & prisonæ liberatus, ex quo per decennam non est captus nec ꝑductus. Si autem extra francum plegium fuerit talis in aliqua villa receptatus, erit villata in misericordia, nisi talis sit ille qui fugit, quod in decenna & franco plegio esse non debeat: ut magnates, milites & eorum parentes, clericus, liber homo, & hujusmodi, secundùm consuetudinem patriæ, & quo casu tenebitur ille, in quibusdā partibus; de cujus fuerint familia & manupastu, & ꝑ eis respondebit, nisi consuetudo patriæ aliud inducat, quòd pro manupastu suo non debeat respondere: sicut in Coṁ Hertford, ubi non respondet quis ꝑ manupastu suo ꝑ aliquo delicto, nisi redierit post feloniam, vel post delictum eum receptaverit, ut de itinere M. de Pateshull in Coṁ Hertford, anno regni H. quinto. Archiepiscopi, Episcopi, Comites & Barones & omnes qui habent Sok, & Sak, Toll & Team, et hujusmodi libertates, milites suos & ꝑprios servientes, Armigeros. s. dapiferos & pincernas, camerarios, coquos, pistores, sub suo **friđborgo** habere debent. Item & isti suos armigeros & alios sibi servientes, quod si cui forisfecerint, ipsi dn̄i sui habeant eos ad rectum, & si non habuerint, solvant ꝑ eis fortisfacturam: & sic erit observandum de omnib' aliis, qui sunt de alicujus manupastu. Quia omnis homo sive liber sive servus, aut est aut debet esse in franco plegio aut de alicujus manupastu, nisi sit aliquis itinerans de loco in locum, qui non plus se teneat ad unum quàm ad alium, vel quid habeat quod sufficiat ꝑ franco plegio, sicut dignitatem vel ordinem vel liberum tenementum, vel in civitate rem immobilem. Et secundùm leges Edwardi Regis, omnis qui est ætatis duodecem annorum facere debet sacramentum in visu franci plegii, quòd nec latro vult esse nec latroni consentire, & in franco plegio esse debet omnis qui terram tenet & domū, qui dicuntur **hussastene**, & etiam alii qui illis deserviunt, qui dicuntur **folgheres**, quia nec debet quis à se repellere servientem suum antequam purgatus sit de omni calumnia, unde priùs fuit calumniatus. Item de manupastu alicujus est ille & familia, qui est ad victum & ad vestitum, vel ad victum tantùm cum mercede, sicut sunt famuli vel servientes & domus mercenarii.

¶ 2. Item secundùm antiquam consuetudinem, dici poterit de familia alicujus, qui hospitatus fuerit cum alio per tres noctes, quia prima nocte dici poterit **uncuth**, secūda verò **Gust**, tertia nocte **hoghenehyne**. Et in fine notandum, quòd potest quis alium recipere in franco plegio, sicut **borghye alvere** quando voluerit pro voluntate sua, sed non poterit illum à franco plegio dimittere cum voluerit, nec vice versa, ut videtur, cùm quis se posuerit in francum plegium alicujus vel decennam, vel ex antiquo secutus fuerit cum decenna, non poterit se retrahere cùm voluerit.

1 ¶ Qualiter

Note this about liber homo &c not being within Frankpledge! but see it explained below. 5/ vel quid &c

Cap. XI.

1 ¶ Qualiter reus criminosus sit requirend', & si non veniat qualiter utlagandus. 2 Cùm malefactor fugã ceperit, qualiter interrogãdus erit in com', & de com' in com', & qui sequi debeant & possunt. 3. In quibus mulier habet appellum. 4 Quis utlagari possit & debeat. 5. Quòd aliquis non possit utlagari qui infra duodecem annos fuerit, & quòd fœmina non potest utlagari sed wayviari. 6 Qualiter quis sequi debeat, & quot comitatus. 7 De secta non ritè facta. 8 Si sectã resumere voluerit, sine secta non procedatur ad utlagationem.

CUm autẽ quis se ita subtraxerit, ꝑpter homicidium vel aliud crimẽ, de beneficio principis & gratia vocabit quòd veniat responsur' & ad stãdum recto, si sit aliquis qui versus eum loquatur, alioquin nõ erit statim vocand' sine secta alicujus, quia cùm absenti reo gravia crimina intentẽtur, sententia festinari non solet, sed vocari ut requiratur, non utiq; ad pœnam, sed ut potestas sit ei purgandi se si poterit se purgare: & dabitur ei temp' legittimũ, scil. mensium quinq; quod est infra quintũ com̃ ad standum recto, & ad respondend' appellanti de crimine ei imposito, qui si infra tẽp' illud non venerit, ꝓ exlege tenebitur, cùm principi non obediat nec legi, & extunc utlagabitur; sicut ille qui est extra legem sicut **Laughelesman**. Si autẽ infra tempus illud venerit & respondeat secund' legem terræ, tunc deducat. Si autem post talem interrogationẽ infra temp' illud reversus moriatur, & se nondum purgaverit, ad hæredes suos proprios transmittit hæreditatem, licèt revera culpabilis sit, amittit tamen catalla sua ꝑpter fugam. ¶ 2. Cùm autem malefactor fugã ceperit, oportet ꝙ sit qui sequatur fugientẽ, qui loquatur de visu & auditu, quòd fugitivus, vel ꝙ redeat ad pacem infra temp' præfinitum, vel quasi inobediens legi, secund' legem terræ utlagetur in comitatu, & ibi proponat oĩa verba appelli, ac si fugitiv' præsens esset, & adjiciat in appello & accusatione sua, ꝙ si inculpatum vidisset, versus ipsum loqueretur. Ad hujusmodi verò sectam faciendã, non admittitur quilibet de populo; nisi ad ipsum pertineat sequi propter parentelam fortè, eò ꝙ est sanguine & parentela conjunct' interfecto, & quo casu cùm plures sint appellantes, ꝓpinquior parens semper ꝑfertur remotiori. Si autẽ extrane' fuerit qui sequitur, admittitur ad sequendũ, ut si homagio obligat' fuit interfecto, vel dominio, ut si fuit de manupastu, vel familia interfecti, & dicat se plagã vel vincula, vel quid tale in ipsa interfectione recepisse, & ad hoc admittitur tam ille qui est infra ætat̃ q̃ ille qui est plenæ ætatis, dum tamen ætas minoris expectetur, & cùm ad ætatem ꝑvenerit, non habebit locum contra ipsum exceptio de secta minus ritè facta, quin ꝓcedat appellũ, & sic videtur de aliis qui appellum non haberent, si appellatus præsens esset, & exciperet contra ꝑsonam appellantis, licèt aliter videatur quòd bene valeat secta à quocunq; & indeterminatè, cùm nõ sit qui excipiat contra illum qui sequitur. ¶ 3. Non autem habet appellũ fœmina nisi de morte viri sui, inter brachia sua interfecti, vel de corpore suo ꝓprio, ꝑ ꝙ alicui judici debeat lex apparens. Et notandum, ꝙ non est aliquis qui sequi possit versus alium de aliqua felonia per attornatum, dum tamen ille qui queritur & sequi deberet,

beret potens sit sui, ita quòd sequi possit, & si p aliquod tempus fuerit impotens, quòd parens vel amicus pro eo sequatur propter impotentiam, cùm potens effectus fuerit, cessabit attornatus, & ut dicitur, non debet alius sequi ad utlagationem pro aliquo, nisi esset interfecto ita conjunctus parentela vel homagio, quòd si appellatus præsens esset jaceret inter illos appellū, & si vic. Comitatus sine secta aliquem interrogaverit in comitatu ad utlagādum sine præcepto Justitiariorum, erit in misericordia. Item si cautè agant vic. in comitatu examinare debent factum, p quo quis interrogandus erit, quia quamvis felonia adjiciatur in appello, tamen quodlibet factum non continet sub se feloniam, quamvis aliquando contineat injuriam & transgressionem. ¶ 4. Item videndū quis utlagari possit & debeat ad alicujus sectam, & quis non. Et sciendū q quilibet masculus, dum tamen sit duodecem annorum & ampliùs, quia omnes talis ætatis aut sunt aut esse debent in decenna, vel in eo q tantūdem valet, sicut in manupastu & hujusmodi ut suprà. ¶ 5. Minor verò, & qui infra ætatem duodecem annorum fuerit, utlagari non potest, nec extra legem poni, quia ante talem ætatē non est sub lege aliqua, nec in decenna, non magis quam fœmina quæ utlagari non potest, quia ipsa non est sub lege. i. Inlaughe anglicè. s. in franco plegio sive decenna, sicut masculus duodecē annorum & ulteriùs, & ideo non potest utlagari, wayviari tamen bene potest & p derelicta haberi, cùm p felonia aliqua fugam fecerit sive ceperit. Est enim wayviū quod nullus advocat, nec princeps eam advocabit nec tuebitur cùm fuerit ritè wayviata, sicut fit de masculo qui secundū legem terræ ritè fuerit utlagat⁹, extunc enim gerunt caput lupinū, ita q sine judiciali inquisitione ritè pereunt, & secum suū judicium portant, & meritò sine lege pereant, qui secundùm legem vivere recusaverint, & hæc ita, si cùm capiendi fuerint fugiant, vel se defendant: si autē vivi capti fuerint vel se reddiderint, vita illorū & mors erit in manu dom̄ regis. ¶ 6. Itē qualiter quis sequi debeat, & infra q temp⁹ videndum, & sciendū quòd ad sectam & appellum ipsius qui sequi debet & poterit, interrogari debet appellatus ad quatuor comitatus, de comitatu in comitat̄, donec appellat⁹ utlagetur, sub hac tamen observatione, q ad primū comit̄ non fiat nisi simplex vocatio, & comitat⁹ ille primus non computabitur infra tempus utlagationis, nec erit un⁹ ex quatuor comitat̄, quia semper oportet quinq; præteriri antequā quis sit utlagatus, & secundū hoc ad quartum comit̄ qui revera dici poterit quintus, & in quo non admittitur essonium, nec audiend⁹ erit, si quis manucapere vellet appellatū, de habendo ipsum ad alium comit̄, quia sic posset protrahi tempus utlagationis in infinitum, quod esse non debet, secundùm quod responsum fuerit Richardo Duket per M. de Pateshull, cùm esset apud Walsingham in comit̄ Norf. Ad alios verò Com̄ præcedentes bene poterit talis manucapi, dum tamen quilibet com̄ allocetur pro uno, usque ad quintum. Usq; ad quintum verò com̄ poterit talis per se vel amicos suos (si voluerit) reddere se prisonæ vel defendere se & purgare innocentiā, post tempus verò illud, qualitercunq; fuerit utlagatus, redire non poterit nisi de gratia principis. Sed si infra tempus illud

illud redierit, ut prædictum est, & se defenderit, restituetur ad omnia, sicut ad pacem & hæreditatẽ, præterquã ad mobilia, propter fugã. Sed quid si ille qui sequitur ab initio ritè non fuerit persecutus, ut si statim cùm posset, Hutesium non levaverit, nec secutus fuerit ad villas vicinas, nec ad ballivũ dom regis, nec ad coronatores, nec ad primum comitatum ut deceret, si postea sequi voluerit audiri debet, cùm non sit aliquis qui causari debeat vel possit jure, propter sectam min⁹ ritè factam / ¶ 7. Si autem cùm secta ab initio ritè facta fuit, ille qui sequitur ad aliquem comitatũ fecerit intervallum, bene poterit sectam suam resumere si voluerit, dum tamen ille comitatus omissus p negligentiam suam, infra tempora utlagationis non computetur. Et quod dicitur de uno comitatu dicitur de pluribus, quia hoc totũ cedit ad commodum appellati propter negligentiam appellantis. ¶ 8. Si fortè sectam resumere noluerit vel antequam perfecta fuerit, non ꝓcedatur sine secta in comitatu ad utlagationem, sed expectetur adventus justitiariorum, nisi sit aliquis qui sequi possit & velit, & resumat sibi sectam inceptã donec perficiatur: Quæ si ante iter justitiariorum perfecta non fuerit, computatis comitatibus quibus secta priùs facta fuerit, dicãt ei justitiarii quòd eam perficiet donec appellatus utlagetur. Si autem non sit aliquis qui in comitatu sectam inceptam resumpserit, propter sectam priùs factam, quæ violentam inducit præsumptionem, & sine aliqua inquisitione, utrum appellatus culpabilis sit vel non, præcipiatur à justitiariis quòd vicecomes com̃ sectam perficiat, computatis com̃ præcedentibus, quibus priùs ante iter secta facta fuit, quod quidem sine inquisitione non fieret, utrum indictatus culpabilis esset vel non, nisi secta & appellum præcessisset. / Sola autem fuga non sufficit p se, vel latitatio sine contumacia, ad aliquẽ utlagandũ, nec indictamentũ, sectã, vel fama, nisi sit qui sequatur in com̃ ante iter justitiar̃ & appellet, vel ꝙ à justitiar̃ in itinere ꝑcipiatur comitatui, quòd sequatur ex parte regis de com̃ in com̃ donec rectat⁹ secund legẽ terræ fuerit utlagat⁹, facta priùs à justitiar̃ inquisitione, si nulla ꝑcesserit secta priùs in comitatu, utrum indictatus culpabilis sit vel non, quia si secta ꝑcesserit licèt deserta fuerit, tamen talẽ inducit ꝑsumptionẽ ꝙ non oportet ulteriùs inquirere, utrũ indictat⁹ culpabilis fuerit vel non, quia secta p se vel inquisitio p se ad hoc plenè sufficiunt, hoc tamen observato, quòd si inquisitio dicat ꝙ indictatus culpabilis non sit, dicatur vicecomiti comitatus quòd ad utlagationem non procedat. Sed quandocunque talis redierit, remaneat sub plegio ad standum recto, si quis versus eum loqui voluerit. Et unde videtur, vice versa, quòd si per inquisitionem culpabilis inveniatur, & ante utlagationem redierit, quòd non sit per plegios dimittendus, sed sub custodia & in prisona retinendus, propter inquisitionem præcedentem, donec ab imposito crimine se defenderit. Sed cùm præceptum fuerit alicui quòd sectam, quæ ante iter incepta fuit, post iter perficiat, computatis comitatib⁹ ꝑcedentibus mori contigerit, vel sequi noluerit post iter, vel infirmitate gravatus sequi non possit, videndum si comitatus sectam perficere possit sine warranto vel justitiarii præcepto, si coram justitiariis, & secta non fuerit

perfecta

a/ note this

b/ vid. fol. 143. of indictatus per famam patriæ.

if a county is intermitted

where an inquisition to be, before outlawry.

perfecta sed derelicta, tunc præcipiant justitiarii quòd in com̄ procedatur ad utlagariam sine alia secta.

Cap. XII.

1 ¶ *De causa utlag' vera & præsumptiva. 2. Si vulneratus curari noluerit cùm possit. 3. Itē causa præsumptiva. 4. Si nulla subfuit causa. 5. Si causa non sit periculosa. 6. Si quis fuerit utlagat' ob nullā causam vel min' rationabilē, ei gratia est major quantū ad utlagationē. 7. Itē potest utlagatio pronuntiari nulla & fiat breve regis super hoc & nulla dici poterit multis rationib'. 8. Quæ dici poterit nulla, & quibus rationibus, quia minùs ritè facta. 9. Itē tam ille de forcia quā ille de facto fugerint, & utlagatur quis tam propter factum quàm propter forciā & è𝑐ontrario. 10. Qualiter & quando pronuntiari debet utlagaria de facto & quando de forcia, an statim & eodem die diversa opinio. 11. Si ille de forcia præsens sit & ille de facto fugerit, vel si uterq̨. 12. Si quis in quarto comitatu velit manucapere non audietur. 13. Ille de forcia non est interrogandus donec factum convincatur. 14. Cùm autem uterq̨ præsens fuerit & ille de facto convictus, qualiter sit procedendum contra illum de forcia.*

Causa verò utlag' esse poterit vera aliquādo, aliquādo p̄sumptiva: vera enim esse poterit, cùm quis nequiter & in felonī cont̄ pacē regis, plurib' astantib' & videntib', vel saltē sub visu & auditu alicujus, cujus interfuerit appellare, occisus fuerit uel graviter vulnerat', & mayhemiat' & robbatus, & imprisonat̄, vel ligat', ita ꝙ ꝑ se sequi non possit, & sit aliquis qui sequatur, cū malefactor fugerit & capi non possit, & ita ꝙ factū sub se contineat feloniā. Et ꝓpter ꝙ, ut videtur, facta præced̄ sunt diligenter examinanda, quia quædā accidūt ex infortunio sicut de submersis & oppressis & hujusmodi. ¶ 2. Itē ubi vulnerat' evadere poterit mortem ꝑ industriā medicorū, curari noluit cū posset, sed in odiū ꝑcussoris se morti exposuit, vel si per imperitiam medic', qui ꝑperā medicament̄ dederint, vel cū medic' nō esset imputandū, usus fuit cibo & potu vetito, vel fortè obiit morte natur̄, & non plaga illa, & hæc oīa à coronat̄ diligent̄ exāinanda sunt, sed tamē cùm secta intervenerit nō erit ꝓpter hoc utlagaria differēda. ¶ 3. Præsumptiva poterit esse, licèt nō vera, tum ꝓpt̄ sectā, tum ꝓpt̄ inquisit̄ fact' corā justit̄, licèt omnino nulla subsit causa, ut si ille qui inf̄ici debuit, viv' sit & san', & ille qui debuit inf̄icere, homo meticulosus se subtraxerit ꝓpt̄ sectā & appell̄, vel etiā cū in duob' com̄ esset appell̄, in uno se defendit vel prisonæ se reddiderit, & in alio com̄ fuerit utlagat'. Itē si ille qui dicit se esse robbatū, imprisonat̄, vel ligat̄, nunquā fuit robbat' &c. ¶ 4. Itē etsi subsit causa tamē min' sufficiens, sicut de submersis, & oppressis, & hujusmodi ꝑ infortuniū mortuis. ¶ 5. Item si plaga, de qua appellat' est quis, periculosa non sit, nec mahemiū inducat, tamē ꝓpter p̄sumptionē fugæ & sectā appellantis, ꝓcedendū erit ad utlagationē sive ad utlagariā, & si secta ritè facta fuerit, & secundùm legem terræ, tenet utlagaria, licèt nulla subsit causa, vel minùs sufficiens, ꝓper fugā & ꝓpter sectam. Et eodem modo, coram justitiariis, sine ōnimoda secta, propter fugam & indictamentum, & inquisitionem factam coram justitiariis. Sed tamen cum talib' major gratia fieri debet à principe, quàm cum

True cause of Outlawry

presumptive cause of Outlawry

cum illis quibus est causa vera, secundū quod, inferius dicetur. ¶ 6. Et quamvis sine causa vera quis utlagatus fuerit, ut si homo qui interfici debuit ꝓducatur vivus, tamen non erit talis utlagaria pronuncianda nulla, cùm rex fecerit gratiam utlagato, cùm ritè & secundùm legem terræ facta fuerit. P ¶ 7. Pronuntiari poterit quandoq; utlagaria nulla in suo casu, quamvis subsit causa vel non subsit, vera nec præsumptiva, ut si facta fuerit contra legem terræ, quod esse poterit multis modis, & quæ cùm nulla esse pronuntietur cùm facta sit contra legem terræ, de jure deberet utlagatus restitui, & non de gratia. In quo casu, non debet in literis regis contineri, quòd talem utlagariam remitteret, vel perdonaret quæ nulla est, quia illud quod non est, perdonare non potest, sed denuntiare poterit in civitatibus, comitatibus, Burgis, & villis & aliis locis publicis, utlagariam illam esse nullam, & quo casu, non habet necesse utlagatus habere breve domini regis de pace, nisi velit ex abundanti, ut cùm fuerit restitutus ad omnia debet restitui, & potest sententialiter sine alicujus præjudicio: quia utlagaria illa contra legem terræ facta, debet deficere, quia non tenet. Utlagaria verò quæ fit secundùm legem terræ, licèt nulla subsit causa, vel minus sufficiens, tenet, & ideo remitti potest vel perdonari, sine præjudicio alterius. Et cùm talis restitutus fuerit, non restituetur ad omnia, propter utlagariā ritè factā, & secundùm legem terræ. P ¶ 8. Nulla verò poterit esse utlagaria, ut si quis in comitatu utlagatus fuerit sine secta, & non refert utrū omnino nulla sit secta vel incepta & non perfecta, ut si incepta & postmodum omissa & neglecta, quia ad utlagationē non ꝓcedetur sine secta. Item nulla, si post iter Justitiariorum ꝓcesserit comitatus ad utlagationem sine præcepto & warranto Justitiar' post inquisitionem. Item nulla, si ad præceptū regis vel sectam regis fuerit quis utlagat', nisi prius facta inquisitione ꝑ justitiar', utrū ille qui in fuga est, culpabilis sit de crimine ei imposito vel non. Itē nulla, si fiat alibi quàm in comit', præterquam apud London in Hustingo, ut si rex ꝓ sua voluntate, ꝑ literas suas fecerit aliquem clamare utlagatum ꝑ civitates, Burgos, & villas, & alia loca publica, sine secta (ut prædict' est) vel inquisitione præcedente. Itē erit nulla, si ille qui malè fuit creditus, mortuus fuit ante utlagationē. Itē nulla, si ille qui interfici debuit, ꝓducatur viv' & sanus ante utlagationem, cùm nulla subsit causa vera vel ꝓsumptiva, secùs tamē si quis post utlagationē. Itē nulla, si comitatus ad utlagationem ꝓcesserit, cùm ille qui aliquando secutus fuerit moriatur, vel sequi noluerit, vel non possit. Itē nulla, cùm appellatus in uno com̄ se defenderit secundùm legem terræ, & in alio comitatu ab alio appellatus qui sectam fecerit, fuerit utlagatus: quia qui in uno loco se defenderit de uno facto, versus unum de pluribus appellantibus & sequentibus in diversis comitatibus, se defenderit contra omnes de eodem facto: si autem diversa fuerint facta, & diversi appellantes, et in uno loco sive diversis locis se defenderit per legem terræ versus unum vel plures, et in aliis comitatibus fuerit utlagatus, nulla erit utlagatio, dum tamen cùm restitutus fuerit, respondeat aliis, et se defendat per legem

If the outlawry is void

When it is void

Vid. pri. 133.

legẽ terræ & oĩa sua retinebit,& vice versa,si in uno com̃ fuerit condẽnat⁹, oĩa sua amittet.Et eodẽ modo cùm sciverit se esse appellatũ,& interrogatũ, ante utlagat̃ se reddiderit prisonæ dñi regis, quia postquã reddiderit se prisonæ dñi regis,non erit ulteri⁹ interrogand'. Item nulla erit,ut videtur, cũ quis semel capt⁹ fuerit,vel se gratis obtulerit cùm appellat⁹ fuerit, & de cõsensu regis & regni exiliũ elegerit, & sic secund̃ legem exierit, non erit ulteriùs utlagandus de jure.Item nulla,cùm quis interrogatus, ante tempus à lege ei concessum utlagetur, cùm totum tempus à lege definitum, ei cedere debeat ad commodũ:& unde videtur quòd si infra tempus illud venerit, & in prisonã se miserit,ꝙ audiri debeat sua exceptio.secùs tamen(ut videtur) si post tempus illud.Item nulla,si comitatus aliquem utlagaverit,si fuerit infra ætat̃,cum secta vel sine secta,quia ante ætat̃ duodecẽ annorum, non erit quis sub lege,& priùs extra legem poni non poterit.Et cum hujusmodi utlagaria in prædict' casibus,nulla sit,& consimilibus, de jure (concomitante gratia) ad omnia restituendi sunt, dum tamen appellantib⁹ respondeant, & ꝑ legem terræ se defendant.Item videtur nulla esse utlagaria,si factum ꝓ quo quis interrogatus est,civile sit & non criminale,ꝓ quo quis vitã amittere non deberet, vel membra. Sola quidem fuga sine contumacia vel crimine, vel causa vera vel ꝓ̃sumptiva,utlagationem non inducit, in quibusd̃ tamen criminibus levioribus fuga pœnam inducit graviorem, sicut videri possit in eo qui appellatus est in crimine raptus, qui si ꝓ̃sens convinceretur, non amitteret nisi tantùm membra, amittit tamen quandoq; vitam propter fugam factam.Facta autem possunt esse plura & diversa,sicut sunt crimina majora & minora, secundùm quod, superiùs dicitur in tractatu de criminibus,& hoc dico si criminaliter agatur,potest quis utlagari ꝓ crimine majori vel minori.Itẽ ꝓ raptu virginis cont̃ pacem, & ꝓ om̃i alia trãsgressione,quæ fit contra pacem, & delicto ubi felonia & pax dñi regis adjicitur:Secùs autem est de pace vicecom̃,& alibi, ubi non recipitur nisi æstimatio damnorum,& ubi non sequitur pœna nisi pecuniaria. Item ꝓ omni transgressione,licèt minima,ubi quis ad pacem dñi regis vocatus,venire recusaverit,& hoc propter contumaciam, maximè quæ aliquando absentem condemnat ad mortem, qui si præsens esset non amitteret nisi membrum, vel non sustineret nisi imprisonamentum & redemptionẽ, vel pœnam pecuniariam.Nullum autem majus crimen quàm inobedientia, quia ꝓ contemptu & inobedientia poterit quis excõmunicari,sicut pro quolibet mortali peccato,cùm omnes subditi esse debent regi tanquam præcellenti, maximè in honestis, & ducibus ejus tanquam ab eo missis. Et sic concordat lex divina aliquantulùm cum humana. ¶ 9. Causæ quidem utlagationis possunt esse plures, utlagatur enim quis tam ꝓpter forciã q̃ ꝓpter factum, ꝑ sectam alicujus vel ꝑ inquisitionem coram justitiariis, ut prædict' est, & hoc tamen ordine observato,secundùm quosdam,cum diversi diversa sentiant in hac parte. ¶ 10. Et si tam ille qui appellatus est de forcia, quã ille qui appellatus est de facto absentes sint,tunc uterq; simul interrogandus est

ad

ad quemlibet com̃ si non venerit, dum tamen in ultimo com̃, qui debet esse quintus, differatur pronunciatio utlagariæ ipsorum qui appellati sunt de forcia, donec factum convincatur, ita ꝙ primò, secundum quosdam, pronuntietur utlagaria de eo qui appellatus est de facto, & posteà eodem die de eo qui appellatus est de forcia, & sic in eodem judicio. Alii quidem dicunt quòd non eodem die, nec eodem judicio, sed diversis. Dicunt enim quidam, quòd appellatus de facto & appellatus de forcia non sunt simul interrogandi, sed ille de forcia tunc primò cum factum convincatur, sive ille de forcia fugerit sive præsens fuerit. Sed ea quæ dicta sunt, locum habere poterunt, cum uterq; in fugam convertatur, & quo casu præsumitur de utroque, propter fugam, & illud idem dici poterit, ut videtur, si cum ille de facto præsens fuerit, & ille de forcia fugerit, quòd ille de forcia statim exigatur, sed judicium utlagationis remanebit, donec ille de facto se defenderit, vel non defenderit. ¶ 11. Cum autem ille de forcia præsens fuerit, & ille de facto fugerit, non erit versus eum de forcia procedendum, quousq; factum convincatur. Sed quid si uterq; fugam fecerit & sit aliquis qui ad aliquem com̃ illum fugitivum principalem de facto manuceperit, ille de forcia nihilominùs interrogetur propter fugam. Dum tamen judicium remaneat, donec factum convincatur. ¶ 12. Si autem sit aliquis qui ad quartum com̃ velit manucapere appellatum de facto, ut suprà in parte dictũ est, non audietur, secundùm quod Martinus respondit Richardo Duket, de quadam eschaeta in com' Kanc. Ad quod facit quod habetis alibi, in itinere M. de Pateshul in com' Wigorñ, anno regni regis Henrici quinto. Ibi enim dicitur, quòd in quarto comitat̃ non admittitur essonium alicujus appellati, nec audiri debet quis volens talem manucapere, usq; ad alium comitatum nisi fortè hoc esset ex præcepto domini regis, quod potiùs esset voluntariũ quàm justũ. ¶ 13. Cùm autem ambo essent præsentes, ut prædictum est, ille de forcia non erit interrogand', donec factũ convincatur, si cùm præsens esset non teneretur priùs respondere, nec agit contra ipsum aliqua præsumptio, & hæc est ratio fortè, quia præsentia excusat eum, & fuga induceret præsumptionem. Sed erit talis ꝑ plegiũ dimittend', sicut esse deberet si uterq; præsens esset, & ubi ille de facto non est replegiabilis, ille de forcia per plevinam vel ballivũ dimittatur, donec appellat' se de facto defenderit, vel nõ defenderit, quia ubi factũ ibi poterit esse forcia quandoque, sed nũquam forcia sine facto, quia ubi principale non consistit, nec ea quæ sequuntur locum habere debent, sicut dici poterit de præcepto, conspiratione, & consimilib': quamvis hujusmodi esse possunt etiam sine facto, & quandoq; puniũtur si factũ subsequatur, sed sine facto non, juxta illud: Quid enim obfuit conatus, cùm injuria nullum habuit effectum. Nec etiam obesse debent ꝓceptũ, conspiratio, ꝓceptũ & consiliũ, nisi factum subsequatur. ¶ 14. Cùm autem uterq; præsens fuerit, & ille de facto sive ꝓsens sive absens condemnatus fuerit, ꝓpter hoc ille de forcia, cùm ꝓsens fuerit, non erit condemnãdus: sed aget causam & se defendat, cùm habeat defensiones suas integras, & factum esse poterit sine forcia, & qualiter uterq; se defendere debeat, dicetur infrà pleniùs de appellatis.

1 ¶ *Quid*

Cap. XIII.

1 Quid utlagat⁹ forisfaciat per utlagationẽ & quòd utlaugh dicitur frendlesman. 2 Cùm utlaugh qui scienter talẽ receptaverit. 3. Si fugerit & se defenderit. 4. Si non fugerit nec se defenderit. 5. Quòd sola fuga non inducit. 6. Forisfacit qua juris sunt. 7. Itẽ forisfacit Actionẽ. 8. Itẽ dissolvit donationes, vẽditiones & omnes contractus & obligationes. 9. Quod quædã catalla sua sunt domini regis. 10. Si terrã liberam habuerit statim capiatur in manũ dom' regis per unũ annũ & unũ diẽ. 11. Cùm autẽ post annũ & diẽ terra non fuerit domino capitali rẽstituta, ad querelã veri domini fiat vic. tale breve. 12. Facta inquisitione de restituẽda terra domino capitali. 13. Aliud breve de eadẽ de restituẽda terra. 14. Si terra data in maritagiũ cum filia alicujus de hæreditate materna extiterit in manu dom' regis per annũ & diẽ per feloniã quã vir ipsius filia fecit, breve de restituẽda. 15. Breve si rex alienaverit infra terminũ suũ vel ballivi sui. 16. Itẽ aliud breve de eadã materia. 17. Quòd nunquam revertetur terra ad dom' capitalẽ nisi felonia convicta fuerit. 18. Si felo ante feloniã convictã obierit. 19. Si donationẽ fecerit ante feloniã convictã vel post. 20. Itẽ non valebit felonis generatio nec ad hæreditatẽ paternam vel maternam habendã. 21. Exemplum de filio senatoris. 22. Quòd nihil forisfacit quis antequam fuerit convictus. 23. Diversa opinio Martini de Pateshul & Stephani de Segrave de hæreditate mulieris.

Cum quis fuerit ita utlagat⁹ ritè & secund' legẽ terræ, videnđ quæ forisfaciat p utlagariã, si cùm sit quartò vocat⁹ non cõparuerit, & sciend' ꝙ in primis forisfaciat patriã & regnũ, & exul efficitur, & talẽ vocãt Anglici Utlanghe, & alio nom antiquitus solet nominari, scilicet Frendlesman, & sic videtur quòd forisfacit amicos, & unde si quis talẽ post utlagar & expulsionẽ sciẽter paverit, receptaverit, vel cum eo sciẽter cõmunicaverit aliquo modo, vel receptaverit vel occultaverit, ead' pœna puniri debet, qua puniretur utlagat⁹, ita ꝙ careat omnib⁹ bonis suis, & vita, nisi rex ei parcat de sua gratia. ¶ 2. Sciẽter dico, quia aus potest esse not⁹ & cognit⁹, vel ignot⁹ & incognit⁹, & unde qui notũ & cognitũ receptaverit, pari pœna puniend⁹ est, qui dicitur Conthutlaughe, sed de ignoto & incog' non est ita, & ad hoc facit lex C. de iis qui latrones, & maleficos occultãt, L. prima, ubi dicitur: ꝙ eos qui secũ alieni criminis reos occultãdo vel receptãdo cũ eis se sociaverint, par ipsos & reos pœna expectat. Et etiã latrones quisquis sciẽs receperit, qui dicitur receptator malorũ, & eos offerre judiciis supsederit, supplicio corporali plectetur cũ amissione bonoř. ¶ 3. Itẽ forisfacit utlagat⁹ oĩa quæ pacis sunt, quia à tẽpore quo utlagat⁹ est, caput gerit lupinũ, ita ꝙ ab omnib⁹ interfici poterit, & impunè, maximè si se defenderit vel fugerit, ita ꝙ difficilis sit ejus captio. ¶ 4. Si autẽ non fugerit, nec se defenderit cùm capt⁹ fuerit, extunc erit in manu dñi regis mors & vita, & qui taliter captũ interfecerit, respondebit pro eo sicut pro alio. Hoc verũ est, nisi cõsuetudo se habeat in contrariũ, sicut in com Hertford & Glocester prope marchiã Walliæ. Sed hoc factũ aliquando dissimulatur ex causa. Quòd tales, modo quo prædict⁹ est interfici poterunt & impunè, legitur F. ad legẽ Jull. de Sicariis & veneficis, ubi dicitur: ꝙ transfugas, ubicũq; invẽti fuerint, interficere licet. ¶ 5. Sola tamẽ fuga non inducit nisi tantũ bonorũ amissionẽ, in suo casu, cùm coram justitiariis vocati non venerint ante utlagař. Et ad hoc facit F. de requirendis

requirendis

quirendis reis L.ultima & C.eodem titulo, L.Quicunq; ubi dicitur quòd si post fugam redierit quis, & innocentiam suam purgaverit, nihilominùs facultates ejus apud fiscum remanebunt. Item forisfacit ea quæ legis sunt, quia si sine gratia regis, ausu temerario, post utlagariam redierit, sine lege & judiciali inquisitione peribit, nec alios appellare poterit, quia omnem legem amisit: portat enim secum in suo capite suum judicium, ita quòd nullam habebit defensionem, cùm constiterit de utlagaria. Justum est enim judicium, quòd sine lege & judicio pereat, qui secundùm legem vivere recusat. ¶ 6. Itē forisfacit omnia quæ juris sunt & possessionis. s. & juris competentis & competituri, juris adepti & adipiscendi, & possessionem similiter in forma & modo possidendi. Item nulli tenetur, nec aliquis ei, nec ex aliqua causa obligatur. Dissolvuntur enim obligationes & homagia, fidelitates & sacramēta, & omnia alia quæ mutua voluntate sunt contracta. Item cui? & sciendum quòd sibi ipsi & hæredib⁹ suis omnib⁹, tam remotis quàm ꝓpinquis, & sic forisfaciunt hæreditates & tenemēta: & taliter fracta & dissoluta, nunquam conjungi poterunt nec redintegrari, nisi ex novo contractu & nova voluntate mutua, si fortè fuerit aliquo casu restitut⁹. ¶ 7. Item ex utlagaria forisfacit actionem ante utlagariam sibi competentem, licèt postmodùm de gratia fuerit restitutus, quia semper ei petenti obstabit exceptio utlagariæ, dum tamen fuerit secundùm legem terræ ꝓmulgata, secùs tamen si nulla, ut prædictum est. ¶ 8. Item dissolvit utlagaria, sicut quodlibet aliud judicium de felonia, donationes & venditiones factas à tempore feloniæ ꝑpetratæ, & ubi post convictionem cujuscunq; feloniæ retrotrahitur temp⁹ ad temp⁹ feloniæ ꝑpetratæ, sicut suprà de donationibus pleniùs dicitur. ¶ 9. Catalla quidem utlagati erunt domini regis, quia utlagari alibi non poterit quàm in curia ipsi⁹ regis, sicut in Com̄ vel in hustingo Londoñ. Et idem dicendum est de catallis fugitivorum ante utlagationem, & aliorum qui vocati sunt corā justitiariis, sive culpabiles sint sive non, facta suꝑ hoc inquisitione, & qui quamvis posteà redierint, & prisonæ se reddiderint, catalla sua non recuperabunt ꝓpter fugam. ¶ 10. Si verò terrā liberam habuerint utlagati, statim capienda est in manum domini regis, & tenenda ꝑ unum annum & unū diem, & ad capitales dominos post terminum illum reversura, si de alio tenuerit quàm de rege, tunc erit eschaeta ipsius regis, & hoc verum est quòd ꝑ talē terminum remanebit in manu dñi regis, nisi ipse capitalis dominus vel alius pro eo finem fecerit pro termino regis habendo. Sed quæ sit causa quare terra remanebit in manu domini regis? videtur quòd talis est, quia revera cùm quis convictus fuerit de aliqua felonia, in potestate domini regis erit ꝓsternendi ædificia, extirpandi gardina, & arandi prata. Et quoniam hujusmodi verterentur in grave damnum dominorum, ꝓ cōmuni utilitate ꝓvisum fuit, quòd hujusmodi ædificia & gardina remanerent, & quòd dominus rex propter hoc haberet commoditatem totius terræ illius, per unum annum & unum diem, & sic omnia cum integritate reverterentur in manus capitalium dominorum. Nunc autem petitur utrumque. s. finis pro termino, & similiter pro vasto, & non video

S rationem

rationẽ quare, nisi quia terminus benè poterit esse ꝑ se, sine vasto, eò quòd fugitivus & utlagatus non solùm delinquit erga eum qui sequitur & appellat, sed etiam erga Regem, cujus pacem infringit, contra fidem suam cui tenetur, quia quilibet qui facit sacramentum, jurat salva fide domini regis.

Writ to inquire if the King had had annum et diem

¶ 11. Rex vicec. salutem. Præcipimus tibi, quod ꝑ sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo, diligenter inquiras si terra quæ fuit talis utlagati, vel suspensi, in tali villa, ꝑ morte hominis, vel ꝑ alia tali felonia, extiterit in manu nostra, per unum annum & unum diem, & de quo prædictus talis terram illam tenuit, & inquisitionem inde factam sub sigillo tuo & sigillis eorum, ꝑ quorum sacramentum inquisitio illa facta fuerit, nobis sine dilatione mittas, & hoc breve. Teste &c. Et cum inquisitio venerit, sequitur tale breve. ¶ 12. Rex vicec. salutem. Quia constat nobis ꝑ inquisitionem, quòd tanta terra cum ꝑtinentiis in tali villa, quæ fuit talis suspensi vel utlagati ꝑ morte talis & quam tenuit de tali, extitit in manu nostra per unum annum & unum diem, sicut esse debet secundùm consuetudinem regni nostri Angliæ, tibi præcipim᷒, quod eidem tali, de prædicta terra cum pertinentiis, sine dilatione plenariã seysinã habere facias. Teste &c.

Writ of seisin rab: fac. thereon

¶ 13. Rex vicec. salutem. Præcipimus tibi, quòd si terra quæ fuit A. & qui utlagatus est de regno nostro & convictus de latrocinio, extiterit in manu nostra ꝑ unum annum & unum diem, sicut esse debet secundùm consuetudinem regni nostri, tunc haberi facias B. capitali domino seysinam de prædicta terra, quæ fuit ꝑdicti A. in balliva tua, & quam tenuit de prædicto B. & quæ capta fuit in manum nostrã occasione prædicta. ¶ 14. Rex vicec. salutem. Monstravit nobis A. quòd cùm B. vir suus, qui mortu᷒ est & ipsa A. dedissent C. tantam terram cum pertinentiis in tali villa in maritagiũ cum D. filia sua, de hæreditate ipsius A. prædictus C. rectat᷒ de morte E. fugit ꝑ morte illa, & noluit stare ad judicium & cõsiderationem com. talis, propter quod prædicta terra cum ꝑtinentiis devenit in manum nostrã, & in manu nostra extitit ꝑ unum annũ & unũ diem, & eo ampliùs ut dicitur: & ideò tibi præcipimus quòd secundùm legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, prædictæ A. (de cujus feodo prædicta terra est ut dicit, & ad quam reverti debet secundùm assisam regni nostri) sine dilatione plenariã seysinam habere facias, ne ampliùs &c. Teste &c. Contingit quandoq; ꝙ ille cui rex terminum suũ concessit infra annum & diem terram alienat, vel cùm fortè illam in manu sua tenuerit illam capitali dño non restituit, & quo casu fiat breve vic. in hac forma. ¶ 15. Rex vicec. salutẽ. Præcipe A. quòd justè &c. reddat B. tantam terram cum ꝑtinentiis in tali villa, & in quam non habet ingressum, nisi ꝑ nos, qui terrã illã ei cõmisim᷒ ꝑ unum annũ & unũ diem, postquam in manus nostras devenit, & quam talis tenuit, qui utlagatus fuit ꝑ morte talis, vel suspensus, de C. patre vel avo, vel alio antecessore ipsi᷒ B. cujus hæres ipse est, & quæ ad ipsum reverti debet tanquam eschaeta sua, ꝑpter prædictã feloniã, vel aliter: & in quam non habet ingressum nisi per nos, qui terminum nostrum s. ꝑ annum & diem ei concessimus & quæ esse debet eschaeta sua propter feloniam, quam talis fecit, & de qua convictus

Writ of Entry for the Lord after the annum & diem.

tus fuit in curia nostra coram justitiariis &c. ¶ 16. Vel aliter: & in quam non habet ingressum, nisi per talem cui nos illam commisimus, habendam per unum annum & unum diem, postquam talis rectatus de morte talis fugit & utlagatus fuit vel capt⁹ & suspensus, & qui terram illam tenuit de tali patre vel avo talis, cujus hæres ipse est, & qui tunc fuit infra ætatē, ad quem terra illa debuit reverti post annum & diem, tanquam eschaeta sua, & nisi fecerit &c. summ &c. Et notandum quòd nunquam habebit rex annum & diem, de aliqua terra quæ non possit esse eschaeta, ut si felo non tenuit nisi ad terminum vel ad vitam, vel quid tale quod descēdere non posset ad hæredes suos. De materia verò istius brevis inveniri poterit de termino sancti Michaelis anno regni regis Henrici decimoquinto in Comitat. Kanc. de Wilhelmo Musard. ¶ 17. Et notandū, quòd in quolibet brevi, per quod petitur eschaeta propter alicujus feloniam, oportet quòd exprimatur (& de qua convictus fuerit) quia nunquam reverteretur terra ad dominum capitalem, nisi felonia convicta fuit aliquo genere convictionum, ut si fuerit suspensus vel utlagatus, vel feloniam cognoverit, & regnum abjuraverit, & hujusmodi. Si autem ante feloniam convictam obierit, quocunq; modo, hæreditas descendet ad hæredes suos, nisi ita fuerit quòd conscius criminis & timens sibi suspensionē vel aliam pœnam, se ipsum interfecerit, & hæreditas talis erit eschaeta dominorum. ¶ 18. Si autem furore aut doloris impatientia, vel ꝑ infortunium, aliud esse debet. ¶ 19. Et idem erit si donationem fecerit ante feloniam ꝑpetratam, vel post: quod tenet, si non fuerit felonia convicta, ut suprà. Si autem convicta fuerit, non valet, sed revocabitur, & retrotrahitur temp⁹ ad perpetrationem feloniæ, & sicut non valet donatio post feloniam ꝑpetratam, ita nec valebit generatio quoad successionem, quantum ad hæreditatem paternā & maternā, cùm sit ꝓgenit⁹ talis ex testiculo & sanguine felonis. ¶ 20. Si autem ante feloniam generationē fecerit, talis generatio succedet in hæreditate patris vel matris, à quo non fuerit felonia ꝑpetrata. ¶ 21. Propriis autem hæredibus forisfacit hæreditatem suam ꝓpriam, propinquis & remotis. s. quicquid tenuit tempore feloniæ ꝑpetratæ, & qualitercunq; & secundùm quod tenuit. Et ad ea quæ dicta sunt, quòd tenet donatio si antequam convictus fuerit moriatur, quia defuncto eo qui reus fuit criminis, extincta est pœna. ¶ 22. Sed nihil forisfacit antequam convictus fuerit vel condemnatus, quia dicit lex, quòd post contractum crimen capitale donationes factæ valent, nisi condemnatio secuta sit. Quod autem ritè factum est ante crimen contractum, irritari non debet, sicut dicit alia lex, quòd nec corrumpi nec mutari potest, quod ritè transactum est, superveniente delicto. Si autem filius & hæres ꝓpinquior, in vita patris feloniam fecerit, & patrem supervixerit & convictus fuerit, cùm jus merum ei descenderit, sive seysinā de hæreditate habuerit sive non, forisfacit sibi & hæredibus suis successionem, & ita quòd cùm jus ad hæredes descendere non possit, de necessitate revertitur ad capitalem dominum feoffatorem, & licèt talis seysinam non habuerit, tamen seysina felonis antecessoris ad hæredes non descendit, quia oportet quòd seysina sequa-

[Handwritten marginalia: "P"; "a"; "Must be a conviction to produce Forfeiture"; "Corruption of blood."; "P"; "a Note, how he explains what Convictus meant."]

tur dominũ capitalem, ad quem jus revertitur. Si autem in vita patris moriatur, sive convictus sive non, statim incipit postnatus hæres esse propinquior patri communi, ac si frater antenatus feloniam non commisisset, quia in vita patris nihil juris ei descendit, & sic habendus erit quasi natus non fuisset, ut quibusdam videtur, sed aliis videtur contrà, qui dicunt, quòd cum talis in vita antecessoris feloniam fecerit, et de qua convict' est, non solùm forisfacit id quod tenet sibi & hæredibus suis, sed quicquid ei aliqua ratione accidere possit, à quocunq; antecessore, & non solùm hæredibus suis de carne sua exeuntibus, sed remotioribus fratrib' & aliis, quia per eum semper fieri debet narratio descensus, si de recto agatur, & hæc fuit ratio W. de Eborum & bona. ¶ 23. Sed quid dicetur de uxore hæreditatem habente, cùm vir suus ꝓpter feloniam aliquam quam fecerit fuerit utlagatus, si uxor ꝓpter hoc ejicienda sit ab hæreditate sua ꝓpria, in quo casu diversæ fuerunt opiniones, & secundùm M. de Pateshull, quòd ꝓpter factum viri sui ejici non deberet, nec in vita nec in morte viri sui. Stephanus verò de Segrave sensit contrarium, quòd foret ejicienda, & nunquam in vita viri sui restituenda, & hæc fortè potuit esse causa, quia hæreditas occasionem daret viro utlagato veniendi ad uxorem suam, & hoc esset contra pacem. M. dicebat quòd ꝓpter hoc ejici non debet ab hæreditate, nisi post utlagationem convicta esset de receptamento, vel fortè quòd ab initio consentiens esset feloniæ: Si autem non, dicebat quòd bene potuit viro suo exhibere, & ei necessaria invenire in alio regno. Sed esto quòd uxor petat hæreditatem suam vel partem, cùm fuerit extra seysinam, postquam vir su' fuerit utlagat', sine viro suo non debet audiri, licèt fuerit sine culpa, nec assisam portare poterit de nova disseysina, si fortè post utlagationẽ viri sui fuerit ejecta. Item cùm hæreditas sit cõmunis tam viri quàm uxoris, ut si terra data fuerit viro in maritagium cum uxore, & alter ipsorum feloniam fecerit, ꝓ qua judicium sustinuerit utlagariæ, quæritur an ille qui sine culpa fuerit, amittere debeat totam terram illam an ejus partem. Item cùm res communis fuerit inter participes, & unus feloniam fecerit, & convictus fuerit, quæritur an plus forisfaciat quàm partẽ suam? Videtur quòd non. Et in primo casu, licèt in donatione maritagii mentio fiat de viro, tamen non erit ita viro terra data, quòd eam forisfacere possit, quia tota remanebit uxori sicut hæreditas sua. Item si mulier aliqua sicut mater cum filio tenuerit in communi, & ubi dos nunquam fuerit partita nec assignata, si filius ꝓ felonia fuerit condemnat', quæritur si forisfacere possit dotem matris suæ: videtur quòd non, sed habebit actionem versus eum, cujus eschaeta terra illa fuerit. Item quid dicetur de eo, qui cùm condemnat' fuerit in seysina extiterit de jure alieno. Item si cùm hodie fecerit disseysinam, cras fuerit condemnatus, videtur quòd talis, jus & hæreditatem aliorum forisfacere non potest, sed competit eis actio contra quoslibet possidentes, si voluerit, per breve de ingressu. Item si quis ad vitam accipientis concesserit terram alicui ante condemnationem, tunc refert utrum hoc fecerit ante feloniam perpetratam vel post: Si autem ante feloniam, non erit terra eschaeta ante mortem tenentis,

cùm

cùm nullus possit jus alienum forisfacere, si autem post feloniam aliud erit. Item si ad vitam suam propriam concesserit condemnatus, cum vita exspirat terminus, si autem ad firmam & ad terminum annorum concesserit quis terram alicui condemnato, erit terminus Regis ut catallum, quia accipitur terminus ad similitudinem catallorum. Et notandum, quòd non debet Rex de jure habere annum & diem de aliquo quod non possit esse eschaeta dominorum, nec cum eis remanere, si de hoc constare possit. Item videndum quid dicendum sit de clerico, qui pro aliqua felonia captus fuerit, & de eo petatur curia Christianitatis, & episcopus vel alius ordinarius petierit prisonam domini Regis ad custodiendum eum, & talis frangat prisonam, & fugiat ad ecclesiam, extrahatur ab ecclesia, & reponatur in prisona à qua evasit, nec etiam ecclesia ipsum tueri debet, nec etiam publicum latronem, quin extrahatur si ad pacem Regis venire noluerit, sicut sunt prædones publici, vel hujusmodi, sicut latrones seysiti.

Cap. XIV.

1 ¶ De inlagatione, qualiter utlagati post utlagariã ex causa mittuntur ad pacem. 2. Breve quòd dominus Rex perdonat fugam & utlagariã omnibus ballivis dirigendũ à tempore suo. 3. Aliud quòd Rex perdonat (quantũ ad ipsum pertinet) utlagariã à tempore patris sui. 4. Item quòd Rex perdonat utlagariã, quia tempore quo appellũ factũ fuit, ipse appellatus in alio Comitatu appellatus fuit de eadem roberia. 5. Si quis falso corã justitiariis fuerit indictat⁹ & posteà se reddiderit prisone domini Regis; & remittit rex utlagariã. 6. Si ille qui interfici debuit san⁹ & vivus redierit. 7. Breve de eo qui interfici debuit si sanus & vivus revertatur. 8. De inlagatione & ad qua restituatur inlagat⁹. 9. Quòd judicanda erit causa primò ãte inlagationẽ per quã fuit utlagat⁹, ut facili⁹ admittatur ad pacẽ secundũ causam utlagationis. 10. Si nulla causa sed infortuniũ sine felonia. 11. Si nulla omnino causa. 12. Non restituitur quis nisi tãtùm ad pacẽ. 13. Quid felo forisfaciat sive utlagat⁹. 14. Itẽ restituuntur legi maximè in criminalibus quòd ipsi aliis respõdeãt & alii ipsis non in civilib⁹ verò ipsi aliis. 15. Quòd Rex remittit eis suã sectã sine præjudicio aliorum. 16. Quòd oportebit quòd versus ipsum loquatur per verba appelli. 17. Item si antenatus filius ex pluribus feloniã fecerit in vita patris & fuerit utlagatus in vita patris. 18. Cùm utlagatus captus fuerit non alicui licitum est eum interficere nisi in ipsa captione se defendat. 19. Quòd aliquando potest dominus Rex de gratia sua vitã cõcedere restitutis.

QUùm quis ita fuerit utlagat⁹ qualitercunq;, & ex quacunq; causa, non erit ei tutum quòd compareat antequam fuerit de gratia principis inlagatus. Rex enim poterit utlagatum de gratia sua inlegare, & recipere eum ad pacem suam, extra quam priùs positus fuit, & reponere eum in legem, ita quòd si utlagaria rite facta fuerit & secundùm legem terræ, & sive ex causa vera sive præsumptiva, ꝑdonare ei poterit fugam & utlagariam. Si autem cõtra legem terræ, debet eam ꝓnuntiare esse nullam, & quidã sic utlagati secundùm legem terræ faciliùs recipiuntur ad pacem, secundùm ꝙ ibi subfuerit causa vera vel nulla, vel minus sufficiens: ut si ille cui interfici debuit, producatur vivus & sanus, si autem factum tale quod non sit crimino-

 sum

sum, eodem modo, vel si factum contingat per infortunium. Vix autem aut nunquam admittuntur, si factum fuerit criminale & feloniam contineat, tales quidem ad pacem recipi non deberent, ne ex facilitate veniæ, aliis tribuatur materia sive audacia delinquẽdi. Et qualitercunq; inlagetur, ita debet inlagari, quòd omnibus respondeat qui versus eum loqui voluerint, & fiant ei literæ domini Regis patentes & testificantes, quòd pacem suam ei dederit in hac forma. ¶ 2. Rex &c. omnibus ballivis & fidelibus suis præsentes literas inspecturis salutem. Sciatis nos pdonasse A. fugam quam fecit, & utlagariam in eum pmulgatam pro recto tali vel tali, ut pro morte, mahemio, roberia & hujusmodi, unde talis eum appellat, & volumus & præcipimus quòd idem A. firmam pacem nostram inde habeat, ita tamen quòd stet recto, si quis versus eum loqui voluerit, & in huj' rei testimonium ei fieri fecim' istas literas nostras patentes. ¶ 3. Sciatis nos pdonasse, quantum ad nos ptinet, A. fugam quam fecit p morte B. interfecti, tempore domini Regis I. patris nostri, unde idem A. rectatus fuit, et ideò volumus & præcipimus, quòd idem A. firmam pacem nostrã inde habeat, ita tamen quòd pacem faciat cum parentibus ipsius B. et stet recto &c. ut suprà. Literas autem istas secum deferat inlagatus quocunq; ierit, & in promptu habeat, ne quis ignorans ipsum gratiam Regis adeptum fuisse, tanquam utlagatum interficiat, quod quidem recenter post gratiam adeptam posset ignorare, si inlagatus ad manum & in promptu literas Regis non haberet. Sunt etiam aliæ formæ literarum utlagationis, sed magistrales secundùm qualitatem facti, ut si quis de uno facto appellatus fuerit à duobus, & in uno comitatu se defenderit secundùm legem terræ, vel se in prisonam posuerit, & in alio Comitat̃ fuerit utlagatus. Forma verò brevis talis est. ¶ 4. Rex vicec. tali salutem. Scias quòd cùm A. in comitatu nostro Eborum appellaret B. de chartis, armis & equis C. domini ipsius A. & eidem C. robbatis in custodia ipsius A. et idem C. eodem tempore, quo appellum illud fuit, in eodem comitat̃ Eborum appellaret eundem B. de eadem roberia, in comitatu Essex, & appellum illud inter prædictos A. & B. per præceptum nostrum positum esset coram justitiariis nostris apud W. audito in curia nostra appello ipsius A. & audita responsione ipsius B. consideratum fuit in eadem curia nostra, quòd appellum illud nullum fuit, & quòd idem B. inde quietus recederet, et unde ut audivimus, cùm idem B. appellatus esset de eodem facto per ipsum C. in comitatu Essex ad sectam, & ad appellum ipsius C. fuit idem B. utlagatus, & publicè pro utlagato clamatus in eodem comitatu Essex, et quoniam error præjudicare non debet veritati, & prædicta utlagaria in prædicto comitatu Essex promulgata ex ignorantia processit, nec dici poterit contumax qui in uno com̃ se legittimè defenderit, licèt in alio comitat̃ de eodem facto fuerit appellatus & utlagatus, ex ignorantia & per errorem, de consilio magnatum nostrorum, utlagariam illam nullam esse pronuntiamus, & illam eidem B. si qua esset, perdonavimus. Et ideò volumus & præcipimus, quòd idem B. firmam pacem nostram inde habeat imperpetuum, & in hujus rei

testimonium

Letters patent of pardon.

testimonium &c. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quòd cùm peregrè profectus esset, tempore quo justitiarii nostri ultimò itineraverunt in partibus tuis, quidam ex vicinis ipsius A. terram suam cupientes (cùm inde culpabilis non sit) malitiosè fecerũt eum indictari de latrocinio, et quòd inde eum malè crediderunt, & ita quòd à præfatis justitiariis nostris præceptum fuit, quòd nisi veniret ad standum recto de prædicto indictamẽto, exigeretur de com̃ in comitatũ, & secundùm regni nostri consuetudinem utlagaretur. Quod cùm idem A. à peregrinatione reversus audivisset, de innocentia & fidelitate sua confisus, reddidit se prisonæ nostræ apud talem locum, antequam esset in comitatu tuo utlagat᷒. Comitat᷒ verò tuus hoc ignorans (ut dicit) interrogationem prosequens inceptã versus ipsum A. eundem dum fuit in prisona utlagavit. Nos verò simplicitatem prædicti A. attendentes & ignorantiam Com, utlagariam in eum hoc modo promulgatam ei perdonavimus, ita quòd sufficientem inveniat securitatem, ad standum recto si quis inde versus eum loqui voluerit. Et ideò tibi præcipimus, quòd acceptis ab eo modò prædicto, salvis & securis plegiis, ipsum à prisona facias deliberari, & clamari facias per totum comitatũ tuum, quòd firmam pacem nostram habeat : et quòd occasione prædictæ utlagariæ nullus ei molestiam inferat seu gravamen. Teste &c. ¶ 6. Item si cuiquam meticuloso imponatur quòd hominem interfecerit, vel indictatus fuerit & fugerit, et per sectam alicujus utlagatus, et ille qui interfici debuit postmodum sanus & vivus appareat : dominus rex de gratia sua remittit ei utlagariam p hoc breve. ¶ 7. Rex vicec. salutem. Scias quòd justitiarii nostri, qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo recordantur, quòd cùm A. in curia nostra coram eisdem justitiariis nostris appellaret B. & quosdam alios de morte C. fratris sui : Idem B. homo meticulosus & timens sibi, subtraxit se, ita quòd coram eisdẽ justitiariis nostris non stetit recto de appello illo, pter quod à juratoribus & villatis de morte illa suspectus habebatur & male creditus fuit inde, maximè pter fugam, et ita quòd ad præceptum eorundem justitiariorum nostrorum interrogatus fuit de comitatu in comitatũ, & ita quòd secundùm legem terræ utlagat᷒ est. Verumtamen quoniam idem B. qui interfici debuit inventus est vivus & sanus, nos præsumptionem habitam pter fugam veritati præferri nolentes, et quia jam manifestum est, quòd nulla subfuit vera causa utlagationis, fugam illam eidem B. remisimus, & utlagationem perdonavimus, quòd veniat ad pacem nostram, de gratia nostra speciali. Et ideò tibi præcipimus quòd in pleno comitatu tuo, ubi idem B. fuit utlagatus, produci facias ipsum C. qui dicebatur occisus, et ab omnibus videri, & tunc demũ ipsum B. inlagari facias & ad pacem nostram recipi. Et etiam publicè clamari, quòd ipsum ad gratiam nostram recepimus, & quòd ei dedimus firmam pacem nostram. Teste, &c. ¶ 8. Cùm quis igitur ita fuerit, de gratia principis inlagat᷒, ad quæ restituatur? Et ad hoc distinguendum est, utrum utlagaria ritè & secundùm legem terræ facta sit, sive subsit causa vera sive præsumptiva, & sic valida & justa, vel si facta fuerit cõtra legem terræ, & sic invalida, & injusta & nulla.

P The Effect of such pardon.

¶ 9. Item si subfuit causa, quæ & qualiter illa fuerit, & ubi de facto præcedente denotari possit felonia ꝑpetrata, & in qua volūtate & assultu præmeditato, ut si factum evenerit per infortunium sine felonia, aut cùm quis licitum vellet, aliud accidit ꝑ infortunium illicitum, quòd non vellet, vel si quid accidit ex necessitate: ut si quis hominem se defendendo interfecerit, cùm alias periculum evitare non posset, vel cùm omnino nulla subfuit causa, sicut de meticuloso dicitur, & ubi ille qui interfici debuit viv⁹ exhibetur. In primo verò casu ubi felonia denotari poterit, nūquā deberet talis admitti ad gratiā, vel non nisi cum magna difficultate, quia ex tali inlagatione & tali gratia de facili obtenta, ex tali veniæ facilitate, non solùm inlagatis, verùm etiam aliis in hoc confidentibus, datur materia delinquendi. ¶ 10. Si autem factum evenerit ꝑ infortuniū sine felonia, ut si quis se defenderit licitè, recipi debet ad gratiā & ad pacem sine difficultate, gratia tamen principis comitante. ¶ 11. Item in casu ubi nulla subest causa, licèt tamen utlagaria sit justa & ritè facta, recipi debet quis ad pacem de gratia & sine difficultate, & aliquantulū de jure, si nulla causa sit, sed infortuniū sine felonia. Cùm autem utlagaria ipso jure nulla, eò quòd cōtra legem terræ & consuetudinē regni ꝓmulgata, sive subfuerit causa vera vel ꝑsumptiva, sive omnino nulla, secundùm ꝙ ꝑpendi poterit ex præmissis, talis de jure recipi debet ad gratiam, & de jure ad omnia restitui, ac si non esset ab initio utlagatus. Cùm appellatus fugerit & appellans ritè prosecutus fuerit usq; ad utlagariam, præsumitur vehementer ꝓpter sectam & ꝓpter fugam, quòd appellatus culpabilis sit, & huic ꝑsumptioni standum erit semper, quòd appellatus non potest restitui nisi ad pacem tātùm, & quòd omnia amittit, donec probetur contrarium. s. quòd factum nullum sit, quod benè fieri poterit, ut si ille qui interfici debuit, post utlagariam ꝓducatur vivus, & quo casu, utlagatus restituatur ad omnia, quia factū nullum, & unde talis vera ꝓbatio vincit ꝑsumptionem. Si autem utlagatus antè moriatur, forisfacit omnia suis hæredib⁹ nisi de cōsilio & gratia aliud fiat. ¶ 12. In omnib⁹ verò casib⁹ prædictis, qualiscunq; fuerit causa, cùm utlagatio ritè facta sit & secundùm legem terræ, non restituitur quis nisi tantùm ad pacem, quòd ire possit & redire & de novo contrahere, non enim poterit id quòd ꝑ utlagariā fuit dissolutum, ꝑ inlagariam conjungi sine nova voluntate eorum qui priùs contraxerunt: Non enim poterit rex gratiā facere, cum injuria & damno aliorum. Poterit quidem dare ꝙ suum est, hoc est pacem suam, quam utlagat⁹ amisit ꝓpter fugā & suam contumaciam, ꝙ autem alienum est dare non potest ꝑ suam gratiā. Item justè utlagatus & ritè non restituitur nisi tantùm ad pacem, quòd ire possit & redire & pacē habere, & ad actiones restitui nō potest nec alia, quia est sicut infans modo genit⁹, & homo quasi modo genit⁹. Item non potest inlagaria restituere ad actiones & obligationes ꝑhabitas, nec ad homagiū nec fidelitates, nec ad sacramēta nec ad alia ꝑ utlagariā dissoluta, cōtra voluntatē eorū de quorum voluntate priùs fuerunt conjuncta & firmata, & ideò nec ad hæreditates nec ad tenemēta in præjudicium dominorū, & sic ad ea quæ juris sunt restitui non possunt. Ex obligationibus

only restored to peace

not to his property.

onib' verò præcedentib' nullus eis tenetur,sed ipsi õnibus ne sint melioris cõditionis ꝓpter utlagar̄,cũ deteriores esse debent. ¶ 13. Quid felo forisfaciat & quibus,satis dict' est suprà,sed cum restitui ꝓcuret, videndũ ubi restituendus erit de jure,& ubi de gr̄a,& ubi nec de jure nec de gr̄a, nisi hoc fiat de voluntate regis. Itẽ cum de jure vel de gratia fuerit restitut' post utlagariã,ad quæ restituatur & ad quæ non. Cum autem quis ꝓpter suspitionem & malum rectũ se subtraxerit,statim amittit catalla,si coram justitiar̄ vocatus non comparuerit,ꝓpter fugam,licèt statim ante utlagariã cõparuerit. Poterit quis utlagari ꝓpter fugam, sive ibi subfuerit vera causa vel p̄sumptiva. Præsumptiva dico, ꝓpter fugam tantùm, licèt ibi non sit vera causa. Vera dico,si quis interfectus sit ꝑ feloniam vel ꝑ infortunium. Præsumptiva, cùm nulla prædictorum subsit,vel cùm ipse qui occidi debuit vivus appareat. In omnibus autem casibus prædictis sive subsit vera causa sive præsumptiva,si quis fuerit restitutus post utlagariam ritè factam,& secund̄ legem terræ omnibus ritè concurrentibus, nec ad catalla habenda restituitur nec ad hæreditatẽ,ad catalla videlicet ꝓpter fugam, nec ad hæreditatẽ propter utlagariam ritè factam,nisi tantùm ad pacem,ut omnib' respõdeat qui adversus eum loqui voluerint, quia statim cùm convictus fuerit ꝑ utlagariam,incipit jus merum reverti ad dominum capitalem, quia cum felone ulteriùs remanere non possit, & talis restituitur ad gratiã sine p̄judicio alterius alicujus. Itẽ sunt quidã,qui restitui debent de jure,ad pacem in õni casu,& ad omnia licèt fuerint utlagati, videlicet ubi utlagaria nulla ipso jure, ut si facta fuerit contra legem terræ & regni consuetud̄,& aliter quàm de jure fieri deberet,vel alibi,ut si extra com̃, vel in London̄ extra Hustingum: & aliter,ꝙ quidem poterit esse multis modis, ut si ante quintũ com̃. Item si in com̃,tamen ad nullius sectam,videlicet regis,vel parentis, vel amici,& si secta ibi fuerit,tamen ille qui utlagat' est,fuit infra ætatem. Itẽ cùm ille qui utlagatus est,venire non potuit; quia ante utlagar̄ se posuit in prisona pro facto illo vel pro alio. Item cùm de facto illo appellatus fuit & interrogatus,ꝑ facto uno in uno com̃ & ab uno, se defendit in alio comit̄ versus aliũ appellant̄ de eodem facto, & multis aliis modis. Itẽ inlagari debet quis sine juris injuria,licèt non ad hæreditatem nec ad catalla, ubi nulla subfuit causa utlagationis omnino,nisi ꝙ fuit meticulosus, & sic nullam rem timens, subtraxit se, vel quia ipse qui interfici debuit jam apparet vivus,& hujusmodi: & in hoc casu denotatur jus & non gratia. Item restitui potest de gratia,& non de jure ad pacem tantũ,& non ad alia, cùm ritè fuerit utlagatus,sicut est ille qui hominem interficit per infortuniũ, & non ex mala voluntate,quia voluntas & propositũ distinguunt maleficia. Si quis autem per feloniam & in assultu præmeditato alium interfecerit,talis nunquam de jure restitui deberet nec de gratia, quia cum talibus nulla gratia facienda est,ne talis gratia aliis præbeat audaciam consimilia perpetrandi: quia facilitas veniæ &c. Facit tamen rex aliquando gratiam talibus, sed contra justitiã,cum ad sectã suam fuerint utlagati,sed tamen ut omnib' respondeant. Item esto quòd filius antenatus utlagatus sit,& in vita patris vel alterius

alterius antecessoris fuerit inlagatus & sic ad pacem domini regis restitutus, expectaverit mortem antecessoris sui, nec iste ad hæreditatem admittetur. Item cùm inlagatus fuerit tali modo ut & omnibus respondeat, & se fortè defendat per corpus vel per patriam, nec adhuc admittetur licèt sic purgaverit innocentiam suam. Item cùm interrogatus esset & utlagatus, nunquam exiit à seysina, sed semper fuit in continua seysina per uxorem, & liberos, & familiam suam, adhuc hæreditatem retinere non potest, nisi dominus suus capitalis hoc voluerit & hoc propter utlagariam ritè factam. Inlagati verò dici poterunt, quasi modo geniti infantes, & novi homines quasi de novo creati, quia in personis eorum post utlagariam ritè factam, nulla præterita subsistunt, sed post inlagariam tantùm præsentia & futura succedunt & ad ea quæ pacis sunt restituuntur, ut redeant ad regnum & exeant cùm voluerint, vel remaneant si voluerint & sibi provideant in futuro de acquisitionibus rerum (sicut priùs) negotiando, contrahendo, emendo, vel vendendo, cum firma pace domini regis. ¶ 14. Item restituuntur legi in criminalibus maximè, ut ipsi aliis respondeant & stent recto si quis versus eos loqui voluerit, sed alii ipsis non respondebunt. In civilibus verò ipsi aliis sed non alii ipsis, quia per utlagariam dissolvuntur quoad ipsas obligationes, & perinde extinguuntur actiones quæ resuscitari non poterunt. Respondere autem tenentur si quis versus eos loqui voluerit, & ibi respondere tenentur omnibus, sed habent exceptiones suas versus omnes, præterquam illos qui ritè & secundũ legem terræ versus eos sectam fecerint per quam utlagati fuerint, & unde si versus alios, se defenderint p exceptionẽ. ¶ 15. Rex remittit eis suam sectam, quod quidem facere possit sine præjudicio aliorum. Si autem cùm quis fuerit inlagatus & sit aliquis qui versus eum loquatur, qui sectam suam bene fecerit & sufficienter versus eum per quem utlagatus fuit, & petat judicium de hoc quòd per sectam suam utlagatus est, si debeat eum iterum convincere, cùm semel eum convicerit per sectam suam, videtur quòd si quis utlagatus fuerit per sectam alicujus, non propter hoc convincitur de facto & felonia, nisi tantùm de contemptu & inobedientia, & hac ratione, quia poterit quis utlagari per sectam alicujus propter fugam, ut prædictum est, licèt nulla subfuit causa, nec factum, nec felonia. ¶ 16. Oportet igitur quòd appellans, si sectam benè fecit, de novo loquatur versus eum, & quo casu, appellatus propter sectam bene factam ab appellante amisit suas exceptiones, amisit etiam electionem defendendi se per corpus suum, vel ponendi se super patriam, cùm appellans eum convicerit semel per appellum & per sectam, & ideò quia appellatus hoc totum amisit propter fugam & utlagariam, oportet quòd per patriam se defendat, quòd si per patriam se defendere non possit, quòd doceat causam esse nullam per exhibitionem ejus qui interfici debuit, alioquin judicium sustinebit, vel si patriam recusaverit, quasi pro convicto habetur, ita quòd in patria remanere non poterit, & si rex eum in patria sustineret, hoc esset ad injuriam appellantis. Si autem non sit aliquis qui ab initio benè secutus fuerit, nec aliquis qui appellum habere possit, tunc poterit utlagatus

tus

tus in patriã remanere ad pacẽ domini regis. ¶ 17. Itẽ esto ꝙ quis plures habuerit filios, & antenatus feloniã fecerit in vita patris, & utlagat' in vita pris, mortuo patre videndũ est ad quem jus & hæreditas descẽdere debeat. Et videtur ꝙ non filio utlagato, ex quo ꝑ utlagariam forisfecit jus succedẽdi, & non solùm adeptum sed adipiscendũ, non ergo restituetur ad successionem, quia hoc esset, ut videtur, in præjudiciũ dñi capitalis, quod esse non debet. Si autem in vita patris moreretur, cùm esset restitutus, sine hærede, tunc, quasi non esset in rerum natura, descenderet hæreditas ad alios hæredes ꝓpinquiores, ut quibusdam videtur, quod non est verum, secundũ alios, qui meliùs sentiunt de talibus, quia cùm antenatus moriatur in vita patris vel alterius antecessoris sive inlegatus fuerit sive non, forisfaciat omnibus hæredibus suis præsentibus, apparentibus & futuris, licèt tunc non existentibus, propinquis, & remotis, fratribus, sororibus, & de carne propria exeuntibus, totum jus quod habuit die quo felonia fuit perpetrata, vel ꝙ ei accidere posset ab aliquo antecessore, si antecessor supervixerit, & feloniam non commisisset, & qui mortuo antecessore futuri essent sui hæredes si jus ei descẽdisset, quia licèt gradus vacuus sit per mortem suam, si ad pacem domini regis moreret̃ sine felonia, oporteret quòd de eo fiat mentio in descensu ad hæredes de carne sua exeuntes sic. Et unde jus à tali antecessore descendisse debuit tali, ut filio & hæredi si viveret, & à tali, tali ut filio & hæredi talis. Et hoc dici debet de fratribus & sororibus & aliis hæredibus remotioribus, propriis liberis non existentibus. Et sic non poterit dici immediatè quòd jus descendit à tali antecessore tali nepoti, vel nepti, fratri vel sorori, vel hæredi remotiori, nulla facta mentione de eo qui obiit in vita antecessoris, & sic forisfacit actionem & hæreditatem ille qui feloniã cõmisit, sive moriatur in vita antecessoris sive post mortem, & sive utlagat⁹, vel in vita antecessoris restitutus, & sic forisfacit actionem & jus habitum & habendum. Item hæreditatẽ propriã, acquisitam & acquirendam, secund' quod fuit in statu die quo felonia fuit perpetrata, in dominico & servitio, ad terminum vitæ vel annorum. Item idem dici poterit de fratre postnato & suis hæredibus, de omnibus quæ ei possent accidere. Ex hoc igitur sequitur, ut videtur, quòd antecessor, cujus hæres feloniã fecerit de qua convict⁹ fuerit, post feloniam hæredis dare non poterit nec alienare, non magis quàm ipse felo, cùm non sit hæres qui posset donationem & factum suum warrantizare, nisi hoc habeat speciale in charta feoffamenti sui, quòd dare possit & assignare si hæredes defecerint, vel sit ita, quòd donationẽ warrantizare non possint prædicta ratione. ¶ 18. Cùm verò utlagatus captus fuerit, non erit licitum alicui eum interficere, nisi in ipsa captione, si se velit defendere, quia post captionem, vita & mors erit in manu regis. Poterit quidem rex cùm captus fuerit, licèt ritè sit utlagatus & ex causa, ex plenitudine potestatis suæ dare ei vitam & membra, & ut regnum abjuret. ¶ 19. Tenetur etiam aliquando de gratia concedere ei vitam & membra, ut si per infortunium vel se defendendo hominem interfecerit. Tenetur

netur etiã si nulla subfuit causa utlagariæ, ut si ille qui interfici debuit, viv⁹ & san⁹ ꝓducatur. Item si min⁹ sufficiens sit causa, quia fortè factũ, ꝑ quo fuit utlagatus, non fuit felonia sed transgressio. Item quia utlagaria nõ fuit ritè ꝓmulgata, vel loco non debito, ut suprà, & secundùm ꝙ sic vel sic, poterit abjurare regnũ, vel in regno remanere, secundùm gratiam regis. Itẽ si clericus ordinatus fuerit utlagatus, tenetur rex utlagatũ remittere ordinario, ubi non fiet nisi degradatio, si se purgare non possit. Clericus dico, sive major sive minor, etiam episcopus vel alius, quia de talibus non poterit rex exequi judicium, nec judicium factũ in foro seculari de utlagaria ligabit tales, qui in cur̃ Christianitatis se purgare possunt, secundùm quosdam.

Cap. XV.

1 ¶ *De homicidio quod palam & pluribus astantibus perpetratũ est, & postea de homicidio quod nullo præsente perpetratũ est & quod dicitur murdrũ. 2. Quid sit murdrũ. 3. Quæ causa inventionis murdrorum. 4. Quid dicitur murdrum. 5. Qualiter patria excusatur à murdro. 6. Si interfector captus fuerit nullum erit murdrum. 7. Item qualiter debet Englescheria præsentari secundùm consuetudinem diversorum com'.*

Dictum est suprà de homicidio, quod palam & pluribus astantibus quãdoq; ꝑpetratur, nunc autem dicendum de homicidio, ꝙ nullo p̃sente, nullo sciente, nullo audiente, nullo vidente clam perpetratur, quod dicitur murdrum, unde inprimis videndum ꝙ sit murdrum, quæ causa invẽtionis, & qualiter quis à murdro excusetur. ¶ 2. Murdrum verò est occulta extraneorum & notorum hominum occisio, à manu hominis nequiter ꝑpetrata, & quæ nullo sciente vel vidente facta est, præter solum interfectorem & suos coadjutores & fautores, & ita quòd non statim assequatur clamor popularis. Occulta dicitur, quia occisor ignoratur, nec scitur quis ille fuit qui occidit. Item extraneorum & notorum hominum, ut comprehendatis tam masculum quàm fœminam, & sic excludatis animalia bruta, quæ ratione carent. Extraneorum dico, quia sive interfectus cognitus fuerit sive ignot⁹, dicitur francigena, nisi Englescheria, i. quòd Anglicus sit, probetur ꝑ parentes, & coram justitiariis præsentetur. ¶ 3. Causa verò inventionis murdrorum talis fuit, ꝙ in dieb⁹ Canuti regis Danor̃ qui post Angliam acquisitã & pacificatam rogatu baronum Anglorum remisit ad Daciam exercitum suum & ipsi barones Angliæ erga ipsum regem Canutum fidejussores extiterunt, quòd quotquot rex in Anglia secum retineret firmam pacem ꝑ omnia haberent, ita ꝙ si quis Anglorum aliquem hominũ quos rex secum adduxit interficeret, si se super hoc defẽdere non posset judicio dei. s. aqua vel ferro, fieret de eo justitia, si autẽ aufugeret & capi non posset, solverentur ꝓ eo 66. marcæ, & colligebantur in villa, ubi quis esset interfectus, & ideò, quia interfectorẽ non habuerunt, & si in tali villa ꝓ pauptate colligi non possent, colligerentur in hundredo in thesauro regis deponẽdæ. ¶ 4. Et dicitur murdrum extraneor̃ occisio, & notorum: quia sive not⁹ sit vel extrane⁹, ille qui interfectus est, semꝑ reputabitur Frãcigena, nisi Englescheria, ritè fuerit coram justitiariis præsentata, ꝑ hoc quòd sciri possit ꝙ Anclic⁹ extiterit

cerit. Et qualiter Englescheria presentari debeat, infra plenius dicetur suo loco. Item a manu hominum dicitur, ad differentiam eorum qui à bestiis & animalibus, quæ ratione carent, occiduntur, vel devorantur: & qui non possunt dici murdrati in feloniam, quia animalia, quæ ratione carent, non possunt dici fecisse injuriam nec feloniam. Vel hoc dici poterit ad differentiam eorum, qui mortui sunt per infortunium, sicut de submersis & oppressis & hujusmodi per infortunium ubi nulla subest felonia, secundum quod inferius dicetur. ¶ 5. Excusatur patria quandoq; à præstatione quæ datur pro murdro, sicut videri poterit in multis casibus subsequentibus. Inprimis excusatur patria à præstatione murdri, si interfector cognitus fuerit, sive captus fuerit sive non, quia ibi convinci poterit felonia vel per sectam vel per inquisitionem patriæ, & sic quod utlagatus sit. ¶ 6. Item si interfector captus fuerit, & judicium sustinuerit, nullum erit murdrum quia convincitur felonia. Item nullum erit murdrum cum quis vulneratus fuerit usq; ad mortem & vixerit posteà per aliquod tempus, quia tunc potest ipse malefactores detegere, & sic manifestare vel cognoscere per se, utrum ipse sit Anglicus vel francigena, & sic nullum erit murdrum. Item licet loqui non possit, nec detegere malefactores, si quis pro morte sua confugerit ad ecclesiam & mortem cognoverit, nullum erit murdrum. Item de iis qui mortui sunt per infortunium nullum erit murdrum, licet in quibusdam partibus de consuetudine aliter observetur, ut si homo mortuus, submersus, vel oppressus & hujusmodi sine culpa alicujus inveniatur, nullum erit murdrum, nec deodanda sunt. Navis, nec batellus, nec alia catalla de iis qui submersi sunt in mari, nec in salsa nec in dulci aqua wreccum erit, cum sit qui catalla advocet & hoc docere poterit. Item si in mari, vel in ripa ejus, in flumine publico, vel in ripa ejus (& maximè quatenus salsa attigerit) mortuus inveniatur, nullum erit murdrum, nisi fortè in terra occisus in mare vel in flumen mortuus projiciatur, vel vivus nequiter sit præcipitatus, quod quidem dici posset de omni loco publico, qui in nullius bonis esse dicitur, nisi tantùm in bonis ipsius regis. Si autem locus fuerit alicujus universitatis, aliud erit. Nequiter dico, ut si de submersis & oppressis & hujusmodi denuncietur, statim accedant ad mortuum coronatores, antequam corpora sepeliantur, & mortuum videant, & nihilominùs diligenter inquirant per decennas & villatas accepto sacramento, si ibi sit felonia vel infortunium, & secundum hoc, faciat suum officium, & ideò si hujusmodi corpora sepulta fuerint sine visu coronatoris, villata erit in misericordia. Item in omni casu si occisus notus fuerit & Anglicus, licèt interfector ignoretur, murdrum erit, nisi secundùm consuetudinem regni & assisam Englescheria præsentetur & debito modo, quia non refert utrum non sit omnino præsentata vel minùs ritè, & ideò qualiter præsentari debeat videndum est. ¶ 7. Et sciendum quod statim in ipsa inquisitione & coram coronatoribus præsentatur Englescheria, sed diversimodè tamen, secundum diversas consuetudines comitatuum. In quibusdam verò comitatibus præsentatur Englescheria, sive mortuus fuerit masculus sive fœmina, per duos masculos ex parte patris, & per duas fœminas ex parte matris de propinquioribus parentibus interfecti, qui olim dicebantur To lange and To bred. In quibusdam verò comitatibus præsentatur per unum

Where a country excused from Murdrum

if the killer known.

if taken.

if per infortunium

How Englesherie be presented

unum masculum ex parte patris & p unā fœminam ex parte matris. Itē in quibusđ comitatib', secundū quosđā, si masculus inveniatur interfectus, pſentatur Engleſcheria p unū masculum ex parte patris, & p unā fœminā ex parte matris. Et si fœmina, modo prædicto, p duas fœminas vel ex parte patris tantùm vel ex parte matris tantùm, quorum quidem nomina irrotulari debent in rotulis coronatorum, coram justitiar in itinere suo pſentanda, & ubi mutari non possunt personæ nec nomina variari, ꝙ si contrà factum fuerit, nulla erit Engleſcheria cum sit minùs ritè facta, & ideò dabitur murdrum, & ideò sic præsentatur ut sciri possit utrum interfect' Anglicus fuerit vel francigena, pro Anglico vero, & de quo constari possit ꝙ Anglicus sit non dabitur murdrum. Si autem Engleſcheria nulla sit, vel minùs ritè facta, licèt interfectus Anglicus fuerit, pro francigena reputabitur. Si autem dubium fuerit utrum Anglicus fuerit vel non, & utrum pducti parentes fuerint vel non, hoc p patriam declarabitur. Si autē plures inveniantur occisi, de singulis p se oportet Engleſcheriā præsentare. Ut sciatur quādo Engleſcheria ritè præsentatur & quando non, notandum, quòd si coram coronatoribus p quatuor & coram justitiar p duos, vel coronatoribus per duos, & coram justitiariis p unum vel è contrario, nulla erit Engleſcheria. Item si nominibus eorū qui pducti sunt vel eorum pſonis variatū sit, vel erratum coram justitiariis, non valebit præsentatio, eò quòd in hoc casu non admittitur variatio. Itē si producti parentes non sint parentes mortui sed extranei, vel si producti sunt parentes ex parte patris, ubi quidam illorum produci deberent ex parte matris & è converso. Item ubi omnes pduci deberent ex una parte, producti sunt ex parte utriusque. Item ubi plures pduci deberent, pducti sunt pauciores, & è contrario. Et ideò non valet si ibi fuerit variatio vel defectus. Et quoniam in diversis comitatibus diversimodè pſentātur, inquirendum erit in quolibet itinere ab initio quæ sit cōsuetudo præsentandi Engleſcheriam.

Cap. XVI.

1 ¶ *Si malefactores fugiunt ad ecclesiam qualiter debeant regnū abjurare si cognoscant latrocinium & feloniam.* 2. *De sacramento qualiter debent regnū abjurare.* 3. *Quòd non debet morari in ecclesia ultra quadraginta dies, si velit, quid tunc agendum sit.* 4. *De divisione exiliorum.*

SUnt etiā quidā, qui cum capi deberent, fugiunt ad ecclesiā vel aliū locū religiosum vel privilegiatū, & se tenēt in ecclesia, & quo casu nihil mediū est, nisi ꝙ veniant ad pacem dñi regis ad standū recto, si quis versus eos loqui voluerit, vel ꝙ cognoscant maleficium propter ꝙ se tenent in ecclesia, & sic habebit electionē. Et quo casu, si recognito maleficio elegerit regnū abjurare, eligere debet portū aliquē p quem transire possit ad terrā aliam extra regnum Angliæ, quia non tenetur abjurare terrā & potestatē regis pcise, sed tantùm regnū Angliæ. Et cōputari ei debent rationabiles dietæ usq; ad portū illum, & debent ei interdici ne exeat regiam viam, nec moram

morā faciat alicubi ꝑ duas noctes, nec alicubi se divertat nec multùm declinet à via nisi hoc fuerit ex magna necessitate vel hospitandi causa: sed semper tendat recta via ad portū, ita ꝙ ibi sit ad diem sibi datū, & ꝙ transfretabit quàm citò navē habuerit & ventum, nisi tempestate fuerit impeditus, si autem contrà fecerit erit in periculo. ¶ 2. Hoc audite justitiarii, vel ô vos coronatores, ꝙ exibo à regno Angliæ, & illuc iterum non revertar, nisi de licentia dñi regis vel hæredum suorum, sic me deus adjuvet &c. Et in sacramento faciendo, nulla fiat mentio de aliquo impedimento. Sed quid dicetur sibi ubi nullum eligere voluerit portum? quia sine portu & mari exire poterit usq; in aliud regnum, & tunc non incompetenter dici poterit, ubi dicitur, quòd elegit portum, quòd elegit transitum, per talem villā, via quæ ducit versus Scotiam, vel Hiberniam vel alibi: sed quòd cognoscere debeat maleficium, non est semper necesse, quia subjicere poterit. Si ad ecclesiam confugerit postquàm fuerit per patriam condemnatus, sive ante judicium sive post, vel si fugerit ad ecclesiā cùm captus fuerit seysitus, & in nullo istorum casuum, cùm ad ecclesiam confugerit morari poterit in ecclesia ꝑ quadraginta dies, sicut quidam dicunt, sed statim in adventu justitiariorum vel coronatorum exire debet & facere legem terræ. Spatium verò quadraginta dierum olim dari solet damnatis per assisam de Clarendone, qui cùm exire deberent regnum, possent per quadraginta dies moram facere & quærere subsidia amicorum. ¶ 3. Constitutio quidem talis fuit, quòd quamvis aliquis se purgaret judicio aquæ vel ignis, hic nihilominùs regnum abjuraret, & habuit spatium illud, occasione prædicta, quod quidem non est aliis concedendum. Sed quid si ille qui ad ecclesiam confugerit exire noluerit ab ecclesia, nunquid poterit per vim extrahi ꝑ manum laicalem? non ut videtur, quia hoc esset horribile & nephandum. Videtur igitur quòd ordinarius loci, sicut archidiaconus vel officialis suus, decanus vel persona, hoc facere possent & deberent scilicet compellere eum exire, quia gladi⁹ debet juvare gladium, & juris executio non habet injuriā, & cùm talis exire noluerit nisi compulsus, præsumitur vehementer contra ipsum, ꝙ malus sit & defendere eum in ecclesia nihil aliud erit, quàm (cùm sit latro public⁹) maximè facere contra pacem & contra ipsum regem qui pacem tueri debet ad securitatem omnium, & si talis exire compelli non possit, saltem cùm in ecclesia fuerit per unam noctem ad plus, sic poterit se tenere in ecclesia per quadraginta dies, & per annum & per biennium si hoc fuerit in voluntate malefactoris. Quid igitur fiet cùm ordinarii timeant irregularitatem & laici excommunicationem? nihil aliud ergo video, nisi ꝙ tali denegentur cibaria, ut gratis exeat & petat ꝙ contēptibiliter recusavit, & qui tali super hoc, cibaria ministraverit, tanquam inimicus regis & præsumptor contra pacē regis cēseatur, & sic fiat de illis qui debent regnū abjurare & in exiliū mitti. ¶ 4. Est enim divisio triplex ad min⁹, aut certorū locorum interdictio, sicut ꝓvinciæ alicujus civitatis, burgi, vel villæ imperpet, vel ad temp⁹, secundùm ꝙ exposcit quātitas delicti, secundùm quod fuerit maj⁹ aut min⁹. Item exiliū propter crimen & latā culpam, & omniū locorū interdictio im-

perpetuum

perpetuum, & nisi &c. vel in insulam deportatio in ꝑpetuum, vel ad temp⁹, ꝙ quidem exilium dici poterit, abjuratio regni, sive utlagatio. Et si quis ita exulat⁹ exilio nō obtēperaverit, pœna capitali puniatur, hoc est, si post exiliū tale sine licentia revertatur.

Cap. XVII.

1 ¶ *De homicidio per infortunium & casuali.*

De homicidio verò casuali, ꝙ multipliciter fieri potest, & de quo suprà tactum est, ut si quis telum in feram mittere volens, vel quid tale egerit, vel si cùm socius luderet cum socio, & jocosa levitate ꝑcusserit, vel cùm longiùs staret, arcū traheret, vel lapidem ꝓjiceret, & hominem quem non vidit, ꝑcusserit, vel si cum pila luderet quis, manū consortis quē non vidit pila ꝑcusserit, ita ꝙ gulam alicujus ꝑsciderit, & sic hominē interfecerit, non tamen cum occidendi animo, absolvi debet, quia crimen non contrahitur nisi voluntas nocendi intercedat, & voluntas & ꝓpositum distinguunt maleficium, & furtum omnino non committitur sine affectu furandi. Et secundùm quod dici poterit de infante & furioso, cum alterum innocentia consilii tueatur, & alterum facti imbecillitas excuset. In maleficiis autem spectatur volūtas & non exitus, & nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat. Sed ibi distinguitur inter veram causam & infortuniū, de animalibus quæ ratione carent, vel aliis rebus inanimatis, quæ dant occasionē, sicut navis, arbor quæ oppressit vel hujusmodi. Rectè autem loquendo, res firma sicut domus vel arbor radicata, quandoq; non dant causam nec occasionem, sed facit ille qui se stultè gerit, nec equus multotiens. Item nec navis nec batellus in salsa, licèt in aqua dulci, & hoc ꝑ abusionem sicut in multis aliis casibus.

Cap. XVIII.

1 ¶ *De illis qui capti sunt quòd non debent spoliari bonis suis sed debēt inde sustētari. 2 Breve quòd de bonis suis sustentetur. 3 Qualiter captus produci debet coram justic. & quare justic. examinare debent in duello injungēdo & judiciis. 4 Vadiatio duelli & si appellatus victus fuerit vel appellans. 5 Ne quis extraneum hospitetur nisi de clara die.*

Qui pro crimine vel felonia magna, sicut ꝓ morte hominis capt⁹ fuerit & imprisonatus, vel sub custodia detentus, non debet spoliari bonis suis, nec de terris suis disseysiri, sed debet inde sustentari donec de crimine sibi imposito se defenderit, vel convict⁹ fuerit, quia ante convictionē nihil forisfacit, & si quis cōtra hoc fecerit fiat vic. tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Scias ꝙ ꝓvisum est in curia nostra corā nobis, ꝙ nullus homo capt⁹ ꝓ morte hominis, vel pro alia felonia pro qua debeat imprisonari, disseysietur de terris, tenētis, vel catallis suis, quousq; convictus fuerit de felonia de qua rectatus est: sed quam citò captus fuerit ꝑ visum custodum placitorū coronæ nostræ, & ꝑ visum tuum & ballivorum tuorū & legaliū hominum, apprecientur catalla ipsius capti, & imbrevientur, & salvo custodiātur ꝑ ballivos ipsius qui capitur, & qui bonam inveniant securitatem, de respondendo coram justitiar nostris, cum ab eis exigantur, salvo tamē eidem capto & fami-

liæ

liæ suæ necessariæ quamdiu fuerit in prisona, rationabili estoverio suo, ut si idem capt' fuerit, et corã justitiariis nostris cõvict' de felonia unde rectatus est, tunc totum residuũ catallorũ illorũ (ultra estoveriũ illud) remaneat nobis, secundùm regni nostri consuetudinem, cum termino nostro de terra illa, ꝑ unum annũ & unũ diẽ. Et si coram ꝑfatis justitiariis nostris se defendere possit, et purgare de felonia sibi imposita, tunc catalla sua sibi quietè remaneant. Et ideò tibi præcipimus, ꝙ de cætero ita fieri facias in com tuo & observari. Et firmiter tibi ꝓhibem', ne de cætero ꝑdicta occasione manum apponas in terris et catallis alicuj', qui capt' fuerit prædicto modo: Ne amplius inde clamorẽ audiam'. Teste. &c. De illis autẽ qui in fuga sunt, aliter erit, ut supra dictum est. ¶ 3. Cùm autem taliter captus, coram justitiariis ꝓducend' fuerit, ꝓduci non debet ligatis manib' (quamvis aliquando compedib', ꝓpter periculũ evasionis) et hoc ideò ne videat coact' ad aliquã purgationẽ suscipiẽdã. Cùm autẽ ꝓduct' fuerit & de crimine ei imposito accusatus, si crimen statim cõfiteatur, satis planũ erit judiciũ. Si autẽ negaverit, & crimen defenderit præcisè, & sit aliquis qui eum appellat ꝑ verba legittima appellum facientia, tunc autem defendit oĩa præcisè quæ ei imponuntur & nihil excipit cõtra appellantẽ, habebit electionẽ utrum se ponere velit super patriam, utrũ culpabilis sit de crimine ei imposito, vel non: vel defendendi se ꝑ corp' suũ. Si autem patriam elegerit, ad defensionem ꝑ corp' suum ex pœnitentia reverti non poterit, sed ꝑ patriam negotiũ terminabitur, nec è cõtra. Si autem ꝑ corp' suum intret in defensionem, nihil excipiendo: statim vadietur inter eos duellum. Si oĩa ritè concurrant & principalia maximè appellum facientia, & quæ jungunt duellum, & si fortè appellat' hoc omiserit, justitiarii ex officio suo debent oĩa examinare. Inprimis factũ & causam appelli, & si factũ & causa sufficiãt, tunc in primis examinare debent sectã si benè facta fuerit, ita ꝙ nulla sit variatio, ut si appellans unum dixerit in com, & corã coronatorib', & aliud modò dicat corã justitiariis: non enim admittitur hîc variatio, secũdùm ꝙ inferi' dicetur pleniùs. ¶ 4. Si autem oĩa benè concurrant quæ jungunt duellũ, tunc dat appellat' vadium se defendendi, & appellator vadiũ disrationãdi, et si appellat' victus fuerit, capitalẽ subibit sententiã, cum exhæredatione, & omnium bonorũ suorũ amissione, & sicut esse debet in omni vel quolibet genere feloniæ. Si autẽ appellans victus fuerit, gaolæ cõmittatur, tanquã calũniator puniend', sed nec vitã amittit, nec membrũ, licèt secundùm leges ad taliones teneretur, si in ꝓbatione deficeret, et appellat' quiet' recederet de appello illo, nisi fortè justitiarii ꝑ aliqua alia suspitione, vel recto, duxerint ulteri' retinendũ: quod aliquãdo faciũt ex causa, sicut cõtigit aliquãdo de Roberto Brodegh in com Berk. corã M. de Pateshull. Et hæc vera sunt, ꝙ appellatus ꝑ corp' suũ se defendere poterit, cùm appellat' fuerit: nisi aliqua violenta ꝑsumptio faciat cõtra ipsum, quæ ꝓbationẽ nõ admittit in cõtrariũ, ꝑ quam dedicere vel defendere possit mortẽ et feloniã, sicut esse potest, cùm quis capt' fuerit super mortuũ cũ cultello cruentato, mortẽ dedicere nõ poterit, & hæc est cõstitutio antiqua, in quo casu non est opus alia ꝓbatione. In quo casu non est necesse

Prisoner not to be tried ligatis manibus

T cesse

cesse ꝓbare ꝑ corpꝰ nec ꝑ patriam, ubi ꝑ̄sumptio violēta facit cōtra appellatum. Item si quis jacuerit in domo aliqua de nocte, solus cum aliquo qui fuerit interfectus, vel si duo ibi fuerint vel plures, & hutesium non levaverint, nec plagam à latronibus vel aliis qui interfecerint in defensione facienda nō receperint, vel nec quis hominē interfecerit ostenderint de se vel de aliis, mortem dedicere non poterunt, ut de termino sancti Michaelis añ regni regis H. nono incipiēte decimo in comitatū Kanc. de Adam de Burgh. Eodem modo ferè dici poterit (ut videtur) si quis in domum suā notum vel ignotum receperit hospitandi causa, vel alia hujusmodi, & qui sanus & vivus visus fuit intrare, & nunquā posteà nisi mortuus, dominꝰ domus (si tunc domi fuerit) vel alii de familia, qui tunc præsentes fuerunt, pœnā capitalem non evadent, nisi fortè ꝑ patriam fuerint liberati, si justitiarii perspexerint veritatem ꝑ patriā debere inquiri. ¶ 4. Et ꝓ hac suspitione cōstitutum est, ne quis extraneū hospitetur nisi de clara die, nec ꝑmittat eum recedere nisi de clara die, & hæc etiā ꝑ̄sumptio maximè esse poterit, ut si dominus & homo suus jacuerint in una domo, & dominus inventus fuerit occisus, homo tenebitur, qui nec clamorem levavit, nec plagā recepit, nec in aliquo se opposuit ad defensionem. Et idem dici poterit de extraneo, quia vix evadere poterit ꝑiculum ꝑ inquisitionem patriæ, ꝓpter tam gravem ꝑ̄sumptionem datam de tam occulto facto. Sed cùm patria veritatem scire non possit de tam occulto facto, qualiter liberabitur ille qui suꝑ patriam se posuerit? Revera satis liberat, quia expressè non cōdemnat, sicut dici poterit de charta, cùm satis acquietat ex quo specialiẗ non onerat. Item poterit factū esse tam occultum, quòd secta sit nulla vel minꝰ ritè facta, tamen calumniari non poterit, quia initium facti sciri non poterit, sicut de veneno dato, & quo casu, non habebit appellatꝰ electionē utrum se ponere velit super patriā, vel defendere se ꝑ corpꝰ suum: sed oportet quòd defendat se ꝑ corpus suum, quia patria nihil scire poterit de facto, nisi ꝑ ꝑ̄sumptionem & ꝑ auditum, vel ꝑ mandatum, quod quidem non sufficit ad probationem ꝓ appellante nec ꝓ appellato ad liberationem, nisi sit qui dicat (ut suprà) quòd satis liberatur, ex quo non condemnatur. Admittitur tamen ex necessitate, quòd appellatus habebit electionem ꝓpter inconveniens quod sequeretur, quia si semper teneretur se defendere ꝑ corpus, ita posset quilibet in tali facto alium appellare per campionem conductivum, quod non est sustinendum.

Cap. XIX.

1 ¶ De quibus loqui debeat appellans. 2. De appello de morte hominis. 3. Quòd possunt plures appellari sicut unus de morte alterius. 4. Verba appelli de morte fratris vel alterius. 5. Itē appellū de fortia. 6. Qualiter debent appellati defendere. 7. Si duellū declinare noluerit per hoc quod transit ætatem. 8. Si omnes concurrunt qui jungūt appellū statim vadietur duellū. 9. Si plures appellaverint unū sed de diversis factis, sicut de diversis plagis. 10. Si ante duellū percussū omnes appellantes mori cōtingat. 11. Si autē appellatus victus fuerit de facto, tūc demū procedatur versus alios de fortia & de præcepto. 12. Si plures unū appellaverint de morte alicujꝰ de pluribꝰ plagis. 13. Si unꝰ plures appellaverit de diversis plagis mortalibꝰ.

In

IN omni verò causa criminali quæ sub se cōtinet feloniā, in appello debet fieri mentio de anno, de loco, de die, & hora. Loqui oportet etiam de visu & de auditu. Itē ꝙ appellans cōstans sit in dicto suo, & in omnib' circūstantiis, secundùm ꝙ, inferiùs dicetur de exceptionib'. Verba autē appelli sunt hæc. ¶ 2. A. appellat B. ꝑ talia verba, de morte fratris sui, & si ipse defecerit, tunc ꝑ talē, & ita ꝙ sunt plures de uno & eodē facto. A. appellat B. de morte C. fratris sui, quòd sicut ipse A. & C. frat' su' essent in pace dei & dñi regis apud talē locū, faciendo quoddā tale, vel transiendo à tali loco usq; ad talem locū, tali die, tali anno, & tali hora: venit idem B. cum talib' nominandis, & nequiter & in felonia & in assultu ꝑmeditato, & cōtra pacē dñi regis ei datā, fecit idē B. ꝑdicto fratri suo C. unā plagā mortalē in capite quodā gladio, vel aliquo alio genere armorū molutorū (dum tamē non de baculo nec lapide, vel alio instrumento (secundùm quosdā) ꝙ dici non possit armū molutū) ita qd' obiit infra triduū de plaga illa. Et quòd fecit hoc nequiter, & in felonia, & cōtra pacē dñi regis, offert se disrationare versus eum ubicunq; ꝑ corpus suū: sicut ille qui præsens fuit, & hoc vidit, & sicut curia dñi regis cōsiderat. Et si de eo malè cōtigerit, ꝑ corp' talis fratris sui vel alterius parentis C. qui similiter hoc offert disrationare ꝑ corp' suum, sicut curia cōsideraverit: & sic ulteriùs de plurib' aliis, si de tali malè contigerit. Et qui omnes loquātur de visu suo sine testimonio, quòd plures possūt appellare, unū de uno & eodē facto, et eodē vulnere. Et si appellat' versus unū ex plurib' se defenderit, vel ꝑ judicium quiet' recesserit, versus omnes alios liberabitur, & quiet' recedet. Sed si un' appellantiū moriatur, vel defaltā fecerit, nihilominùs tamē integra erunt aliorū appella. Itē si de primo appellante, quocunq; modo, vel quibusdā illorū malè contigerit, illi qui superstites fuerint ad disrationē faciendā admittūtur. Possunt etiā plures appellari ꝑ eosdē de fortia, secūdùm ꝙ, inferiùs dicetur. ¶ 3. Itē possunt plures appellari à plurib' de diversis factis & plagis diversis, & quo casu, victoria uni' appellati de una plaga, versus unū appellātiū, aliū appellatum de alia plaga versus aliū appellātem non liberabit, sed nec alii appellati de diversis plagis cōvincuntur si un' eorū victus fuerit, sed quilibet eorum defendet causam suā ꝓpriā, & sunt verba appelli hujusmodi hæc. ¶ 4. A. appellat B. quòd cùm ipse & C. frater su' essent in pace dei & regis &c. (ut suprà) venit idem B. cum C. supradicto appellato, & cum aliis nominandis, & nequiter & in felonia &c. (ut suprà) fecit eidē C. unā plagā mortalē tali loco, quadā bisacuta, & de qua (si mortuus non esset de prima) mortu' esset de plaga illa secūda, & quòd hoc fecit nequiter, & in felonia, offert se &c. (ut suprà.) Et ita dici poterit de pluribus appellatis & appellātib' de diversis plagis, sicut dictū est de ꝑdictis qui ꝑsentes sunt. Si omnes ꝑsentes sint tam de fortia quàm de facto, ꝓcedatur cōtra omnes ꝑ ordinē: dum tamē illi de fortia non respōdeant, antequam factum cōvincatur. Si autē omnes tam de fortia quàm de facto absentes sint, tunc ꝓcedatur cōtra eos ꝑ ordinē, ut suprà pleniùs de requirēdis reis & fugitivis. Si autem quidā illorum præsentes, & quidam absentes sunt, tunc per ordinem ꝓcedatur, ita tamen quòd factum priùs convincatur. ¶ 5. Idem A.

Appeal of Homicide in the principal

in the Accessory

appellat talē de fortia ꝙ cùm ipse & C. fratˇ sīus essent in tali loco &c. ut supra, venit idē talis cum pdicto B. appellato de facto. s. et cum aliis nominādis, et tenuit ipsū C. fratrē suū, quādiu idē B. ipsum intfecit, vel vinxit eum, vel fuit in auxilio vel cōsilio qualicūq; modo, vel pcepto, vel mandato quo maj' ipse C. fuit intfect'. Et ꝙ hoc fuit nequiť & in felonia, offert se &c. Et ideò dico nequiť, quia multotiens illi qui nequiť inficiuntur, vel occidūtur, tenti sunt ab amicis bono animo, & nō p malitiā: et ideò tutum & honestū est de animo & voluntate diligenť inquirere. ¶ 6. Et B. appellatus de facto similiť venit, & defendit omnē feloniā & pacē dñi regis infractam, & quicquid est cōtra pacē dñi Regis, & mortē & oīa quæ versus ipsum pponūtur, & totū de verbo in verbū secundùm ꝙ cōtra ipsum pponitur, et tunc habebit electionē ponēdi se sup patriā, vel defendendi se p corp' suū: sic dicendo: Et ꝙ idē inde culpabilis nō sit, ponit se sup patriā de bono & malo (si patriā elegerit) vel parat' est defendere versus eum p corp' suū, sicut curia dñi regis consideraverit. Et in quo casu, cùm se defenderit p corp' suum, debet justitiari' inprimis examinare, ad hoc ꝙ jungatur duellū inter eos (nisi factum fuerit manifestū & criminale) quale sit factum, & quæ causa p qua fit appellū. Poterit enim factū esse ita leve, quòd nō jacebit appellū, ut si levis transgressio sit, vel si simplex injuria. Itē examinare debet p quæ verba factum sit appellum in curia vel in com̄. Item qualiť respōdit ad appellum, et qualiť se defendere voluerit, p corp' vel p patriam. Vel si ita simpliciter dicat, quòd velit se defendere sicut curia dñi regis consideraverit, nisi plus dicat, non erit defensus, quia non ptinet ad curiā regis instruere eum qualiter se defendere debeat. Si autē sic dicat, parat' sum defendere, vel p corp' meum vel p patriam, sicut curia dñi regis consideraverit, videtur per hoc quòd auferat sibi electionem, quia non debet curia regis ipsum arctare magis ad unum quàm ad aliud, nec ei necessitatem imponere quomodo se defendere debeat, cùm habeat electionē. Igitur ad unum se tenere debet, sed cùm patriam elegerit, non erit in voluntate sua quam patriā, sed in voluntate judicis, licèt ex certis causis certas possit recusare psonas quācumq; patriā elegerit, ut si patriā nativitatis, & alibi extra patriā suā deliquerit. Poterit enim esse fidelis in patria nativitatis, & alibi infidelis. ¶ 7. Item cùm p corp' se defendere elegerit, p hoc qd' transiit ætatē declinare poterit duellum, sicut infrà diceť de exceptionib': sed cùm semel sic duellū declinaverit, si ex pœnitentia recurrere voluerit ad defensionē p corp', nō audietur, quia non admittitur in hoc casu variatio. ¶ 8. Cùm autē elegerit defensionē p corpus suum, & oīa cōcurrant quæ jungunt appellū, statim vadietur duellū, & quo casu si à plurib' appellat' fuerit de uno facto & una plaga, et versus unum se defenderit, recedet quiet' versus omnes alios appellantes, et etiā de secta regis, quia p hoc purgat innocentiam suam versus omnes, ac si se poneret sup patriam, & patria omnino ipsum acquietaverit. Si autem neutrum istorum facere voluerit, quasi convictus & indefensus remanebit. ¶ 9. Item cùm plures sic appellaverint unum de uno facto, & de una plaga, & primus appellans post duelli vadiationem, antequam percutiatur moriatur, vel sine

sui

sui culpa inutilis ad pugnandum efficiatur, vel si de eo humanitùs contigerit, ille qui superstes fuerit disrationabit, & ad diem duelli, quo ille primus venire debuit, veniat armatus, & codē die duellū perficiat, & ita fiat de pluribus appellantib⁹ sicut de isto secundo, si de aliis aliquid contingat humanitùs. Si autē ille prim' appellans sequi noluerit & defaltā fecerit, vel si pˀsens se retraxerit, aliud erit. ¶ 10. Si autem ante duellum percussum omnes mori contigerit, vel omnes efficiantur inutiles ad pugnandū, sic cadit appellū. Sed tamen appellatus ꝓpter hoc non defenditur à felonia, licèt defendatur de appello. Et ideò rex sequi possit ꝓ pace sua si voluerit. Si autē ante duellum percussum appellatū mori contigerit, sic cadit appellū, & nūquam convincentur de felonia. Si autem appellat⁹ ab uno, ex plurib⁹ sic appellantibus vict⁹ fuerit, hoc aliis sufficiet ad victoriam, quia ꝑ unum appellantem convinci poterit unicum factum & una felonia. Cùm autē primus appellans unum sic appellaverit de uno facto, & aliū vel plures de forcia, & de consilio vel ꝑcepto, statim ante duellum vadiatum appellatus de facto non est ꝑ plegios dimittendus, nisi hoc fuerit de gratia, & tunc ꝑ ballium s. corpus ꝓ corpore, & appellati de forcia sunt replegiabiles, donec ille de facto convincatur, vel se defenderit: & percusso duello, si appellans victus fuerit, illi de forcia & ꝑcepto ꝑ judicium recedent quieti de appello, quia ubi factum nullum, ibi forcia nulla, nec ꝑceptū nocere debet, cùm injuria nullum habet effectum, & aliis appellantibus respondere non debet, ut ꝑdictū est, de uno & eodem facto de quo semel se defenderit versus unum. ¶ 11. Si autem appellatus de facto victus fuerit, tunc primò tenentur respondere appellati de forcia & ꝑcepto, nec ulteriùs erunt replegiabiles, quia cùm factū convictum sit, tunc primò ꝑsumi poterit ꝙ subfuit forcia & ꝑceptū, & ideò respondeant eodem die, & codē die vadietur duellum inter primum appellantem & appellatos de forcia vel ꝑcepto, secundùm ꝙ ꝑ ordinem positi sunt in appello, ita quòd ille primò de forcia & posteà ille de ꝑcepto, quia forcia quodammodo sub se continet factum, quod quidem non facit præceptum. Sed quare non possunt alii appellātes à primo & principali appellante, eo omisso, jungere duellum cum appellatis de forcia & præcepto? Et est ratio (ut videtur) quia forcia & præceptum sunt quasi sequela facti principalis, & ita sunt conjuncta facto & annexa, ꝙ à facto non separantur, quia vuln⁹, forcia & præceptum generant unicum factum: non esset vulnus fortè si non adfuisset forcia, nec vuln' nec forcia nisi præceptum præcessisset. ¶ 12. Contingit etiam quandoq; quòd plures appellant unum de morte alicujus, de pluribus factis & diversis plagis mortalibus, & quo casu, plura sunt appella & diversa, propter pluralitatem factorum: & unde quilibet eorum poterit de una plaga mortali appellare unum principaliter sine aliis per se, & alios plures de forcia & præcepto. Poterit etiam alius à primo appellare alium de alia plaga mortali & alio facto, & eodem modo sicut primus, & ita deinceps de diversis plagis, tertius tertium, & quartus quartum, & sic plures deinceps, & eodem modo. Et de verbis appelli satis dictum est suprà, sed tamen appellatus omnibus appellantibus simul & semel respondere nō poterit

If any of the parties die.

quamvis omnib' principaliter respondere teneatur. Oportet igitur quòd uni respondeat primò, & sic deinde aliis p ordinem successivè. Respondeat igitur appellatus A. qui prim' est in ordine appellantium, & ipse excipiat contra ipsum, & petat sibi allocationes fieri, & quo casu, si appellat' appellum declinaverit versus A. primum appellantem, ppter hoc non cadunt appella aliorum, sed eodem die respondeat secundo appellanti, & si eodem modo appellum ipsius declinaverit, respondeat tertio eodem die, & sic fiat de pluribus & quamdiu aliquis remanserit principaliter appellans, non erit recurrendum ad sectam dñi regis, nisi tunc demũ cùm omnes appellantes defecerint in appello suo. ¶ 13. Si autem unus plures appellaverit de diversis plagis mortalibus, & de diversis factis in forma supradicta, & primus appellatus appellum declinaverit, recedet ille quiet' p judicium, & similiter appellati de forcia & præcepto de eodẽ facto, quantum ad appellum tale, non tamen quantum ad sectam regis, si Rex sequi voluerit. Si autem appellans appellatum devicerit p duellum, vel p patriam, & adhuc tenet appellum versus alios principaliter appellatos de aliis & diversis plagis, & etiam versus alios appellatos de forcia & pcepto de prima plaga & primo facto quos quidẽ omnes cõvincere oportebit, antequã regressum habeat appellans versus alios principaliter appellatos de facto & aliis & diversis plagis: & omnib' istis ita cõvictis, p ordinẽ pcedatur versus alios quousq; omnes se defenderint vel cõvincant, & sic erunt plura & diversa appella ppter diversa facta.

Cap. XX.

1 ¶ *Quòd appellatus det vadium defendendi & appellans det vadium disrationandi. Item de exceptionibus contra appellum.* 2. *Quòd quædam sunt exceptiones quæ generales sunt ad omnia placita, quædam speciales & diversæ secundùm diversitatem placitorum & appellorum.* 3. *Prima exceptio & generalis in omni appello de secta, si benè & secundùm legem terræ facta sit.* 4. *Si de recordo inter justic. contentio habeatur, tunc quid agendum sit.* 5. *Contra appellum poterit excipere appellatus exceptiones contra appellum.*

Cum autem appellatus fuerit quis p verba appellum facientia, defensor sive appellat' det vadiũ defendendi, & appellator vadiũ disrationandi, nisi appellatus exceptiones habeat p se, quas pponat ad defensionem suam antequam intret in responsum. 2. Sunt quædã exceptiones quæ generales sunt ad omnia appella, & sunt speciales & diversæ, secundùm diversitatem appellorum, sicut de morte hominis, de pace & plagis vel mahemio & roberia. Item de pace & plagis & imprisonamẽto. Item de roberia p se. Item de cõbustione p feloniam cõtra pacem. Item de raptu virginum, cõtra pacem, & contra quodlibet istorũ appellorũ speciales sunt exceptiones in suo casu. ¶ 3. Est quidem ista generalis exceptio & prima in omni appello. s. si secta non fuerit benè facta, quia qui appellare voluerit & benè sequi, debet ille cui injuriatũ erit, statim quàm citò poterit hutesium levare, & cum hutesio ire ad villas vicinas & propinquiores, & ibi manifestare scelera & injurias perpetratas, & continuò accedere debet ad servientes domini regis, si inveniri possint, & deinde ad coronatores, & sic inde sine intervallo ad proximum

Exceptions to the Appeal.

P

Suit not regularly made.

proximum com̃, vel si in crastino feloniæ ꝑpetratæ, vel secundo die teneatur com̃, sufficit ꝓ secta, dum tamen ꝓcesserit hutesium, si ad com̃ venerit, servientibus & coronat̃ non quæsitis, quia die com̃ tenentur omnes adesse. Itẽ sufficit ꝓ secta, si continuò ostendatur regi vel justit̃, si præsentes fuerint; scelera perpetrata, & ibi dicetur ei quòd eat ad vic. & coronatores. Ad proximum verò & primum com̃ in præsentia vic. & coronatorum, fiat appellum ꝑ verba appellum facientia (& inferi' dicenda) & ipsi vic. & coronatores omnia verba appelli secundùm quod proposita fuerunt, coram eis irrotulari faciant ꝑ ordinem & modum appelli, illud. s. tantummodo, nec plus nec minus Et inprimis ad quẽ com̃ venit appellans post feloniam perpetratam, utrum. s. ad primum, secundum vel tertium, & qualiter & quæ verba ꝓposuit in appello de morte hominis. Item si de pace & plagis, quales plagæ fuerunt, recentes vel non recentes, in quo loco, cujus longitudinis & latitudinis. Item si de roberia, de quibus rebus, propriis vel alienis. Et si de pecunia numerata, exprimere debet numerum, & genus pecuniæ. Si autem massa rudis, exprimere debet valorem, si autem formata, qualitatem & ꝑcium. Item si vestis, colorem & precium, si pannus, colorem, precium, & numerum ulnarum. Item si animal, tunc genus, pilum & precium. Item si de pace & imprisonamento, tunc inquirendũ quale fuerit imprisonamentum, utrum carcer vel simplex detentio. Item utrum in vinculis vel sine. Itẽ utrũ in ferro, vel ligno vel utroque. Item si de combustione, qua hora facta fuit, & de omnibus circumstantiis. Item si de raptu, tunc de scissione vestimentorum, & de sanguinis effusione ꝑ corruptionem. Item oportet mentionem facere in irrotulatione appelli, de anno quo felonia debuit ꝑpetrari, quia ex hoc dabitur appellato exceptio, si in rotulis coronatorum aliter contineatur de anno, & aliter coram justitiariis in narratione, ut si in rotulis coronatorum fiat mentio de decem annis, & in narratione coram justitiariis fiat mentio de quinque annis per hoc cadit appellum propter variationem. Item fit mentio de die, ad quod eadem ratio poterit assignari & etiam alia, quia si appellatus docere poterit per certa judicia, & proborum hominum testificationem se eadem die fuisse alibi, ita quòd nullo modo præsumi posset contra ipsum, quòd interesse posset tali facto, tali die, ꝓpter locum ita remotum, quòd hoc esset impossibile, tunc cadit intentio appellantis. Item fit mentio aliquãdo de hora, sed hoc non est multum de substantia negotii, licèt variatum sit de hora, quia appellans in arcto positus, benè potuit horam ignorare, cùm metus justam in se contineat ignorantiam, & si variatum sit de hora, ad hoc quòd detur exceptio vel non, discretioni justitiariorum relinquatur. Item fit mentio de loco, prædicta ratione propter variationem. Item de comitatu fit mentio, sed non propter variationem, quia licèt inter vicec. & coronatorem de comitatu habeatur contentio, ex hoc non præjudicatur appellanti, nec appellato. Sed si appellans ad primum comitatum non venerit per se, cùm commodè venire possit, vel per aliam conjunctam personam, cùm per se venire non possit: tunc sibi præjudicat quantum ad appellum & exceptionem appellato, sicut in casib' supradictis.

Et si ita variatum fuerit in appello, & narratione, quòd appellans unum dicat, & rotuli coronatorum ꝑsentur cōtrarium vel diversum, ut si appellans unum nominaverit in appello suo coram justitiariis, & rotuli coronatorum dicant aliud, vel si ibi unum de facto, & corā justitiariis eundem de forcia vel è contrario. Item si in genere armorum variatum sit, quòd ibi de baculo, & hîc de gladio, & generaliter variatum fuerit, cadit appellum per exceptionē. ¶ 4. Est aliquando dissentio in recordo appelli faciendo inter coroñ & vic. cùm uterq; debeat suum habere rotulum, in quibus quandoq; varia contineantur, quandoq; cōcordant & habēt recordum, & quandoque coroñ ꝑ se sine vic. ut si vic. mortuus fuerit, vel amotus, & rotuli non inveniantur. Si verò rotulus vic. discordet à rotulo coronatoris, & rotuli coronatoris conveniant, tunc eorum stabitur recordo, & quia rotulus vic. nihil operatur nisi ad testimonium. Et quid si rotulus uniꝰ coronatoris discordet à rotulis aliorum coronatorū cùm plures fuerint, standum erit pluralitati. Si autem non nisi duo coronatores & disaccordent, tunc stabitur rotulo ipsius cum quo concordat rotulꝰ vic. Si autem sint ibi quatuor coronatores, & duo dissentiant à duobꝰ, nec appareat vic. qui rotulum habeat ad testificandū sive ad testimoniū, tunc stabitur illis duobus qui ꝑ se habent aliquod adminiculum, & qui cum appellante cōveniunt. Et ideò audito appello appellantis, & audita respōsione appellati, tunc primò audiantur rotuli coronatorū, ut sciri possit utrum appellās appellum suum, qđ fecit in comitatu, in aliquo mutaverit, coram justitiariis vel in aliquo variaverit, vel si sectam benè fecerit vel non. Et sciendum quòd in omnibꝰ appellis majoribus vel minoribus, non potest appellans variare vel in aliquo appellum suum mutare, adjicere tamen potest, ut si primò dicat & appellet de plaga sibi facta, sed nō dixerit quibus armis, adjicere potest & arma nominare. s. ꝙ gladio vel bisacuta vel hujusmodi. Itē poterit appellans in judicio actionem suā mutare, maximè de rebus robbatis vel fortè ablatis, & de atroci injuria, sed non de morte hominis, ut si actionem quæ criminalis est primò civiliter intentaverit, poterit illam mutare & agere criminaliter, & sic crescere appellum vel augere. Sed si primò actionem criminalem criminaliter intentaverit, non poterit eam mutare & agere civiliter & sic decrescere appellum vel minuere. Auditis igitur verbis appelli & respōsione appellati, & recordo coronatoris, aut stabit appellum aut cadet, secunđ ꝙ secta sufficienter facta fuit vel minùs ritè, vel secundùm ꝙ variatum fuerit vel non variatum. Quòd si bene omnia concurrant, tunc ꝓponat appellatus exceptiones, si quas habeat, cōpetentes sibi. Nota ꝙ non potest quis in appello suo variare, nec appellum mutare, poterit tamen adjicere & accrescere appellum & non minuere. ¶ 5. Excipere quidem poterit cōtra appellum & dicere, ꝙ primò appellatus fuit de eodem facto ab alio, & ꝑ judicium inde recessit quietus, & ad illā ꝓbandā, vocare poterit rotulos & recorda justitiariorum. Item excipere potest & dicere, quòd justitiarii itineraverunt in comitatu illo, postquam factum illud fieri debuit, et in itinere illo nulla facta fuit inde mētio, ꝙ secus esset si appellum tunc esset inceptum, licèt nondum terminatum.

&c.

Variation betw. Coroners & Sheriffs Rolls.

Intrefort requit an iter past.

& ad hoc cõcordat b͞re de summonitione. Et ꝙ talis exceptio valida est, ꝓbatur de termino sancti Mich. anno regis H. nono incipiẽte decimo in coñ Hertford, de Henrico Romband indictato de morte hominis, & quòd concelatum fuit in itinere, ita ꝙ nulla mentio inde facta fuit, & in secundo itinere resuscitandum fuit indictamentum, & apposita exceptione ista, recessit H. inde quietus. Item declinat appellum, apposita exceptione & ꝓbata, ꝙ quis alium appellaverit ꝑ odium & atiam & sic non jacet appellum. Item non jacet appellum inter dominum & tenentẽ suum, qui ei fecit homagium suũ durante obligatione homagii nec è contra. Item nec inter dominum & servũ suum, nisi appellaverit eum de felonia & seditione facta dño regi, in quo casu quilibet de populo audiri debet appellans, tam servus quã alius, & sine plegiorum datione, nisi appellans traditor sit manifestus, & convict' ut felo, qui verò fidelem vocem non habebit, sicut de Ricardo Neale & Radulpho de Gray vicario de Gaine & Wilhelmo filio Heliæ. Itẽ cadit appellũ coram justitiariis, ubi nullum fuit appellum in coñ, nec secta fuit facta ãte iter justitiariorum, vel si appellãs nunquam fuit prosecutus, & hoc verum est, nisi recens fuerit factum & infra iter justitiariorum evenerit. Itẽ cadit appellum ubi appellans non loquitur de visu & auditu, quamvis locut' fuerit in coñ & hoc ꝑ coñ testatũ fuerit, ut de itinere M. de Pateshul in coñ Wigorne anno regis Hen. quinto. Item cadit appellum si erratũ fuerit in nominibus appellatorum, vel cognominibus, ut si modò vocaverit unum Wilhelmum, & postea eundem Robertum. Item si variatum fuerit in modo appelli qualitercunq; ut si modò appellaverit unum de facto, & modò de forcia eundem, vel è contrario. Itẽ cadit appellum si appellans semel se retraxerit & iterum velit appellare, cùm appellatus semel ꝑ judicium quietus recesserit, & hoc dico, quantum ad illum qui se retraxerit, licèt teneat appellũ quantum ad alios appellantes qui appellaverint de eodem facto, si non per judicium sed ꝑ defaltam recessit appellatus quietus: defalta enim non tollit appellum aliorum, judicium tamen tollit imperpetuũ, de eodem facto. Si autem diversa fuerint facta, judicium contra unũ appellantẽ de uno facto, non tollet appellum aliorum de diversis factis, nec defalta. Et sic qui p̃sens se retraxerit ulteriùs non admittitur ad appellum. Idem erit si cùm p̃sens fuerit nihil loquatur versus appellatum, sed si appellans ad diem suum non fuerit ꝓsecutus, sed defaltam fecerit, ut p̃dictum est, cadit breve, sed non cadit appellum, cum ꝑ aliud breve resuscitari possit, nisi ita sit, ꝙ judicium subsequatur. Item cadit appellũ propter crimen appellantis, ut si fuerit traditor manifestus, & de hoc convict' ꝑ confessionem, vel rationib' manifestis. Item si latro cognoscens, vel seysitus de latrocinio vel utlagatus, qui suũ secum portat judicium. Item si accusator & appellans de felonia, & seditione facta dño regi, & conscius criminis statim & sine mora hora congrua, cùm possit, seditionẽ domino regi non manifestavit, nec suis ministris, cũ statim sequi debeat & recenter antequam se divertat ad alia. Item cadit appellum, si non fiat mẽtio de pace domini regis, sed de pace justitiarii vel vic. Item nullum appellum, nisi fiat mentio de felonia facta. Item cadit ap-

pellum

pellum, si appellans nihil loquatur de visu & auditu, ut de t'mino s. H. anno regis H. septimo; in com̃ Norf. de Durãdo scissore & Henrico de Ver. Item datur exceptio appellato. Itẽ oritur exceptio ex ꝑsona appellantis ut si clericus sit qui appellet, ordinatus vel homo religiosus vel regularis, quia tales relinquunt seculum, & quæ seculi sunt. Itẽ quia latro cognoscẽs, de quo suprà dict' est, qui vocem non habet versus hominem fidelẽ. Item si quis de rebus alterius q̃ ꝓpriis, nisi causa adjecta ut suprà. Itẽ si de morte alterius, vel plaga q̃ suorum vel aliorũ, nisi sua intersit certa ratione. Item differtur appellum ad tẽpus ꝓ minori ætate, sive minor appellans sit sive appellatus.

Cap. XXI.

1 ¶ De duelli vadiatione cũ nulla sit exceptio, tunc statim vadiatur duellũ. 2. De forma sacramẽti. 3. Facto sacramẽto ex utraq; parte cõmittatur defensor duob' milit. 4. De sacramento faciẽdo in campis. 5. De banno dom. regis. 6. Si appellat' victus fuerit. 7. Si appellans in cãpo se retraxerit. 8. Cùm õnes de facto convicti fuerint, tunc procedatur cont. eos de forcia, & de sacramẽto ab appellato faciẽdo. 9. De sacramẽto faciẽdo ab' appellante. 10. Si appellãs de facto vict' fuerit vel se retraxerit, illi de forcia liberantur. 11. Si primò appellans de facto mortu' fuerit vel defaltã fecerit, domin' rex potest procedere ex officio. 12. Itẽ defenditur quis ab appello propter mahemiũ & quia trãsit ætatẽ. 13. Si mulier per vim oppressa.

Cum autẽ appellat' nullã ab initio ꝓposuerit exceptionẽ, vel cùm exceptionẽ ꝓposuerit, nullã habeat competentẽ, qua se tueri possit, tunc statim vadietur duellũ int̃ eos, & defensor primò det vadiũ defendendi, & posteà appellator det vadiũ disrationãdi, & postmodũ defensor primò juret ꝑ verba negativa negãdo ꝓcisè feloniã ei impositã, & posteà jurabit appellator ꝑ verba affirmativa, affirmãdo oĩa esse vera quæ appellato imponit, & est ratio assignata infrà de civilib' actionib' de duello vadiando ꝓ terra. Forma verò sacramẽti hæc est. ¶ 2. Hæc audis homo quẽ ꝑ manũ teneo, qui te facis appellari A. ꝑ nomẽ baptisterii, q̃ ego patrẽ tuũ vel fratrẽ vel alium talẽ non occidi, nec plagã ei feci tali genere armorũ, ꝑ q̃ remotior esse debeat à vita, & morti ꝓpinquior, nec tu hoc vidisti, sic me de' adjuvet & hæc sancta. Et fiat mẽtio in sacramẽto de anno, die & loco secund' formã appelli, & posteà juret appellator cõtrar', ꝑ hæc verba. Hoc audis homo, quẽ ꝑ manũ teneo, qui te facis appellari B. ꝑ nomẽ baptist. q̃ tu es ꝑjur' & ideò perjur', quia tali an̄, tali die, tali hora, tali loco, nequiter & in fel' occidisti C. patrẽ, filiũ, frat vel aliũ parent vel dñm suũ, vel aliũ: nequiter & in fel' & in assultu ꝓmed' fecisti tali unã plagã, tali loco, tali genere armor', de qua obiit infra triduum, & ego hoc vidi, sic me de' adjuvet & hæc sancta. Et sic fiet semꝑ sacramẽtum secund' formã appelli, & ita observetur in quolibet genere sacramẽti ubicunq; ꝓstand' est sacramẽtum ex utraq; parte. ¶ 3. Facto siquidẽ sacramẽto in hac forma, statim cõmittatur defensor duob' militĩ vel legalibus hominibus aliis, secund' quod appellatus nobilis fuerit persona vel ignobilis, & ꝑ eos ducatur in cãpum ad duellum faciend' deputat', & appellans eodẽ modo, & ita debet appellat' & appellans à ꝓdictis custodiri, q̃ nemo post sacramẽtum fact' cum illis habeat colloquium ante duelli ꝑcussionem, excepto

Appellor [illegible]
Clerk.
[illegible]
minority.
Of [illegible] Duel.
oath [illegible] Appellee
oath of Appellor.

excepto eo, quòd cùm in campum venerit jurare debent corā justitiar' secundū formam istam. ¶ 4. Hoc audite justitiar' quòd ego non comedi nec bibi nec aliquis pro me nec per me, propter quod lex dei deprimi debeat, & lex diaboli exaltari, sic me deus adjuvet. ¶ 5. Et facto tali modo sacramēto, statim fiat bann' regis sub voce preconia, & facto silentio per hæc verba. Præceptū reg. & justit. est quòd nullus sit ita ausus vel audax, quòd quicquid audiat vel videat se moveat, vel verbis proferat, & si quis cont' hoc fecerit, captus erit & posit' in prisonam, & ibi jacebit per annum & diē, usq; dns rex de eo preceperit voluntatem suam, iis igitur taliter peractis, congrediantur campiones, & pugnent. Et si appellans vict' fuerit, vel si appellatus se defenderit cont' ipsum tota die, usq; ad horam qua stellæ incipiunt apparere, tunc recedet appellat' quiet' de appello, ex quo se obligavit appellans ad convincendum eum una hora diei, quòd quidem non fecit, & non solū quietus dimittitur appellatus de facto, imò omnes alii qui appellati sunt de forcia & precepto, nec appellatus de facto solummodò quietus recedet versus ipsum primū appellātem, verùm etiā versus omnes appellantes qui ipsum appellaverunt de eodem facto, secus si de diversis. ¶ 6. Si autem appellat' victus fuerit, ultimo supplicio punietur cū pœna gravi vel graviori, secundùm criminis qualitatem, cum exhæredatione hæredum suorum, & omnium bonor' amissione, secundùm quòd supradictum est de utlagatis. Si autem plures unum appellaverint, vel plures de diversis plagis & factis, si appellatus se defenderit versus unum, procedant alii appellantes versus eundē modo suprad' quousq; omnes de facto convicti fuerint, & tunc deinde procedatur contra ipsos de forcia & precepto de eodem facto, quia factum & preceptum ita connexa sunt, quòd separari non possunt. ¶ 7. Si autē appellās in cāpo se retraxerit, mittatur gaolæ, & ipse & plegii sui de prosequendo, quos in ipsa vadiatione duelli invenit, erunt in misericordia, quia appellās nō disrationavit, secund' quòd se ad hoc obligavit. Si autem vict' sit in cāpo, aliud erit: quia non stat per ipsum quin fiat disrationatio, & quāvis ad gaolā mittend' sit, tamen fit ei aliquādo gratia de misericordia, quia pugnat pro pace. ¶ 8. Cùm autem omnes de facto convicti fuerint, tunc demum procedatur contra eos de forcia & precepto, & loquatur contra primū per verba superi' opposita, defendendo oīa quæ ei imponuntur ab appellāte, per verba negativa ut suprà, scilicet quòd tali die, tali anno, tali hora, tali loco nō venit cum tali, qui appellat' est & convictus de facto, nec ipsum talē tenuit, nec ligavit, nec aliam forciam ei intulit, dum predictus talis eum occidit vel plagavit, per quod mortuus fuit, sic eum deus adjuvet &c. ¶ 9. Et appellans juret in contrarium per verba affirmativa, & eodem die quo ille de facto convictus fuerit, si ille de forcia tunc præsens fuerit, vadietur duellum, sed detur alius dies ad percutiendum, quo die uterque veniet armatus, nisi fortè ipse appellatus de forcia aliquam pro se habeat exceptionem, per quam declinare possit appellum, & percusso inter eos duello, si appellatus victus fuerit eandem pœnam sustineat, quam sustinuit ille de facto. Dicitur enī vulgariter, quòd satis occidit qui præcipit, vel qui malo animo tenet dum quis occiditur, & ad paria judicantur in utroq; delicto quantum ad pœnam.

¶ 10. Si

proclamation

P

Itus

3°
Appellor vanquished

4°
Appellee

5°
Accessarie

¶ 10. Si verò legittimè se defenderit, ut pdict' est, dum tamē appellans victus non fuerit, p hoc alii de forcia non liberātur, quia diversa possunt esse facta & diversæ psonæ & diversæ causæ, & ita diversa appella, ut si un' pcipiat & alius teneat, terti' pcutiat, & quartus latronib' pbeat ingressum, & quintus in insidiis ne quis superveniat, in oībus istis casib' tenetur quilibet eor̄ de facto suo pprio respōdere. Itē si cùm illi de facto cōvicti fuerint, ille de forcia appellari poterit p hæc verba, p patrē vel fratrē, vel alium parētē interfecti. s. A. appellat B. ꝙ idem B. fuit consentiens morti talis, & in auxilio, & ꝙ ille qui convict' est de facto exivit de domo talis appellati ad factū illud faciēd, & ibidē post factū rediit, & ꝙ ipse A. psens fuit in com̄ ubi pd B. minat' fuit eidē fratri suo, & ita in eod com̄ ꝙ petita fuit ab eo pax dni regis, & postea in cur̄ regis ei data, & ꝙ ita nequiter, offert &c. & p hæc verba cōsiderand fuit, ꝙ duellum esset inter eos, ut de termino P. anno regis H. nono in com̄ Essex de Hugone de Godingham & Hugone de Cātilupo de morte Johañ de Godingham. ¶ 11. Si autem ille qui primò appellaverit de facto mortuus fuerit, vel defaltā fecerit, vel psens se retraxerit, vel cùm sequi velit, appellat' p exceptionem appellum declinaverit, nihilominùs tamen subesse poterit felonia, quæ si non convincatur, ita remanebūt maleficia impunita, ꝙ esse non debet. Et quoniā non solum injuriatur ei qui occiditur, immo dño regi, cuj' pax infringitur: & quia adhuc subesse possit felonia, quāvis appellatus appellum declinaverit, nec adhuc defensus erit de felonia, sed semper stabit psumptio pпter appellum, donec pbetur contrarium, nec remanere debent maleficia impunita. Procedat igitur rex ex officio suo, & p pace sua, ad inquisitionem pпter psumptionem appelli, ac si appellat' sine appello esset legittimè indictatus, & ꝙ ad regem pertinet accusatio & secta p pace sua. Videtur etiā ꝙ appellat' non solùm tenetur appellanti, imò dño regi, sicut videri poterit p verba appelli, ut si dicat. Talis appellat talē, ꝙ nequiter & in felonia contra pacem dñi regis &c. p ꝙ videri poterit manifestè ꝙ appellatus non solùm tenetur appellanti, imò dño regi. Et quo casu, cùm se defendere obtulerit p corpus, non audietur, quia rex non pugnat, nec alium habet campionē ꝗ patriā, nec si esset qui diceret ꝙ pugnare deberet, duellum caderet ex quo sectā non fecit, nec loqui potest de visu nec auditu. Recurrendum est igitur ad patriā, ut videtur, ꝙ quidē si inculpatus recusaverit, videtur quòd sit indefensus, & p hoc quasi convictus, & quòd cogendus sit ut p patriam se defendat p defectum alterius pbationis, ut si fœmina appellū fecerit de morte viri sui, non tenetur duellum facere, pпter sexum. Cogendus est igitur appellat' quòd se defendat p patriam, quia cadit duellū pпter sexum fœmineum, & ita fit in appello de raptu virginū. Ut de itinere ultimo M. de Pateshul in com̄ Linc. anno regis H. decimo. Item placito coronæ de Gilberto filio Aldrendi & Alani Swadi qui transit ætatē. ¶ 12. Item defendit se quis de necessitate p patriam, pпter defectum corporis appellantis. s. pпter mahemium. Item propter ætatem, ut si appellatus ætatem transierit ut sexaginta annorum, sed tamen ibi habet electionem, utrum se defendere velit p corpus vel patriam. Igitur in iis casibus

ut

Appeal of Accessory after Conviction of Principal.

Note, [illegible] of the peace demanded &c.

ut videtur,tenetur quis se defendere ꝑ patriã, tum propter regiam dignitatem & ꝓcedentẽ ꝑsumptionẽ,tum ꝓpter sexum appellantis,tum ꝓpter mahemiũ,tum ꝓpter ætatem. Sed cùm dñs rex sectam faciat ꝓ pace sua de appellato qui præsens fuerit,& ipse ꝑ inquisitionem,in quã se posuerit,gratis vel invitus,damnand⁹ & culpabilis inveniat, videndũ qua pœna puniri debeat,cùm sint qui dicant ꝙ pœna pecuniaria,quidam ꝙ ultimo supplicio. ¶ 13. Et si mulier per vim oppressa pucilagiũ suum amiserit, & cùm de appello suo ceciderit appellatus, se posuerit super patriã, ꝑ quã culpabilis esse inveniatur,condemnabitur,ac si appellũ ꝓcessisset:ut de termino sancti M. anno reg.H.sexto incipiente septimo.

Cap. XXII.

1 ¶ *De indictatis per famã patriæ ex suspitione.* 2. *Qualiter justic. debeat examinare.* 3. *Quòd omnes à jurata amoveantur quos appellat⁹ sufficiẽti habet ratione suspectos.* 4. *Quòd villatæ jurabũt per se vel omnes simul erectis manib⁹.* 5. *Verba quæ à justic.procedenda sunt post sacramentũ factũ.* 6. *Generalis observantia in sacramentis coram justic. faciendis.*

ITẽ dictum est suprà ubi apparet accusator,& sequitur & appellat,& de secta regis cùm ceciderit appellũ. Nunc autẽ dicend' est de indictatis ꝑ famã patriæ,quæ præsumptionẽ inducit,& cui standũ est,donec indictat⁹ se à tali suspitione purgaverit. Ex fama quidẽ oritur suspitio,& ex fama & suspitione gravis præsumptio,tamẽ ꝓbationẽ admittit in contrariũ,sive purgationẽ. Suspitio quidẽ multiplex esse poterit. Inprimis si fama oriatur apud bonos & graves. Item ex facto ꝓced' oritur suspitio, cui etiã standũ est, donec ꝓbetur contrariũ:ut si quis appellatus fuerit à probatore, & fugerit ꝓpter appellũ,& mortuo ꝓbatore redierit.Itẽ si quis de morte hominis,vel alia felonia appellat⁹ fuerit,& ꝑsens appellũ declinaverit,nihilomin⁹ suspectus habetur, quia felonia subesse poterit de qua appellat⁹ se nondũ purgavit,& unde standũ est suspitioni donec se purgaverit. Sunt etiam aliæ præsumptiones,de quib⁹ dictum est suprà in parte,quæ ꝓbationem non admittunt in cõtrariũ nec defensionẽ, ut si quis cum cultello sanguinolento captus fuerit super mortuũ,vel à mortuo fugiendo,vel mortem cognoverit coram aliquibus,qui recordũ habent,& hmi tales,etiam si accusator non apparuerit mortem dedicere non poterunt. Sed cùm fama suspitionẽ inducat, videnđ erit quæ & qualiter esse debeat talis fama,& unde oriatur. Et sciẽđ ꝙ fama quæ suspitionẽ inducit,oriri debet apud bonos & graves, non quidem à malevolis & maledicis, sed ꝓvidis & fide dignis ꝑsonis, non semel sed sæpius ꝙ clamor innuit & diffamatio manifestat, tumult⁹ enĩ fit & clamor populi quandoq; de plurib⁹ quæ in veritate non fundantur,& ideò vanæ voces populi nõ sunt audiendæ. ¶ 2. Justic.igitur si discret⁹ sit(cũ ꝓpter famã & suspitionẽ ꝑ patriã debeat veritas inquiri,si indictat⁹ de crimine ei imposito culpabilis sit vel nõ)inprimis debet inquirere,si fortè dubitaverit, & jurata suspecta fuerit, à quo vel à quibus illi duodecẽ didicerunt ea quæ in veredicto suo ꝓferũt de indictato,& audita super hoc eorũ respõsione,de facili perpẽdere poterit,si dolus subfuerit,vel iniquitas. Dicet fortè aliquis

vel

Of a person indicted per famam patriae

the Justices to examine the Jurors.

Vide ante. 126 — of the use of these words, Indictamentum, rotatus &c —

vel major pars jur[...] ea quæ ipsi ꝓferunt in veredicto suo didicerũt ab uno ex conjuratoribꝰ suis, & qui interrogatꝰ fortè dicet ꝙ illa didicit ab illo tali, & sic descendere poterit interrogatio & responsio de ꝑsona in ꝑsonam usq; ad aliquam vilem & abjectam ꝑsonam, & talem cui non erit fides aliquatenꝰ adhibenda. Et ita inquirat justiĩ in hujusmodi ꝙ gloria sua & laudis suæ titulus cumuletur, & maturè dicetur Jesus crucifigitur & Barabas liberatur, ꝑ hujusmodi enim inquisitiones si diligenter & cautè factæ fuerint multæ inveniri poterunt inconvenientiæ. Et venit quidē quandoq; ꝙ dñs tenentem suum indictat vel indictari facit & ei crimen imponi ob cupiditatē terrã suã habendi in dominico, vel vicinus vicino ꝓpter odium & hujusmodi. ¶ 3. Cùm igitur procedendum sit de hujusmodi ad inquisitionem, ut ad judicium securiꝰ ꝓcedatur, & ut periculũ & suspitio tollatur, justitiar̃ dicat indictato ꝙ si aliquem ex duodecim juratoribus suspectũ habeat, illum justa ratione amoveat. Et illud idem dicatur de villatis, ut si capitales inimicitiæ fuerint inter aliquos ipsorum & indictatum, vel si ob cupiditatem terræ habendæ, ut p̃dictum est, qui omnes amovendi sunt ex justa suspitione, ut inquisitio absq; omni suspitione ꝓcedat. Præsentibꝰ igitur xii. juratoribus, & quatuor villatis, inprimis jurabit quilibet de villata ꝑ se vel õnes simul erectis sursum manibꝰ singulorũ in hæc verba. ¶ 4. Hoc auditis justitiarii, ꝙ veritatē dicemus de iis, quæ à nobis requiretis ex parte dñi regis, & ꝓ nihilo omittemꝰ, quin veritatem dicemus, sic nos deus adjuvet, &c. ¶ 5. Et tunc unus ex justiĩ illis hm̃i verba ꝓponat. Talis qui hic p̃sens est, rectatꝰ de morte talis, vel alio tali crimine, venit & defendit mortē & totũ, & ponit se super linguas vestras de hoc de bono & malo, vel fortè dicet, de hoc & de aliis malefactis, si fortè de aliis suspectus habeatur, & multùm refert utrum se posuerit super eos taliter vel taliter, quia secundũ hoc diversa sequitur condemnatio vel deliberatio, & ideò vobis dicimꝰ in fide qua deo tenemini, & ꝑ sacramentũ ꝙ fecistis, nobis scire faciatis inde veritatem, nec omittatis timore, amore, vel odio, sed solum deũ præ oculis habentes, quin dicatis si culpabilis sit de hoc quod ei imponitur, vel de aliis maleficiis vel non, & non incumberetis eum si immunis sit vel innocens sit à delicto isto, & posteà secundùm eor̃ veredictum aut sequitur deliberatio vel condẽnatio. ¶ 6. Istã verò formã inquisitionis ꝑ patriã, servabunt just. generaliter in omnibꝰ inquisitionibus quæ faciẽdæ sunt ꝓ morte hominis, ubi quis se posuerit sup̃ inquisitionem, sive sponte sive ꝑ cautelam inductꝰ sive ꝑ necessitatem, in oĩbus criminibus, majoribus & minoribus: possunt tamen justiĩ si viderint expedire, ex causa necessaria, si grave crimē latens sit, & juratores fortè amore, odio, vel timore celare voluerunt veritatem, separare juratores ab invicem, & quemlibet ꝑ se, & separatim examinare, ad veritatem sufficienter declarandam.

Cap. XXIII.

1 ¶ De appello de pace & plagis factis contra pacē & de verbis appelli, & de modo appell. & defendendi, & de modo defendẽdi & disrationãdi. 2. De exceptionibus cont. hujusmodi appellũ. 3. Itē quid dicetur de eo qui virilia abscidit alicujus.

Dictum

Quære what villatæ are — no mention of them before; but vid. inf. 253. b. — yet sh.d it not be, or does it, at least so mean, the quatuor militis?

DIctum est suprà de appello de morte hominis facta nequiter & contra pacē, nunc autē dicend̄ est de pace & plagis factis contra pacē, fit autē appellū ꝑ hæc verba. A. appellat B. ꝙ quadā die tali, sicut fuit in pace dn̄i regis in tali loco, vel sicut ivit in pace dn̄i regis in chimino dn̄i regis inter talē villā & talē, tali die, ante tale festū vel post tale festū, anno tali, tali hora, venit idē B. cum vi sua, & cont̄ pacē dn̄i regis in felonia & assultu ꝑmeditato, fecit ei insultū, & quandā plagā ei fecit in tali loco, tali genere armorum, et ꝙ hoc fecit nequiter et in felonia, offert ꝓbare versus eum ꝑ corpꝰ suum sicut curia cōsiderat. Et B. venit et defendit pacē dn̄i regis infractā, et feloniā, et plagā, et quicquid est cont̄ pacē dn̄i regis (et totum de verbo in verbum, quicquid ei imponitur, et secundùm ꝙ ei imponitur) ꝑ corpꝰ suum, secundùm ꝙ curia regis consideravit. Et A. quæsitus si levavit clamorē et hutesiū, et quando venit ad com̄ cum appello suo? dicit ꝙ statim levavit in facto illo et post factum et statim cum hutesio illo ivit ad villas ꝓpinquiores, et ad servientes dn̄i regis et coronatores, et ad ꝓximum com̄ fecit appellū suum, et vic. et coronatores testantur ꝙ secta illa sufficienter et rationabiliter facta fuit, et ꝙ plaga ostensa fuit ad com̄ recens et aperta, et quia secta rationabiliter facta est, et B. nihil ostendit ꝑ ꝙ debet habere patriam, consideratū est ꝙ duellum sit inter eos. Et B. det vadiū defendendi, et A. det vadiū disrationandi, et uterq; plegios inveniet, et dabitur eis dies, ad quē uterq; veniet armatus, et ad quē diē poterit se uterq; esson̄, vel eorū alter, ita ꝙ unicum habeat esson̄, et si appellans defaltam fecerit ad talē diem, vel ꝑsens se retraxerit, appellatꝰ quietus recedet, et appellans et plegii sui de ꝓsequendo in misericordia, si autem appellans venerit, et appellatꝰ non, habeatur appellatus ꝓ indefenso. Si autē uterq; defaltā fecerit, et testatum sit ꝙ concordati fuerunt, uterq; capiatur, et ipsi et plegii sui in misericordia. Si autem ꝑsentes fuerint, uterq; custodiatur. Cùm autem vic. & coronatores testati fuerint contrariū. s. ꝙ secta non sit sufficienter facta, eò ꝙ nullum hutesium levatum sit, nec plaga ostensa recens & aperta, nec appellans venit cū appello suo nisi ad secund̄ com̄ vel ad tertiū, cadit appellū. Et quia tunc subesse poterit felonia, inquiret rex si voluerit ꝓ pace sua. Et cū ita fuerit quis appellatꝰ, & secta fuerit bene facta, habebit defensor electionē, utrū se defendere velit ꝑ corpꝰ vel ꝑ patriā. Et si aliquo istorum modorum se defenderit, omnes appellati de forcia vel ꝑcepto quieti recedent. Si autem fuerit condemnatꝰ, tunc statim ꝓcedendum erit versus illos appellatos de forcia & ꝑcepto. ¶ 2. Declinatur quandoq; appellum de pace & plagis ꝑ exceptiones generales, secundùm quod superiùs dicitur, de appello de morte hominis. Declinatur etiam ꝑ exceptiones speciales, quia declinatur propter parvitatem plagæ, unde notandum est, quòd in appello de pace & plagis, designandum erit cujus longitudinis fuerit plaga, & cujus ꝓfunditatis, & utrum ibi sit plaga, vel rifflura, ad hoc quòd procedat duellum vel non procedat: Ut sciri possit per factum, utrum sit ibi injuria vel felonia, & exinde quæ sequatur pœna, poterit enim alius ab eo qui injuriam passus est sequi appellum ꝓ eo, si ipse cōmodè sequi non possit, ut si sit parentela conjunc-

tus

tus vel homagio. Poterit etiã sequi ad utlagãdũ appellatũ, cùm fortè se subtraxerit, hoc tamẽ in appello apposito, ꝙ ille principalis sequeretur, si posset, & sequetur si possit. Et unde ꝑ sectam talis, poterit appellatꝰ utlagari ꝓpter impotentiam principalis. Sed si ante utlagationẽ convaluerit, statim debet sibi assumere sectã & appellum, quia alterius secta non valebit, nec erit extũc (si sequi voluerit) ad utlagationẽ ꝓcedendũ, cũ ipse sit vivus & sanꝰ ꝓpter verba in principio appelli apposita ꝑ ꝓcuratorem, ꝙ ipse principalis sequetur cùm possit. Item videndũ quo loco corporis plaga facta sit. Itẽ quibus armis, utrum molutis armis, ligno vel lapide, licèt ligna vel lapides sub armorũ appellatione non contineantur. Arma verò moluta plagam faciunt, sicut gladius, bisacuta & hujusmodi, ligna verò & lapides, faciunt brusuras, orbes, & ictus qui judicari non possunt ad plagam, ad hoc ꝙ inde ꝑveniri possit ad duellum. ¶ 3. Sed quid dicitur si quis alterius virilia absciderit, & illum libidinis causa vel commercii castraverit, tenetur: sive hoc volens fecerit sive invitus, & sequitur pœna, aliquãdo capitalis, aliquãdo ꝑpetuum exiliũ cum omnium bonor̃ adẽptione. Item si quis mulieris viscéribꝰ vim intulerit, quò partum abegerit, tenetur. Item si quis furem nocturnũ occiderit, ita demum impunè foret, si parcere ei sine periculo suo non potuit, si autem potuit, aliter erit: In manu enim regis sunt vita & mors hominũ, sicut coram rege apud Windsore de quodam homine de Cochã coram W. de Raleghe tunc justitiario, cui dñs rex in tali casu ꝑdonavit mortem. Item erit si quis Hamsokne quæ dicitur invasio domꝰ, contra pacem dñi regis in domo sua se defenderit, & invasor occisus fuerit, impersecutus & inultꝰ remanebit, si ille quem invasit aliter se defendere non potuit, dicitur enim ꝙ nõ est dignus habere pacem qui non vult observare eam. Item Judæis filios suos circumcidere licet, sed non alterius religionis hominem, ꝙ si fecerint, castrati pœna irrogatur.

Cap. XXIV.

1 ¶ *De appello de plagis & mahemio & de modo appellandi & defendendi.* 2. *De exceptionibus contra hujusmodi appellũ.* 3. *Quid dici debeat mahemiũ.* 4. *Quid sit deformitas & non mahemium.*

Dictum est suprà de pace & plagis, nunc autem dicendum de plagis & mahemio. Verba autem appelli sunt hæc, A. appellat B. quòd cùm esset in pace domini regis tali loco, tali die, tali hora, tali anno &c. ut suprà: venit idem B. cum vi sua & in felonia & assultu præmeditato &c. ut suprà, fecit ei quandam plagam in capite, vel in brachio, vel in alio loco corporis, ita quòd mahemiatus est. Et quòd hoc fecit nequiter & in felonia, offert disrationare versus eum, sicut homo mahemiatus, prout curia domini regis consideraverit. Et B. venit & defendit totum de verbo in verbũ &c. ut suprà. Et quo casu videndum erit à justitiariis si ibi sit mahemium vel non. Si autem adjudicetur mahemium, tunc auferetur appellato electio defendẽdi se per corpus, vel per patriam: quia in hoc casu, de necessitate arctabitur appellatus ad defendendum se ꝑ patriam. Aufertur etiam quandoq; patria propter convictionem appellati, ut si fortè factum cognoverit coram ali-

quibus

quib' qui habent recordum, sicut esse possit, si aliquis alium castraverit, & fortè cognoverit se esse seysitū de testiculis, factū ulteriùs dedicere nō poterit cōtra eorū recordū. Si autē mahemiū adjudicatū non fuerit, ꝓcedatur cōtra appellatū, sicut superiùs de pace & plagis. ¶ 2. Excipiē quandoq; contra hujusmodi appellū ꝑ generales exceptiones, ut suprà, ut si appellans non fecerit sectā sufficientem, vel si nunquā fuit ꝓsecut' ante iter justitiariorum, vel si nullā plagā ostendit coronatorib', vel non nisi ruffiurā vel brusuram, orbes, ict' cum baculo & non armo moluto. Itē ꝓpter variationē, ut si primò appellaverit quis de pace dñi regis, & modò de pace vic. Item si primò de pace vic. & posteà de pace dñi regis. Item si primò unū de facto, & posteà eundem de fortia, & è contrario. Item si primò unū de una plaga, & posteà eundem de alia. Item si de una plaga uno loco corporis, & posteà de eadem in alio loco. Item si de plaga primò cum gladio, & posteà coram justitiariis cum bisacuta. Item si minori crimine appellat' sit quis & majori, accipi poterit in minori, donec majus terminetur, secundùm ꝙ excipi poterit in actione criminali & civili, quia semper terminabitur priùs criminalis, quàm civilis. Item non omnis plaga facit appellum, quia parvitas plagæ, ut prædictum est, declinat appellū, & hoc relinquitur discretioni justitiariorū, dum tamen si in capite facta fuerit, sufficit si attigerit usq; ad os ꝓfunditas, & in quocunq; alio membro. Et si os frangatur, quod facilè ꝓpendi poterit ꝑ renoduram, vel testa capitis frangatur, ita quòd extrahantur ossa vel skerda magna levetur, declinabitur & cadet duellū ꝓpter mahemiū. ¶ 3. Mahemium verò dici poterit, ubi aliquis in aliqua parte sui corporis effect' fit inutilis ad pugnandū, & maximè ꝑ illū quem appellat, ut si ossa extrahantur à capite, & skerda magna levetur, ut prædictum est. Item si os frāgatur, vel pes, vel man', vel digit', vel articul' pedis vel man', vel aliud membrū abscindatur, vel ꝑ plagā factā cōtracti sunt nervi, & membrum aliꝙ, vel quòd digiti curvi reddātur, vel si ocul' effossus fuerit, vel aliud fiat in corpore hominis ꝑ ꝙ min' habilis & utilis reddatur ad se defendendū. Sed quid dicetur de eo qui dentes habet fractos? si fractio dentium judicari debeat ad mahemium? Ad ꝙ sciendum, quòd est quoddam mahemium quo quis inutilis efficitur ad pugnandū, de quo supradictum est. ¶ 4. Est & aliud, ꝙ deformitatem corporis inducit, & non mahemiū, & unde refert utrum fracti sunt dentes præcisores, molares, sive maxillares, quia si molares sive maxillares, cùm latens sit mahemium non multū inducit corporis deformitatē nec inutilitatē ad pugnandū. Si autem præcisores, videtur quòd ex hoc inducitur utrumq;, hujusmodi verò dentes multum adjuvant ad devincendum. Castratio verò quāvis latens sit, adjudicatur ad mahemiū. Sunt & alia genera mahemii, ꝑ quib' non remanebit duellū, ut videē, ut si auricula abscindatur vel nasus, hoc enim magis erit ad deformitatem corporis, quàm ad virium defectum.

What is Mayhem

CAP. XXV.

1 ¶ De appello de pace & imprisonamento & de verbis appelli & de modo appellandi & defendendi. 2. De exceptionibus contra hujusmodi appellum. 3. Qualiter in appello isto agi poterit civiliter vel criminaliter cum adjectione feloniæ vel non.

V In

De pace & imprisonamento

IN præcedentibus dictum est de pace, plaga & mahemio, nunc autem dicendum est de pace & imprisonamento, ubi liber homo. s. captus fuerit & imprisonatus contra pacem in curia, vel infra libertatem alicujus, sive fuerit inclusus domo vel castro, civitate, villa vel burgo, et in ferro, vinculis, vel ligno detentus contra pacem, donec per servientem domini regis, vel breve suum fuerit deliberatus, cùm fuerit vetitus per plevinam, poterit enim quis in hoc dupliciter delinquere, uno modo per injustam captionem, et alio modo propter injustam detentionem, verba autem appelli sunt hæc. A. appellat B. quòd sicut fuit in pace domini regis (ut suprà) venit idem B. cum vi sua contra pacem &c. ut suprà, et duxit eum ad talem curiam, vel ad talem locum, et ibi eum posuit in vinculis, et in ferro, et in cippo, et in prisona ibi eum tenuit per tantum tempus, et plagas ei fecit & mahemium, donec deliberatus fuit per ballium domini Regis, vel donec tantum ei dedit pro redemptione sua, & quòd hoc fecit nequiter, & in felonia, offert probare per corpus suum, vel alio modo sicut curia domini regis consideraret. Idem A. appellat alium de fortia, & alium talem de præcepto. Et B. venit & defendit vim & injuriam, & pacem domini Regis infractam, & captionem & imprisonamentum, & detentionem in prisona, & redemptionem tot solidorum, plagam, & mahemium, & quicquid ei imponitur, secundùm quod ei imponitur p corpus suum, vel alio modo, secundùm quod curia domini Regis considerat. Quo casu, si per corp⁹ se defenderit cùm electionem habuerit, fiat ut suprà de aliis appellis, & hoc nisi defensiones habeat & exceptiones, quas statim proponat ad declinandum appellum. ¶ 2. Poterit enim (sicut in aliis appellis) petere quòd sibi allocetur quòd appellans hutesium non levavit, vel quòd sectam non fecit (ut suprà) vel quòd varius est in appello suo, vel poterit cognoscere quòd talem non imprisonavit ut liberũ hominem, sed ut servum & nativum suum, ad quod si appellans dicat se esse liberũ, habeat appellatus incontinenti parentes appellantis villanos, qui se cognoscant esse villanos, & secundùm hoc terminetur negotium, vel per corpus, vel per patriam, secundùm verba appelli, & sequatur pœna vel non sequatur, secundùm qualitatem delicti. ¶ 3. In appello autem de pace & plagis & imprisonamento, agi poterit civiliter licèt factum sit criminale, ut siquis dicat quasi conquerendo de injuria, & sine adjectione feloniæ, quòd talis imprisonavit talem contra pacem domini illius curiæ, vel si querela fuerit in civitate, villa, vel burgo, tunc cõtra pacem dominorum & pacem ballivorum, si autem in comitatu, tunc contra pacem vicecomitis, si autem contra pacem domini Regis sine felonia adjecta, tunc nullus inferior se intromittat, vicecomes nec alius, scilicet vicecomes non nomine suo, sed nomine ipsius Regis, cujus pax nominatur. Et hìc non sequitur aliqua pœna corporalis, sed tantùm pecuniaria, ratione damnorũ, quod secùs esset si felonia esset adjecta, ubi inquisitio solummodò pertinet ad Regem, quia vertitur periculum vitæ & membrorum, & ad nullum alium pertinet judicium nisi ad Regem, nec etiam imprisonamentum, quia nullus potest in hoc casu judicare nisi rex, nec habebit aliquis

quis inde curiam suam nisi speciali gaudeat libertate per ipsum Regem, secundùm quod inferiùs dicetur pleniùs de actionibus personalibus civilibus, quæ ex delictis oriuntur.

Cap. XXVI.

1 ¶ *De actione criminali sic de pace & roberia & de appellis, & de modo appellandi & defendendi.* 2. *De appellis de felonia & pace Regis & de verbis appelli & defendendi & responsione appellati.*

Dictum est suprà de actione criminali, quæ oritur de pace & imprisonamento: nunc autem ex illa dicendum, quæ oritur ex pace & roberia. Verba autem appelli sunt hæc. A. appellat B. quòd sicut fuit in pace domini Regis tali loco, tali die, &c. (ut supra) Venit idem B. cum vi sua, & nequiter & in felonia, & contra pacem domini Regis, & in roberia abstulit ei C. s. iii. d. & unum equum talis precii, et unam robam de viridi talis precii, et sic nominare poterit in appello suo plures res diversi generis, dum tamen certum precium apponat, & rem certam designet, qualitatem, quantitatem, precium, pondus & numerum, colorem & pilum, secundùm quod, superiùs dictum est in parte. Et quòd hoc fecit nequiter & in felonia, offert se disrationare versus eum per corpus suum, sicut curia considerat &c. Adjungitur quandoque in appello isto plaga, & mahemium, & imprisonamentum, de quibus supradictum est, vel quædam illorum, secundùm diversitatem appellorum. Et B. venit & defendit pacem, & feloniam, & totum de verbo in verbum, secundùm quod ei imponitur &c. ut suprà. Et petit sibi allocari tale quid, & tale. Etiam potest exceptiones apponere, quæ generaliter se habent ad omnia appella ad eorum declinationem. Si autem nihil sit quod appellum declinet, tunc defendat se appellatus per corpus suum vel per patriam, cùm in hoc habeat electionem, & secundùm quod se defenderit vel non, ꝓcedatur contra appellatos de fortia & præcepto, secundùm quod, superiùs tactum est. Appellat quandoq; quis alium de alterius rebus, quàm de suis ꝓpriis, ut si ab aliquo robbatæ fuerint res aliquæ quas habuerit in custodia sua de rebus domini sui vel alterius, & quo casu, oportet eum docere, quòd sua intersit appellare, quia aliàs appellum non habebit, non magis quàm de morte alicujus extraneæ personæ, & de quo suprà in parte dictum est, secundùm quod plagam receperit & hujusmodi. De re verò aliena docere oportet, quòd de custodia sua robbata fuerit simul cum rebus suis propriis, vel sine, & quòd ipse custos appellans intravit in solutionē de tanta pecunia erga dominum suum. Et de hac materia inveniri poterit de termino sancti Michaelis anno regni Regis H. quarto incipiente quinto in comitatu Suffolk de Rogero de Kerken & hærede de Ver. Item ad hoc facit de termino sancti Michaelis anno regni Regis H. nono incipiente decimo in comitatu Wigorñ de Thoma de Rupe. Verba appellati sunt hæc. ¶ 2. A. appellat B. quòd ubi fuit in pace domini Regis tali loco &c. ut suprà. Venit idem B. cum vi sua, & nequiter, et in felonia, et cōtra pacē domini regis, et roberia, abstulit ei decem aureos & u-

num annulum aureum talis precii, & de denariis domini sui, quos habuit in custodia sua C. libras sterlingorum, & unde ipse intravit in solutionem erga dominum suum de tanto, vel aliter. A. appellat B. &c. ut suprà, cùm esset tali loco in pace domini Regis, vel cùm venisset à tali loco usque ad talem locum cum denariis domini sui, vel cum aliis catallis, vel rebus ad valentiam C.s. venit idem B. cum vi sua, & nequiter & in felonia &c. (ut suprà) & roberia abstulit ei tantum de catallis suis propriis, & tantum de rebus domini sui, & unde intravit in solutionem &c. ut supra. Et B. venit, & defendit roberiam, & pacem, & totum &c. ut suprà. Et ita fiat ut suprà. Et si plures appellati sunt de fortia, loquatur idem A. versus eos, quia ita conjuncti sunt de facto & fortia, quòd à diversis appellari non possunt, nec potest aliquis hic variare magis quàm suprà, unde si quis primò appellaverit per corpus proprium, & posteà per corpus alterius, non valet appellum, ut supradictum est de Thoma de Rupe. Quæ autem pœna sequatur illum qui convictus est, docet qualitas & enormitas delicti. Indicitur enim quandoque ademptio vitæ, quandoque membrorum truncatio, sicut in itinere M. de Pateshull in comitatu Lincolñ de Thoma de Rasne.

The punishment

Cap. XXVII.

1 ¶ *De appello de iniqua cōbustione & roberia & modo appellandi & defendendi.*

Dictum est suprà de roberia, nunc autem dicendum est de roberia & iniqua combustione. Si quis autem turbida seditione incendium fecerit nequiter & in felonia, vel ob inimicitias vel prædandi causa, capitali puniatur pœna vel sententia. Nequiter dico, quia incendia fortuita, vel per negligentiam facta, & non mala conscientia, non sic puniuntur, quia civiliter agitur contra tales. Si quis igitur ædes alienas nequiter combusserit, & fugerit, si sit qui accuset, & appellet, et sequatur, procedatur contra ipsum sicut de alia felonia: si non, tunc inquiratur veritas in adventu justitiariorum, ut suprà de aliis appellis. Si autem captus fuerit, & sit qui sequatur, tunc irrotuletur appellum in comitatu in hæc verba. A. appellat B. quòd cùm ipse esset in pace domini Regis, in tali loco, tali die &c. ut suprà, venit idem B. nequiter & in felonia &c. ut suprà, ubi ipse A. interfuit & vidit, et ignem apposuit domibus suis, & eas combussit, et de denariis & catallis suis in roberia contra pacem domini Regis asportavit tales res designatas, et nominatas, ad valentiam tanti, & quòd hoc fecit nequiter, et in felonia offert &c. Et B. venit, et defendit totum, de verbo in verbum &c. ut suprà, secundùm quod ei imponitur, & tunc (ut suprà) petat sibi fieri allocationes, & proponat exceptiones, si quas habet, vel per legem terræ se defendat &c. ut suprà.

Cap. XXVIII.

1 ¶ *De appellis de raptu virginum.* 2. *De verbis appelli mulieris querentis de raptu & defensione appellati.* 3. *De exceptione contra appellum.* 4. *Si appellatus per patriam fuerit convictus qua pœna sequatur.* 5. *De appellatis de fortia.*

Est

EST inter alia appella, quoddam appellum ꝙ dicitur de raptu virginum: & est raptus virginis, quoddã crimen, ꝙ fœmina imponit alicui de quo se dicit esse violenter oppressam, cõtra pacem dñi regis, ꝙ quidem crimen si cõvincatur, sequitur pœna. s. amissio membrorũ, ut sit membrũ ꝓ mẽbro, quia virgo cùm corrumpitur, membrũ amittit, et ideò corruptor puniatur in eo in quo deliquit, oculos igitur amittat ꝓpter aspectũ decoris, quo virginẽ cõcupivit, amittat & testiculos, qui calorẽ stupri induxerunt. Non autẽ sequitur hujusmodi pœna de qualibet fœmina, licèt vi opprimatur. Sequitur tamen alia gravis & gravior, secundùm qd' fuerit nupta, vel vidua honestè vivens, sanctimonialis, vel alia matrona. Itẽ cõcubina legittima, vel alia quæstũ faciens sine delectu quidẽ ꝑsonarum, quas quidem omnes debet rex tueri ꝓpter pacem suã, sed non erit de qualibet par pœna. Olim quidem corruptores virginitatis & castitatis suspẽdebant, & eorũ fautores, cùm nec tales ab homicidii crimine vacui essent, & maximè cùm virginitas & castitas restitui non possunt: modernis tamen temporib' aliter observatur, ꝙ ꝓ corruptione virginis, amittuntur mẽbra, ut prædictum est, & de aliis sequitur alia gravis pœna corporalis, sed tamen sine amissione vitæ & membrorum. Et cùm virgines & viduæ & sanctimoniales deo sunt dedicatæ, corruptio earum non solũ ad injuriam hominũ, verum etiam ad ipsius dei omnipotentis irreverentiam cõmittitur, & sine vindicta, talis non cõquiescat insania. Cùm igitur virgo sic corrupta fuerit, et oppressa cõtra pacẽ dñi regis, statim, & dum factum recens fuerit, cum clamore & hutesio accedere debet ad villas vicinas, & ibi injuriam sibi illatam ꝓbis hominib' ostendere, sanguinẽ & vestes suas sanguine tinctas, & vestiũ scissiones, & sic ire debet ad præpositum hundredi, & ad servientẽ dñi regis, & ad coronatores, & ad vic. et ad primũ com̃ faciet appellũ suum, nisi ita sit qd' immediatè statim faciat querelã suã dño Regi, vel justitiariis suis, ubi dicet ei, qd' sequatur ad com̃, & in rotulis coronatorũ irrotuletur appellum suum, et omnia verba appelli, secundùm qd' illud ꝓposuerit ꝑ ordinẽ, et ann' et dies, quib' fecerit appellum suum, & dabitur dies in adventu justitiariorum, ad quem iterũ corã eis ꝓponat appellũ suũ, ꝑ eadẽ verba, quib' ꝓposuit in com̃, & à quib' recedere non licet, ne cadat appellum ꝓpter variationem, sicut in aliis appellis, & cautela est in appello isto, & in aliis appellis, qd' primò audiatur appellum ab appellante, & posteà irrotulatio coronatorũ, qualiter appellũ illud factum fuit in com̃, & hoc ideò, ne si rotula coronatoris priùs legerentur, possit appellans ꝑ illa formare suum appellum. Westmr. Raptus mulieris ne fiat, defendit tam lex humana quàm divina, & sic fuit antiquitùs observatum, ꝙ si quis obviaverit mulieri, vel alicubi invenerit eam solã, vel socios habuerit, cum pace dimittat eam, quàm si ꝑ inhonestatẽ tetigerit, frãgit edictum dñi regis, & emendabit secundùm judicium com̃. Si autẽ contra voluntatẽ ejus jactet eam ad terrã, forisfacit gratiã suam, ꝙ si impudicè discooperuit eam, et se super eam posuerit, omniũ possessionũ suarũ incurrit dãnum, qd' si cõcubuerit cum ea, de vita et membris suis incurrit damnum. De pœna ejusdem secundùm legem Romanorum, Francorum, & Anglorum

rum. Si eques esset, equus suus ad dedecus suum decoriabatur de superiori labro, & cauda quam propiùs natibus abscindere debuit. Item canis si secum habeat, leporarius vel alius eodem modo dedecorabitur. Si habuerit ancipitrem, perdat beccum & ungues pedum, & caudam. Terra verò & omnis pecunia quam ipse raptor perdidit ꝑ sua miseria, dabitur mulieri, warrantizante sibi omnia rege. Et si meretrix fuit antè, tunc non fuit meretrix, cùm nequitiæ ejus reclamando consentire noluit. Quòd autem modo fiunt quædam dispensationes. s. quòd ipsi raptores accipiunt violatas in matrimonium, non est de lege, sed de permissione sanctæ ecclesiæ & regis, & illa permissio solius regis est in regno. Et primò surrexit in Francia, ꝑ quodam Comite qui hospitatus est quendam joculatorem cum uxore sua ꝑpulchra, quo mortuo (quali morte non curamus evolvere) ipse quidem Comes habuit eam, ipsa nolente. Ipsa autem quadam nocte exivit à castello, & fugiens venit Parisiis, ubi invenit regem Robertum, & cadens ad pedes ejus narravit eventum rei. Quam ut rex audivit, misit ꝓpter episcopos & barones, qui tunc erant cum eo ad curiam, & præcepit mulieri ut narraret eis omnia sicut ei fecerat, quod & ipsa fecit. Rex autem consilio episcoporum & baronum, misit propter comitem, ut statuto die veniret ad curiam, ad disrationandum vel defendendum se si posset. Comes autem ut audivit verba Regis, timens iram Regis pro suo maleficio, respondit quòd ad hunc terminum non posset ire ad curiam, sed consilio amicorum suorum mandavit regi, ad pacificandam iram suam, ꝙ daret ei ducentas libras Beluacensis monetæ, et x. equos de precio tanto: Joculatrici autem centum libras, et eam daret in conjugem diviti burgensi, aut militi, qui eam honestè custodiret omnib' diebus vitæ suæ. Rex quidem omnia hæc subsannando renuit dicens, quòd non esset justus vicarius dei, si tantam nequitiam venderet inultam ꝑ argento, & cum magna ira fecit summonere exercitum, disponens ire super eum, sed barones precati sunt Regem, ut eis inducias octo dierum donaret, et quòd possent eum adducere ad misericordiam suam: quod vix concessit, & sic ipse Comes consilio baronum venit ad curiam, & cùm Rex comparuit quòd vellet cadere ad pedes ejus, divertit se dicens, aut pateretur justitiam aut discederet à curia. Quid plura? omnes barones clamaverunt & confirmaverunt contra Regem, quòd ipse rex concesserat ei misericordiã suã, quando miserunt ꝑ eo, tandem Rex vix concessit. Episcopi, Comites & barones locuti cum comite, disposuerunt, quòd ipse Comes duceret eam in uxorem, quæ erat pulchra & sapiens, & quæ largita est multas eleemosynas ecclesiis & pauperibus: quæ tamen de Judeis nata, à patre & matre & cunctis parentibus. Hæc dispensatio à talibus & tantis facta, in tantum excrevit & sublimata est, quòd jam multis locis quasi consuetudinaria habetur. Verba autem appelli sunt hæc. ¶ 2. A. fœmina talis. s. appellat B. quòd sicut esset in tali loco, tali die, tali anno &c. ut suprà, vel cùm iret à tali loco usq; ad talem locum, vel cùm esset tali loco faciendo tale opus, venit idem B. cum vi sua, & nequiter & cõtra pacem domini Regis concubuit cum ea, & abstulit ei pucillagium suum sive virginitatem, &

eam

eam secum detinuit per tot noctes, & sic totum exponat factum & veritatem, & quòd hoc fecit nequiter & in felonia, offert ꝓbare versus ipsum, sicut curia domini Regis consideraverit. Et B. venit & defendit feloniam & pacem, & raptũ, et totum, de verbo in verbum, sicut curia domini Regis consideraverit. Et quo casu oportebit de necessitate se defendere ꝑ patriam, ꝓpter defectum alterius ꝓbationis & ꝓpter sexum muliebrem, nisi exceptiones habeat sibi competentes, per quas declinare possit appellum.

¶ 3. Excipere enim poterit contra appellum, quòd secta non est sufficienter facta, secundùm quod dicitur in aliis appellis. Item excipere poterit & dicere quòd non abstulit ei pucillagium suum, quia adhuc virgo est, et quo casu, probetur veritas ꝑ aspectum corporis, & per quatuor legales fœminas juratas de dicenda veritate utrum virgo sit vel corrupta, quæ quidem si dicant ipsam esse virginem, recedet appellatus quietus de appello illo & fœmina custodiatur. Si autem invenerint ipsam esse corruptam, tunc inquirendum est, ut videtur; à quo? ab appellato vel ab alio, sed non per fœminas illas, sed ꝑ patriam. Et de hac materia inveniri poterit de ultimo itinere M. de Pateshull in comitatu Norff. anno regni regis H. duodecimo de A. filia Radulphi de Sherings. Item excipere poterit contra eam & dicere, quòd ante diem & annum cõtentos in appello, habuit eam ut concubinam & amicam suam, & inde se ponat super patriam. Item excipere poterit, quòd eam habuit & decorrupit de voluntate sua & non cõtra voluntatem, & quòd modo eum appellaverit, hoc est in odium alterius mulieris, quam ut concubinam habet, vel quam duxit in uxorem, & per instinctum alicujus parentis sui. Item excipere poterit, quòd anno & die quo hoc fieri debuit, fuit alibi extra regnum, vel in provincia in tam remotis partib' quòd verisimile esse non poterit, quòd hoc ꝙ ei imponitur fieri posset per ipsum. Itẽ excipere possit de omissione facta in appello, ex eo quòd nihil aliud dicit nisi quòd cõcubuit cum ea, nulla facta mentione de pucellagio, & multæ aliæ possunt esse exceptiones, de quibus ad ꝓsens nihil recolo. ¶ 4. Cùm autem nihil sit ꝑ ꝙ declinari possit appellum, si appellatus ꝑ patriam fuerit condemnatus, sine aliqua redemptione oculos amittat & testiculos, supradicta ratione, nisi ita sit quòd fœmina sic corrupta, eum petat in virum ante judicium redditum, quia hoc est tantùm in voluntate mulieris & non viri, quia si hoc esset in voluntate viri, sic sequeretur istud inconveniens, servum vz. vel ignobilẽ, mulierem nobilem & generosam unius pollutionis occasione ꝑpetuò fœdare, & in opprobrium generis sui ducere in uxorẽ. Sed esto quòd vir raptor sit nobilis, & fœmina quam rapuit ignobilis, nũquid etiam erit in electione fœminæ corruptæ, eligendi & nubẽdi viro nobili vel non? quia illud idem (ut videtur) sequeretur inconveniens, ex parte viri nobilis. Respõdeo, ꝙ sive vir nobilis sive ignobilis, fœmina nobilis sive ignobilis sit, voluntas semper erit in fœmina & electio, quia ꝙ in fœmina est voluntarium, in viro erit necessariũ, ut membra sua redimat ex necessitate. Cùm igitur mulier habeat electionem, et spreto judicio petat ipsum in virum, conceditur ei ex gratia regis, ob favorem matrimonii. Si autem judicium ele-

gerit fœmina, facta executione judicii de corruptore, ꝓcedat appellum versus eos qui appellati sunt de fortia. Possunt enim esse plures in fortia, sed tamen unus tantùm tenebitur de corruptione, licèt plures teneri possunt de concubitu. Et cùm ibi diversa sunt facta, videtur quòd in utroq; facto sequi non deberet consimilis pœna, quia corrumpere virginem, & concumbere cum corrupta, non sequitur utrumq; factum eadem pœna, quod quidem verum est, sed non nisi ꝓpter fortiam, quæ ita convicta est primo facto de corruptione, et tunc sic fiat appellum versus appellatos de fortia. ¶ 5. Eadem A. appellat C. quòd eodem die, eodem anno &c. quo prædictus B. et eadem hora dum idem B. abstulit pucellagium suum, fuit idem C. in fortia, ita quòd tenuit eam dum idem B. abstulit ei pucellagium suum, vel quòd concubuit cum ea postquam &c. vel fuit in consilio & auxilio quocunq;, et quòd hoc fecit nequiter, & in felonia, offert probare versus eum, sicut curia consideraverit, & quo casu, poterit appellatus per patriam deliberari vel convinci, licèt principalis damnatus extiterit.

Cap. XXIX.

1 ¶ *In quibus mulier habet appellum.* 2. *De appello de morte viri sui.*

IN quibꝰ casibꝰ fœmina appellum habeat videndũ est, & sciendum quòd non nisi in duobus casibus, ꝑ quod alicui lex apparens debeat adjudicari. s. non nisi de injuria & violentia corpori suo illata, sicut de raptu, ut prædictum est. Item & de morte viri sui interfecti inter brachia sua, et non alio modo. De morte viri sui sic fiat appellum. ¶ 2. A. quæ fuit uxor B. appellat C. quòd cùm D. vir suus esset tali loco, tali hora, tali die, tali anno, venit idem C. cum vi sua, et nequiter & in felonia &c. ut suprà, occidit ipsum B. virum suum inter brachia sua, & quòd hoc fecit nequiter et in felonia, offert &c. ut suprà. Eadem A. appellat E. quòd eodem loco, eodem die, eodem anno &c. venit idem E. cum prædicto C. et nequiter, et in felonia, tenuit ipsum B. virum suum, dum idem C. illum B. occidit inter brachia sua. Et quòd hoc fecit nequiter, et in felonia &c. offert ꝓbare &c. Et sic eodem modo versus plures et de pluribus factis. Et si ille de facto captus fuerit super factum cum cultello cruentato, non erit ulteriùs inquirendum, dum tamen de hoc constiterit ꝑ testimonium ꝓborum virorum. Sed quid magis operatur appellum mulieris, licèt secta benè facta fuerit quàm secta regis, si appellum ceciderit vel suspitio oriatur ꝑ indictamentum, cùm in utroque casu recurratur ad patriam, videtur quòd idem sit quoad utrumq;, nisi tantùm in hoc, quòd secta regis quandoq; remittitur de gratia, vel cum causæ cognitione, quod quidem non fieret, si mulier benè sequeretur.

Cap. XXX.

1 ¶ *De appellatis attachiandis.* 2. *Breve de attachiando.* 3. *Aliud breve ad idem de eodem.* 4. *Breve de faciendo venire appellum coram justic.* 5. *Aliud breve ad idem de eodẽ, & nisi inveniatur, quòd utlagetur & interrogetur de com' in Com'.* 6. *Breve quod tradatur per ballium.* 7. *Breve de summonendo appellum coram domino rege.* 8. *Breve si appellum factum fuerit immediatè corã rege.* 9. *Breve vic. de faciendo recordũ in Com' corã custodibus.* 10. *Aliud breve de eodem vic.*

Contin-

a/ Lex apparens. this is the only place I have seen this expression in Bracton.

Contingit quandoq; ꝙ appellati de morte hominis, plaga, roberia, vel alia felonia, ꝑ negligentiam vicecomitis & coroñ, attachiandi sunt, & ideò ad querelam appellantium fiat bře dñi regis de attachiando eos quòd sint corā justit in hac forma. ¶ 2. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo, tunc attachiari facias B. ꝑ corpus suum, ꝙ sit coram justit nostris ad primā assisam, cùm in partes illas venerint, responsur' eidem A. de morte C. patris, matris, fratris vel sororis, vel alterius parentis, vel domini sui, unde eum appellat. Et habeas ibi hoc breve Teste &c. Si verò de pace regis infracta, sicut de pace & plagis, pace & mahemio, pace & roberia, pace & raptu virginum, & hujusmodi, tunc fiat breve in hac forma. ¶ 3. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc pone ꝑ vadium & salvos plegios B. quòd sit coram just. nostris ad primam assisam &c. responsurus eidem A. de pace nostra infracta, unde eum appellat. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve Teste &c. Si autem placuerit domino regi, ꝙ hujusmodi appella, quæ attachiati fuerunt in com usq; ad adventum justit, de morte hominis vel de pace domini regis infracta, veniant coram seipso vel justitiariis suis de banco, tunc fiat breve in hac forma de summonendo appellum. ¶ 4. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, ꝙ venire facias coram nobis vel just. nostris apud Westm̄, appellum quod est in comitatu tuo inter A. appellantem & B. appellatum de morte talis, vel de roberia, vel alia felonia, & pace nostra infracta, unde idem A. appellat ipsum B. & pone ꝑ vadium & salvos plegios ꝓdictum B. quòd sit coram nobis vel justit nostris ad prædictum terminum, ad respondendum eidem A. de ꝓdicto appello. Et habeas ibi nomina plegiorum, & hoc breve Teste &c. Et fiat tale breve si hoc sit ad instantiam appellantis, si autem ad instantiam appellati, tunc variatur in hoc, quòd ubi dicitur, pone per vadium & plegios, dicatur, summoneas per bonos summonitores ꝓdictum A. appellantem &c. scilicet quòd sit &c. ad sequendum appellum suum versus prædictum B. si voluerit. Si autem vic. mandaverit ꝙ appellatus non sit inventus, sed quòd se subtraxerit, tunc præcipiatur (ut prius) ꝙ attachiet eum si inveniatur, si autem nō, ꝙ faciat eum interrogari de com in com, donec ꝑ legem terræ utlagetur, licèt nullus sequatur ꝑ tale breve. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præc. tibi sicut aliàs tibi præceperimus, quòd ponas ꝑ vadium & salvos plegios B. vel ꝙ habeas corpus B. quem A. in curia nostra coram nobis vel justitiariis nostris apud Westm appellat de roberia & plagis, vel mahemio & pace nostra infracta, si inveniatur, ad respondendum eidem A. de appello illo, & si non inveniatur, tunc facias eum interrogari de com in com, donec ꝑ legem terræ, & secundum consuetudinem regni nostri utlagetur, eo non obstante ꝙ nullus sequitur Teste &c. Et sciendum quod in hoc casu, non erit necesse ꝙ alius sequatur, quia hæc est secta regis ꝓ contemptis, eo non obstante ꝙ nullus sequatur. Si autem ante utlagationem venerit & reddiderit se prisonæ domini regis, vel si vic. eum ceperit, detineat eum in prisona donec rex ei aliud præceperit. Aliquādo tamē, licèt prisonæ se non reddiderit, tamen differri poterit utlagaria, si sint aliqui qui manuceperint eum de habendo eum coram

coram

[Marginal manuscript notes: "breefs of Attachment"; "P. venire facias to Remove an Appeal"; "for the Pen to Outlaw"; "P"]

ram domino rege vel justit̃, dum tamen hoc sit ante quintũ com̃, & tunc fiat tale breve. ¶ 6. Rex vic. salutem. Si duodecem liberi & legales homines de com̃ tuo manuceperint corã te de habendo coram nobis vel justitiariis nostris tali die B. ad standum recto de appello, quod A. in eadem curia nostra &c. fecit versus eum de morte C. avunculi sui, vel alterius talis, tunc appellum illud venire facias coram nobis, vel justitiariis nostris &c. ad prædictum diem, & dic prædicto A. quòd tunc sit ibi coram &c. appellum suum versus eundẽ B. ꝓsecuturus si voluerit, & habeas ibi nomina ꝑdictorũ duodecem summonitorum & hoc breve Teste &c. Si autem appellum, secundùm quod prædictum est, fuerit in comitatu, fiat aliud breve de summonẽdo appellum coram domino rege in hac forma. ¶ 7. Rex vic. salutem. Præc. tibi quòd appellum unde B. attachiatus est in com̃ tuo ꝑ morte C. unde A. eum appellat, venire facias coram nobis, &c. tali die sicut attachiatus est veniendi coram justitiariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint. Et habeas &c. Teste &c. Si autem appellum factum fuerit (secundũ quod prædictum est) immediatè coram ipso rege vel justitiariis suis de banco, tunc fiat breve de attachiando appellatum de facto in hac forma. ¶ 8. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone ꝑ vadium & salvos plegios B. & C. quòd sint coram &c. tali die ad respondendum eidem A. de morte D. patris vel alterius, unde eos appellat, vel de pace & plagis, vel aliis feloniis superius nominatis, & habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. Et ad diem illum poterunt attachiati se essoniare, nisi hoc sit pro morte hominis, vel alio crimine majori. Si autem ad diem nõ venerint, nec se essoniaverint, & vic. miserit breve & nomina plegiorũ, tunc appellante se liti offerente, attachientur ꝑ meliores plegios, & tunc in fine ꝙ habeat eorum corpora, & observetur ordo attachiamentorum (ut infrà) de ꝑsonalibus actionibus, nisi justitiarii aliud duxerint statuendũ ꝓ qualitate delicti. Et si tunc se subtraxerint exigãtur ut suprà, & plegii omnes ej' in misericordia, si autẽ appellatos ꝓduxerint ad diẽ suum, plegii quieti erunt de plevina, nisi gratis velint eos sub eadẽ plevina retinere, si nihil aliud plegiaverint nisi tantũ habendi eum: Non enim sunt plegii ꝙ appellati respondeant vel se defendant nisi velint, aliud tamen esset si essent plegii de ꝓsequendo. Si autem cùm appellum semel fuerit in com̃, & positum coram rege vel just. & de verbis appelli contentio habeatur, tunc ꝑcipiatur quòd fiat recordum in comitatu de verbis appelli per hoc breve. ¶ 9. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd coram te & coram custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno com̃ tuo, recordari facias appella unde A. appellat B. de pace nostra infracta, qualiter & per quæ verba idem A. fecit appella sua, & utrum appella fecit in com̃ vel hundreda, & recordum illud habeas coram nobis vel justitiariis nostris apud Westm̃ tali die sub sigillo tuo & sigillis prædictorũ custodũ placitorũ coronæ nostræ, & per duos ex illis qui recordo illi interfuerint, & habeas ibi hoc breve Teste &c. Item aliud de eodem si vic. debeat habere recordũ & debeat facere venire duodecẽ & iiii. villatas ad certificandum justitiariis de morte alicujus.

¶ 10. Rex

Writt to Baile

If th'appeal commenced coram rege or justic. de banco attachment issues

Recordari facias to remove out of the County.

¶ 10. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quòd omni occasione postposita, sis coram just. nostris apud Westm ad talem terminũ, & ibi habeas recordũ de appello q̃ factum fuit in com tuo inter A. appellantẽ & B. appellatũ de morte C. fratris ipsius A. & corã eisdem just. venire facias ad p̃dictum terminũ duodecẽ liberos & legales homines de com tuo de p̃ximo visineto p̃ quos &c. & qui p̃dictos A. & B. aliqua affinitate non attingant, & p̃tereà de quatuor p̃ximis villatis, de qualibet villata sex homines legales & p̃positũ, ad certificandũ p̃fatos just. nostros de morte illa, & habeas ibi nomina p̃dictorum duodecem & hoc breve Teste &c.

Cap. XXXI.

1 ¶ *Si quis fecerit feloniam de seipso.*

Eodem modo, quo quis feloniã facere possit interficiendo alium, ita feloniam facere possit interficiendo seipsum, quæ quidem felonia dicitur fieri de seipso. Feloniã quidem facit de seipso, ut si quis reus fuerit alicujus criminis, ita q̃ capt' fuerit p̃ morte hominis, vel cum furto manifesto, & cùm utlagat' fuerit, vel in aliquo scelere & maleficio deprehensus, & metu criminis imminentis, mortem sibi consciverit, hæredem non habebit: Quia sic convincitur felonia priùs facta, sicut furtum, vel mors hominis, vel hujusmodi. Sed qui criminis rei postulati non sunt, vel in crimine deprehensi manus sibi intulerint, bona eorum fisco non vendicentur, non enim facti sceleritatem constat esse obnoxiam, sed conscientiæ met' in reo veluti pro confesso habeat. Et ideò si rei postulati fuerint, vel in scelere deprehensi, si seipsos interfecerint, bona ipsorum confiscentur, scilicet bona eorum qui reatum mortis sibi consciverint, ut si ejus criminis fuerint quòd damnarentur morte vel deportatione. Qui autem se submerserint vel præcipitaverit ex alto, vel alio modo, tales hæredes habebunt, quia non convincitur felonia, nisi præcedat aliquod crimen propter quod periculum mortis vel mẽbrorum sustinere deberet. Si quis autem tædio vitæ vel impatientia doloris alicujus, seipsum interfecerit, successorem habere poterit, & talis non amittit hæreditatem, sed tantùm bona ejus mobilia confiscentur: sed si quis sine causa manus sibi p̃ vim intulerit, per iram & malam voluntatem, ut cùm alteri nocere vellet, & adimplere non posset quod voluit, seipsum interfecerit, puniendus est, & successorem non habebit, quia convincitur & punitur felonia, quã in p̃sonã alteri' facere p̃posuit, quia qui sibi ipsi non parcit, multo minùs aliis parceret, si facultatem haberet. Sed de furioso quid dicetur qui rationem non habet? & de mente capto, & frenetico, vel de infantulo, vel si ille qui laborat in acuta infirmitate seipsum submerserit vel interfecerit, quæritur an talis feloniam faciat de seipso? videtur quòd non, nec hæreditatem forisfaciunt nec catalla, eò quòd sensu carent et ratione, & non magis quàm brutum animal injuriam facere possunt nec feloniam, cùm non multùm distent à brutis, secundùm quod videri poterit in minori, qui si alium interfecerit in minori ætate, judicium non sustineret: & hæc vera sunt quòd furiosus non tenetur, nisi hoc fecerit simulato furore

Felo de se

furore cùm dilucidis gaudeat intervallis. De submersis & oppressis & per infortuniū mortuis patet suprà. Sed si quis seipsum suspēderit, non propter hoc exhæredantur hæredes, secundùm quosdā, nec uxor dotē amittat nisi in casu ut supra, quia felonia de seipso facta convinci non poterit.

Cap. XXXII.

1 ¶ *De actione furti & quid sit furtū.* 2. *Quot species furti.* 3. *De appello de latrocinio.* 4. *Si defendat vadietur duellum.* 5. *Si appellat' patriā elegerit.* 6. *Breve de faciendo venire warrantū per auxiliū.* 7. *Si warrantū vocaverit per auxiliū curia breve de venire faciendo warrantū.* 8. *Si furtū in manu alicujus inveniatur.* 9. *Si uxor teneatur ex furto viri.* 10. *Si uxor cum viro convicta fuerit.* 11. *Si civiliter prægnans fuerit damnanda.*

INter alia placita coronæ non est omittendum de actione furti, & de qua oritur appellum, quamvis in diversis curiis aliquando terminetur, sicut in comitatu & in curiis baronū, & aliquando in majori curia ipsius regis. Inprimis igitur videndum est quid sit furtum & quot ejus species. Et sciēdum, quòd furtum est, secundùm leges, contractatio rei alienæ fraudulenta, cum animo furandi, invito illo dño cujus res illa fuerit. Cùm animo dico, quia sine animo furandi non committitur. Est etiam, quasi furtum, rapina quæ idem est quantum ad nos quod robberia, & est aliud gen' contractationis contra voluntatem domini, & similis pœna sequitur utrumq; delictum, & unde prædo dicitur fur improbus: quis enim magis contractat rem aliquā invito domino, quàm ille qui vi rapit? ¶ 2. Species autem furti sunt duæ, quia aliud publicum aliud privatum. Videlicet manifestum et non manifestum. Non manifestum est, ubi quis suspectus est de latrocinio per famam patriæ, per indictamentum et rectum, et ubi graves præsumptiones faciunt contra ipsum. Sed si seysitus non inveniatur de aliquo latrocinio, non habet quis potestatem inquirendi, nec procedendi contra ipsum ad inquisitiones, nisi ipse dñs rex in curia sua. Sed de hac specie nihil amplius ad psens, quia superiùs per præcedentia perpendi poterit, quid in hac parte sit agendū. Et si coram ballivis vel coronatoribus furtum cognoverit, tamen non tenetur ex tali confessione, sine seysina, licèt cum seysina recordum haberent. Furtum verò manifestum est, ubi latro deprehensus est seysitus de aliquo latrocinio, scilicet Hondhabende & Bacherende & insecutus fuerit per aliquem cujus res illa fuerit quæ dicitur sakaburth, & si sine secta cognoverit se inde esse latronem coram vic. vel coronatore vel serviente domini regis, cum testimonio bonorum & proborum hominum, extunc furtum dedicere non possit, quia tales in hoc habent recordum. Et (secundùm quosdam) illud idem erit, etiam sine seysina. Cùm autem sit qui sequatur, possit ab initio agere civiliter vel criminaliter utrum voluerit: poterit enim rem suam petere ut adiratam per testimonium proborum hominum, & sic cōsequi rem “ suam quamvis furatam. ¶ 3. Et si ille qui seysitus fuerit in hoc ei non obtemperaverit, poterit accrescere & petere eam ut furatam, sed non è contrario, & dicere quòd ille qui tenet latro est, aut latronem scit nominare, & quòd in felonia, & furtivè & in latrocinio, & contra pacem domini regis

cepit

cepit rem illam, & furtivè abduxit eam. Et ꝙ hoc fecit furtivè, & in felonia, offert ꝓbare versus eum per corpus suum, sicut curia regis consideraverit. Et appellatus tunc defendat feloniam, latrocinium, & totum, vel ꝑ patriam vel ꝑ corpus, secundùm electionem suam prout curia consideraverit. ¶ 4. Si autem elegerit se defendere ꝑ corpus, statim vadietur inter eos duellum, & appellatus det vadium defendendi, & appellans det vadium disrationandi, & sic terminabitur negotium. ¶ 5. Si autem ꝑriā elegerit, tunc dicere poterit, ꝙ res de qua agitur sua sit propria & rationem ostendere quare. Ut si equus fuerit, poterit dicere quòd ei pullonatus fuit, & quòd eum nutrivit ꝑ tantum tempus. Et si hoc per patriam testatum fuerit, liberabitur, nisi ille qui appellat, docere poterit contrarium, videlicet docere poterit ꝑ patriam, & per visenetum suum, & per alia judicia certa, quòd ei pullonatus fuit & ꝙ ipsum nutrivit à juventute, & cùm ex utraq; parte sic producatur secta, ꝑferatur illa, quæ major fuerit, & dignior, & magis veri similior. Et non refert utrum res quæ ita subtracta fuit extiterit illius appellantis propria vel alterius, dum tamen de custodia sua. Si autem pares sint in secta & testimonio, vocentur alii fideles homines de confinio, qui nullam partium attigerint, & ille obtinebit, cum quibus ipsi concordes fuerint. & sic terminabitur negotium. Si autem appellatus dicat rem illam esse suam & sibi esse venditam, vel donatam ab aliquo, tunc necesse erit, quòd illum vocet ad warrantum. Si autem warrantus præsens fuerit, vel si habere possit eum ad certum diem, habeat eum ut inter eos procedatur de warrantia, si autem eum habere non possit, tunc alio modo ꝓcedendum erit. Cùm autem warrantus præsens fuerit, aut statim warrantizat, aut defendat ꝙ ei warrantizare non debet & negat. Et quo casu, si negaverit, oportet ꝙ appellatus, qui in seysina fuerit, hoc disrationet versus eum ꝑ corpus suum, & sic perveniri poterit inter eos ad duellum. Si autē warrantizaverit, tunc statim, cùm tradita res fuerit warranto, liberabitur ille qui warrantum vocavit, & ille qui rem vēdicat tunc loquatur versus eum qui rem warrantizavit, per verba appelli, sicut locutus fuit primò versus primum seysitum, & sic vocare poterit warrātus de warranto in warrantum, plures sicut unus per auxilium curiæ & per breve. Si quis verò cùm warrantum vocaverit & habere non possit sine auxilio curiæ, tunc fiat breve in hac forma vicecomiti. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd tali die, tali anno regni nostri, & tali loco venire facias talem, apud comitatum talem, vel ad curiam talis apud talem locum, ad respondendum in eodem com vel in eadem curia tali, de warrātizatione unius equi furati, vel alterius rei quam ei vendidit, ut dicit, & unde idem talis in eodem comitatu, vel in eadem curia vocavit ipsum talem ad warrantum versus ipsum talem. Teste, &c. Si quis autem rem furatā emerit, cùm illam crederet esse legalem, tunc si warrantum non habuerit, distinguendum erit utrum illam emerit publicè, & in feria, & mercato, & nundinis, & coram ballivis & aliis probis hominibus, qui de hoc testimoniū ꝑhibuerint, & ꝙ tolnetum & consuetudines dederit: liberabitur talis emptor, cùm rem restituerit vero domino, sed nihil restituetur ei de precio

quod

defence

P

vouch to warranty

P

breve to warranty

a/ note the sense of Judicia — thus Judicium Dei.

quod solvit pro eadem re, si autem nihil horum habuerit, in periculo erit. ¶ 7. Intrat quandoq; in defensionem & warrantum aliquis malitiosè, & ꝑ fraudem & ꝑ mercedē, sicut cāpio & conductitius, ꝙ quidem si fuerit corā justitiariis detectum, non ꝓcedatur ad duellum, sed ꝑ patriam inquiratur veritas si talis mercedem acceperit vel non: Et si constiterit ꝙ sic, pedem amittat & pugnum, ut coram M. de Pateshul de termino sancti Hillarii annī regis H. quarto in comitatu Essex de Elya Pigone campione conductitio. Est etiam furtū de re magna & re minima, & ideò habenda erit ratio quæ vel qualis sit res quæ furatur: Pro parvo enim latrocinio, vel ꝓ parva re, nullus christianus morti tradatur, sed alio modo sic castigetur, ne facilitas veniæ aliis materiam prębeat delinquendi, et ne maleficia remaneant impunita. Et ideò secundùm qualitatem rei furatæ et valorem, si fur convictus fuerit, aut morti tradatur, aut regnum abjuret vel patriam, comitatum, civitatem, burgum vel villam, aut fustigetur, et sic castigatus dimittatur. ¶ 8. Si verò furtum in manu, vel sub potestate alicujus inveniatur, tunc ille in cujus domo vel potestate res furtiva inventa fuerit tenebitur, nisi warrantum invenerit qui eum inde defendere possit. ¶ 9. Uxor verò furi desponsata, non tenebitur ex facto viri, quia virū accusare non debet, nec detegere furtum suū nec feloniā, cùm ipsa sui potestatem non habeat sed vir, consentire tamen non debet feloniæ viri sui, nec coadjutrix esse, sed nequitiā & feloniam viri impedire debet quantū potest. In certis verò casib⁹ de furto tenebit, si furtū inveniat sub clavibus uxoris, quas quidē claves habere debet uxor sub custodia, & cura sua. Claves videl. dispēsæ suæ archæ suæ & scrinii sui: Et si aliquādo furtū sub clavibus istis inveniatur, uxor cum viro culpabilis erit. Sed quid si res furtiva in manu uxoris inveniatur, nunquid tenebitur vir? non, ut videtur, nisi ei expressè cōsenserit, vel cùm rem ei warrantizaverit cū ipsum vocaverit ad warrantū, & tūc consentisse ꝓsumitur, nisi expressè dissentiat, vel nisi de eo ꝓsumatur ꝙ fidelis sit; eò ꝙ societatem talis uxoris devitavit in quantū potuit. ¶ 10. Item quid erit si uxor cum viro cōjuncta fuerit, vel confessa ꝙ viro suo consiliū ꝓstiterit & auxilium, nūquid tenebuntur ambo? imò, ut videtur, quia vir potest teneri ꝑ se cū sit mal⁹, & uxor poterit esse bona & fidelis & liberari: Item uxor mala ꝑ se & vir fidelis, cùm ergò uterq; possit esse malus ꝑ se & alter eorū bonus, ita poterit uterq; eorum simul & conjunctim esse malus sicut bonus. solutio. Non igitur erit in omni casu uxor deliberanda ꝓpter consilium, auxiliū & consensum; de sicut sunt participes in crimine, ita erunt participes in pœna. Et licèt obedire debeat viro, in atrocioribus tamen seu latrociniis ei non erit obediendum. Poterit quidem vir ligare & tenere, & uxor sponte & non coacta occidere, & ita (ut videtur) tenetur de maleficio uterq;. De concubina verò, vel familia domus, non erit sicut de uxore. Ipsi verò accusare tenentur vel à servitio recedere, alioquin videntur consentire. Si verò mulier pro maleficio fuerit condemnata, differtur aliquando executio judicii, postquàm redditum fuerit judicium, si prægnans fuerit, donec peperit, sive ante delictum perpetratum conceperit sive post. ¶ 11. Ad hoc facit F. de

pen̄ L. prægnant̄, ubi dicitur ꝙ prægnantis mulieris damnatæ pœna differtur quoad pareat, nec de eo quæstio habeatur quamdiu prægnans fuerit, & id est, non torqueatur.

Cap. XXXIII.

1 ¶ *De furto manifesto & probatore cognoscente.* 2. *Breve quòd rex dat just. potestat. cōcedēdi probatori vitā & mēbra.* 3. *Quòd vic. attachiet eos quos probator appellaverit.* 4. *De capiendo appellatū per probat. qui se cognoscit esse latronē.*

CUm furto manifesto deprehensus quandoq; sine aliqua ꝓbatione cognoscit latrocinium & se esse latronem, vel cognoscit homicidium vel roberiam, vel ꝙ aliam feloniam fecerit, vel quòd utlagatus fuerit, vel gaolā fregerit, vel regnum abjuraverit, vel quid tale fecerit per quod secum suum portat judicium. Et qui sic convicti secum portant judicium sicut finaliter condemnati, nullum habent appellum versus aliquem fidelem nec infidelē: quia omnino frangitur eorum baculus. Sed non erit ita de ꝓbatore, quia licèt crimen confessus fuerit, tamen propter hoc non est judicatus. Poterit dominus rex si voluerit ei concedere vitam & membra, per sic quod patriā deliberaret à malefactoribus, per corpus vel per patriam, vel per fugam, secundùm quod convenerit de numero & de modo. Appellare poterit quos voluerit de societate & latrocinio vel alia quacunq; felonia, dum tamen si sit aliquis fidelis & in franco plegio, & dn̄m habuerit qui ipsum advocaverit, & velit se ponere super patriam, si fidelis appellatus, ꝑ patriam fuerit deliberatus, probator infidelis, quasi mendax & convictus condemnabitur. Si autem in decenna non fuerit, nec dominum habuerit qui advocet eum, & patriam recusaverit, fortè tunc cùm omnia bona ei deficiant, & ꝑ hoc par sit appellanti, ꝓcedat inter eos duellū. Et eodem modo si ad appellū ꝓbatoris posuerit se quis super pr̄iam de roberia vel latrocinio, vel alia felonia ei imposita à ꝓbatore, & à patria fuerit inde malè creditus, tunc cùm sit par ꝓbatori, ꝓcedat inter eos duellū. Non enim habet felo vel latro cognoscēs vocē versus aliquē fidelē, qui velit & possit se ponere suꝑ patriā de fidelitate. Cùm autē quis latrociniū vel aliā feloniā cognoverit, & ꝓbator devenerit corā aliquib' qui recordū habuerint de cognitione, aut ꝑseverat in eadē voluntate corā just. aut non ꝑseverat: si autē non ꝑseveraverit, sed se retraxerit quandocunq;, & recordū sit à vic. vel coron̄, vel ab aliis qui recordū habent, ꝙ corā eis latrocinium cognovit, extunc habebitur ꝓbator ꝓ convicto & ꝓ cōdēnato, ꝓpter cognitionē. Si autē in eodē ꝓposito coram just. ꝑseveraverit, ubi nunq; se retraxerit, tūc corā eis suā de novo faciat cognitionem, & obliget se ad cōvincendū tot, quot appellaverit, ut habeat vitam & mēbra, ut ꝓdict. est: Quod quidē ei concedere nemo potest nisi ipse rex, vel justitiarius suus de speciali ꝑmissione; viva voce vel ꝑ breve suum quod tale est. ¶ 2. Rex just. salutem. Sciatis ꝙ concedim' vobis potestatem concedendi tali vitam & membra, qui coram vobis probator devenit, & latrocinium vel aliam feloniā cognovit, per sic, quòd faciat duellum ut convincat quinq; vel tot, per corpus vel per patriam, ad quod se obligavit coram vobis, & secundum quod nobis significastis, vel cum pluribus, si ad hoc ipsum

Of Provors.

Writ to admit a man to become an Provor.

sum inducere possitis Teste &c. Et quò casu vic. attachiare debet omnes appellatos, & si in hoc negligẽs extiterit, fiat ei hoc bře in hac forma. ¶ 13. Rex vic. salutem. Præc. tibi, ꝙ si aliquẽ habes latronẽ ꝓbatorem in balliva tua qui publice confessus fuit latrociniũ, vel aliã feloniã corã serviente nostro vel ballivo, vel ballivis, vel aliis ꝓbis hominib', & aliquos de societate appellaverit de latrocinio, roberia, morte hominis, vel alia felonia, tunc ipsos sine aliqua dilatione attachiari facias, secund consuetud regni nostri, ad habend eos corã nobis vel capitali justit nostro ad summonitionẽ nostrã, vel ipsi' capitalis justit nostri Teste &c. Item aliud de eadẽ materia de capiẽdo appellatos ꝑ probatorem & ꝓducendo coram justitiar. ¶ 4. Rex vic. salut. Præc. tibi, ꝙ sine dilatione capias A. quẽ B. (qui se cognoscit esse latronẽ) in curia nr̃a coram just. &c. appellat de societate & latrocinio, vel alia tali felonia, & illũ captũ q citi' poteris ducas, vel venire fac, corã eisd just. nostris apud talẽ locũ, ad respondend eidem B. de societate & de morte hominis, roberia, & latrocinio, vel alia tali felonia, unde eum appellat &c. vel aliter: Præc. tibi, ꝙ sine dilatione capias A. & ipsum captum ducas corã justit &c. ad respondend B. (cognoscenti se esse latronẽ) de societate latrocinii unde eum appellaverat, & tunc habeas ibi corã eisdẽ justitiariis sufficientẽ sectã de visineto tali, ad faciendã inquisitionem de ꝑdicto tali, secundum cõsuetudinem regni nr̃i: Et habeas ibi hoc breve Teste &c. Et posset huic brevi bene adjungi, ut videtur: Et si idem talis ꝓpter appellum se fortè subtraxerit, tunc facias illum interrogari de com in com, donec secundum lege terræ utlagetur. Et hoc fieri debet tantu ad sectam dñi regis sine alia secta, ꝓpter ꝑsumptionem appelli & ꝓpter fugam. Cùm autem appellatus ꝑsens fuerit, ꝓponat ꝓbator appellum suum in hæc verba.

Cap. XXXIV.

1 ¶ Cùm præsens fuerit appellat' qualiter probator proponere debet intentionẽ & appellũ suũ, & de modo defẽdẽdi. 2. Quòd appellat' primò juret per verba negativa & postea juret appellãs per verba affirmativa. 3. Si autẽ defensionẽ nõ susceperit in propria persona sed excipiat & judiciũ petat, si cont. talem cognoscentẽ se esse latron. 4. Si probator fecerit quod promisit teneatur ei conventio & sic in fine abjuret regnũ. 5. Si com. vel curia alicuj' potentis appellũ tẽmerit de probatore veniat recordũ ad curiã reg. per hoc breve. 6. Itẽ breve vic. quòd probatorẽ habeat corã rege & õnes quos ipse appellaverit de societ. quia plures fortè propter appel. probatoris se subtrahũt. 7. Si autẽ appellati venerint & finẽ fecerint qd redire nõ poss. & esse sub plegiis. 8. Ubi quis appellat' per patriã fuerit delib. quòd habeat catalla sua. 9. Breve de repleg. aliquẽ quẽ talis cepit & captũ detinet.

A. de N. cognoscens se esse latronem, appellat B. de morte & societate & latrocinio vel roberia, vel morte hominis scilicet ita: quòd ipsi simul furati fuerunt talem rem apud talem locum, & ita quod prædictus B. habuit ad partem suam tantum, vel sic: quòd ipsi simul venerunt ad domum talis, loco tali, vel in via vel alibi, & robbaverũt ei talem rem & postquam robbaverint eum, eum interfecerunt, & ita quòd prædictus B. habuit tantum ad partem suam, & idem de receptamento scienter, & alia felonia, &

Attachments thereon.

Appeal of a Prover

& hoc offert ꝓbare versus ipsum ꝑ corpus suum, sicut curia consideraverit. Et oportebit ꝓbatorem certam rem exprimere, & omnes circumstantias sine variatione & mutatione aliqua, & quòd cognoscat personam appellati cùm fuerit in judicium ꝓductus, quia si eum non cognoverit, præsumetur contra ipsum, quòd nunquam fuerunt socii. Idem A. appellat B. de N. de societate & latrocinio vel felonia prædicta, & ita quòd ipse habuit ad partem suam tantum vel de alio latrocinio alibi facto. Et sic poterit plures appellare eodem modo de societate & plurib⁹ latrociniis & diversis. Et B. venit & defendit societatem, & latrociniũ, roberiã, & mortem, & receptamentum, & omnem feloniam, et quicquid ei imponitur de verbo in verbum, & secundùm ꝙ ei imponitur de verbo in verbum. Et tunc si per corp⁹ suum sine aliqua allocatione vel exceptione, quo casu, vadietur inter eos duellum, & appellatus det vadium defendendi & ꝓbator det vadium disrationandi. Et si appellat⁹ plegios non habuerit, tunc erit gaola plegium utriusq; et dabitur dies ad quem venient armati. Et cùm venerint, primò intret defensor & juret in hæc verba. ¶ 2. Hoc audis homo quem per manus teneo, qui te facis appellari A. per nomen baptisterii, quòd ego non sum latro, nec socius tuus de latrocinio, vel roberia, vel hujusmodi, nec tecum furatus fui talem rem, tali loco, nec aliud tale quid fecimus, sicut roberiã talem, nec ego habui ad partem meam tantum, sic me deus &c. Et posteà juret appellans ꝑ verba affirmativa & dicet. Hoc audis homo quem ꝑ manum teneo, qui B. te facis appellari ꝑ nomen baptisterii, quòd tu es ꝑjurus, & ideo perjurus quia tu es latro, et socius meus de latrocinio, quia tali loco simul furati fuimus talem rem, vel talem roberiam simul fecimus, vel quid tale, et unde tu habuisti ad partem tuam tantum, sic me deus &c. Et sic ꝑcutiatur inter eos duellum, ordine supradicto observato. Et si appellatus victus fuerit, eodem die vadiet ꝓbator aliud duellum versus alium appellatum, sed statuetur alius dies ad pugnandum, ad quem uterq; veniet armatus, et sic fiat de plurib⁹ de quolibet post alium, et (secundùm quosdam) non sufficit quòd appellatus cognoscat se fuisse socium suum, vel latronem, vel aliquid consimile ad recreantiam, nisi dicat illud verbum odiosum quòd recreantus sit, & similiter quòd socius sit, et latro, licèt sufficiat (secundùm quosdam) quod cognoscat se esse socium, et latronem: quia non refert utrum quid fiat vel quod tantundem valeat. Si autem ꝓbator victus fuerit, appellatus per plegium dimittatur, ꝓpter suspitionem appelli, nisi justitiarii ꝓpter aliquam aliam suspicationem providerint illum esse ulterius in prisona retinendum, quia fortè indictatus est alibi per milites, & alios fide dignos, ut de termino sancti Hillarii & de termino Paschæ anno regni regis H. quinto in principio rotuli in comitatu Eborum de Roberto filio Johannis. Ibi eodem die vadiatum fuit duellum inter appellatum victorem, et alium ꝓbatorem de novo appellantem. Si autem plegium invenire non possit, aut regnum abjuret aut remaneat perpetuò in prisona. ¶ 3. Cùm autem in propria persona, per corporis defensionem non intraverunt, poterit excipere contra probatorem, & petere sibi allocari, si debeat tali respondere qui est latro cognos-

cognoscens, vel talis quod vocē habere non debeat versus fidelem hominem. Et cùm ipse sit fidelis homo, & in assisa domini Regis &c. & in franco plegio, & dominū habeat qui ipsum advocat, et tunc sic. Et B. venit & defendit societatē, latrociniū, & totum (ut suprà) sicut versus eum, qui est latro & cognoscens, et ipse homo fidelis, et in franco plegio, et in assisa dñi Regis, & dnm habet qui ipsum advocat. Et quo casu, si hoc p patriā convictū fuerit, damnabitur ꝓbator appellans & liberabitur appellat'. Si autē sic dicat appellat' simpliciter, quod defendit totū sicut versus latronē cognoscentē, et de fidelitate se ponat super patriā, si p patriā fuerit malè credit', cùm pares sint in culpa appellans & appellat', statim vadietur inter eos duellum. Et eodem modo cùm fuerit requisit' appellat', si fuerit in frāco plegio, et in assisa dñi Regis, vel si fuerit dñs qui ipsum advocet, nec sit aliquid boni quod ꝓ se habeat, statim vadietur duellū, cùm oīa bona ei defecerint. Item si appellatus aliàs rectat' fuerit de maleficio, vel indictatus p milites, et villatas, et legales homines, qui p̄sentes fuerint et hoc testentur. Item si aliàs ab alio ꝓbatore appellat' fuerit ꝓpter tales suspitiones, vadietur duellū. Et eodē modo, si cùm ꝓbator primū appellatū devicerit, fiat de aliis appellatis ōnib', sicut de primo. ¶ 4. Cùm autem ꝓbator fecerit quod ꝓmisit, teneatur ei cōventio, quòd vitam habeat & membra, sed in regno remanere non poterit, etiam si velit plegios invenire. Si autē ꝓbator vict' fuerit antequā duella sua p̄fecerit, vel mortu' casu, vel morte naturali, alii qui appellati sunt ab eo & non cōvicti, ꝓpter suspitionē appelli ꝓbatoris remaneant sub plegio, ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit, et si plegios invenire non possint, abjurent regnū. Si autem appellati fortè p appellum se retraxerint, et mortuo ꝓbatore redire voluerint, cùm ꝓpter appellum & ꝓpter fugam magis suspecti habeantur, si redierint, capiantur, nec sint p plegium dimittēdi, nisi ex speciali præcepto domini Regis, et tunc fiat de eis, secundùm quod superiùs fit de aliis. Si fortè contingat quòd aliquis in curia sua, vel com̄, vel justitiarius, nisi ad hoc fuerit specialiter datus, appellū tenuerit de ꝓbatore, com̄, & curia erit in misericordia, & justitiarius redarguendus. Et si in curia baronis hoc factum fuerit, summoneatur recordū p hoc breve. ¶ 5. Rex vic. salutem. Ostensum est nobis, quòd cùm quidā talis captus sit in comitatu tuo cum latrocinio, vel infra libertatem talem, & cognovit latrocinium & ꝓbator devenerit, et plures appellaverit de societate & latrocinio, comitatus, vel ballivi de tali hundredo, vel de tali curia, vel tales milites & liberè tenentes de eodem hundredo, vel eadem curia, tenuerunt querelam illam, & appellum de eodem ꝓbatore audiverunt, & ita quòd p appellum illud, tot homines damnati fuerant in præfato hundredo vel curia, sine præcepto nostro, & sine warranto, quod inde haberent. Et ideò tibi præcipimus, quòd assumptis tecum ꝓbis hominibus, & custodibus placitorum coronæ nræ, sine dilatione convenire facias prædictum hundredum, & prædictam curiam, & illos coram quibus appellum illud deductum fuit & coram vobis fieri faciatis recordum illud, qualiter appellum illud deductum fuit in prædicto hundredo vel curia, & qualiter idem probator prædictos homines

a/ see before 143. b. quatuor villatis, but quære ... word. and see inf. per milites et villatas ... 154.

mines appellaverit, & per quæ verba, & qua occasione prædicti homines damnati fuerunt, et recordum illud habeas coram nobis ad talem terminum, sub sigillo tuo, et sub sigillis prædictorum custodum, et per quatuor legales homines ex illis, qui recordo illi interfuerunt. Et statim probatorem illum recipias a ballivis illis, & salvò custodias, & illum habeas coram nobis vel justitiariis nostris &c. & omnes illos quos de societate appellaverit & latrocinio, ad respondendum ei in prædicto appello, unde eos appellat. ¶ 6. Sunt nonnulli, qui per appellum probatoris se subtrahunt, & quandoque propter adventum justitiariorum, pro indictamento & malo recto, & eo quòd malè crediti sunt in itinere per milites & villatas. Et unde cùm propter duplicem suspicationem, scilicet propter appellum & sacramentum militum, & fugam, non sunt per plegium dimittendi si redierint, sed in prisona retinendi, donec Rex inde præceperit voluntatem suam, unde sunt quidam qui finem faciunt cum Rege, antequam redeant, vel cùm fuerint in prisona. Et ideò fiat vicecom̃ breve de talibus in hac forma. ¶ 7. Rex vic. salutem. Scias quòd talis finem fecit nobiscum pro tali. vel sic: Scias quòd finis factus est nobiscum pro tali, qui est in prisona nostra. vel aliter: Scias quòd finis factus est nobiscum coram Justitiariis nostris, qui ultimò itineraverunt in comitatu tuo, sicut ipsi justitiarii nostri recordantur, pro A. qui rectatus fuit coram eis de burglaria & malè creditus à xij. militibus & villatis, vel qui fugit propter appellum probatoris: quòd redire possit & esse sub plegio, ad standum recto si quis versus eum loqui voluerit. Et ideò tibi præcipimus, quòd si prædictus A. redierit, & tibi plegium invenerit ad standum recto in adventu justitiariorum de eodem recto, si quis versus eum loqui voluerit, tunc ei inde pacem habere permittas. Item si aliquis rectatus de roberia, vel alio maleficio deliberat' fuerit per patriam, fiat breve vicecom̃ de deliberandis catallis suis in hac forma. ¶ 8. Rex vicecom̃ salutem. Scias quòd A. quem B. in curia nostra &c. appellavit de pace, & plagis, & mahemio, per testimonium visneti sui deliberatus est, & quietus clamatus, sicut ille qui non fuit inde culpabilis: & ideò tibi præcipimus, quòd omnia catalla ipsius A. quæ tu cepisti, vel talis ballivus tuus occasione prædicti appelli, & captionis prædicti A. eidem A. sine dilatione reddi facias, & ei firmam pacem nostram habere permittas. Est & aliud breve de materia ista, quod est generale de dimittendo ipsos per plegium nisi in casibus exceptis. ¶ 9. Rex vicecom̃ salutem. Præcipimus tibi quòd justè & sine dilatione replegiari facias talem, quem talis ceperit & captum detinet, nisi captus sit per speciale præceptum nostrum, vel capitalis justitiarii nostri, vel pro morte hominis, vel foresta nostra, vel pro aliquo alio recto quare secundùm legem Angliæ non sit replegiandus, ne amplius &c. pro defectu justitiæ &c. Teste &c.

Cap. XXXV.

1 ¶ *Quòd nemo potest curiam suam habere de probatore vel latrone cognoscente. Item quæ placita pertineant ad curiam & quæ ad Comitatum & de libertatibus singulorum.*

DIctum est suprà quòd nemo potest habere curiam suam de probatore & latrone cognoscente, videamus igitur quæ placita pertineant ad curiam & quæ ad comitatum. Sunt enim quidam barones & alii, qui libertatem habent, scilicet Sok, Sak, Tol & Team, **Infangenthef, utfangenthef.** Isti possunt judicare in curia sua, si quis inventus fuerit infra libertatem suam seysitus de aliquo latrocinio manifesto sicut **Hondhabend** & **Bacberend** & insecutus fuerit per **Haccabor**, quia nisi fuerit in seysina, licèt aliquis sequatur versus eum sicut versus latronem, non pertinebit ad curiam, hundreda, vel wapentakia, cognoscere de hujusmodi furtis, nec inde facere inquisitionem per patriam, utrum talis qui non fuerit seysitus culpabilis sit vel non. Nec quòd vadietur inter aliquos duellum ante seysinam. De hoc quòd dicit **Infangethef** videndum est quid sit. Et dicitur **Infangethef** latro captus in terra alicujus, de hominibus suis propriis seysitus latrocinio. **Utfangethef** verò dicitur latro extraneus, veniens aliunde de terra aliena, & qui captus fuit in terra ipsius qui tales habet libertates. Sed non sequitur, quòd ille posset hominem suum proprium, captum extra libertatem suam, reducere usque infra libertatem suam & ibi eum judicare ex tali libertate. Debet enim quis juri subjacere ubi delinquit. Proprios enim latrones & alienos, infra libertatem suam captos, judicare possunt. Item cognoscere possunt de medletis & hominibus verberatis, vulneratis, nisi felonia & pax Regis vel vicecomitis non apponitur. Poterit tamen apponi pax domini regis & ballivorum. Item de equis, bobus, & aliis animalibus vulneratis, & mahematis. Talis quidem transgressio emendari poterit per vicinos. Item cognoscere possunt de debitis quæ exiguntur sine brevi domini Regis & etiam de aliis quæ relaxantur sine brevi. Ad vicecomites verò pertinent hujusmodi placita in comitatu. Cognoscere quidem potest de medletis, plagis, verberibus, & consimilibus pro defectu dominorum, nisi querens adjiciat de pace domini Regis infracta, vel feloniam apponat, extunc enim se vicecomes non debet intromittere, cùm hoc tangat personam ipsius domini regis & coronam suam. Et ideò coronatores querelam illam sive appellum irrotulare debent, annum & diem & locum, & omnia verba appelli per ordinem, & omnes circumstantias ut suprà de appellis usque ad adventum justitiariorum. Sed si tantùm agatur de pace vicecomitis, non erit ibi amissio vitæ vel membrorum, sed sequitur pœna pecuniaria de convictis. Potest quidem vicecom̃ tenere plura placita quæ non sunt ex officio vicecom̃, sed vice ipsius regis, et ex causa necessaria, non sicut vicecom̃ sed sicut justitiarius Regis, si hoc ei specialiter demandetur quòd juratam capiat, & inquisitiones faciat, extensiones & partitiones, licèt in quibusdam judicium reddere non possit. Item habet ex speciali mandato regis, non ex officio vicecom̃, ubi mandatum habet quod justitiet aliquem, & quo casu, videtur quòd omnia habere debeat ut justitiarius, sine quibus placitum illud terminari non possit. Habet etiam ut Justitiarius & non ex officio vicecom̃, quòd cognoscere potest de averiis captis, & detentis, contra vadium & plegium, quod quidem placitum

pertinet

pertinet ad coronam, & quod ei ex necessitate conceditur ad terminandum ratione inferius dicenda. Item pertinet ad ipsum cognoscere de assisis in regno statutis, & juratis per regnum, si fuerint servatæ vel non, sicut panis & cervisiæ, & falsis mensuris quæ pertinent ad coronam, & de quibus attachiamenta facere potest, simul cum coronatore usque ad adventum justitiariorũ. Item pertinet ad vicecom̃ visus franciplegii in turnis suis duobus, singulis annis, per hundreda, wapentakia faciendis, & ideò qualiter debent fieri turni videndum est.

Cap. XXXVI.

1 ¶ De minoribus & levioribus criminibus quæ civiliter intentantur. 2. Qualiter quis patitur injuriam propter suos. 3. In quibus casibus servi habent personam standi in judicio contra dominos suos. 4. Quid atrox injuria æstimatur multis modis.

Dictum est suprà de majoribus criminibus, & appellis quæ criminaliter intentantur, & aliquando ultimum inducunt supplicium, aliquando membrorum truncationem, aliquando exilium perpetuum, vel ad tempus. Nunc autem dicendum est de minoribus & levioribus criminibus, quæ civiliter intentantur, sicut de actionibus injuriarum personalibus, & pertinent ad coronam, eò quòd aliquando sunt contra pacem domini Regis. Videndum igitur quid sit injuria, & sciendum quòd injuria est, quicquid non jure fit, & unde suprà in parte dicitur, quòd si quis interfectus fuerit, videndum erit an injuria interfectus sit, vel sit talis qui nullo jure occiditur. Igitur qui latronem occiderit, non tenetur, nocturnum vel diurnum, si aliter periculum evadere non possit, tenetur tamen si possit. Item non tenetur si per infortunium, & non animo & voluntate occidendi, nec dolus, nec culpa ejus inveniatur, de quo supradictum est, & de gratia principis cum eo mitius agitur hoc probato. Non jure occiditur quis, ut si in assultu præmeditato, & in felonia, et animo occidendi fuerit quis interfectus, ob iram et cupiditatem. Item si quis unum percusserit et occiderit, cùm alium percutere vellet in felonia, tenetur. Item si cùm leviùs credidit percussisse, graviùs percusserit et occiderit, tenetur, debet enim quilibet modum et mensuram adhibere in suo facto. Et est injuria talis quæ inducit ultimum supplicium, cùm criminaliter agatur. Est & alia quæ non nisi pœnam pecuniariam tantùm, & quandoque eandem pœnam cum carceris inclusione, secundùm facti qualitatem. Fit autem injuria non solùm cùm quis pugno percussus fuerit, verberatus, vulneratus, vel fustibus cæsus, verùm cùm ei convitium dictum fuerit, vel de eo factum carmen famosum et hujusmodi. ¶ 2. Patitur autem injuriam quis, non solùm per seipsum, sed etiam per alios quos habet in potestate, sicut per liberos suos, & uxorem suam. Vir autem agere poterit de injuria facta uxori suæ, sed non è contrario. Defendi enim uxorem à viro, non virum ab uxore dignum est. Item injuriam patitur quis, per illos quos in familia sua habuerit, sicut servientes suos et servos, si pulsati fuerint, et verberati in contumeliam suam, vel quatenus sua interfuit operibus eorum non caruisse.

Injuries

Tear kind

¶ 3. De plagis verò & verberibus sibi factis, habent ipsi actionem & non dn̄s, habent enim servi ꝑsonam standi in judicio contra omnes de injuriis sibi factis, contra pacem domini Regis, & multò fortiùs servientes. Habent etiam servi ꝑsonam standi in judicio contra dominos suos, de seditione domini Regis, & aliis quæ fiunt contra ꝑsonam ejus, quia ibi admittitur quilibet de populo, & contra dominum suum de atroci injuria, ubi agitur de vita vel membris vel roberia. Pœna autem injuriarum, quandoq; erit corporalis, quandoq; pecuniaria, & si fuerit pecuniaria, & certa, & in judicium deducta, tunc erit à judice taxanda, cùm sit omne interesse incertum, & quandoq; minuitur, cùm sit in judicium deducta, secundùm qualitatem delicti & ꝑsonæ cui injuriatur, nunquam tamen crescere debet de jure.

¶ 4. Est quidem injuria levis, & est atrox, atrocitas verò æstimatur ex ipso facto, ut si quis fuerit malè vulneratus, verberatus, et malè tractatus contra pacem. Item ex loco, si in curia domini Regis, vel dominorum, si coram justitiariis, vel in comitatu corā vicecomite. Item si in theatro, in nundinis, vel in foro, vel alibi corā omni populo. Item locus vulneris, ut si in fronte, vel in oculo magis quàm in loco secreto. Item ex ꝑsona æstimatur injuria, ut si magistratib⁹, vel ballivis fiat, parentibus, vel patronis. Item non solùm tenetur actione injuriarum, qui fecit injuriam (hoc est) qui ꝑcussit, sed ille qui dolo fecit, vel qui dolo ꝓcuravit, ut alicui maxilla pugno percuteretur. Hæc autem actio ꝑ dissimulationem aboletur. Et ideò si quis injuriam passus, hoc statim ad animum non revocaverit, posteà ex pœnitentia remissam injuriam per dissimulationem ad animum recolligere non poterit.

Cap. XXXVII.

1 ¶ De vetito Namii. 2. Si verò captio fuerit justa. 3. Si querens queratur de utraque. s. captione & detentione. 4. Si dominus post legem vadiatā defaltam fecerit. 5. Quòd non potest quis aliquid dedicere de recordo adversarii. 6. De officio vicecomitis. 7. Breve de attachiando quare cepit averia & fugavit extra comitatum. 8. Cùm vicec. vel serviens Regis servum habuerit de averiis captis sine impedimento. 9. De responsione captoris quòd justè, quia in damno suo. 10. Si lex vadiatur ex utraque parte ita quòd querens dicat quòd justè. 11. Item si captor dicat quòd justè. 12. Si serviens alicujus ceperit averia alicujus in absentia domini sui. 13. Cùm averia alicujus semel fuerint per judicium deliberata & iterum capta, breve quod deliberentur.

Detentio Namij pro districtione facienda, pertinet ad coronam domini Regis, & vix conceditur alicui terminandum, præterquàm ipsi domino regi, vel justitiariis suis. Sed quia placitum istud dilationem non capit, propter animalia muta, & propter damnum quod evenire posset, si diu detinerentur inclusa, donec placitum de vetito Namii terminaretur, ideò placitum de vetito Namii vic. conceditur terminandum, hac necessitate, quod quidem non habet ex officio vicec. sed sicut justitiarius domini Regis. Et eodem modo non erit aliquis, qui hujusmodi libertatem clamare possit ut de jure sibi ipsi competentem, sed ut justitiarius domini regis, & de speciali concessione Regis, et nisi hoc habeat, tueri non poterit

rit aliquo tempore longo. Item cùm quis talem habeat libertatem, refert utrũ averia deliberata fuerint ꝑ breve dñi Regis ad querelam factam Regi, vel sine brevi regis ad querelam factam immediatè vicecomiti ad hoc quòd quis habeat curiam suam de hujusmodi placito, si curiam petat : cùm in justitia facienda negligens non extiterit. Omnia verò quæ contingere possunt circa hujusmodi placitum, consistunt & versantur circa duo, vz. circa captionem & detentionem cõtra vadium & plegium, & est omnis captio justa vel injusta. Si autem justa sit captio, vz. ꝑ servitio detento ab aliquo qui servitium illud cognoscit, tunc poterit ille qui capit, cognoscere captionem illam, nec in tali captione delinquit. Sed si averia taliter justè capta, contra vadium & plegium fuerint detenta, cùm petita fuerint ꝑ vadium et plegium, præstita securitate de servitio faciendo cum arreragiis, vel si alia occasione capta fuerint sicut ꝑ damno facto, vel injuriis vel debitis, vel aliis, quæ terminari possunt sine brevi dñi regis justa poterit esse captio, et injusta detentio, primò agatur de captione, quia nunquam forte capta, vel si capta forte justè vel injustè, nunquã fuerunt petita ꝑ vadium & plegios, vel si petita, non venit ad curiam dñi sui ad standum recto, et ita quòd iterum capta. Item si ꝑ damno capto, disputari poterit utrũ capta fuerint in damno vel extra. Tunc de veniendo ad curiam & parendo juri, & hoc convictum sit in comitatu, tunc ille qui cepit erit in misericordia vicec. et averia sic capta deliberabit vic. tali modo, quòd ille cujus averia sunt, veniat ad curiam dñi sui ad rationabilem summonitionem, et ad certum diem, responsur' de servitio suo ꝙ cognoscit, & de arreragiis servitii illius. Et in hoc casu, oportet quòd dñs defendat detentionem vel concedat, si autem concedat detentionem injustam, planum est ꝙ ex hoc sequitur : Si autem defenderit detentionem injustam, et querens sectam habeat statim ad manum, quæ examinata in omnib' concors fuerit, & quòd omnia facta fuerunt sub eorum præsentia, tunc vadiabit defendens legem se duodecima manu, in qua si defecerit, incidet in manum vicecomitis, sicut in primo casu, & restituet querenti damna sua, quæ habuit ꝑ illã detentionem. Si autem legem fecerit dñs, tunc quiet' recedet, et querens in misericordia, sed nulla damna recuperabit, et returnabit dño averia capta. Et querens aut satisfaciat dño statim de servitio suo, aut replegiare faciat averia sua usque ad certum diem, ad quem faciet ei id ꝙ de jure facere debebit. Sed quid si posteà cùm fuerint retornata petantur ꝑ vadium & plegium, et tunc sint vetita? videtur quòd deliberari debent ut prius. ¶ 2. Si verò captio fuerit injusta sicuti ꝑ servitio, quod tenens non cognoscit, & de quo sine præcepto domini Regis respondere noluerit, tunc oportet quòd ille qui averia ceperit, respondeat de injusta captione, sive illa detinuerit injustè contra vadium & plegium, ut suprà, sive non. Et hoc, si querens doceat per certa judicia, et sectam sufficientem, quòd capta fuerit pro servitio quod non cognoscit, quia cùm quis dedixerit servitium quod petitum est, sive debitum sit & solutum sive non, cùm in placito illo, per breve domini Regis pervenire possit ad duellum, vel magnam assisam, manifestè patet quòd nullus liber homo de

tali servitio tenetur respondere sine breve domini regis, non magis quàm de libero tenemento suo. Sed quid si dominus recenter fuerit in seysina de servitio de quo cõtenditur, nunquid poterit tenens illud dedicere? Bene poterit (ut videtur) licèt solutum, debitum vel indebitum. Tu dic, quòd si dominus fuerit in seysina servitii, ꝓ quo distringitur, ꝑ manum querentis, & hoc possit verificari ꝑ patriam, tenens non poterit illud servitium sic dedicere, quin inde capiatur inquisitio.s.de seysina recenti ꝑ manum tenentis. Si tenens hujusmodi seysinam dedixerit, & inquisitione ꝓ domino faciente, querens erit in misericordia, & averia capta returnabit domino, quia in hujusmodi casu, perveniri non potest ad duellum nec ad magnam assisam, propter seysinã recentem. Si autem cõvictum sit ꝑ inquisitionem, quòd dominus non fuerit in seysina servitii ꝑ manum tenentis, ꝓ quo recognovit districtionem, tunc dominus erit in misericordia & querens recuperabit damna sua, & averia sua deliberata remanebunt, & dominus sibi ꝓvideat ꝑ breve si voluerit, ꝓ hujusmodi servitio recuperando, ubi ꝓveniri poterit ad duellum vel magnam assisam. Idem erit dicendum si tenens moriatur & dominus fuerit in seysina servitii ꝓ quo districtionem fecit anno & die quo tenens suᵘ fuit vivᵘ & mortuᵘ, si hæres tenentis postmodum velit hujusmodi servitium dedicere, cùm dominus ꝓ eodem distrinxerit. ¶ 3. Si autem tenens conqueratur de injusta captione, & injusta detentione simul & semel, benè poterit utramq; injuriam si velit prosequi, & per eosdem testes, & per eandem sectam, & si fuerint concordes, & idonei, & sufficientes, ponere poterit captorem & detentorem ad legem si voluerit, & vadiata lege, habebit diem ad faciendam legem, usq; ad proximum com̃, ad quem poterit uterq; se essoniare si voluerit. Et si ad diem legis faciendæ defuerit aliquis de xij. vel si contra prædictos excipi possit, quòd non sunt idonei ad legem faciendam, eò quòd villani sunt, vel aliàs idonei minus, tunc dominus incidet in misericordiam, & damna restituet sicut priùs. Et contingit multotiens quòd dñs potest salvò defendere detentionem contra vadium & plegium, sed non injustam captionẽ, & quo casu, uterq; cadet in misericordiam vicec. tam dñs quàm tenens, dominᵘ ꝓpter injustam captionem, et tenens ꝓ falso clamore de injusta detentione. ¶ 4. Si dominᵘ post legem vadiatam defaltam fecerit, distringendᵘ erit quòd veniat ad proximum com̃, auditurᵘ judicium suum de defalta, ad quem com̃ sive venerit sive non, debet tenens habere averia sua deliberata, eò quòd dñs defecit in lege sua facienda, & post talem districtionem, nullum habebit reus essonium in odium defaltæ quam fecit, nec possit dedicere com̃, ꝑ aliquem audientem & intelligentem, ꝙ ipse legem non vadiavit, cùm in hoc casu habeat comitatus recordum, sicut in aliis pluribus casibus, quia si hoc facere posset, eadem ratione dedicere posset quilibet contra recordum comitatus de viso petito, & warranto vocato & cognitionibus, & attachiamentis, & hujusmodi, & inde sequeretur quòd nullum placitum terminaretur in comitatu. Hoc tamen videtur esse contra eos, qui dicunt quòd com̃ non habet recorda, cui contradici non possit per unum audientem & intelligentem. ¶ 5. Ad quod notandum,

notandum, quod null' potest in comitatu vel alibi aliquid dedicere, de recordo adversarii sui, nec de recordo illo aliquid augere vel diminuere; ad damnũ ipsius adversarii sui: quia si hoc, sic sequeretur inconveniẽs, ꝙ quicquid boni adversarius suus diceret pro se, amovere posset, & in pej' convertere. Sed de recordo suo proprio in com̃ recitato inde augere poterit vel diminuere, sed totum dedicere non potest, nec ea quæ sunt de substantia negotii, vel principalia cum captione adversarii, verbi gratia. Sit qui petat quandam terram de seysina antecessorum suorum, ꝑ verba duellum facientia & nominaverit tempus regis Richardi, & ꝙ expletia cepit ad valentiam viginti solidor; hoc ad alium comitat' dedicere potest, & dicere ꝙ petiit de seysina antecessorum suorum de tempore regis I. & ita mutare ꝙ petiit de tempore regum Richardi & Johannis simul & ita addere vel augere, & quod expletia cepit ad valentiam quinq; solidor & sic minuere, & statim hoc probare debet ꝑ unum audientem, & intelligentem, qui incontinenti paratus sit hoc probare per corpus suum si curia consideraverit. Et sic poterit quis proprium recordum mutare, augere, & minuere, quia ex hoc nullũ damnum habebit adversarius, quia non sunt multum de substantia negotii.

¶ 6. Officium vero vic. est, si quis conqueratur de injusta captione, vel injusta detentione contra vadium & plegium, quod cum breve domini regis supervenerit & receperit, quod tale est. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, quod sine dilatione replegiare facias tali averia sua, quæ talis cepit & injuste detinet ut dicit, & postea eum inde juste deduci facias ne amplius inde clamorem audiamus ꝑ defectu justitiæ Teste &c. vel etiam ad querelam alicujus sine brevi (accepta prius ab eo securitate de prosequendo) in ꝓpria ꝑsona sua, si ad hoc intendere possit, accedat vic. ad locum ubi averia detenta sunt, ut dicitur, vel si ipse vic. non possit, mittat servientẽ suum, & statim cum venerit, petat visum de averiis illis ubicunq; inclusa fuerint, & si sit aliquis contradictor vel qui velit contradicere ꝙ inde visum habere nõ possit, vel ꝓpter hoc in eum man' violentas injecerit, statim levet hutesiũ & clamorem, & cum hutesio & clamore capiat delinquentes, sicut illos qui sunt manifeste contra pacem dñi regis, & in gaolam projiciat, quousq; dom rex inde ꝓceperit voluntatem suam, & averia capta deliberet si inveniatur: si autem inveniri non possunt, eo ꝙ alibi fugata sunt forte, vel extra com in fraudem, & captor terrã habuerit in com & catalla, capiat serviens dñi regis de averiis illius in duplum, & illa detineat, donec averia sic abducta reducantur. Sed quid si captor nullam terram habuerit in com nec catalla, quid agendum erit? cum potestas vic. non extendatur usq; ad alium com, & hoc fiat in fraudem ad impediendã vic. potestatem, tunc recurrendum est ad potestatem regis, & fiat tale breve. ¶ 7. Rex vic. salutem. Quia A. fecit nos securos, vel aliter. Si A. fecerit te securũ de &c. Pone ꝑ vadiũ & salvos plegios B. ꝙ sit coram justitiariis &c. apud Westm tali die, ostensurus quare cepit averia ipsius A. in com tali, ubi idem B. non habet terras nec tenementa, licet habeat feoda, & ipsa fugavit a prædicto com tali, usque ad com tuum in fraudem extra potestatem vic. nostri talis, & ibidem ea detinet

tinet contra pacem nostram, ut dicit. Eodem modo fiat breve, si hoc fecerit ad gravamen tenentis sui. Cùm in comitatu ubi tenens degerit feodum habuerit & curiam capitalem, ad quā tenens sectam debuerit, cùm hoc faciat de voluntate & in fraudē, & non de necessitate ꝓ defectu curiæ, & tunc sic: ostensurus quare cepit averia ipsius A. in com̄ tali ubi idem B. terras habet & tenementa & curiam capitalem & ipsa fugavit &c. ut suprà. Si autem hæc fecerit ex necessitate & pro defectu curiæ, non erit hoc ei imputandū.

¶ 8. Cùm autem vicecom̄ vel serviens regis visum habuerit de averiis captis, sine impedimento & contradictione, statim faciat ea deliberari querēti, & statim det utriq; eorum diem ad proximum com̄, ut ille qui cepit averia, quorum captio dedici non poterit contra recordum vicecom̄ vel servientis, sive justa fuerit sive injusta, ostendet rationem quare illa justè ceperit, & tunc ille qui petit doceat, si possit, quòd injustè. Ad quem comitatum nullum de jure competeret captori essonium, cùm injusta captio & detentio cont̄ vadium & plegium, dici poterit quædam roberia, contra pacem domini regis, etiam plus quàm nova disseysina. Cùm verò uterq, præsens fuerit in com̄, tunc dicat captor ꝙ juste cepit, & ꝑ considerationem curiæ suæ, pro servitio quod idem querens & tenens suus ei debuit, & ei injustè detinuit, & inde poterit vocare curiam suam ad warrantum si voluerit, & benè defendat, ꝙ illa nunquam detinuit contra vadium & plegium. Ad quod querens respondere poterit, quòd illa injustè cepit & detinuit, quia cū ad curiam ipsius captoris domini sui, summonitus esset ad respondendū ei de servitiis & consuetudinibus, ipse respondit ꝙ nullum servitium ei tale debuit, & judicium petiit, si debuit inde respondere sine brevi & præcepto dn̄i regis, de sicut hoc tetigit liberum tenementū suum. Et super hoc nihilominùs cepit idem dn̄s suus averia sua, & eum distrinxit ꝓ servitio suo, ꝙ non cognovit: & cùm averia sua peteret deliberari quietē, illa noluit deliberare, & inde ꝓducat sectam suam sufficientem, scilicet probos homines, qui præsentes fuerint in curia, & qui benè examinati, si concordes inveniantur, tunc summoneatur curia, quæ si cùm venerit concordans fuerit cum secta, tunc refert utrum captor districtionē fecerit per judicium curiæ, vel propria voluntate. Si autem per judicium curiæ, tunc erit curia in misericordia pro falso judicio, & averia remanebunt deliberata. Si autem de propria voluntate, & curia sua ei defecerit de warranto, tunc erit ipse in misericordia, & remanebunt averia deliberata. Sed quid si curia recordetur, ꝙ querens servitium petitum recognovit in curia ipsa, & judicium advocet, & quòd justa fuit captio propter cognitionem, tunc querens recordum illud dedicere poterit, & cognitionem contra recordum curiæ. Esto quòd in curia domini nullum fuit placitum de servitio, sed immediatè perventa est querela ad vicecomitem de injusta captione, & quo casu, si dominus cognoscat ꝙ justè cepit & ꝓ servitio suo, ut prædictum est, tunc aut querens omnino dedicit servitium illud, & ꝙ illud nūquā fecit, vel cognoscit ꝙ illud aliquādo fecit sed tamē injustè, quia chartā habet quæ ipsum inde acquietat. Si autē omnino dedixer̄, tunc quia com̄ nō habet potestat̄ ulteriùs cognoscendi,

cendi, nec judicare poterit utrum servitium debitum sit vel non, remaneant averia deliberata, & dñs sibi perquirat, ꝙ faciat ei servitia & consuetudines quæ ei facere solet, si recenter fuerit in seysina propter seysinam recẽtem. Et quo casu, recuperabit omnia damna sua, quia agit tantùm de possessione. Si autem de longinqua & remota seysina, tunc dicatur, quæ ei facere solet & debet, ut utrumq; jus, tam possessionis quàm proprietatis in judicium deducatur ꝑ breve de recto, ubi nulla damna recuperabit. Si autem cognoscat querens, ꝙ aliquando fecit ei servitium sed injustè, tunc quia cognoscit seysinam domini, justam vel injustam, retornentur averia, donec satisfecerit domino de servitio ꝙ cognoscit, propter seysinam, licèt dominus jus non habuerit, & querens sibi perquirat breve, quòd dominus non exigat ab eo servitium & consuetudines quæ ei facere non debet, eò quòd illa de jure facere non debet, & ideò si seysina illũ gravat, liberabit ipsum actio super jure. Item cognoscere poterit captor, ꝙ averia justè cepit, quia cùm habeat fundum suum liberum, ita ꝙ nec ipse querens nec alius communiã in eadem habere possit, nec aliam servitutem, & cùm idem querens immisisset averia sua, cùm jus non haberet immittendi, & pluries esset ei prohibitum ne immitteret, ipse nihilominùs immisit contra prohibitionem, & ita cepit averia sua justè, paratus ei illa restituere si velit ab hujusmodi injuria abstinere, ꝙ quidem facere penitus recusavit, nec voluit averia sua tali modo recipere. Ad quod querens, quòd injustè, quia ipse ibi communiam habere debet, & semper habuit, & hoc paratus est docere, ubi, & quando &c. Et ex quo noluit illa quietè sine plegio dimittere, ideò noluit tali modo plegium invenire. Et quia comitatus non habet potestatem procedendi ulteriùs, remaneant averia deliberata, & si querens uti voluerit cùm jus non habeat, si dominus aliter se defendere non poterit, habeat breve contra ipsum de nova disseysina de libero tenemento suo, & si querens jus habeat utendi & dominus eum non permittat, habeat breve versùs dominum de communia pasturæ suæ. ¶ 9. Dicere etiam poterit captor, ꝙ justè cepit averia sua, quia illa invenit in damno suo, & secundùm legem & consuetudinẽ regni imparcavit illa, donec damnum suum ei esset emendatum, & nõ alio modo. Et ipse querens noluit damnum emendare nec securitatem dare, vel nec illa unquam petiit ꝑ vadium nec ꝑ plegium, vel si petiit, oblata fuerunt ei tali modo, ut ꝓdictum est, & non alio, & inde producat sectam. Et si querens hoc precisè negaverit, defendat se ꝑ legem suam, vel si dicat, ꝙ si prædicta occasione capta fuerunt & justè, tamen detenta fuerunt injustè cont̃ vadium & plegiũ, quia ille querens venit ad ipsum captorem cum ꝓbis hominibus, & coram eis paratus fuit ei emendare damnũ suum ꝑ visum eorundem, & ipse hoc recusavit, & nihilominus averia sua detinuit injustè cõtra vadium & plegium. Et si inde habuerit bonã sectam & sufficientẽ, ille captor, si hoc precisè defenderit, contra vadiet legem, & sic ex utraq; parte poterunt leges vadiari. ¶ 10. Item si querẽs dicat quòd injustè cepit averia sua, quia nulla damna ei fecerunt, nec cùm obtulisset ei satisfacere de dãnis, aliquod dãnum ei ostendit, tunc oportet ꝙ captor sectam producat sufficiĭ-

only the seisin thereof

Avowry for trespassing on common.

Avowry Damage feasant

sufficientem, quod illa cepit in damno suo, & ideò justè: vel pro servitio suo recognito, & injustè detento. Si autem ad servitium respondet querens, cùm illud recognoverit, quod averia injustè capta sunt, quia totum fecit servitium, ita quod nihil ei à retro est, si inde habeat sectam sufficientem, quæ sufficiat ad probationem, injusta erit captio, nec se defendere poterit captor per legē. ¶ 11. Item dicere possit captor, quod justè cepit quia quidam talis questus fuit de querente de tali injuria, sicut de verberibus & sanguine effuso, vel de tali debito sine brevi. Et unde talis summonitus fuit, quod esset ad certum diem in cur̄ sua inde responsurus, ad quem diem ipse non venit, nec se essoniavit, & unde per considerationem curiæ meæ districtus fuit, quod esset ad alium diem. Et ad quem diem non venit & ita quod aliàs per considerationem curiæ præceptum fuit quòd averia primò capta retinerentur, & plura caperentur, & ita per judicium curiæ justè capta fuerunt, & non detenta injustè contra vadium & plegium, quia nunquā petita fuerunt, vel sic: Cùm primò post summonitionem capta essent averia pro defalta ipsius querentis, & petita per plegium, ei deliberata essent per sic, quod veniret ad alium diem rationabilem inde responsurus, & nisi veniret, quod averia retornarentur, & ad diem illū nō venit, & retornata fuerunt averia per defaltam suam, & ita justè capta. Ad quæ respondeat querens, quòd injustè & tali ratione (quam dicat si sciat) Et sic justè capi possunt averia vel injustè, assignata ratione: quia semper inquirendū erit, qua occasione capta fuer̄, & si justè sive injustè capta fuerunt, tamen cont̄ vadium & plegium denegari non debent, dum tamen ille cujus fuerint, parat⁹ sit facere quod de jure facere debebit. Et notandum quod injusta captio emendari poterit per vicinos, injusta autem detentio non, quia hoc est manifestè contra pacē dñi regis, & contra coronam suam. ¶ 12. Sed quid si serviens alicujus in absentia domini sui ceperit averia alicujus tenentis domini sui, & ipse tenens conqueratur de serviente quod averia sua injustè cepit, & contra vadium & plegium detinuerit, & serviens ille curiam domini sui vocaverit ad warrantū, & curia ei warrantizaverit de servitio quod non recognoscit? serviens liberabitur, & curia de facto suo respondebit. Sed nunquid poterit curia sine domino respondere, cùm servitium tangat ipsum dominum? immo: ita quod judicium emendetur. Si autem averia capiantur per servientem sine judicio curiæ, & posteà petita fuerint ab ipso domino, cùm p̄sens fuerit, & ipse ea vetuerit pro vadium & plegium, uterq; tenebitur, ut videtur, unus de captione, & alter de vetito namio. Et licèt dominus ipse advocaverit captionē serviētis, servientem non liberat, sed onerat seipsum, & uterq; tenetur de facto servientis: serviens, quia cepit, & dominus dupliciter, quia advocat factum servientis, & quia vetat. Item sunt qui dicunt, quòd non tenetur quis respondere de vetito, antequam convincatur captio injusta; ad quod dico, quamvis captio justa vel injusta, tamen vetitum semper erit injustum, aliud tamen erit si captio omnino nulla, quia ubi nihil omnino captum, nihil erit ex eo quod sit vetitum. Item etsi captum, tamen nihil petitum, & si nihil petitum, tunc non erit aliquid vetitum. Item esto quòd nihil actum sit per curiam, nec per dominum curiæ,

sed

Avowry in cases of distress.

Servant makes cognisance & vouches the Court to warranty.

sed tantũ ꝑ servientẽ, ut si serviens sine dño vel sine cur̃ talliaverit tenẽtes dñi sui, sicut villanos qui sunt liberi, vel dicãt se esse liberos fortè, cùm sint servi, & postea cùm inde autoritate ꝓpria fecerit districtionẽ, & averia ad querelam tenentium fuerint deliberata ꝑ vic. ad vadiũ & plegium & querela facta sit tantũ de serviente sine dño, quæritur an serviens respondere possit vel debeat sine dño, & rem judicium deducere sine eo? quo casu, inquirendũ erit à dño utrum factum servientum suorum advocaverit vel nõ, si autem non, tunc poterit dñs hoc emẽdare, ꝙ si advocaverit vel non emẽdaverit, facit injuriam illam suam propriam, si ibi fuerit injuria. Et cùm advocaverit poterit descendere ad inquisitionem de tallagio, utrum justè petatur vel injustè, maximè si loquela posita fuerit in curia dñi regis. Casus de Petro de Sabaudia, & tenentibus suis coram consilio domini regis apud Westm̃ ad scaccarium anno regni regis H. xlvi. de termino Paschæ paulò ante ascensionẽ. ¶ 13. Cùm autem averia semel fuerint per judiciũ comitat' deliberata, iterum capi non debent ꝓ eodem, antequam placitum terminetur. Et si iterum capta fuerint, vicecom̃ ea iterum deliberari faciat cũ damno capientis ꝑ tale breve. Rex vic. salutem, monstravit nobis A. quòd cùm breve nostrum nuper tibi detulisset, de averiis suis replegiandis, quæ B. cepit & injustè detinuit (ut dicit) & tu eadem averia eidem A. replegiasses, & ei dedisses diem ad proximum comitat̃ tuum, & prædictum B. attachiasses ad respondendum super hoc eidem A. prædictus B. post attachiamentum illud averia ejusdem A. iterum cepit, eadem occasione qua ea prius ceperat, vel occasione alicujus talis, quod tangit illud placitum principaliter, & illa detinet sicut priùs. Et quia hoc est manifestè contra pacem nr̃am, tibi ꝑcipimus, quòd averia ipsius A. sine dilatione deliberari facias quousq; capitale placitum inde int̃ eos terminetur. Et si inveneris ꝙ prædictus B. averia ipsius A. iterum cepit ea occasione qua ea prius cepit, & idem A. fecerit te securum &c. tunc habeas coram justitiariis nostris ad primam assisam &c. corpus ipsius B. ad respondendum prædicto A. de secunda captione, & habeas ibi hoc breve Teste &c. Et unde, sive prima captio justa fuerit sive injusta, secunda omnino erit injust. vel aliter: Et si inveneris ꝙ ꝑdictus B. averia ipsius A. iterum cepit, ea occasione qua priùs ea ceperat, tunc corpus ipsius B. habeas coram te, & coram custodibus placitorũ coronæ nr̃æ ad ꝓximum com̃ tuum. Et si ꝑ ballivos tuos ꝑ quos averia ꝑdicti A. secundò replegiati fuerunt, & ꝑ alios legales homines convinci poterit de secunda captione, & ꝓ una eademq; occasione, tunc ꝑdictum B. ita castiges ꝑ gravem misericordiam, ut castigatio illa in casu consimili aliis timorem tribuat delinquendi Teste &c. Et quo casu, semper oportebit ꝙ inculpatus defendat secundã captionẽ & detentionẽ, & damnum & totum, secund̃ ꝙ fuerit inculpatus cõtra querentem & cõtra sectã suã, si sectã ꝓduxerit sufficientem, cum ei nõ sit credend̃ ad simplicẽ vocẽ suã. Et si simplicit̃ defendet ꝑ legẽ se defendat cont̃ sectã, poterit tamẽ inculpat' ita excipere & respõdere, ꝙ uterq; onerabit̃ ad sectã ꝓducendã, & cũ hinc inde fuer̃ secta diligẽt̃ examinata ꝑ ea judicabit̃ quæ ꝓbabilior & verisimilior esse ꝓbabitur. Et ꝙ secta

When the lord avows the act of his servant.

Cattle not to be retaken after judgment?

a Note 46 yr of this king.

secta examinare debeat, ꝓbatur in itinere W. de Ralegh in com̄ Leyc. in principio rotuli, de Rogero le Suche: ubi dicitur, ꝙ si secta ex parte querẽtis producatur, ꝙ averia sua injustè capta fuerunt contra vadiũ & plegium, & injustè detenta, & responsum sit ex adverso ꝙ justè, & ideo, quia capta fuerunt in damno, & cont̃ vadium & plegium non fuerunt detenta, si cũ secta fuerit examinata, non concordat nec deponat secundùm intentionem querentis, quia fortè dicit contrarium vel diversum, vel quia nihil scit nisi de auditu, vel quia nihil actum fuit in præsentia eorum qui producuntur, tunc ille de quo queritur, recedat sine die. Sunt etiam catalla quæ aliquando petuntur nomina averiorum, cùm quis in solo alieno opus fecerit manifestũ vel manufactum, ut si heyaverit vel fossatum fecerit, vel carucam immiserit, & hujusmodi utensilia vel catalla capiantur, & per vadium & plegium denegata cùm petantur, & vicecom̄ vel ballivus ad querelam ejus cujus fuerint, illa deliberaverit usq; ad com̄ vel hundredam, ubi cùm captor dixerit quòd justè capta sunt propter opus manifestum in fundo & solo suo injustè & contra voluntatem suam, & alius dicat fundum illum esse suum: quia istud tangit liberum tenementum, nec sciri poterit quis eorum dominus sit, nec comitat̃ habet potestatem cognoscendi, tunc recurrendum erit ad assisam novæ disseysinæ per illum qui queritur, & retornentur averia & utensilia sic capta, & ante captionem assisæ non deliberentur, & sic fiat de consimilibus.

Of goods found on another's soil & distrained there.

Henrici de Bracton de legibus & consuetudinibus Angliæ, Liber quartus: Qui dividitur in septem tractatus, quorum primus est de assisis novæ disseysinæ.

Cap. I.

¶ *De divisione possessionum.*



Dictum est suprà de actionibus criminalibus, & injuriarum quæ personales sunt, & pertinent ad coronam domini regis. Nunc autem dicendum est de actionibus civilibus. Et hujusmodi quædam sunt reales, & quædã sunt personales, sed primò de realibus actionibus dicatur. Et est rerũ possessio, & est ꝓprietas, & primò dicend̃ est de possessione quã de ꝓprietate ratione supradicta. ¶ 1. Et sciend̃ ꝙ possessionum, quædam nuda pedũ positio, quæ dicitur intrusio, & dicitur nuda, eò quòd non vallatur aliquo vestimento, & mini-

mum

mum habet possessionis & omnino nihil juris, & in parte habet naturam cū disseysina et in quibusđ sunt dissimiles, quia ubicunq; est disseysina, ibi quodammodo est intrusio, quantum ad disseysitorem, sed nō ē contrario, quia ubicunq; est intrusio, ibi non est disseysina propter vacuam possessionem, & in utroq, casu, possessio est nuda, donec ex tempore et seysina pacifica acquiratur vestimentum. Est et alia possessio, quæ parū habet possessionis et nihil juris, sicut illa quæ precaria est, et clandestina, sicut violenta, et talis ex tempore nunquā sibi vestimentum acquirit. Est et alia quæ aliquid possessionis habet et nihil juris, sicut illa quæ conceditur ad terminū annoꝝ, ubi nihil exigi poterit nisi usus fructus. Est etiam quædā quæ multum habet possessionis et nihil juris, sicut illa quā quis habet ad vitam tantùm, ex causa dotis, vel donationis, vel alia quacunq; causa. Est etiam quædam possessio quæ plus habet possessionis et multum juris, sicut illa, ubi quis habet liberū tenementum et feodum sibi et hæredibus suis. Est etiam quædam quæ plurimum habet possessionis et plurimum juris, sicut est illa in qua quis habet liberum tenementum, feodū et ꝓprietatem. Et cùm talis habet plurimum possessionis, et plurimum juris, alius tamen in eodem habere poterit jus majus.

Cap. II.

1 ¶ *De possessione quæ nuda est vel dicitur.* 2. *De terra quæ reverti debet ut eschaeta tanquā ad capitalē dom' plurib' rationibus.* 3. *Si quis se intruserit in terrā aliquā & quæ reverti debet.* 4. *Itē quo warranto se intrusit.* 5. *Breve de intrusione.* 6. *Itē quare se intrusit.* 7. *Si quis post mortem uxoris suæ se tenuerit in possessione.* 8. *Breve de attachiando.* 9. *Item adhuc de intrusione.* 10. *Itē si duob' facta fuerit donatio & de intrusione.*

PRimò verò dicend̄ est de illa quæ nuda est omnino et sine aliquo vestimento, quæ dicitur intrusio, et sic de aliis consequētèr dicatur ꝑ ordinē. Videndum igitur quid sit intrusio, et sciendū ꝙ intrusio est, ubi quis (cui nullū jus competit in re nec scintilla juris) possessionē vacuā ingreditur, quę nec corpore nec animo possidetur, sicut hæreditatem jacentem antequam adita fuerit ab hærede, vel saltem à dn̄o capitali ratione custodiæ, vel ratione eschaetæ, si fortè hæredes non existant, vel si post mortem alicujus, ꝑ finē factum, vel per modum donationis, ubi successio sive locum vendicare nō possit, vel si post mortem alicujus qui tenuit ad vitam, debeat tenementū reverti ad proprietarium, ponat quis se in seysinam, antequam tenementum illud perveniat ad illum, ad quem pervenire deberet, ex prædictis causis. Et quæ possessio vacua dici debeat & quæ non, suprà sufficienter videri poterit, in titulo de acquirenda possessione. Cùm autem quis ita se intruserit, cùm nihil juris habeat, & hæredem venientem, vel dominum capitalem (ut prædictum est) vel eum ad quem tenementum reverti deberet pluribus modis, per finem factum, per modum donationis, vel ut eschaeta pro defectu, vel ꝑ delicto, vel alio quocunq; modo non admiserit: succurritur ei ad quē tenementū reverti debet pluribus modis, secundùm diver-

sitatem

sitatem casuum, p talia brevia; si autem reverti debeat ad dominū capitalē tanquam eschaeta sua, eò quòd feoffatus sibi & hæredibus suis de corpore suo ꝓvenientibus obierit sine hærede de se. s. de corpore suo, tunc sic. ¶ 2. Rex vic. salutem. Pone p vadiū & salvos plegios, vel certos plegios A. quòd sit coram &c. ad respondendum B. quare intrusit se in tantā terrā cum pertinentiis in tali villa, quā C. tenuit de pdicto B. & unde idem C. fuit seysit' die quo obiit, & quæ ad ipsum B. reverti debuit tanquā ad capitalem dn̄m illius feodi, eò quod pd C. obiit sine hærede de se, & habeas &c. Teste &c. ¶ 3. Item aliud de eodem, ubi quis se intruserit in terram aliquam quasi hæres cùm non sit, super seysinam domini capitalis, & quæ remanere debet in manu sua, donec rectus hęres veniret ad faciendum ei, quod de jure facere deberet, & tunt sic. ¶ 4. Ad respondendum quo warranto se intrusit in tantam terram, quæ est de feodo ipsius B. & quā prædictus B. ceperat in manū suam, donec rectus hæres veniret ad faciendum ei, ꝙ de jure facere deberet, ut dicit, & habeas &c. Et sic cōpetit capitali domino actio ratione eschaetæ, & ratione custodiæ. Et cùm nullum competat ei remedium ordinariū, ꝙ loqui possit de seysina propria vel antecessoris, de necessitate recurritur ad extraordinarium, & ad hujusmodi brevia formata. Item aliud de eodem jure alicui competente, & tunc sic. ¶ 5. Ad ostendendum quare intrusit se in tantā terrā &c. quam B. clamat tenere de C. filio & hærede D. qui quidem terram illam dedit prædicto B. in ligea potestate sua, de assensu & voluntate prædicti C. filii & hæredis sui, & similiter de assensu & voluntate pdicti A. capitalis domini illius terræ (ut dicit) vel aliter. ¶ 6. Quare se intrusit in tantam terram &c. quam idem B. clamat versus prædictum A. p breve nostrū de recto in tali curia. Et unde idem A. se posuit in magnam assisam nostram, & ꝓquisivit sibi breve nostrum de pace nostra habenda, usq; ad adventum justit in partes illas, & in quas nondum venerunt, ut idem A. dicit, vel aliter: Quare se intrusit in tantam terram &c. quæ ad ipsum B. reverti debuit post mortem talis mulieris quæ terram illam tenuit in dotem de dono talis, ratione finis facti inter prædictos B. & talem antecessorem ipsi' A. cujus hæres ipse est ut dicit. Et hujusmodi forma brevis locum habet in omni casu, ubi quis se intruserit in terram aliquam, quam quis tenuerit ad vitam suam nomine dotis, vel p legem Angliæ, vel alio quocunq; modo, & quæ reverti deberet post mortem talium, ad verum hæredem, vel ad alios p finem factum, vel alio modo quocunq;. Si autem tales in vita sua donationes fecerint, tunc locum habebit breve de ingressu, sicut infrà dicetur. ¶ 7. Itē poterit quis post mortē uxoris suæ se tenere in seysina tanquā p legem Angliæ, licet liberos simul non habuerint, & tunc fiat tale breve: Quia possessio aliquando jus parit, & quia ꝓ possessione p̄sumitur de jure, ideò infra annum ad min' ejiciat verus hæres intrusorem; vel si non, versus eum ꝓquirat per breve; quia de longiori tempore non respondebit ad intrusionem. Ut de termino sancti Mich. anno regis H. nono incipiente decimo in com̄ Norf. & Suf. de Simon de Rakfeld, quòd post longum tempus agi non poterit de intrusione, scilicet post decem annos vel duodecem, nec p breve

nec

nec sine brevi. Si autem intrusor recenter ejectus fuerit & antequam habuerit longum tempus & pacificum (annale videtur secundùm quosdam) per assisam novæ disseysinę nō recuperabit, ut de itinere M. de Pateshul in com̄ Hereford & Wigorn̄ anno regis Henrici tertio, assisa novæ disseysinæ si W. Camberlanus. Si autem, fiat tale breve. Præcipe A. ꝙ justè & sine dilatione reddat B. tantam terram &c. & in quam non habet ingressum nisi ꝑ intrusionem, quam fecit in eandem terram post mortem talis &c. Et si tenens dicit ꝙ nihil teneat, nisi nomine alicuj' qui fuit infra ætatem & in custodia sua, & quòd inde nihil lucrari possit nec perdere, cadit breve. Item si uterq; nominetur in brevi tam custos quàm minor, cadit breve pro custode: quia nihil inde tenet nisi nomine custodiæ. Si autem, ita dicatur; ¶ 8. Pone per vadium & salvum &c. ut suprà, & ita quòd actio omnino sit personalis, quāvis in brevi uterq; nominetur, non cadit breve, cùm aliquo casu sapiat naturam novæ disseysinæ: quia non agitur specialiter de tenemento cum intrusione, sed tantùm de intrusione per se, & ubi culpabiles esse poterunt de intrusione tam illi qui jus habent in re, quàm illi qui jus non habent. Cùm autem intrusor, cùm recenter ejectus fuerit, habere non possit assisam, eadē ratione nec convictionem super assisam si per assisam amiserit. Item si non habeat actionem, neq; exceptionem si aliquem spoliaverit, si ad ipsum nihil pertineat disseysina: ut si dicat fortè ꝙ disseysitus servus sit, vel ꝙ nihil juris habuerit in tenemento, vel quòd bastardus, vel quòd teneram seysinā, quia nihil ad eum: & quia si petere vellet per actionem nulla ei competeret. Et sic posset tenens semper remanere in possessione, licèt nihil juris haberet in re possessa: Quia cùm neuter jus habeat, melior est causa possidentis, & ideò si ille qui jus non habeat talem ejiciat, ejector exceptionem contra ipsum non habebit, cùm si peteret, actionem non haberet. ¶ 9. Item agere poterit de intrusione quis, ubi ratione alicuj' chartæ vel homagii se posuerit quis in seysinam de aliquo tenemento, de quo nullam habuit seysinam in vita donatoris. Item si se posuerit in seysinam sine brevi procuratorio vel warranto. ¶ 10. Item si cum duobus facta fuerit donatio & alteri eorū traditio, unus ꝓpria autoritate ratione nudæ chartæ se posuerit in seysinā. Itē fieri poterit breve de intrusione breviter & in generali forma, sic: Ostēsurus quare intrusit se in tantam terram &c. quam B. qui nuper obiit tenuit de eodem A. ad vitam suam tantùm, & quæ post mortem ejusdē B. ad eundem A. reverti debuit, ut idem A. dicit, & habeas &c.

Cap. III.

1 ¶ *Qualiter amissa possessio per vim injuriosam per assisam novæ disseysinæ restituatur & de qualitate disseysinæ.*

Dictum est suprà qualiter possessio acquisita, ex quacunque causa acquisitionis, de voluntate possidentis ad alium transferatur. Nunc autem dicendum est, qualiter semel acquisita contra voluntatem possessoris per vim injustā auferatur & amittatur, & qualiter & qua actione, cùm amissa fuerit, spoliato restituatur: quia nemo debet sine judicio disseysiri

De possessione libere tenementi

de libero tenemento suo, nec respondere sine præcepto domini regis, nec sine brevi. Sed inprimis videndum erit qualiter fit disseysina, & quibus modis, postea verò quale competat remedium incontinenti vel ex postfacto: prius enim cognosci debet de transgressione vel injuria, & facti qualitate, ut postmodum faciliùs sciri possit quale sequatur remedium, & quæ pœna subsequatur. In hoc autem judicio novæ disseysinæ, quod ex maleficio oritur, persequitur quis ipsam rem & persequitur pœnam, & est personale, sicut jus bonorum raptorum, & ibi pœna triplex: una propter spoliationem contra pacem, ubi infligenda est pœna corporalis, alia propter injustam detentionem, ubi infligenda erit pœna pecuniaria. Item persequitur quis damna sua quæ sustinuit medio tempore spoliationis. Est etiam pœna adjecta, quòd disseysitor principalis, unus & non omnes, cùm per assisam convicti fuerint, dant vicecomiti bovem de consuetudine, licèt non de jure. Fit autem disseysina non solùm cùm quis præsens, vel procurator, vel familia qui nomine suo fuerit in seysina, violenter, injustè, & sine judicio de libero tenemento suo qualicunque, ejecti fuerint: verùm etiam fit disseysina, cùm quis ad nundinas, vel peregrè profectus fuerit nemine in domo relicto vel possessione, alius in possessionem ingrediatur, & ipsum reversum non admittat, vel cùm ingredi voluerit, per se, vel assumptis viribus violenter repellat. Fit etiam disseysina, non solùm si quis verum dominum præsentem, procuratorem, vel familiam ejiciat, vel reversum à nundinis vel à peregrinatione non admittat vel repellat: verùm etiam disseysinam facit, si ipsum, vel procuratorē, vel familiam in possessione existentem, uti omnino non permittat, vel saltem impediat quo min' commodè uti possit. Et quo casu, licèt eum omnino non expellat, tamen facit ei disseysinam, cùm commodum utendi ei omnino auferat, vel quo min' commodè, quietè & in pace uti possit impediat, possessionem inquietando & perturbando. Item non solùm fit disseysina, secundùm quod prædictum est, sed etiam si quis præpotens uti voluerit in alterius tenemento contra ipsius tenentis voluntatem, arando, fodiendo, falcando & asportando, contendendo tenementum esse suum quod est alterius, (si autem nihil clamaverit in tenemento, aliud erit; quia tunc erit transgressio, & non disseysina de libero tenemento) vel pecora immittendo vel alio quocunque modo sic servitutem imponendo fundo qui priùs liber erat. Et unde, quamvis omnino non expellat vel impediat, sic imponendo servitutem, aufert libertatem quo min' possessor liberè teneat. Item facit quis disseysinam ei qui possidet, ut cùm jus habeat utendi fruendi in alieno, uti voluerit alio modo, alio tempore, alio genere, quàm uti deberet, vel aliter quàm servitus fuit constituta. Item facit quis disseysinam, non solū si fiat ut prædictum est, sed fit cùm quis in seysina fuerit ut de libero tenemento, & ad vitam, vel ad terminum annorum, vel nomine custodiæ, vel aliquo alio modo, alium feoffaverit in præjudicium veri domini, & fecerit alteri liberum tenementū: cùm duo, simul & semel de eodem tenemento & in solidū, esse non possunt in seysina. Item facere poterit quis

What is a Disseisin

quis disseysinam sub colore districtionis, ut si quis distringat ꝑ servitio cū nihil ei debeatur, vel cùm ei solutum fuerit, vel cùm modum districtionis excedat. Itē si quis uti voluerit cū justè possidente velit nolit, & si cōtra suā voluntatē opus fecerit manufactum. Item facit disseysinam, qui justè possidentem impedit, quo minᵘ in pace & quietè uti possit, faciendo ei contētionem injustā: sed omnis contentio non erit injusta, ut si verᵘ dominus cōtentionem moveat ei qui rem suam injustè detinet, ne pacificā habeat possessionem sive seysinam, sed interruptam ne currat tempᵘ per desidiam. Item disseysiri poterit quis injustè & sine judicio de tenemēto suo, licèt tenemētum non teneat liberè, sed ad terminum annorū, vel de dominico dñi regis, vel hujusmodi: talibus injuriari poterit sicut aliis prædictis, sed nō hic succurritur eis ꝑ tale breve.

Cap. IV.

1 ¶ *De violenta disseysina. i. de simplici violentia & sine armis. Itē de vi & vi armata, & quid est vis. 2. Quòd pluribᵘ modis dicitur vis. 3. Quæ dicūtur arma.*

DIctum est suprà de qualitate disseysinæ, & quæ aliquando potest esse violenta, & aliquando simplex sine violentia, & violenta sine armis, & violenta cum armis. Est enim vis simplex & vis armata, quia dicitur de vi, & vi armata: & ideò de vi inprimis videndum, quid sit vis. ¶ 2. Et sciendum quòd vis est majoris rei impetus, cui resisti non potest. Dividitur autem sic, quòd alia simplex, alia expulsiva omnino, & expulsiva cum armis vel sine armis. Item alia clandestina & de nocte, alia palam & publica, & de die. Item alia justa, alia injusta. Item alia per violentiam, alia sine violētia: sicut in rem vacuam. Item expulsiva locum habet in rebus corporalibus & immobilibus, sicut in terris & tenementis. Item locum habet in rebus incorporalibus, sicut in iis quæ in jure consistunt, sed non ita omnino, sed in parte & alio modo. Item vis alia perturbativa, scilicet ubi quis contendit se possidere cùm jus non habeat, & alius dicat se esse in possessione cū jus habeat. Item alia vis inquietativa, ubi quis non permittit alium uti possessione quietè & in pace. Est etiam quies & non quies, quod idem est ꝙ inquies. Est etiam vis ablativa, quæ convertitur simul cum perturbativa: cum aliquis scilicet fodiat in alieno vel falcet, & sic perturbet, ut auferat & asportet rem mobilem de re immobili. In rebus autem mobilibus vel se moventibus, locum non habet ꝑ se, ut in illis quæ per vim rapiuntur, auferuntur, & asportantur. Item est vis compulsiva, quæ aliquando metum inducit, ubi scilicet quis alium in carcere & in vinculis detinuerit, vel evaginato gladio compulerit ad aliquid dandum, vel faciendum contra ipsius voluntatem. Et exceptionem inducit, sive vis illata fuerit alicui vel filio vel nepoti vel patri in filio vel nepote. Item est vis injuriosa & illicita, & quædam licita & non injuriosa, sive fuerit simplex vel violenta, inermis vel armata. ¶ 3. Est etiam vis armata (armis dejectum dico qualitercunque fuerit vis armata) non solùm si quis venerit cum telis, verùm etiam omnes illos dicimus armatos, qui habent cum quo nocere possunt. Telorum

lorum autem appellatione omnia in quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur, sed si quis venerit sine armis & ipsa concertatione ligna sumpserit, fustes & lapides, talis dicetur vis armata. Si quis autem venerit cum armis, armis tamen ad dejiciendum non usus fuerit, & dejecerit, vis armata dicitur esse facta: sufficit enim terror armorum, ut videatur armis dejecisse. Si autem cùm dominus à peregrinatione vel nundinis reversus fuerit, & armati qui possessionem invaserint eum prohibuerint ne ingrediatur, videtur eum armis esse ejectum, & talis vis dici poterit repulsiva. Item cùm procurator generalis armatus venerit, & ipse dominus videtur armis dejecisse sive hoc mandaverit sive ratum habuerit: & hoc quidem erit dicendum de familia, cùm familia armata venerit. Ego enim non videor venisse armatus sed familia nisi jussi vel ratum habui: & secundùm præcedentia, qualitas facti facit pœnam graviorem vel minùs gravem. Sed sive fuerit vis armata vel inermis, quælibet talis non erit injuriosa, quia armorum quædam sunt tuitionis, & quod quis ob tutelam sui corporis fecerit vel sui juris, justè fecisse videtur. Item sunt arma pacis & justitiæ, & arma perturbationis, pacis, & injuriæ. Sunt etiam arma usurpationis rei alienæ, & talis vis dici poterit ablativa, unde & ei qui justè possidet, licitum erit cũ armis contra pacem venientem ut expellat, cum armis repellere, ut p arma tuitionis & pacis, quæ sunt justitiæ, repellat injuriam, & vim injustã, & arma injuriæ: sed tamen cum talis discretionis moderamine, q injuriam nõ committat, non enim poterit sub tali prætextu hominem interficere, vulnerare, vel malè tractare, si alio modo suam tueri possit possessionẽ. Ei igitur qui vult viribus uti, erit viribus viriliter resistendum cum armis vel sine, juxta illud. Cùm fortis armatus &c. sed tamen quolibet tempore sine causa non erit cum armis incedendum. Venit etiam quis, ut justè possidentem cũ viribus ejiciat, sed cùm possidens ei resistat, q opere adimplere non possit quod in animo habuerit & in voluntate: in assisam non incidit, nec debet ei obesse conatus, ubi injuria nullum habuit effectum. Sunt etiam quidam qui dicunt, & putant vim solùm esse, cùm homines vulnerentur: sed regulariter verum est contrarium, quòd vis est quotiens quis (quod sibi videri putat) non per judicem reposcit. Hæc autem de vi dicta, ad præsens sufficiant. Sed quia vis aliquando metum inducit, ideò videndum quid sit metus, & sciendum, ut suprà de donationibus pleniùs.

Cap. V.

1 ¶ *De primo remedio post disseysinam & ubi incontinenti licet rejicere & quomodo & quando.*

Si verò aliquo prædictorum modorum facta fuerit disseysina, primum & principale competit remedium tale, videlicet quòd ille qui ita disseysitus fuit, per se si possit, vel sumptis viribus vel resumptis, dum tamen sine aliquo intervallo, flagrante disseysina & maleficio, rejiciat spolia-

spoliantē, vel si tenens, cùm fuerit in possessione, sive in seysina, & alius cum eo uti voluerit, ipso nihilominꝰ utatur, nisi omnino injustè utentem tenere possit ab utendo exclusum: quia per usum suum sic utendo, justè retinet seysinam suam, alius verò utendo injustè in alieno, nihil sibi per usum injustum acquirit. Si autem ipsum nullo modo expellere possit, ad superioris auxilium erit recurrendum, ut ei pacificè liceat acquirere & quietè uti. Incontinenti vim vi repellere est, quā citò sciri possit vim esse illatam, priusquam ille cui illata fuerit, ad actum contrarium divertat. Si autem omnino quis uti impediverit vel minꝰ commodè, incontinenti repellatur si fieri possit, alioquin ad superiorem recurratur ut suprà. Incontinenti autē quid sit videndum, & infra quod tempus. Tempus autem non definitur, sed præsumitur quòd tantum tempus habere deberet, quantum haberet si esset super proprietate implacitatus, scilicet quindecem dierum, quo tamen jure ad præsens non utitur. Videndum est etiam utrum disseysitus præsens fuerit vel absens tempore disseysinæ, vel utrum ipse personaliter ejiciatur vel ejus procurator, vel familia, vel dum absens fuerit alius ingrediatur in suam vacuam possessionem. Vacuam dico corpore, licèt non animo. Si autem præsens fuerit tempore disseysinæ, tunc statim & eodem die, si possit, rejiciat disseysitorem, nisi hoc elegerit propter desperationem, quòd sibi velit requirere, & electa via illa & facta impetratione, ad rejectionem redire non poterit, nec seysinam suam propria autoritate resumere, in præjudicium superioris ad quem jam devoluta est cognitio. Si autem talem viam non elegerit fiat in crastino, tertio die vel quarto, vel ulteriùs cum debita continuatione quod fieri debuit prima die: quia si primo die rejicere non potuit, potest tamen in crastino vires resumere, arma congerere, & auxilia amicorum invocare, quòd si per longum tempus expectaverit, videtur per hoc injuriam dissimulare, & per hoc illam penitus aboleri. Dictum est suprà quòd si possessor, procurator vel familia præsens ejiciatur, & nunc dicendum erit si reversus ingredi prohibeatur vel repellatur vel credat se posse repelli. Si autem absens fuerit ex quacunq; causa necessaria negotiationis communis, vel peregrinationis, vel alia quacunque, oportebit distinguere locorum distantiam & tempora, vel diligentiam vel negligentiam disseysiti: secundùm quod fuerit in eodem comitatu propè, vel in alio comitatu longè, vel alibi, dum tamen infra regnum. Longè vel longiùs distinguatur, quo tempore scire potuit disseysinam esse factam, & non tempus quo scivit, & quo casu in veniendo, computandæ sunt rationabiles dietæ, ut sic allocatis ei rationabilibus dilationibus, infra quartum diem vel ulteriùs ex causa ut prædictum est, dejiciat disseysitorem, quod satis erit incontinenti, cùm non currat tempus ei nisi ex tempore scientiæ, & ex quo post scientiam venire potest commodè. Si autem extra regnum in peregrinatione simplici apud sanctum Jacobum, vel in servitio domini regis fortè in Vascoñ, dilationē habebit quadraginta dierum, & duor̄ Flodorum, & unius ebbæ, quia de ultra mare, & similiter spaciū quindecem dierū postquā venerit

nerit in regnum & etiam quatuor dierum, ut prædictum est, ut vires resumat &c. Si autem extra regnum in simplici peregrinatione in terra sancta, tunc dabitur ei dilatio unius anni extra regnum, & quindecem dierum & quatuor infra, ut prædictum est. Si autem in generali passagio ad terram sanctam, tunc dabitur ei dilatio trium annorum & quindecem dierum, & quatuor, ut prædictum est. Et si aliquis infra tempus illud feoffatus fuit à disseysitore, si verus dominus reversus eum incōtinenti ejiciat, non recuperabit per assisam: quia tēpus tale, licèt longum fuerit, non est computandū absenti: & ideò taliter feoffatus sibi imputare poterit, nisi priùs medio tempore sibi per breve de warrantia prospexerit. Omnes autem qui morā faciunt longiorem quoad restitutionem, incontinenti seysinam suam dedisse videntur oblivioni. Provideant igitur sibi, illi qui voluerint rejicere incontinenti flagrante disseysina, quòd injuriam disseysinæ per patiētiam, dissimulationem, negligentiam, impotentiam, desperationem, vel negligentem impetrationem non tepescant, per quod amittant utramque possessionem, naturalem videlicet & civilem, & disseysitor utramque habere incipiat, ita quòd sine judicio ejici non possit quasi incontinenti. Qualiter autem quis ejici debeat incontinenti videndum erit per exemplum, & cui competit assisa, & cui non, quia incontinenti: ut ecce. Ejicio te de libero tenemento tuo, viribus & non judicio, competit tibi remedium per assisam ut infrà. Item ejicio te, & tu me incontinenti flagrante disseysina, non recuperabo per assisam, quia passus sum id quod feci. Item ejicio te, & tu me incontinenti, & ego te posteà incontinenti iterum, adhuc competit tibi assisa contra me ad seysinam recuperandam, & ita erit in infinitum, quòd verus possessor ejicere poterit incontinenti, & non competit contra ipsum assisa, & si ipse iterum à spoliatore incontinenti ejiciatur, poterit spoliatorem rejicere & non competet spoliatori assisa: quia quod facit passus est. Si autem verus possessor negligens erit post disseysinam, & negligens impetrator, patiens, & dissimulans injuriam, impotens omnino, vel de potentia sua desperans, ut prædictum est, ita quòd utramq; amisit possessionem, naturalem videlicet & civilem, non succurritur ei nisi per assisam. Et si fortè assisam contemnat, & possessionem suam (viribus utens non judicio) sibi usurpare præsumat, competit spoliatori propter usurpationem assisa, non quia injustè disseysitus sit, sed quia sine judicio, & quia per negligentiam veri domini utramq; habere incepit possessionem, naturalem videlicet & civilem. Et si verus dominus habere velit regressum, vix aut nunquā audietur, nisi tantùm super proprietate, si autem velit ad assisam recurrere, quæ ei primò competebat, non poterit: quia assisam demeruit & gratiam juris, & quia frustra legis auxilium invocat, qui in legem committit: lex enim se ei gratis obtulit, quam quidem recusans, usus est viribus & non lege, & ideò ei non subveniet, quia cum potuit noluit, & cùm velit non poterit. Eodem modo respondebit ei minister legis & juris, cujus jurisdictionem minùs licitè sibi usurpavit. Item esto quòd disseysitor cùm disseysinam fecerit statim

tim & eodem die vel in crastino rem spoliatam ad alium transtulerit ex quacunque causa, poterit ille ad quem res translata est, incontinenti ejici à vero domino disseysito, sicut ipse primus & principalis disseysitor: quia verus dominus semper sibi retinuit civilem possessionem, quamvis naturalē amitteret. Eodem modo si per assisam novæ disseysinæ velit agere, versus utrumque recuperabit, quia uterque fecit ei disseysinam principaliter, scilicet primus disseysitor abstulit ei naturalem possessionem, & secundus civilem, & uterque conjunctus cum alio, simul abstulit ei utramque, civilem scilicet & naturalem, & unde neuter eorum sine alio respondebit. Sed unus, scilicet primus tenetur ex disseysina tantùm ad pœnam & non ad restitutionem, quia non habet rem quam restituere debet. Secundus verò tenetur ad utrumque, tam ad pœnam quàm ad restitutionem : ad pœnam quia abstulit civilem possessionem, & ad restitutionem, quia habet rem quæ debet restitui. Secus autem est si res post disseysinam per longum intervallum transferatur ante impetrationem brevis, & ubi primus & principalis disseysitor tantùm tenetur ad pœnam propter injuriam, & ille ad quem res p intervallum translata fuerit tantùm ad restitutionem secundùm virtutē assisæ, ut infrà dicetur. Item esto quòd primus disseysitor post disseysinam statim ab alio fuerit disseysitus, poterit verus dominus si voluerit ultimum disseysitorem incontinenti dejicere, sed non post intervallum, supradicta ratione. Et eodem modo si per assisam velit agere, poterit versus utrumq; recuperare. Si autem ad tempus dissimulaverit, poterit ille primus disseysitor versus suum disseysitorem recuperare si agere velit per assisam. Posset etiam ab initio eum incontinenti rejicere, ut infrà de transgressionibus ubi plus de hac materia, sine regressu aliquo, quem ille secundus disseysitor habere poterit. Item quæritur de recenti rejectione, an vicecom̄ debeat se intromittere? videtur quòd sic, quāvis quidam dicunt contrarium, sed ad certum tempus & non imperpetuum, nec debet se ingerere ex officio suo, nisi hoc postulet disseysitus, quia si fecerit, cadit in assisam. Item videre debet vic. utrum violentia, pro qua requiretur, si fuerit requisitus, justa sit vel injuriosa: si autem injuriosa, se non intromittat ad alicujus instantiam ne incidat in assisam, ut si aliquis alium disseysiverit injustè, & disseysitus ad hoc nitatur ut disseysitorem suum incontinenti dejiciat: si vicecomes vim disseysiti quæ justa est amoveat, & vim disseysitoris injuriosam sustineat, cadit similiter in assisam. Item cùm quis venerit ut justè possidentem p vim dejiciat, cùm possidens in possessione se viriliter agat & se defendat, & vic. vim & invasoris injuriā sustineat, cadit similiter in assisam. Sed vice versâ, cùm vic. justè possidentem in sua possessione defendat, vel cùm justè possidens ejectus fuerit, & incontinenti nitatur possessionē suā resumere, & vicecom̄ cùm rogatus fuerit, & quamdiu licuerit vim talem sustineat, cùm justa sit, hoc ei licebit. s. quamdiu justè possidens civilē habuit possessionē, & donec amissa fuit per negligentiam, impotentiam, vel desperationē : in quo casu, vic. ulteri' se non intromittat etiā rogatus, ne incidat in assisam. Hæc

P

autem oĩa facere potest vel ut amicus, vel ut vic. ex officio suo, pro pace dñi regis. Et in fine notandum, ꝙ talis rejectio incontinenti facienda, continua esse debet & non distincta ꝑ temporum intervalla, ut si quis injustè disseysitus fuerit, assumptis viribus debet disseysitorem incontinenti rejicere si possit, si autem non, non debet inde recedere, sed continuè pulsare: quia qui semel per impotentiam recesserit utramq; amittit possessionem, quia post tempus redire non potest ad dejiciendum, nec seysinam quam sic amisit pro voluntate sua resumere, cùm jam ad manus superioris fuerit devoluta cognitio. Oportet igitur de necessitate ad superiorem recurrere, sicut inferiùs apparebit. Hæc autem ad p̃sens de rejectione incontinenti dicta, sufficiant exempli causa.

Cap. VI.

1 ¶ *Quòd oportet de necessitate ad superiorem recurrere ubi non poterit disseysitus per se disseysitorẽ suum incontinenti rejicere & fiat ei ibi breve de nova disseysina.* 2. *In quibus locum habet hujusmodi assisa.* 3. *De triplici effectu hujusmodi assisæ.*

DIctum est suprà qualiter disseysitus poterit disseysitorẽ suũ incontinẽti rejicere impunè & sine brevi, quamdiu retinuerit civilem possessionẽ. Nunc autem dicendum qualiter recurritur ad superioris auxilium, cũ utrãque amiserit possessionem, naturalem videlicet & civilem. Cùm igitur disseysitus, ita negligens fuerit in hac parte, ꝙ nolit vel non possit disseysitorẽ suum rejicere, de beneficio principis succurritur ei per recognitionem assisæ novæ disseysinæ multis vigiliis excogitatam & inventam, recuperandæ possessionis gratia, q̃ disseysit⁹ injustè amisit & sine judicio, ut per summariã cognitionẽ absq; magna juris solẽnitate, quasi ꝑ cõpendiũ negotiũ terminetur. ¶ 2. Locũ autem non solũ habet hujusmodi assisa in rebus corporalib⁹, sicut in tenementis quibuscunq;, verũ etiã in rebus incorporalib⁹, sicut in servitutibus & in reb⁹ quæ ptinent ad tenementũ, sicut in jure pascendi, falcandi, fodiendi & hujusmodi: sicut inferiùs apparebit. ¶ 3. Est autẽ ista recognitio sive assisa triplex, & pœna multiplex, ut infrà de restitutiõe dãnorũ: est enim ꝑsonalis quia ꝑsequitur eum qui fecit disseynã, ꝑpter factũ quia ipse fecit, ꝑsequitur etiã eũ ad pœnã ꝑpter injuriã, ꝑsequitur etiã rem, quoad restitutionẽ, & in hoc est rei ꝑsecutoria. Persequitur etiã quãdoq; unicã ꝑsonã, quantum ad hæc omnia, & quandoq; duas ꝑsonas vel plures, secundùm quod duo fuerint disseysitores principales vel plures, & secundũ quod res ad ipsos pervenerit ꝑ ipsam disseysinam, vel post disseysinã per translationẽ statim vel post tempus. Persequitur etiam quandoq; unicam ꝑsonã quantũ ad pœnã ꝑpter factum & injuriam, & aliam ꝑsonam quantũ ad rei restitutionem cùm rem detineat, quarũ nulla sine alia poterit respondere ꝑ se, quia disseysitor non habet quod restituat, licèt teneatur ad pœnam, nec ille qui rem detinet, licèt possit restituere ullam injuriam fecit: conjunctis igitur utrisque personis in unam, tunc demùm procedatur per assisam, & non aliter. Persequitur etiam quandoque plures personas

sonas quantũ ad pœnã, & plures quantũ ad rei restitutionem, secundùm q res in plures man⁹ devenerit post disseysinã. vel secundũ q in plura capita in ipsa disseysina divisa fuerit & partita. Acquiritur verò p assisam istam non solùm ipsa res spoliata corporalis, verùm etiam omnes fructus medio tempore percepti cui competit querela. Item non solùm ipsa res, sed in ipsa re pax & quies. Item non solùm pax & quies in pprio, sed libertas & perturbationis evacuatio, de quibus mentio facta est in principio.

Cap. VII.

1 ¶ *Cui competit assisa.* 2. *Si facta fuerit donatio viro & uxori simul qui habent quasi jus unum vel aliis duobus simul in communi.*

ITem, quoniam ad omnes non pertinet hujusmodi querela quamvis in possessione fuerit, videndum est igitur cui cõpetat remedium p assisam, & ad quem pertineat querela, & cui fieri debeat, & quando, & similiter ad quem non pertineat, & sciendum q tantùm pertinet ad eos querela qui nomine suo proprio tenementum tenent & non alieno, sive ad vitam, sive in feodo & non ad terminum annorum, licèt aliud habeat remedium: & quicunq; sint tales, masculus vel fœmina, major vel minor, liber vel servus, in suo casu, & sive p se in propria persona sive per procuratorem vel familiam, vel firmarium, vel alios quoscunque qui suo nomine fuerint in seysina, cùm per tales possideant, quia ille possidet cujus nomine possidetur, & unde si quis tales, qui nomine dominorum suorum fuerint in seysina, ejecerit, domino competit assisa & non illis, ut inferiùs dicetur ad exemplum. Nulli autem competit qui in seysina fuerit nomine alieno, quia talis non possidet licèt fuerit in seysina, sicut procurator, vel custos ratione custodiæ, firmarius sive usufructuarius ratione firmæ, servus proprius vel alienus, hospes vel alius quicunq;, talibus enim non cõpetit assisa, cùm nomine dominorum sive aliorum extiterint in seysina, sed querendum est de eo qui seysinam injustam habuerit p disseysinã, vel intrusionem, & ab eo disseysit⁹ fuerit, qui jus non habet. Item si à non domino feoffatus fuerit, & ita ab eo qui jus non habet disseysitus, an ei competat querela & remedium p assisam? videtur prima facie quòd non, cùm disseysitor p se habeat contra assisam, ut videtur, sufficientem exceptionem, vz. quòd disseysitus non habuit nisi teneram seysinam, vel quòd habere non potuit, propter injustum initium, feodum nec liberum tenementum. Sed revera licèt talis injustè posidens nullam haberet actionem contra veros dominos, habebit tamen querelam & remedium per asisam contra tales qui jus non habent, propter cõmodum possessoris, & ipsi contra tales nullam habebunt exceptionem teneræ seysinæ, vel liberi tenementi. Propter cõmodum possessoris dico, quia si tales qui jus non habent extra seysinam peterent, nunquam recuperarent versus posidentem, quamvis injustè, cùm actionem competentem non haberent, & ita remaneret suo loco possesio. Et cùm neuter illorum jus habeat, nec feodum, nec liberum tenementum, tamen pro primo possessore judicandum erit, propter seysinam primam, ex quo ille qui secundò primum

primũ possessorẽ ejecit, nullũ jus habuit ejiciẽdi, & quia res posset semper cũ eo remanere ꝑ negligentiam veri dñi, & hoc ꝓpter cõmodum possidendi. Cùm igitur actionẽ nõ habeant, & talẽ (quamvis injustè possidentẽ) disseysiverint, cùm ꝑ judicium recuperare non possent, si talis petat ꝑ assisam, licèt ei de jure non cõpetat, tamen in odiũ disseysitoris ꝓcedit, quia ꝑdicti disseysitores nullã contra ipsum habere possunt exceptionẽ. Item competit remediũ ꝑ assisam & querela, ei qui ꝓ se titulũ habuerit ad tẽp', simul versus oẽs à quocunq; feoffatus fuerit, dño vel non dño, & versus eũ qui jus nõ habet, & eum qui jus habet: ut si quis à non dño, custode, vel firmario ad certũ terminũ tenuerit annorũ, vel ab eo qui ingressum habuerit ꝑ disseysinã, vel intrusionẽ, si taliter feoffat' ꝑ aliquod tẽpus in pace tenuerit, à vero dño ejici non poterit sine brevi & judicio, dũ tamẽ tale sit tẽp', ꝙ sufficere possit ꝓ titulo. A non dño verò, cũ titulum ab eo habeat, ejici non potest, ꝓpter titulum, & feoffamentũ, & ꝓpter factũ suũ, licèt temp' non interveniat, nec etiã ab eo qui jus non habet, licèt non interveniat titulus, nec tẽpus, sed à vero dño ejici poterit & impunè, si temp' ꝙ sufficiat ꝓ titulo nõ intervenerit. Itẽ cõpetit ei remedium & restitutio ꝑ assisam, quia omnino sine aliquo titulo in seysina fuerit ꝑ disseysinã vel intrusionem, ꝙ sine judicio disseysitus, dum tamen tempus habeat ꝙ sufficiat ꝓ titulo, versus omnes sive jus habeat sive non, & ita juvat possessionem aliquando tempus sicut titulus. Item competit ei querela & remedium ꝑ assisam, licèt ejectus non fuerit ꝑsonaliter in ꝓpria persona, vel ꝑ ꝓcuratorem, sed cùm nemine relicto in seysina à seysina recesserit, & cùm reversus fuerit non admittatur vel repellatur. Item cõpetit ei querela & remediũ ꝑ assisam, si quis in alieno uti voluerit, cum jus non habuerit, & contra dñi voluntatem, & eodẽ modo si dominũ non ꝑmisit uti in suo, ut supradict' est in principio. Item cõpetit ei querela & remediũ ꝑ assisam, si quis disseysitus fuerit ab aliquo per judicium, ꝙ tamen sit injustum. Item competit ei querela & remedium ꝑ assisam, qui furiosus est vel mente captus, sicut ei qui est sanæ mentis, dum tamen in acquisitione tenementi habuerit sanam mentẽ: quia ex quo semel dum sanæ mentis extiterit animũ habuerit retinendi, in ipso furore (si supervenerit) animum mutare non poterit nec desinere possidere, quia consentire non potest nec dissentire, nec desinere possidere, & ideò amittere non potest per aliquem cursum temporis id ꝙ tempore prospero, vel dilucidis intervallis acquisiverit. Item competit remediũ tã ei qui feodi firmarius est, quàm ei qui tenet in feodo vel ad vitã. Et eodẽ modo competit ei qui tenet in Sokagio ꝑ certũ redditũ, sicut ei qui tenet ꝑ servitiũ militare. Itẽ cõpetit uxori de re sibi data & tradita à viro vel è contrario cõstãte matrimonio, quãvis donũ irritari possit ex post facto. Sed si qui ipsorũ post mortẽ donatoris in seysina fuerint, sine judicio disseysiri non possunt, dũ tñ tempus quod alibi sufficere possit pro titulo intervenerit. Item competit ei actio cujus pater obiit in statu libero, si post mortem patris fuerit in seysina & in poss. libertatis, extra dominorum potestatem. Item quandoq; cõpetit villano Sockmanno in dominico dñi Regis, si manerium vocetur Burg', sicut

Cyrence-

Cirencestr: ut, de itinere abatis de Radinge, & M. de Pateshul in com Glocester, anno regni Hen. quinto, assisa novæ disseysinæ si Philippus le Riche. &c. Item competit libero homini, qui tenuerit villenagium p servitium & cōsuetudines villanas, sive copulatus fuerit villanæ vel non, de tenemento ꝙ alibi tenuerit liberè, eo non obstante, ꝙ tenuerit villenagium & copulatus fuerit villanæ. Item competit ei qui feoffatus est per aliquem qui tenuerit ad vitam sive nomine dotis, sive p legem Angliæ vel ad terminum vel alio quocunq; modo, ut in multis locis probatur per exemplum. Item competit villano in suo casu, versus dominum & omnes alios, dum fuerit extra potestatem dominorum, donec dominus eum ejecerit ut servum. Si autem sub potestate dominorum & feoffatus fuerit, sive à domino sive ab extraneo, competit ei assisa versus omnes. Si autem tantùm ab extraneo, competit ei assisa contra omnes de mundo, pterquā contra verum dominum, sub cujus fuerit potestate, si fortè velit eum disseysire. Item competit ei qui tenemētum tenuerit, donec ei provideatur, sicut aliis qui liberum habent tenemētum, quia bene potest esse ꝙ nunquam ei providebitur, & sic poterit remanere in feodo tale tenementum. Item competit assisa, ut si duobus facta fuerit donatio successivè & diversis temporibus, & uterq; se simul posuerit in seysina sine warranto, & donator ratam habuerit alterius seysinam, & alterius non, sed si ille cujus seysina rata non erat ejectus fuerit, non recuperabit. Si autem utriusque, hoc stare non poterit, sed proprietas erit præferenda, ac si uterq; ingrederetur cum warranto. Si autem unus ingrediatur cum warranto & alius sine, ille cum warranto præfertur, & ei competit assisa. Item si duo se gerant pro hærede & de eorum jure dubitetur, in hoc dubio ei competit assisa, qui se pri⁹ posuerit in seysinā, nisi in veritate cōstare possit talē jus non habere. Si autē duo contendant de hæreditate quorū null⁹ jus habuerit, ut si ambo fuerint bastardi, cōpetit ei assisa qui priùs fuerit in poss. cū warranto vel sine, donec ali⁹ ejecerit qui jus habuerit qualecunq;. Si autē unus bastardus & alius legitimus, vel un⁹ servus & alius liber, cōpetit ei assisa qui jus habet, si ille qui fuerit in seysina longū tempus habuerit & pacificū, ꝙ sine judicio ejici non possit. Quid etiam si tale tēpus non habuerit? per assisam non recuperabit. ¶ 2. Item videtur incontinenti ejecisse, si quis ita tenementum dederit sub conditione quæ dependet de futuro, ut si dicat, do tibi tantam terram si filiam meam, vel ut filiam meā ducas in uxorem, si facta donatione & subsecuta traditione, talis, licèt per longum tempus posteà, ad alia vota cōvolaverit, & aliā in uxorem duxerit, si ejiciatur etiam sine judicio, per assisam non recuperabit: quia si res ob causam data fuerit & sub conditione quæ sic dependet de futuro, licèt ab initio perfecta sit, tamen causa non secuta, resolvitur donatio per conditionem, & ita incipit esse nulla, quia conditioni non est satisfactum. Sed posset opponi, ꝙ si statim non posset conditioni satisfieri, post mortem mulieris quā primò contra conventionem traduxit, posset satisfieri, & sic fieri posset in multis donationibus sub conditione suspensis vel perfectis, sub conditione tamen resolvendis. Item sicut dejici poterit quis per seipsum, & com-

competit ei remedium per assisam, ita potest per familiā suam, & alios qui nomine suo extiterint in possessione, & quia sicut acquiritur possessio per eos quos quis in potestate habuerit & retinetur, ita poterit per suos amitti & retineri: ut si quis me dejecerit, meos autem non, non competit mihi assisa, quia per meos qui dejecti non sunt retineo seysinā. Sed si quis meos & me dejecerit, & quosdam retinuerit & vinxerit vel eos ut servos suos retinuerit, competit mihi assisa, desii enim possidere cùm servi mei vel alii, per quos seysinam retinui, ab alio possidentur. Itē si expulsi non sunt tales, sed ab eo qui vi dejecit tenere ceperint, adhuc competit mihi assisa. Item si ego dejectus non fuero, in possessione tamen vinctus sum & impeditus quò min᷒ uti possim, adhuc competit mihi assisa. Item competit cuilibet qui proprio nomine fuerit in seysina justè vel injustè: justè, ut si jure ꝓprio utatur, injustè, ut si in possessione fuerit per disseysinam, vel intrusionem, & si fuerit ejectus per aliquem qui jus non habuerit, competit ei restitutio ꝑ assisam, sicut ei qui jus habet adversus omnes, præterquā adversus verum dominū: quia licèt jus non habet, eo tamen ꝙ in possessione est, plus juris habet propter seysinam quā ille qui est extra possessionem qui nihil juris habet, & eo maximè, quia si ille qui jus habet nunquam petat, sic poterit terra semper remanere cum disseysitore vel intrusore. Item si cùm antecessor meus ad firmam dederit tenementum & moriatur, & si in seysinam me posuero, salvo firmario firma & termino suo, & de usu non impediat, competit mihi assisa si ejectus fuero, licèt mihi uti non liceat, & valebit mihi seysina quoad liberum tenementum, & non aufert firmario terminū suū, & si ultra terminum tenere ceperit firmarius, tunc primò mihi competit breve de termino qui præteriit, sicut antecessori meo competeret: si autem firmari᷒ exceperit de feoffamento, tunc vertitur assisa in juratam ad inquirendum de feoffamento.

Cap. VIII.

1 ¶ Si fiat disseysina pluribus in re communi.

PLures etiam disseysiri possunt in re communi, sicut & unus in propria persona, & competit eis querela & remedium per assisam. Communis autem esse poterit res sive tenementum multis modis, sicut res quæ communis est inter virum & uxorem ubi neutri ipsorum sine alio competit querela vel assisa, cùm sint quasi unum corpus & diversæ animæ, & quasi unum jus habentes, nisi sit aliquis qui dicat, ꝙ si vir uxorem disseysiverit vel è contrario, quòd assisa competit uni ipsorum quasi tenendam in communi cum alio. Sed si ita esset, sic fieret divisio inter eos corporis & sanguinis, quod esset contra hoc quod supradictum est. Videtur igitur quòd recurrendum sit ad curiam christianitatis, ut discusso ibi de matrimonio per censuram ecclesiasticam, vel compellatur vir suscipere uxorē, vel uxor redire & sequi virum, & si opus fuerit, dominus Rex ad supplicationem ordinarii in tenemento communicando quod suum fuerit exequatur. Poterit etiam esse tenementum cōmune inter duos vel plures, sicut sunt bundæ & metæ & rationabiles divisæ quæ ponuntur in terminis & finibus

agrorum

agrorum ad distinguendũ prædia & dominia vicinorum, quorum quilibet dominus est proprietatis, & non dominus in solidũ, sed tamen dominus in communi. Talibus autem omnibus competit querela & remediũ ꝑ assisã, secundũ ꝙ fuerit quilibet eoꝝ disseysiti. s. õnes vel quidã illoꝝ, per extraneos vel seipsos inter se. Si quis igitur divisas araverit, lapidẽ vel arborẽ finalẽ amoverit & asportaverit, facit disseysinã, ut de itinere M. de Pateshul ad assisas novæ disseysinæ capiendas & gaolas deliberandas in com̃ South: Assisa novæ disseysinæ si Radulphus de le Haye: quia ibi dicitur, quòd si quis terram meam araverit, & maximè qui divisas araverit inter me & ipsum, facit disseysinam: quia in hoc magis injuriatur, quàm si aliam terrã arasset, quia si aliam terram, tunc possent blada retineri, quod non est in divisis (ut videtur) quia hujusmodi metæ & bundæ sunt utriusq; vicinorum in communi, quoad hoc quòd nullus vicinorum aliquid sibi appropriare possit sine eo quòd non facit disseysinam ex quo tenent in communi. Sed ꝙ ibi poti' sit transgressio quàm disseysina videtur, quia in visu faciendo juratoribus, non potest querens aliquã partẽ designare nec dicere, hæc pars mea est, quia divisæ non sunt ꝑ partes divisæ, sed jacẽt in communi, quia nullus scit nec scire poterit partem suã. Si antẽ sit qui dicat ꝙ illa pars dimidia sit alicujus quæ jacet ꝓpi' juxta terram suam, hoc stare non possit, quia si quilibet araret vel prostraret partem dimidiam propinquiorem terræ suæ, ita consumi possent divisæ & adnihilari. Sed revera (quicquid dicant alii) videtur ꝙ ibi sit poti' disseysina de tenemento in communi, & sic fiat visus de toto tenendũ in cõmuni, de lapide verò & arbore finali, idẽ est ꝙ liberũ tenementum, ex quo lapis in terra fixus, quasi ædificiũ solo cedit, & arbor eodẽ modo cùm radices egerit. Sunt autẽ quidã qui dicunt, ꝙ amotio arboris & lapidis poti' transgressio est q̃ disseysina, sed hoc non est verũ, quãvis disseysina sub se contineat transgressionẽ, licèt non è contrario. Poterit etiã res esse communis inter plures, sicut inter cohæredes & participes in tenemẽtis cõmunibus, non partita hæreditate. Item inter vicinos in aliquo tenemento, ꝙ aliquando fuit litigiosum & de communi voluntate relinquitur ad aliquẽ usum unum vel plures, si quis ex talibus participibus unum de participibus suis disseysiverit, idem habebit assisam versus participes suos tenendum in cõmuni. Si autem duos, quilibet habebit assisam suã ꝑ se, quia diversæ sunt disseysinæ, & idem erit de pluribus in causa possessionis acquirendæ ante partitionẽ hæreditatis, cùm semel fuerit acquisita, & sunt ibi diversa jura licèt de re incerta. In acquirenda verò seysina alicujus antecessoris in causa proprietatis, ubi diversæ sunt personæ & diversa capita, sed tamen quasi un' hæres propter jus quod eis cõpetit, nullus potest sine alio petere seysinã antecessoris propinquam vel remotam, cùm sint omnes quasi unus hæres, ꝓpter unicum jus. Cùm autem semel adita fuerit hæreditas & acquisita sive divisa fuerit inter capita sive non, nullus sine alio respondebit in causa proprietatis de seysina antecessoris, nec etiã in causa possessionis in assisa mortis antecessoris, ut infrà. De seysina verò propria, si ejectus fuerit particeps unus vel plures à participe vel participibus vel etiam ab extraneis personis, quili-

quilibet habebit remedium ꝑ assisam ꝑ se sine participe, quia plures sunt ibi disseysinæ. Et vice versa, si unus vel plures cohæredes disseysinā fecerint cohæredib' uni vel pluribus sive extraneis, quilibet de facto suo & de injuria sua ꝑ se respondebit: quia pœna suos tenere debet autores. Ante verò additionē hæreditatis conjunctū est jus & seysina antecessoris, & ita conjunctim ab omnib' peti debet qui conjuncti sunt, quasi un' hæres. Cùm autē adita fuerit, incipit vel adhuc manet esse jus unum conjunctum, & seysina diversa, sed communis quousq; fuerit partita, & ideò nullus sine alio respōdebit alicui qui seysinam petet, vel jus alicujus antecessoris sui, nec in causa proprietatis, nec in causa possessionis ꝑ assisam mortis antecessoris, cū ōnia sunt eis cōmunia ꝓprietas. s. & possessio. Si autem extrane' petat de seysina sua ꝓpria in causa disseysinæ & spoliationis, si omnes disseysinam fecerint, omnes tenentur & cadunt in assisam. Si autem quidam illoꝝ & non omnes, illi tenentur qui fecerint & non alii. Et idem erit si un' tantū, & ipse solus incidit in assisam & in pœnam & non alii. Sed esto ꝙ disseysitus versus talem semel recuperaverit ꝑ assisam, sive tenementum sive pasturam, & alius particeps à primo disseysitore illum ipsum ejiciat de eadē re, & ipse disseysitus iterū sup illū assisam portet, quæro an debeat ꝓcedere? videtur ꝙ sic prima facie, quia licèt eadē sit res, diversæ tamen sunt ꝑsonæ, sed revera non est capienda, quia sic esset capere assisam sup assisam, & hac ratione, quia bene possit contingere ꝙ ultima assisa posset esse contraria primæ, & ꝑ ultimam assisam possit adnihilari ꝙ ritè actum esset ꝑ primā, & ita possunt esse judicia in pendenti, & esse in incerto, ꝙ esse non debet. Et ita potest unus particeps & debet de seysina sua & injuria propria sine participibus suis respōdere, & non habebitur in hoc casu regressus ad aliud, nisi ad convincendos juratores si particeps qui ꝑ assisam amisit, hoc voluerit.

Cap. IX.

1 ¶ *De eo qui est in possessione nomine alieno & cui non competit assisa.*

Dictū est in ꝓximo capitulo ꝓcedēti cui cōpetat remediū ꝑ assisam, sive teneat rem ꝓpriam vel in cōmuni, post divisionē verò hereditatis cōmunis plures erunt seysinæ & plura jura separata, sed tamen nō debet quis sine alio respondere, nisi velit in causa ꝓprietatis; ꝙ si faceret, nullū haberet regressum erga participes suos si fortè amitteret, & ꝙ dictū est de cohæredibus participibus, dici poterit de vicinis. Nunc autem dicendum est cui non competat remedium ꝑ assisam, nec querela. Nulli autem competit querela nec remedium per assisam, qui in possessione fuerit nomine alieno, quia talis non possidet, licèt in possessione fuerit, sed ipse possidet cujus nomine possidetur. Et longè aliud est possidere quàm esse in possessione. In possessione autem sunt, licèt non possident, custos qui tenet aliquando in dominico licèt non in feodo. Item procurator. Item familia, servus proprius, vel alienus bona fide possessus. Item firmarius vel fructuarius, quod non dicitur de feodi firmario. Item usurarius & hospes. Item qui ad voluntatem

ratẽ tenuerit de die in diẽ de anno in annũ licèt warrantũ vocare possit, secundũ quosdã, sicut & usufructuari⁹ qui tenet ad term̃ annoꝝ, tales querelã non habebunt nec remediũ ꝑ assisam, quia non habẽt actionẽ, sed dñs proprietatis: & ideò si agant, locum habet cont̃ eos exceptio ꝓprietatis, & liberi tenemẽti à quocunq; disseysitore apposita, sive jus habuerit ejiciendi sive non, & si nõ cõpetat eis de jure exceptio, tamen dissimulanda erit ꝓpter verũ dñm cui cõpetit actio. Itẽ non cõpetit eis querela nec remediũ ꝑ assisam, qui statim & incontinenti post disseysinã à vero dño sunt ejecti flagrante maleficio. Itẽ non cõpetit intrusori eodem modo, nisi tẽp⁹ habuerit longum & pacificum, ꝙ sufficere possit ꝓ titulo. Item nec ei qui nunquã fuit in seysina nec quasi in seysina, & idẽ si min⁹ sufficientẽ habuerit seysinã sicut injuriosam sine tempore & pace contentiosam. Itẽ non competit villano nec villanæ sub potestate dominoꝝ existentib⁹ de puro villenagio cont̃ dñm suum nec contra alios quoscunq; tã ratione ꝑsonarũ ꝗ tenementi, sive sit de antiquo villenagio sive de novo. Si autẽ ꝑquisitum fuerit, contra dñm nõ cõpetit assisa in cujus potestate fuerit, cõpetit tamẽ cont̃ feoffatores extraneas ꝑsonas, quousq; dñs (sub cuj⁹ potestate fuerit) tenementũ illud in manum suam ceperit, ut infrà de exceptionib⁹ pleni⁹ dicetur. Itẽ non cõpetit ei qui tenuerit de villano Socagio in dominicis dñi regis, nec puris villanis, competit tamẽ quandoq; eis qui adventitii sunt, & habent cõventionẽ suam ꝑ certa servitia quãvis villana, ad similitudinẽ eoꝝ qui tenẽt de dominico dñi regis in villano socagio, nisi hoc fuerit in libero burgo sive infra manerium tale. Itẽ non competit ei qui de nave sua eject⁹ fuerit, quasi de libero tento suo, non magis ꝗ si tract⁹ esset de equo suo sive de vehiculo, curru, carecta vel carro. Sed quid dicetur de eo qui eject⁹ erit de ædibus ligneis? cõpetit ei assisa si cõsistãt in solo ꝓprio sive solo cohæreant sive non, si autẽ cõstruãtur in solo alieno, aut ꝑcessit ꝓhibitio ne amoveant, vel denuntiatio ne fierẽt, in quib⁹ casibus cõpetit ei assisa in cujus solo ædificatum est, & non ei qui ædificavit, quia post denuntiationẽ sive ꝓhibitionẽ, effectæ sunt contentiosæ, & non est licita amotio. Si autẽ nulla ꝑcessit denuntiatio nec ꝓhibitio, & sic quasi sine cõtentione licitè amotæ fuerint, non cõpetit dño soli aliquod remedium ꝑ assisam. Itẽ non cõpetit alicui assisa nisi ei qui possidet, nec à possessione potest aliquis dejici, nisi ille qui possidet nomine ꝓprio, possidet dico, ꝑ se vel ꝑ alium naturaliter vel civiliter, vel altero istorũ. Itẽ nõ cõpetit ei si eject⁹ fuerit sine judicio qui tenuerit ꝑ legẽ Angliæ ratione liberorũ suorũ, qui postmodũ cõvicti sunt ad bastardos, & quamvis velit tales in curia Christianitatis ꝓbare ad legitimos nõ audiret, sed si de facto hoc facere vellet, vero hæredi cõpeteret ꝓhibitio. Itẽ non cõpetit donatorio, qui nullam omnino seysinam habuit ꝑ se quamvis cum donatore, quia si talis ejectus fuerit à vero hærede, dũ tamen incontinenti post mortẽ donatoris antequã tempus habuerit tale, ꝙ sine judicio ejici non possit, si autem ab extraneo ejiciatur, & cujus non interfuerit, omni tẽpore recuperabit, ꝓpter modum possessoris, post tempus verò recuperare poterit verus hæres ꝑ assisam mortis antecessoris. Itẽ idẽ erit si cõvicti fuerint ꝙ hæredes esse nõ

possint

possint nec ꝓpinqui nec remoti, ut si terra data fuerit certis hæredib⁹ aliis omnino exclusis, ut si terra data fuerit in maritagium cum aliqua muliere viro & hæredibus de ipsis duobus vel de eorum carne exeuntib⁹. Item non competit viro sine uxore de hæreditate uxoris cùm ambo fuerint simul disseysiti, nec etiam uxori ꝑ se quæ ꝑ se fuerit disseysita & quæ postmodum nupserit viro, licèt ante nuptias impetraverit, quia cadit breve illud. Itē nō competit aliquando ante tempus, ut si quis ab hostibus captus fuerit, dum fuit sub eorum potestate, cùm autem ad libertatem redierit de eorum manibus, aliud erit. Item competit uxori liberæ copulatæ villano & non è converso. Et competit eis de rebus uxoris priùs acquisitis, cùm uxor libera & villanus simul sint in possessione & seysina extra potestatem dominorum, ut si servus ingrediatur ad liberam uxorem habentem liberum tenementū vel dotem, si ejiciantur, recuperabunt non obstante servitute viri, sed non è contrario, libero copulato villanæ in villenagio, & dum ambo fuerint sub potestate dominorum. Uxori verò liberæ nunquā cōpetit actio de acquirendis, nisi post mortē villani, non magis quā in vita ejus, sed ꝓvidebitur ei ꝑ aliud breve, sicut liberæ à servo liberatæ. Libero autē homini nunquā competet de villenagio uxoris, de libero autem tenemento suo ꝓprio benè cōpetit, non obstante uxoris villenagio. Item non competet ei qui ex libera uxore & villano conjugatis & sub potestate dominorū cōstitutis de hæreditate matris liberæ, si fortè post mortem matris fuerit in seysina, vz. cōtra dominū suum sub cujus fuerit potestate, sed contra alios quoscunq; prætérquā contra dominum capitalem hæreditatis illius si alii non sint hæredes, & si statim ejiciatur: Si autem alii sint hæredes vel si post tempus pacificum ejiciatur, recuperabit, & consulitur hæredibus vel dño ꝑ aliud breve.

P /Itē non cōpetit alicui viro religioso (secundū quosdā) qui feoffat⁹ fuerit ꝑ aliquem qui de dño rege tenuerit in capite, vel de alio, nisi residuum ꝙ remanserit in manibus feoffatorū sufficiat ad plenum servitium, ꝓpter constitutionem libertatis. Item nulli cōpetit assisa qui ꝑ dominū regē vel ballivos suos nōine suo fuerit disseysit⁹, nisi manifesta fuerit disseysina, & quo casu erit voluntas domini regis expectanda. Si autem non fuerit manifesta, quia fortè contentio est de finib⁹ agroꝝ, adhuc erit expectanda volūtas dñi regis ut de præcepto suo, & si ei placuerit, fiat inde perambulatio, & sic terminetur negotium. Item non competit ei qui in villenagio tenuit & ꝑ villanas consuetudines, licèt persona libera sit, sive tenementum sit purum villenagium sive privilegiatum, ut dominicum domini regis, quia tales nihil tenent nomine proprio sed nomine alieno, cùm omnes consuetudines & servitia, in puro villenagio omnino sint incerta. Si autem certa sunt, sicut in villenagio privilegiato vel villenagio puro, si ejiciatur tenens, non competit ei remedium per assisam novæ disseysinæ, quia tenet ut villenagium & nomine alieno. Sed tamen bene possit sustineri in hoc casu, quòd assisa verteretur in juratam, saltem ad inquirendum de conventione vel de privilegio, ut querens saltem habeat suam conventionem vel privilegium.

P /Item non competit ei assisa, ut si quis se intruserit in aliquod tenementum

mag. cart.

mentum conĩ conventionẽ & chirographum vel finem factum, nisi hoc fecerit p conventionem duplicatã: Ut si ita convenerit in donatione q nisi hoc factum fuerit vel non fuerit, bene liceat tali se ponere in seysinam, non obstante fine facto, vel conventione, vel homagio vel hujusmodi. Videndũ erit utrum satisfactum fuerit conventioni vel fini sufficienter & modo debito, & ita q ille qui se in seysinam posuit, contentus esse debeat de satisfactione. Item non competit ei assisa qui tenet per legem Angliæ vel nomine dotis, vel alio quocunq; modo ad vitam, & ita q habeat liberum tenementum, si vastum fecerit vel destructionem, si dominus capitalis, vel amicus cujus interfuerit, tenementum suum in manum suam ceperit simplici tamẽ captione, propter vastum & destructionem, dum tamen parat' fuerit restituere, facta inde plenè satisfactione de vasto facto, & accepta securitate de vasto ulteri' non faciendo. Quod etiam observari potest, si aliquis hoc fecerit cujus interfuerit parens vel amicus, qui fortè custodiam habuerit. Et de hac materia inveniatur in itinere M. de Pateshul ad assisam novæ diss. capiend & gaolas deliberãdas in com North. Assisa novæ disseysinæ si Rogerus de Deneford. & sic intentio dejicientis vel impedientis quandoq; excusat à disseysina. Talibus enim personis conceditur rationabile estoveriũ, & non vastũ, & si in eo q modum excedat & mensuram impediantur, non erit per hoc eis injuriatum. Item non competit assisa uxori per se sine viro, nec cum viro si vir donationẽ fecerit de hæreditate uxoris vivente uxore, quia ipsa p se sine viro assisam portare nõ poterit in vita viri nec post mortem, & unde si ambo nominẽtur cadit assisa, quia vir injustè non est disseysitus, nec ipsa sine viro queri potest, ne ambo fecerint disseysinam. Item nõ competit dño contra tenentem suum de servitio ei detento, quia locũ ibi habet districtio, dum tamen districtio non vertatur ad disseysinã, q multis modis fieri poterit, nisi fuerit rationabile, ut alibi contra alium bene competit, ut infrà dicetur. Si autem tenens ad assisam respondeat ita, q assisa nõ jacet inter ipsum & dñm suum, per hoc cognoscit q de eo tenet & sic cadit assisa, & per hoc q assisa cadit in eodem judicio, statim p hoc surgit districtio, unde statim præcipiant justitiarii vic. quod sit in auxilium dño ad distringendum, si dominus non sufficiat. Si autem tenens dominum suum deadvocaverit, statim facit eum non tenentem quantum ad se ipsum, licèt re vera tenens sit, & sic statim locum habet disseysina multis rationibus, ut si extraneus distringat tenentẽ ad solvendũ ei, statim jacet assisa inter dñm & extraneum, si autem tenens gratis solverit extraneo, tunc jacebit assisa in persona utriusq;. Item potest quis esse tenens meus reddendo mihi redditum, & possum redditum illum dare alicui & attornare tenentem meum ad reddendum redditum illum meo feoffato p manum suam, sicut mihi reddere consuevit per manum suam, & sic non erit tenens meus homo illius cui p me attornatus fuerit, nec ille cui attornatus est erit dominus suus, & sic jacere poterit assisa novæ disseysinæ inter tales si fortè redditum & servitium non solverit. Item non competit ei qui semel se retraxerit coram justitiariis, tam à brevi quàm assisa, propter aliquem defectum brevis vel psonæ

næ querentis, vel ꝓpter errorē ut infrà pleni' dicetur. Itē non cōpetit ei qui semel se cognoverit ad villanum corā just. & de hoc convictus fuerit, nisi fortè imposterū mutato statu ꝙ privilegium habeat vel exceptionē, ut infrà. Item non competit ei qui semel de bona voluntate sua dederit vel restituerit alicui teñtum aliquod in jure vel extra jus, dū tamen hoc ꝓbari possit, quia volenti non fit injuria. Itē si quis tenens cùm ꝑsens non sit velit rē repetenti restituere, sive in causa spoliationis sive ꝓprietatis, sufficit si chartā suā in signū traditionis & restitutionis in judicio tradiderit, talis enim traditio instrumenti vel signi sufficit ꝓ traditione rei, quoad restitutionē sine alia solennitate, licèt hoc non sufficiat quantū ad donationē, cum corporalis apprehensio non intervenerit, & unde etiā cum talis sic in judicio restituerit, si posteà se ꝑ vim tenuerit in seysina & ejectus fuerit, non recuperabit, quia semel ex volūtate restituit ꝑdicto modo: in tali enim casu restitutionis non est talis solennitas adhibenda, qualis in donationib' observatur. Itē non jacet aliquando ratione donationis, ut si quis tantū dederit de teñto suo in liberā eleemosynā, ꝑ ꝙ capitalis dñs amiserit servitiū suū, quia hoc est cont̄ constitutionē, ut in rotulo de placitis quæ sequuntur regē anno regni regis H. vicesimo tertio apud Cateshul corā W. de Ralegh de Roberto de Toteshall & Priore de Brickfete de teñto in Bathford, ibi cecidit assisa. Itē de eodē ꝙ non cōpetit assisa, ut si quis tenuerit de dño rege in capite per servitiū militare, & ille talis aliquē religiosum feoffaverit in liberā eleemosynam: vel de aliquo alio q de dño rege ꝑ min' servitiū. Et unde si dñs rex vel alius capitalis dñs talē religiosum ejecerit incontinenti, nō recuperabit, sicut in ꝑdicto casu corā eodem, nisi tempus habuerit post seysinā. Itē non cōpetit restitutio ꝑ assisam ꝓpter falsam causam possidendi, ut si mulier fuerit disseysita de teñto quod tenuerit nomine dotis, de qua sufficienter probatum est in foro ecclesiastico, ꝙ nunquam fuit ei, cùjus nomine dotē habuit, legittimo matrimonio copulata, quia si de facto, non tamen de jure, & ideò nulla dos: quia ubi nullum matrimonium, ibi nulla dos, & sic desinit esse liberum teñtum ꝓpter falsam causam possidendi, & ideò licèt ab initio crederetur ibi esse matrimoniū, tamē ibi nullū fuit, & ideò dos nulla. Et quāvis talis mulier sine judicio ejiciatur, tamē ꝑ assisam nō recuperabit ꝓpter falsam causam possidendi, & hic non desinit esse liberum teñtum ꝙ nūquā fuit liber̄ teñtum revera, & non potest desinere esse ꝙ nūquā incepit. Idē poterit esse si vir alicujus mulieris primò aliā duxit in uxorē de jure, & aliā posteà de facto, hoc detecto, cùm prima ꝓbaverit secundū matrimoniū adulterium deficit omnino, & quia tunc primò causam possidendi nō habet ꝑ verā ꝓbationē intervenientē, si sine judicio ejiciatur, ꝑ assisam non recuperabit ꝓpter falsam causam possidendi: & ita erit qualitercunq; ꝓbatū fuerit ꝙ matrimoñ secūdū stare nō possit, & quia seysina q talis mulier fuit inducta pri' habuit nulla fuit in se sed ōnino vitiosa, nisi sit qui dicat ꝙ ab initio ignorātia eos excusat, sed non est ibi nisi ꝑsumptio q postmodum vincit ꝓbatio vera. Item non cōpetit ei restitutio ꝑ assisam si vir incontinenti ejiciatur post mortem uxoris de re uxoria qualicunque, cùm liberos simul

mul nunquã habuerint, post intervallũ verò ejici sine judicio nõ potest: vel si habuerint & cõvicti sunt ad bastardos, vel alio modo ꝙ hæredes esse non possunt, ut suprà eodem. Itẽ nõ cõpetit restitutio ꝑ assisam ꝑpter falsam impetrationẽ. s. ubi quis impetraverit antequã subesset causa impetrationis, ꝙ de facili ꝑpendi poterit ꝑ datã brevis. Eodem modo si causa fuit impetrandi & posteà desinit esse, ut si disseysitor rem disseysitã dño ꝑprietatis restituerit illam gratis accipienti oblatã, desinit esse restitutio ꝑ assisam. Aliud autem est si ver⁹ dñs seysinã suã sibi usurpaverit virib⁹ & non judicio. Item desinit esse causa & non cõpetit ei restitutio ꝑ assisam, si disseysit⁹ rẽ spoliatam (dissimulando injuriã) gratis remiserit, & quietã clamaverit, vel condonaverit, vel si disseysitus donũ ꝙ inde fecerit (ratum habendo) cõfirmaverit, cùm seysinam suam rehabere posset si vellet. Itẽ non cõpetit assisa cùm desinat esse causa quæ primò fuit & cadit omnino ꝑpter ordinem placitandi non observatũ: ut si quis disseysitorem suum primò implacitaverit de teñto ꝑ brẽ & in suo casu de teñto unde assisa aramata est super jure & ꝑprietate ꝑ breve de recto, vel de ingressu qualitercunq; plus vel minus, vel ꝑ assisam mortis antecessoris. Itẽ non cõpetit restitutio ꝑ assisam ratione loci, sed cadit omnino sicut in dominicis domini regis. s. in villenagiis privilegiatis, ubi nec assisa novæ dsseysinæ, nec assisa mortis antecessoris nec aliud breve, nisi tantũ parvum breve de recto secund' consuetudinem maneriorum currit. Possunt tamen aliquando in maneriis dñorum esse liberè tenentes & tenere ꝑ servitium militare ꝑ homagio & servitio, & in liberum Sokagium & Serjantiam, & ꝑ conventionem de gratia dñorum, licèt hoc esset ab initio villenagiũ. Poterit enim quis de villenagio suo facere liberum tenementum & feodum militare si voluerit. Itẽ non cõpetit restitutio ꝑ assisam ꝑpter teñtum, ut si liber homo tenuerit villenagiũ per villanas consuetud' & servitia incerta, faciendo inde quicquid ad villenagiũ ꝑtinet. Itẽ non cõpetit ꝑpter personam, licèt sit liberum teñtum, ut si villano tradatur à dño suo (sine manumissione & libertate) aliquod liberũ teñtum tenendum ꝑ liberum servitium ad voluñt dñi sine mentione hæredum, quia si mentio fieret de hæredibus, ꝑsumi posset ex hoc ꝙ dñs vellet eũ esse liberum, ꝙ quidem sufficere posset ꝑ manumissione. Est enim ratio & regula generalis in istis duobus casibus ꝙ liber homo nihil libertatis ꝑpter ꝑsonã suã liberã confert villenagio, nec liberum tenementum è contrario in aliquo mutat statũ aut conditionẽ villani. Item non competit restitutio per assisam ei qui tenet ad voluntatẽ alicujus de anno in annum, quia apponitur terminus certus & determinatus, quia ꝑ hoc innuit ꝙ voluntas cõcedentis est annualis, & sic nulla assisa ꝑpter tempus determinatum, ut de itinere W. de Ralegh in comitatu Bedf. assisa novæ disseysinæ si Milo &c. Si autem sic concessum fuerit tenementum, donec quis providerit sive ad voluntatem sive non, dum tamen ita dicatur, donec ꝑviderit: semper remanebit res data accipienti ut liberum tenementum, donec provisum fuerit, & si nunquam ꝑvideatur, ita semper remanebit in feodo. Et illud idem dici poterit de terra data ad terminum annorum, ut si dicatur, concedo tibi tantã

terram ad talem terminũ, & ego warrantizabo &c. & si aliquid amiseris ꝑ defectu warrantiæ, volo ꝙ teneas terrã illã ultra t̃minum tuum donec tibi reddidero quicquid amiseris ꝑ defectu warrantiæ, & sic poterit esse ꝙ nunquã reddet, & ita poterit terra remanere in feodo imperpetuum ut liberum teñtum suum. Si autem dicat, donec ipse vel hæredes sui ꝓviderint, & licèt ipse non ꝓvideat, sufficit si hæredes ꝓvideant. Item si dicat donec ego & hæredes mei ꝓviderimus tali, nulla facta mentione de hæredibus, si ei in vita sua non ꝓvideatur, remanebit tenementum in feodo, licèt donator vel hæredes sui hæredibus donatorii velint providere. Provisio enim in hac parte restringitur ad ꝑsonas tam dantis q̃ accipientis & hæredum ipsorum.

P / Item non competit restitutio ꝑ assisam ratione rei de qua agitur, ut si quis queratur se esse disseysitum de aliqua re quæ ritè & ꝑ Pontifices deo fuerit dedicata, sicut de ecclesiis & cœmiteriis, quia hujusmodi in nullius bonis esse poterunt. s. in bonis nullius singularis ꝑsonæ, sed solummodo in bonis Dei sunt, & si fortè de facto ab aliquo super hm̃i quereretur assisa, commutari poterit assisa in juratam ad inquirendum de transgressione, in quo casu si transgressum esset, uterq; foret in misericordia, querens. s. ꝓ falso clamore, & transgressor ꝓ transgressione. De eo autem ꝙ non est sacrum, sicut de libera eleemosyna non erit ita, dicitur enim libera eleemosyna, & magis libera ut infrà. Item eodem modo non competit restitutio ꝑ assisam alicui singulari ꝑsonæ de teñtis & locis quæ sunt quasi sacra, sicut ea quæ sunt cõmunia civitatum & universitatum, sicut stadium & theatrum & alia, sicut muri & portæ, viæ publicæ, & stratæ publicæ quæ tantũ deputatæ sunt ad aliquẽ usum publicũ, & in quib⁹ nulla singularis ꝑsona ꝑ se aliquod jus vẽdicare poterit, in quibus transgressio est & non disseysina, quia nulla singularis ꝑsona inde poterit esse in seysina, & disseysiri nõ potest aliquis de eo ꝙ nõ potest possidere. Nec si quis dicat se aliquid inde possidere ꝑ juratã in q̃ vertitur assisa ut suprà, in primo casu aliquid ꝑ juratã retinebit, nec querens aliquid recuperabit, nisi tantũ usum cõmunem: ad quẽ hm̃i loca sunt deputata: ut de itinere M. de Pateshul in com̃ South. ad assisas novæ diss. capiendas & gaolas deliberandas, si Adam Gerũ. Infrà plus de hac materia de transgressionibus.

called in Glan. … Glan. l. … c. 11

Cap. X.

1 ¶ *Contra quẽ cõpetit assisa & quib⁹ modis quis incidat in assisam.*

Dictũ est suprà cui cõpetat querela & remediũ ꝑ assisam post disseysinã factã, & cui non: nunc autem dicend' contra quem cõpetat, & quibus modis quis incidat in assisam. Cõpetit enim assisa cont̃ liberum hominem masculũ & fœminã, majorẽ & minorẽ, clericum & laicum, Christianum & Judæũ, ita cont̃ furiosum sicut cont̃ illum qui est sanæ mentis. Item cõtra servum sicut contra liberũ, ne serv⁹ melioris sit conditionis q̃ liber, cùm deterioris esse debeat. Item tam contra ipsum qui autoritatem præbet dejicientibus præcepto, consilio, & auxilio inductivo, quàm contra ipsum qui disseysinam ratam habet ex post facto, vel quia injuriam non emendaverit cùm fuerit interpellatus ab homine personaliter viva voce, vel saltem per diligen-

diligentem impetrationem & diligentem prosecutionem, dum tamen præsens hoc sciverit, vel scire possit & debeat, & ita quòd ibi non sit crassa ignorantia, quod esse poterit si omnes de patria sciverint disseysinam esse factam, & ipse solus ignoraverit cùm præsens sit. In quibus casibus, cùm injuriam suorum non emendaverit cùm possit & sciverit, incidit in assisam. Itē non solum ille qui facit & præcipit (ut prædictum est) verùm etiam ille qui statim & recenter ingreditur seysinam post disseysinam factam, ab uno vel à pluribus, & ex quibus omnes vel quidam illorum fuerint principales disseysitores, & hoc sive ingrediatur de voluntate disseysitoris per donationē, vel per aliam translationē, sive contra voluntatem per disseysinam, & hoc ante impetrationem quandocunque. Et quid si non ejiciantur incontinenti & recenter? omnes sicut principales disseysitores incidunt in assisam, & omnes in brevi comprehendantur. Si autem fuerit diligens impetratio & diligens prosecutio, & post impetrationem factam seysinam ingrediantur, tunc refert utrum statim post disseysinam & impetrationem factam, vel ex longo intervallo, sed sive sit sic sive non, oportet quòd in brevi nominentur ex nova impetratione, quia ad quemcunque res pervenerit post impetrationem, cùm res per diligentem impetrationem & prosecutionem effecta sit litigiosa, ille qui eam sic receperit (quamvis in brevi non nominetur) illam restituere cogetur, & non tenetur ad pœnam ex disseysina, sed tantùm ad restitutionem, & sic imputari sibi ipsi debet quòd rem sic litigiosam recepit, nec excusat eum aliqua ignorantia, sed si cautè egerit dum fuerit in seysina, prospiciat sibi per breve de warrantia. Si autem disseysitus negligens fuerit ad impetrandum, & ad prosequendum, & res ante impetrationem fuerit ad alium translata, sive incontinenti sive p longum intervallum: omnes qui acceperint incidunt in assisam, quidā eorum quantū ad pœnam & restitutionem, secundùm quod statim & recenter, quidam verò tantùm ad pœnam & non ad restitutionem, & quidam ad restitutionem & non ad pœnā, secundùm quod post intervallum feoffati fuerunt, & ante impetrationem, sicut superiꝰ in parte dictum est. Et si quidam ante impetrationem per longum intervallum feoffatus fuerit, vel disseysinam fecerit de re spoliata post intervallum, & si in brevi non nominetur, respondere non tenetur nisi velit. Si autem sponte velit, non fit ei injuria propter voluntatem. Item incidunt in assisam non solùm unus sed plures, quidam principaliter & quidam secundariò, qui autem principales sunt & qui non, inferiùs dicetur. Item incidit in assisam non solùm ille qui facit nomine alieno, verùm etiam ille cujus nomine fit, dum tamen factum suorum & injuriam advocaverit, & illam fecerit esse suam. Potest etiam quis ejicere ꝑsens cum familia, sicut potest p se sine familia, & eodē modo familia sine eo, & dominus cum familia ꝑsens & absens. Absens, ut si eo non præsente jubeat vel mādet, & sic autoritatē præstet ab initio. Item eo non præsente, non jubente, non mandante, nec autoritatem præstante ab initio, sed ex post facto ratum habente, vel cùm fuerit interpellatus injuriam non emendante, ut paulò ante dictū est. Et in quo casu principalis non tenebitur sine secūdariis nec ē cō tra:

quia quilibet incidit in assisam cū alio. Familia verò non potest restituere sine dño, quia p factum eorum est in seysina, & ita non possunt restituere quāvis teneantur ad pœnam, domin' autem cùm advocaverit, suam facit injuriam, & ita tenetur ad utrumq;, ad restitutionem.s.ad ad pœnā. Si autem deadvocaverit & injuriam suorum emendaverit, non tenebitur nisi tantū ad restitutionē. Item qui factum advocaverit & injuriā suor, non magis excusatur in hoc casu quantum ad disseysinā, q. ille qui jussu dejicit, q. excusaretur ab homicidio, si jussu alicujus occideret, cùm in hoc sit dñis obediendū nec excusat autoritas majoris, nec ille magis excusatur qui jussit, vel qui cōsilium adhibuit, si injuria pvenerit àd effectum, aliē autem non, & nō refert utrum quis ppriis manib' ejiciat an p alium, & unde si familia mea ex voluntate mea dejecerit, ego videor dejecisse, eodē modo si pcurator meus, & cum omnib' erit agendum. Si autē falsus fuerit pcurator qui dejecit, non mecū erit agend sed cū eo, nisi cū suum factū ratum habuero, quia ratihabitio in hoc casu cōparatur mandato. Dicitur enim q recti' est in maleficio, habitionē rati mandato comparari. Et notandū, q familiæ appellatio duos continet servos vel alios in numero & ulteri' trium vel plurium. Et si tantū unus dejecerit, adhuc videbitur familia dejecisse, & etiam familiæ appellatio eos cōplectitur qui loco servorū habentur, sicut sunt mercenarii & conductitii. Item tā liberi q. servi, & quib' poterit imperari. Itē inter cætera videndū est quis sit ille qui dejicit, princeps.s.ex potentia, vel aliquis pro eo vel nomine suo, vel judex qui malè judicaverit, vel privata psona. Si autem princeps vel rex vel alius qui superiorē nō habuerit nisi dñm, contra ipsum nō habebitur remediū p assisam, imò tantū loc' erit supplicationi ut factū suū corrigat & emēdet, q si non fecerit, sufficiat ei p pœna q dñm expectet ultorē, qui dicit: mihi vindictā, & ego retribuā, nisi sit qui dicat q universitas regni & baronagium suum hoc facere debeat & possit in curia ipsius regis. Sed si alius ex facto & disseysina principis statim vel ex post facto in seysina extiterit, quāvis talis incidat in assisam & in pœnam vel tantū ad restitutionē, secundùm q seysina ad ipsum pvenerit statim vel ex post facto, tamen sine principe conveniri non poterit p assisam: quia licèt ipse quodāmodo disseysinā fecerit, tamen non p se sed cum alio.s.cum principe, & ita q sine eo respondere non potest, & ideo non procedit assisa. Indirectè tamē & quasi ex incidenti etiam sine brevi comprehendi poterit psona principis ad hoc q factum suum emendet, vel in personam suam redundabit injuria manifestè. Utpote esto quòd impetratur assisa tantùm super eum ad quem res translata est sine principe, & qui tenetur ad restitutionem & ad pœnam vel ad min' ad restitutionē, & ipse respondeat quòd sine principe (qui fecit injuriam) per se vel suos respondere non debeat, quia ipse princeps per se fecit injuriā, vel ipsi duo simul, extunc erit factum & injuria in manu domini regis, qui dici debet in hoc facto quasi warrantus, & extunc poterit (si voluerit) factum suum emendare quasi à lege compulsus, & quasi in persona sua cùm sit ei submissus, debet firmiter observare. Si autem ballivus vel servus nomine regis, capienda erit assisa, sed non erit proceden-

dum

dum ad judicium quousq; sciatur de voluntate regis. Si quis autem fuerit à judice qui malè judicaverit disseysitus, sive hoc scienter fecerit sive ex imperitia, qualiter ꝓcedendum sit inferi' dicetur de exceptionib'. Possunt etiam plures teneri & cadere in assisam sicut unus, & quorum unus vel plures possunt esse principales disseysitores, & quidā secundarii. Principales secundꝰ ꝙ quidam rem disseysitam tenuerint in cōmuni ante partitionem, vel secundùm ꝙ partita fuerit inter plures qui culpabiles sunt de facto principaliter, vel secundùm ꝙ postea & post disseysinam in plures manus statim devenerit, vel inter plures partita extiterit statim post disseysinam. Itē sicut plures possunt esse principales disseysitores & unus, ita plures possunt esse rei disseysitæ disseysitores & detentores post disseysinam & un' sive possidere inceperint statim post disseysinam qualitercunq;, sive ex intervallo sive nō, sive ante impetrationem sive post impetrationem, dum tamen si post impetrationem & negligentem ꝓsecutionem possidere inceperint, oportebit eos in brevi comprehendi, ac si ad eos translata esset res ante impetrationem, quia res quæ ab initio effecta fuit litigiosa ꝑ diligentē impetrationē, effici possit non litigiosa ꝑ negligentem ꝓsecutionem, oportebit enim utramque esse diligentem, saltem quousq; plegii de ꝓsequēdo inveniantur, licèt captio assisæ differatur, quia extunc omnino erit litigiosa. De hac materia infrà pleni' de exceptionibus.

Cap. XI.

1 ¶ *Cōtra quē nō cōpetit assisa.* 2. *Si quis nomine domini sui fecerit disseysinam.*

Dictum est suprà contra quem competit assisa, nunc autem dicendum contra quē non cōpetit. Et sciendū ꝙ contra ipsum non competit qui injuriam sive disseysinam nō fecit. Immunis enim esse debet à pœna qui immunis erat à culpa, quāvis quis teneatur aliquando ad restitutionē, licèt non ad pœnam, nisi ꝓ injusta detentione, sicut ille qui feoffatus est à disseysitore ꝑ longum intervallum, vel qui disseysinā fecit primo disseysitori per longū intervallum post disseysinam, & qui à vero domino sine judicio disseysiri non potest, quia diu ante secundā disseysinā seysinam suam amisit ꝑ negligentiam, utramq; vz. naturalem & civilem, & quāvis à suo disseysitore statim ejici possit & recenter & impunè. Item non tenetur aliquis hæres de facto. s. de disseysina antecessoris sui quoad pœnam disseysinæ, licèt teneatur ad restitutionem, & hoc nisi lis contestata fuerit cum suo antecessore, sicut alibi dicetur. Item nec successor ex facto prædecessoris sui, nisi modo quo prædictum est, & hoc maximè si prædecessor suus in brevi nominetur sub nomine officii vel dignitatis, secus autem est si sub nomine proprio, quia sub diverso nomine non respondebit. ¶ 2. Cum aliquis Abbas, vel Prior, vel dominus vel alia persona quæcunque ex facto & injuria suorum inceperit possidere, cùm facta eorum advocaverit, & sic in seysina ante restitutionem obierit, quæritur an eorum successores vel hæredes ad restitutionem teneantur, cùm possint restituere, licèt non teneantur ad pœnam, sicut antecessor teneretur vel prædecessor. Hæres autem tenetur quoad restitutionem, sed per aliud breve de ingressu. Et eodem modo successor

sub nomine dignitatis, si nomē proprium prædecessoris in brevi non fuerit expressum, quia semper eadem est dignitas, licèt diversum nomen. Si autem nomē proprium prædecessoris in brevi de nova disseysina incertum fuerit, non tenebitur successor per tale breve, sed p breve de ingressu, sicut suprà dicitur de hærede: nisi fortè idem habuerit nomen proprium prædecessor & successor, quod bene potest sustineri, ut infrà dicetur plenius. Cùm verò quis fecerit disseysinam nomine alieno, ut prædictum est, refert utrum domini præsentes fuerint in provincia, ita quòd adiri possint de facili, vel extra regnum. Si autem adire possint de facili, adeundi sunt, ut sciatur utrū injuriam emendare voluerint vel non, cùm de injuria eis constiterit: Si autem non, erunt principales disseysitores & in brevi nominandi sunt primò & principaliter, cùm hoc advocaverint. Si autem verbo deadvocaverint expressè interpellati, & hoc non emendaverint, sed opere fecerint contrarium, prudenter & scienter utendo & non restituendo, adhuc illud idem erit dicendum quod superiùs dictum est, & hoc si ante impetrationem. Si autem post impetrationem fuerint interpellati, tunc refert utrum dominus nominetur cum suis vel non. Si autem nominetur, & posteà deadvocaverit, fiat idem q suprà, quia tunc facit injuriā suā propriā, & incipit esse primus & principalis disseysitor per ratihabitionem, quæ retrotrahitur ad disseysinam & ad primum factum. Si autem in brevi nominatus non fuerit, si postmodum advocaverit bene se poterit ponere in assisam de voluntate sua, cogi autem non debet. Et unde si noluerit respondere sine brevi, alio brevi opus erit. Item si non fuerit interpellatus nec in brevi nominatus, nihilominùs procedit assisa versus suos in absentia sua. Et si post captionem assisæ redierit & factum advocaverit, inprimis sit in misericordia cū suis, & nullum aliud habebit remedium, nisi q agat de convictione contra juratores si voluerit, & in quibus casibus omnibus cùm advocaverit, & ante captionem assisæ moriatur, successor ejus non tenebitur ad pœnam nisi tātùm ad restitutionem per breve de ingressu, nec alii qui fecerint tenebuntur. Si autem absentes fuerint omnino vel præsentes deadvocaverint & statim moriantur, semper tenebuntur principales disseysitores illi qui fecerunt, & pcedet assisa contra eos usq; ad creationem successorum. Cùm autē successor creatus fuerit ante captionem assisæ, tunc erit successor vel hæres in eadem causa in qua fuit prædecessor quod deadvocare poterunt vel advocare, cùm de facto suorum incipiant possidere. Sed refert utrum p breve impetratum contra prædecessorem propter diversitatem personarum. Et unde videndum utrum impetratum fuerit versus prædecessores, Abbates vel Priores tantùm sub nomine dignitatis, vel simul sub nomine proprio, vel nomine dignitatis, & si sub nomine proprio, tunc refert utrum idem fuerit nomen pdecessorum & successorum vel diversum, ut infrà dicetur pleni'. Et generaliter quicunq; illorum moriatur, sive ille qui fecit, sive ille cujus nomine fit, cùm advocaverit, cadit breve & assisa sub nomine dignitatis & sub nomine proprio, & alio brevi opus erit.

CAP.

Cap. XII.

1 ¶ *Cui fieri debet querela.*

DIctũ est suprà ad quẽ ptineat querela de disseysina facta, & ad quẽ non, nunc autẽ dicend cui fieri debeat querela, & ad quẽ recurrendũ erit, cũ disseysit' utrãq; amiserit poss. naturalẽ & civilẽ, & cũ seysinã resumere non possit autoritate ppria, cũ illã semel amiserit. Querela autẽ fieri debet ei qui jurisdict' habet, sicut principi, & non omni qui habet jurisdictionẽ, nisi cum jurisdictione habeat coertionẽ, q possit judiciũ suũ executioni demandare. Non Archiepisc. nec Episc. nec aliis, licèt jurisd habeant in quibusdam. In laico verò feodo cognitionẽ non habent neq; coertionem, quia si Archiep. vel Episc. vel alia psona ecclesiastica de laico feodo cognosceret vel judicaret, si judiciũ p se exequeretur, cõpeteret cont eos assisa novę diss. quia quamvis judicium intervenirer licèt justũ esset omnino, tamen quia non haberet jurisdict. in talib' nec coertionem, non valeret. Si autem vic. hoc demandaret exequendũ, impune eis non obediret, q si faceret, simul cũ aliis caderet in assisam. Sed nonne poterit Judex ecclesiastic' de laico feodo cognoscere ratione fidei interpositæ? non, quia si sic faceret, non haberet coertionẽ nec judicii executionẽ, & cùm in judicio ecclesiastico cognoscatur de fidei interpositione, non tamen pptet hoc mutatur jurisdictio vel cognitio super principali, q est de laico feodo, pptet q incidens est principali q est fidei interpositio, nec illud quod pri' & maj' est & principale, trahi debet ad forum alienum sive vetitũ, pptet id q min' est, & posteri', & incidens principali vel emergens. Sicut vice versa, ad forum secularẽ trahi nõ debet p id q min' est & non principale id q primum & principale est in foro ecclesiastico, ut si ob causam matrimonii pecunia pmittatur, licèt videatur prima facie q cognitio super catallis & debitis pertineat ad forum seculare, tamen pptet id q majus est & dignius trahitur cognitio pecuniæ promissæ & debitæ ad forum ecclesiasticum. & ubi locum non habet phibitio, cùm debitum sit de testamento vel matrimonio. Eodem modo videretur q trahi deberet ad forum seculare fidei interpositionis cognitio, q tamẽ esse non poterit, cùm judex secularis p fide læsa injungere non potest pœnitentiam ne falcem suam ponat in messem alienam. Et similiter videri poterit aliàs q id q majus est trahit ad se id q min', ut si quis in curia domini regis implacitatus fuerit ab aliquo super transgressione ab aliquo, & ab eodẽ appellatus super eodem facto in com vel coram justi'c de banco, remitti debet placitum super transgressione ad com vel ad bancum, nec trahi debet appellum ad judicium sive cognitionem super trãsgressione, sed è converso: quia id q majus est trahit ad se id quod min' & non è contrario, & hoc sufficit ad præsens exempli causa.

Cap. XIII.

1 ¶ *Quandò fieri debeat querela.*

DIctum est suprà cui fieri debeat querela, nunc autem dicendum erit quando, & sciendum quòd statim & sine mora, cùm diligens esse debeat impetratio & diligens prosecutio, secundùm quod superiùs dictum est

est, cùm desides & sui juris contẽptores non juvat juris beneficium, & vigilantib' & non dormientibus jura subveniunt, & ne ante impetrationẽ vel diligentẽ ꝓsecutionem res disseysita transferatur ad alium, ꝓpter ꝙ fiat difficilior ꝓsecutio, & quæ si diligens fuerit, perpetuatur ꝑ hoc actio & detur a hæredib', & cõpetit in hæredes ꝑ brẽ de ingressu cum clausula vel sine, quãtũ ad pœnam vel restitutionem, secundùm ꝙ inferi' dicetur & secundùm ꝙ res translata fuerit ad alium ante impetrationẽ vel post, secundùm ꝙ fieri potest multis modis sicut continuò videri poterit in sequentibus.

Cap. XIV.

1 ¶ *Si res disseysita post disseysinã ad aliũ transferatur per disseysitorem unum vel plures.*

SI post disseysinã factã ab uno vel à pluribus res ad alium transferatur ad unũ vel ad plures. Ad plures autem simul vel successivè, de ꝑsona in ꝑsonã, sive de voluntate disseysitoris, sive cont̃ voluntatẽ suã ꝑ disseysinã, & hoc si statim post disseysinã & sine intervallo antequã disseysitus sibi ꝑ brẽ vel ꝑ longum intervallum ꝑquisiverit ꝑ negligentiam suã, cùm cõmodè sibi ꝑquirere posset si vellet: In iis casib' omnib', oportet ꝙ omnes, ad quos res translata fuerit ante impetrationem, cum primis & principalib' disseysitoribus in brevi nominentur, ut superi' dictum est, sive ꝓpter pœnã sive ꝓpt̃ restitutionẽ, alioquin non recuperabit disseysitus. Principales verò disseysitores ꝓpter factum & ꝓpter injuriam, & illi eodẽ modo ad quos res trãsferaĩ de volunt̃ disseysitoris, si statim possessionẽ nacti fuerint de re translata post disseysinam, & ad restitutionẽ tenentur & ad pœnam, si autem post longum intervallum, aliud erit, quia illi non sunt disseysitores: quia longũ tempus eos excusat ꝓpter negligentiam disseysiti ꝑ q̃ disseysitus amisit utramq; possessionem, vel ꝓpter negligentem ꝓsecutionem, licèt diligens fuerit impetratio ꝑ q̃ res desinit esse litigiosa. Item si statim & sine intervallo res disseysita ad alium transferatur sive de voluntate disseysitoris sive contra ꝑ disseysinam, omnes tenentur, & incidunt in assisam, & nullus põterit sine judicio disseysiri nisi hoc fiat incõtinenti, habita tñ tali distinctiõe ꝙ si ille qui ꝑ longũ temp' ante impetrationẽ ingressus fuerit possessionem, si cõstiterit ꝑ juratã vel cõfessionẽ feoffatoris sui ꝙ taliter inde feoffatus fuerit, sine alio brevi & sine placito recuꝑabit excãbiũ suũ, cùm ver' dñs per assisam recuperet tenẽtum suũ, cùm hujusmodi cõfessio vel cognitio sit quasi quoddã incidens in assisa, si p̃sens fuerit, si autẽ absens, tunc solvetur tenenti recuperare suũ quoad excãbiũ cùm talis redierit si habeat unde fiat excãbiũ. Et ꝙ tã ille (licèt disseysinam nõ fecerit) q̃ ille principalis, qui re vera disseysitor est simul nominari debeant in brevi, & ꝙ nullus sine alio possit conveniri, ratio facit ad hoc potentissima, quia principalis disseysitor licèt disseysinam fecerit, non tñ potest rem restituere, nec ille ad quem translata est res licèt disseysinam non fecerit, potest tamen rem restituere, sed tamen sine judicio & brevi ejici non poterit, nisi gratis se ponat in assisam (ut suprà) cùm in brevi non nominetur. Si autem statim ante impetrationem vel post, in brevi nominati vel nõ nominati, de volũtate disseysitoris primi vel

a There is, a clause stating that an assise had been arramata &c, and in the mean time the party died.

vel contra ingressi fuerint seysinã, nullũ talibus cõpetit remediũ de escambio, quamvis sine judicio & sine brevi ejiciantur, sive post tẽpus in brevi nominati p assisam vel p officium judicis excambium consequantur, ex quo recenter ingressi sunt rem vitiosam post disseysinã, non subvenitur eis, ut suprà in alio casu, in odium disseysinæ, sed sibi ipsis ꝓspiciant dum fuerint in seysina p bre de warrantia chartæ, quia donatio valida est quantũ ad disseysitorem & suum feoffatum, licèt invalida quãtum ad disseysitũ. Si autem res translata fuerit ad alium post diligentẽ impetrationem & diligentem ꝓsecutionem, incontinenti sive post intervallum, non est necesse quòd fiat impetratio super illos ad quos res translata est, cùm semel fuerit impetratum, & res effecta litigiosa prædicto modo, vel postquam disseysit' statim & incontinenti post disseysinam, ante rem translatam, iter arripuerit versus curiam ad impetrandum cùm sic etiam effectum sit tenementum litigiosum, & sic plus est appellare facto quàm verbo, sive hoc factum fuerit statim sive post aliquod intervallum post arreptum iter, dum tamen disseysitus diligens fuerit ad impetrandum & ꝓsequendum, & ita ꝙ ei nulla imputari possit negligentia. Non oportet tales ad quos res translata fuerit post talem diligentiã, nullo habito respectu ad datam, in brevi cõprehendi, quia ex quo sciunt & scire possunt & debẽt disseysitum diligentem fuisse ad impetrandũ & ꝓsequendum, scire debent p consequens rem effectã esse litigiosam, & etiã ꝓpter hoc temp' non currere cont̃ disseysitum, cũ disseysitor nõ extiterit, nec contemptor sui juris. Igitur ad quemcunq; res post talem diligentiã pvenerit, non cadit breve, nec oportebit iterum impetrare nec tales in brevi inserere, quia sive nominati fuerint sive nõ, sive rẽs statĩ trãsferatur ad eos sive post intervallum, semper tenentur ad restitutionem, nec expectari debet temp' post assisam captam nec differri judicium, quo min' statim fiat restitutio disseysito, cùm omnes sunt in culpa & disseysina, tum ꝓpter recentem translationem, tum ꝓpter rem effectam litigiosam p diligentem ꝓsecutionem, & hoc dico, quia solebant quidã differre judicium, ut dum tales essent in seysina p breve de warrantia (cùm p officium judicis nõ possent) possent tamen sibi ꝓvidere ad excãbium, & semper ꝓcedit assisa super eum qui tenuit tempore impetrationis vel diligentis prosecutionis. Esto etiam quòd aliquis impetraverit diligenter & propter aliquem defectum cadit primum breve, cùm fortè ineptè sit conceptum vel alio modo vitiosum ꝙ stare non possit, & disseysitus incontinenti impetrare incipiat aliud breve, si pendente impetratione secunda, postmodum sit tenementum ad alium translatum, & diligens fuerit disseysitus in impetrando & prosequendo, non valet translatio ad hoc quòd illos ad quos transfertur tenementum oportet in brevi nominare, sicut in primo casu: quia primus & principalis semper respondebit sine eis quasi præventus. Nihilominus tamen si voluerit, poterit disseysitus omnes convenire. Item si disseysitus diligens fuerit in impetrando, negligens autem in prosequendo, durante negligentia per aliquod tempus, quia supprimit breve, vel alio modo non prosequitur cùm possit, per negligentiam & moram suam efficitur res non litigiosa

sub nomine dignitatis, si nomē proprium prædecessoris in brevi non fuerit expressum, quia semper eadem est dignitas, licèt diversum nomen. Si autem nomē proprium prædecessoris in brevi de nova disseysina incertum fuerit, non tenebitur successor per tale breve, sed p breve de ingressu, sicut suprà dicitur de hærede: nisi fortè idem habuerit nomen proprium prædecessor & successor, quod bene potest sustineri, ut infrà dicetur plenius. Cùm verò quis fecerit disseysinam nomine alieno, ut prædictum est, refert utrum domini præsentes fuerint in provincia, ita quòd adiri possint de facili, vel extra regnum. Si autem adire possint de facili, adeundi sunt, ut sciatur utrũ injuriam emendare voluerint vel non, cùm de injuria eis constiterit: Si autem non, erunt principales disseysitores & in brevi nominandi sunt primò & principaliter, cùm hoc advocaverint. Si autem verbo deadvocaverint expresse interpellati, & hoc non emendaverint, sed opere fecerint contrarium, prudenter & scienter utendo & non restituendo, adhuc illud idem erit dicendum quod superiùs dictum est, & hoc si ante impetrationem. Si autem post impetrationem fuerint interpellati, tunc refert utrum dominus nominetur cum suis vel non. Si autem nominetur, & posteà deadvocaverit, fiat idem q suprà, quia tunc facit injuriã suã propriã, & incipit esse primus & principalis disseysitor per ratihabitionem, quæ retrotrahitur ad disseysinam & ad primum factum. Si autem in brevi nominatus non fuerit, si postmodum advocaverit bene se poterit ponere in assisam de voluntate sua, cogi autem non debet. Et unde si noluerit respondere sine brevi, alio brevi opus erit. Item si non fuerit interpellatus nec in brevi nominatus, nihilominùs procedit assisa versus suos in absentia sua. Et si post captionem assisæ redierit & factum advocaverit, inprimis sit in misericordia cũ suis, & nullum aliud habebit remedium, nisi q agat de convictione contra juratores si voluerit, & in quibus casibus omnibus cùm advocaverit, & ante captionem assisæ moriatur, successor ejus non tenebitur ad pœnam nisi tãtùm ad restitutionem per breve de ingressu, nec alii qui fecerint tenebuntur. Si autem absentes fuerint omnino vel præsentes deadvocaverint & statim moriantur, semper tenebuntur principales disseysitores illi qui fecerunt, & pcedet assisa contra eos usq; ad creationem successorum. Cùm autē successor creatus fuerit ante captionem assisæ, tunc erit successor vel hæres in eadem causa in qua fuit prædecessor quod deadvocare poterunt vel advocare, cùm de facto suorum incipiant possidere. Sed refert utrum p breve impetratum contra prædecessorem propter diversitatem personarum. Et unde videndum utrum impetratum fuerit versus prædecessores, Abbates vel Priores tantùm sub nomine dignitatis, vel simul sub nomine proprio, vel nomine dignitatis, & si sub nomine proprio, tunc refert utrum idem fuerit nomen pdecessorum & successorum vel diversum, ut infrà dicetur pleni'. Et generaliter quicunq; illorum moriatur, sive ille qui fecit, sive ille cujus nomine fit, cùm advocaverit, cadit breve & assisa sub nomine dignitatis & sub nomine proprio, & alio brevi opus erit.

Cap. XII.

1 ¶ *Cui fieri debet querela.*

Dictũ est suprà ad quẽ ptineat querela de disseysina facta, & ad quẽ non, nunc autẽ dicend' cui fieri debeat querela, & ad quẽ recurrendũ erit, cũ disseysit' utrãq; amiserit poss. naturalẽ & civilẽ, & cũ seysinã resumere non possit autoritate ppria, cũ illã semel amiserit. Querela autẽ fieri debet ei qui jurisdict' habet, sicut principi, & non omni qui habet jurisdictionẽ, nisi cum jurisdictione habeat coertionẽ, q possit judiciũ suũ executioni demandare. Non Archiepisc. nec Episc. nec aliis, licèt jurisd habeant in quibusdam. In laico verò feodo cognitionẽ non habent neq; coertionem, quia si Archiep. vel Episc. vel alia psona ecclesiastica de laico feodo cognosceret vel judicaret, si judiciũ p se exequeretur, cõpeteret cont eos assisa novę diss. quia quamvis judicium interveniret licèt justũ esset omnino, tamen quia non haberet jurisdict. in talib' nec coertionem, non valeret. Si autem vic. hoc demandaret exequendũ, impune ei non obediret, q si faceret, simul cũ aliis caderet in assisam. Sed nonne poterit Judex ecclesiastic' de laico feodo cognoscere ratione fidei interpositæ? non, quia si sic faceret, non haberet coertionẽ nec judicii executionẽ, & cùm in judicio ecclesiastico cognoscatur de fidei interpositione, non tamen ppter hoc mutatur jurisdictio vel cognitio super principali, q est de laico feodo, ppter q incidens est principali q est fidei interpositio, nec illud quod pri' & maj' est & principale, trahi debet ad forum alienum sive vetitũ, ppter id q min' est, & posteri', & incidens principali vel emergens. Sicut vice versa, ad forum secularẽ trahi nõ debet p id q min' est & non principale id q primum & principale est in foro ecclesiastico, ut si ob causam matrimonii pecunia pmittatur, licèt videatur prima facie q cognitio super catallis & debitis pertineat ad forum seculare, tamen ppter id q majus est & dignius trahitur cognitio pecuniæ promissæ & debitæ ad forum ecclesiasticum. & ubi locum non habet phibitio, cùm debitum sit de testamento vel matrimonio. Eodem modo videretur q trahi deberet ad forum seculare fidei interpositionis cognitio, q tamẽ esse non poterit, cùm judex secularis p fide læsa injungere non potest pœnitentiam ne falcem suam ponat in messem alienam. Et similiter videri poterit aliàs q id q majus est trahit ad se id q min', ut si quis in curia domini regis implacitatus fuerit ab aliquo super transgressione ab aliquo, & ab eodẽ appellatus super eodem facto in com vel coram justiĩ de banco, remitti debet placitum super transgressione ad com vel ad bancum, nec trahi debet appellum ad judicium sive cognitionem super trãsgressione, sed è converso: quia id q majus est trahit ad se id quod min' & non è contrario, & hoc sufficit ad præsens exempli causa.

Cap. XIII.

1 ¶ *Quando fieri debeat querela.*

Dictum est suprà cui fieri debeat querela, nunc autem dicendum erit quando, & sciendum quòd statim & sine mora, cùm diligens esse debeat impetratio & diligens prosecutio, secundùm quod superiùs dictum

est

sub nomine dignitatis, si nomẽ proprium prædecessoris in brevi non fuerit expressum, quia semper eadem est dignitas, licèt diversum nomen. Si autem nomẽ proprium prædecessoris in brevi de nova disseysina incertum fuerit, non tenebitur successor per tale breve, sed p breve de ingressu, sicut suprà dicitur de hærede: nisi fortè idem habuerit nomen proprium prædecessor & successor, quod bene potest sustineri, ut infrà dicetur plenius. Cùm verò quis fecerit disseysinam nomine alieno, ut prædictum est, refert utrum domini præsentes fuerint in provincia, ita quòd adiri possint de facili, vel extra regnum. Si autem adire possint de facili, adeundi sunt, ut sciatur utrũ injuriam emendare voluerint vel non, cùm de injuria eis constiterit: Si autem non, erunt principales disseysitores & in brevi nominandi sunt primò & principaliter, cùm hoc advocaverint. Si autem verbo deadvocaverint expresse interpellati, & hoc non emendaverint, sed opere fecerint contrarium, prudenter & scienter utendo & non restituendo, adhuc illud idem erit dicendum quod superiùs dictum est, & hoc si ante impetrationem. Si autem post impetrationem fuerint interpellati, tunc refert utrum dominus nominetur cum suis vel non. Si autem nominetur, & posteà deadvocaverit, fiat idem q͏ suprà, quia tunc facit injuriã suã propriã, & incipit esse primus & principalis disseysitor per ratihabitionem, quæ retrotrahitur ad disseysinam & ad primum factum. Si autem in brevi nominatus non fuerit, si postmodum advocaverit bene se poterit ponere in assisam de voluntate sua, cogi autem non debet. Et unde si noluerit respondere sine brevi, alio brevi opus erit. Item si non fuerit interpellatus nec in brevi nominatus, nihilominùs procedit assisa versùs suos in absentia sua. Et si post captionem assisæ redierit & factum advocaverit, inprimis sit in misericordia cũ suis, & nullum aliud habebit remedium, nisi q͏ agat de convictione contra juratores si voluerit, & in quibus casibus omnibus cùm advocaverit, & ante captionem assisæ moriatur, successor ejus non tenebitur ad pœnam nisi tãtùm ad restitutionem per breve de ingressu, nec alii qui fecerint tenebuntur. Si autem absentes fuerint omnino vel præsentes deadvocaverint & statim moriantur, semper tenebuntur principales disseysitores illi qui fecerunt, & pcedet assisa contra eos usq; ad creationem successorum. Cùm autẽ successor creatus fuerit ante captionem assisæ, tunc erit successor vel hæres in eadem causa in qua fuit prædecessor quod deadvocare poterunt vel advocare, cùm de facto suorum incipiant possidere. Sed refert utrum p breve impetratum contra prædecessorem propter diversitatem personarum. Et unde videndum utrum impetratum fuerit versùs prædecessores, Abbates vel Priores tantùm sub nomine dignitatis, vel simul sub nomine proprio, vel nomine dignitatis, & si sub nomine proprio, tunc refert utrum idem fuerit nomen pdecessorum & successorum vel diversum, ut infrà dicetur pleni⁹. Et generaliter quicunq; illorum moriatur, sive ille qui fecit, sive ille cujus nomine fit, cùm advocaverit, cadit breve & assisa sub nomine dignitatis & sub nomine proprio, & alio brevi opus erit.

CAP.

CAP. XII.

1 ¶ *Cui fieri debet querela.*

DIctũ est suprà ad quẽ ptineat querela de disseysina facta, & ad quẽ non, nunc autẽ dicend cui fieri debeat querela, & ad quẽ recurrendũ erit, cũ disseysit' utrãq; amiserit poss. naturalẽ & civilẽ, & cũ seysinã resumere non possit autoritate ppria, cũ illã semel amiserit. Querela autẽ fieri debet ei qui jurisdict' habet, sicut principi, & non omni qui habet jurisdictionẽ, nisi cum jurisdictione habeat coertionẽ, ꝙ possit judiciũ suũ executioni demandare. Non Archiepisc. nec Episc. nec aliis, licèt jurisd habeant in quibusdam. In laico verò feodo cognitionẽ non habent neq; coertionem, quia si Archiep. vel Episc. vel alia psona ecclesiastica de laico feodo cognosceret vel judicaret, si judiciũ p se exequeretur, cõpeteret cont eos assisa novę diss. quia quamvis judicium interveniret licèt justũ esset omnino, tamen quia non haberet jurisdict. in talib' nec coertionem, non valeret. Si autem vic. hoc demandaret exequendũ, impune eis non obediret, ꝙ si faceret, simul cũ aliis caderet in assisam. Sed nonne poterit Judex ecclesiastic' de laico feodo cognoscere ratione fidei interpositæ? non, quia si sic faceret, non haberet coertionẽ nec judicii executionẽ, & cùm in judicio ecclesiastico cognoscatur de fidei interpositione, non tamen pp̃ter hoc mutatur jurisdictio vel cognitio super principali, ꝙ est de laico feodo pp̃ter ꝙ incidens est principali ꝙ est fidei interpositio, nec illud quod pri' & maj' est & principale, trahi debet ad forum alienum sive vetitũ, pp̃ter id ꝙ min' est, & posteri', & incidens principali vel emergens. Sicut vice versa, ad forum secularẽ trahi nõ debet p id ꝙ min' est & non principale id ꝙ primum & principale est in foro ecclesiastico, ut si ob causam matrimonii pecunia pmittatur, licèt videatur prima facie ꝙ cognitio super catallis & debitis pertineat ad forum seculare, tamen pp̃ter id ꝙ majus est & dignius trahitur cognitio pecuniæ promissæ & debitæ ad forum ecclesiasticum. & ubi locum non habet phibitio, cùm debitum sit de testamento vel matrimonio. Eodem modo videretur ꝙ trahi deberet ad forum seculare fidei interpositionis cognitio, ꝙ tamẽ esse non poterit, cùm judex secularis p fide læsa injungere non potest pœnitentiam ne falcem suam ponat in messem alienam. Et similiter videri poterit aliàs ꝙ id ꝙ majus est trahit ad se id ꝙ min', ut si quis in curia domini regis implacitatus fuerit ab aliquo super transgressione ab aliquo, & ab eodẽ appellatus super eodem facto in com̃ vel coram justit de banco, remitti debet placitum super transgressione ad com̃ vel ad bancum, nec trahi debet appellum ad judicium sive cognitionem super trãsgressione, sed è converso: quia id ꝙ majus est trahit ad se id quod min' & non è contrario, & hoc sufficit ad præsens exempli causa.

CAP. XIII.

1 ¶ *Quando fieri debeat querela.*

DIctum est suprà cui fieri debeat querela, nunc autem dicendum erit quando, & sciendum quòd statim & sine mora, cùm diligens esse debeat impetratio & diligens prosecutio, secundùm quod superiùs dictum

est

sub nomine dignitatis, si nomē proprium prædecessoris in brevi non fuerit expressum, quia semper eadem est dignitas, licèt diversum nomen. Si autem nomē proprium prædecessoris in brevi de nova disseysina incertum fuerit, non tenebitur successor per tale breve, sed p breve de ingressu, sicut suprà dicitur de hærede: nisi fortè idem habuerit nomen proprium prædecessor & successor, quod bene potest sustineri, ut infrà dicetur pleniùs. Cùm verò quis fecerit disseysinam nomine alieno, ut prædictum est, refert utrum domini præsentes fuerint in provincia, ita quòd adiri possint de facili, vel extra regnum. Si autem adire possint de facili, adeundi sunt, ut sciatur utrū injuriam emendare voluerint vel non, cùm de injuria eis constiterit: Si autem non, erunt principales disseysitores & in brevi nominandi sunt primò & principaliter, cùm hoc advocaverint. Si autem verbo deadvocaverint expressè interpellati, & hoc non emendaverint, sed opere fecerint contrarium, prudenter & scienter utendo & non restituendo, adhuc illud idem erit dicendum quod superiùs dictum est, & hoc si ante impetrationem. Si autem post impetrationem fuerint interpellati, tunc refert utrum dominus nominetur cum suis vel non. Si autem nominetur, & posteà deadvocaverit, fiat idem q suprà, quia tunc facit injuriā suā propriā, & incipit esse primus & principalis disseysitor per ratihabitionem, quæ retrotrahitur ad disseysinam & ad primum factum. Si autem in brevi nominatus non fuerit, si postmodum advocaverit bene se poterit ponere in assisam de voluntate sua, cogi autem non debet. Et unde si noluerit respondere sine brevi, alio brevi opus erit. Item si non fuerit interpellatus nec in brevi nominatus, nihilominùs procedit assisa versùs suos in absentia sua. Et si post captionem assisæ redierit & factum advocaverit, inprimis sit in misericordia cū suis, & nullum aliud habebit remedium, nisi q agat de convictione contra juratores si voluerit, & in quibus casibus omnibus cùm advocaverit, & ante captionem assisæ moriatur, successor ejus non tenebitur ad pœnam nisi tantùm ad restitutionem per breve de ingressu, nec alii qui fecerint tenebuntur. Si autem absentes fuerint omnino vel præsentes deadvocaverint & statim moriantur, semper tenebuntur principales disseysitores illi qui fecerant, & pcedet assisa contra eos usq; ad creationem successorum. Cùm autē successor creatus fuerit ante captionem assisæ, tunc erit successor vel hæres in eadem causa in qua fuit prædecessor quod deadvocare poterunt vel advocare, cùm de facto suorum incipiant possidere. Sed refert utrum p breve impetratum contra prædecessorem propter diversitatem personarum. Et unde videndum utrum impetratum fuerit versùs prædecessores, Abbates vel Priores tantùm sub nomine dignitatis, vel simul sub nomine proprio, vel nomine dignitatis, & si sub nomine proprio, tunc refert utrum idem fuerit nomen pdecessorum & successorum vel diversum, ut infrà dicetur pleni'. Et generaliter quicunq; illorum moriatur, sive ille qui fecit, sive ille cujus nomine fit, cùm advocaverit, cadit breve & assisa sub nomine dignitatis & sub nomine proprio, & alio brevi opus erit.

CAP.

Cap. XII.

1 ¶ *Cui fieri debet querela.*

DIctũ est suprà ad quẽ ptineat querela de disseysina facta, & ad quẽ non, nunc autẽ dicend' cui fieri debeat querela, & ad quẽ recurrendũ erit, cũ disseysit' utrãq; amiserit poss. naturalẽ & civilẽ, & cũ seysinã resumere non possit autoritate ppria, cũ illã semel amiserit. Querela autẽ fieri debet ei qui jurisdict' habet, sicut principi, & non omni qui habet jurisdictionẽ, nisi cum jurisdictione habeat coertionẽ, q possit judiciũ suũ executioni demandare. Non Archiepisc. nec Episc. nec aliis, licèt jurisd habeant in quibusdam. In laico verò feodo cognitionẽ non habent neq; coertionem, quia si Archiep. vel Episc. vel alia psona ecclesiastica de laico feodo cognosceret vel judicaret, si judiciũ p se exequeretur, cõpeteret conr eos assisa nove diss. quia quamvis judicium interveniret licèt justũ esset omnino, tamen quia non haberet jurisdict. in talib' nec coertionem, non valeret. Si autem vic. hoc demandaret exequendũ, impune eis non obediret, q si faceret, simul cũ aliis caderet in assisam. Sed nonne poterit Judex ecclesiastic' de laico feodo cognoscere ratione fidei interpositæ? non, quia si sic faceret, non haberet coertionẽ nec judicii executionẽ, & cùm in judicio ecclesiastico cognoscatur de fidei interpositione, non tamen pter hoc mutatur jurisdictio vel cognitio super principali, q est de laico feodo, pter q incidens est principali q est fidei interpositio, nec illud quod pri' & maj' est & principale, trahi debet ad forum alienum sive vetitũ, pter id q min' est, & posteri', & incidens principali vel emergens. Sicut vice versa, ad forum secularẽ trahi nõ debet p id q min' est & non principale id q primum & principale est in foro ecclesiastico, ut si ob causam matrimonii pecunia pmittatur, licèt videatur prima facie q cognitio super catallis & debitis pertineat ad forum seculare, tamen pter id q majus est & dignius trahitur cognitio pecuniæ promissæ & debitæ ad forum ecclesiasticum. & ubi locum non habet phibitio, cùm debitum sit de testamento vel matrimonio. Eodem modo videretur q trahi deberet ad forum seculare fidei interpositionis cognitio, q tamẽ esse non poterit, cùm judex secularis p fide læsa injungere non potest pœnitentiam ne falcem suam ponat in messem alienam. Et similiter videri poterit aliàs q id q majus est trahit ad se id q min', ut si quis in curia domini regis implacitatus fuerit ab aliquo super transgressione ab aliquo, & ab eodẽ appellatus super eodem facto in com vel coram justi'r de banco, remitti debet placitum super transgressione ad com vel ad bancum, nec trahi debet appellum ad judicium sive cognitionem super trãsgressione, sed è converso: quia id q majus est trahit ad se id quod min' & non è contrario, & hoc sufficit ad præsens exempli causa.

Cap. XIII.

1 ¶ *Quando fieri debeat querela.*

DIctum est suprà cui fieri debeat querela, nunc autem dicendum erit quando, & sciendum quòd statim & sine mora, cùm diligens esse debeat impetratio & diligens prosecutio, secundùm quod superiùs dictum

est

est, cùm desides & sui juris contēptores non juvat juris beneficium, & vigilantib' & non dormientibus jura subveniunt, & ne ante impetrationē vel diligentē ꝓsecutionem res disseysita transferatur ad alium, ꝑpter ꝙ fiat difficilior ꝓsecutio, & quæ si diligens fuerit, perpetuatur ꝑ hoc actio & detur a hæredib', & cōpetit in hæredes ꝑ brē de ingressu cum clausula vel sine, quātū ad pœnam vel restitutionem, secundùm ꝙ inferi' dicetur & secundùm ꝙ res translata fuerit ad alium ante impetrationē vel post, secundùm ꝙ fieri potest multis modis sicut continuò videri poterit in sequentibus.

vid: 176 b. 317 b. 218 b. 219.

Cap. XIV.

1 ¶ *Si res disseysita post disseysinā ad aliū transferatur per disseysitorem unum vel plures.*

SI post disseysinā factā ab uno vel à pluribus res ad alium transferatur ad unū vel ad plures. Ad plures autem simul vel successivè, de ꝑsona in ꝑsonā, sive de voluntate disseysitoris, sive cont̄ voluntatē suā ꝑ disseysinā, & hoc si statim post disseysinā & sine intervallo antequā disseysitus sibi ꝑ brē vel ꝑ longum intervallum ꝑquisiverit ꝑ negligentiam suā, cùm cōmodè sibi ꝑquirere posset si vellet: In iis casib' omnib', oportet ꝙ omnes, ad quos res translata fuerit ante impetrationem, cum primis & principalib' disseysitoribus in brevi nominentur, ut superi' dictum est, sive ꝑpter pœnā sive ꝑpt̄ restitutionē, alioquin non recuperabit disseysitus. Principales verò disseysitores ꝑpter factum & ꝑpter injuriam, & illi eodē modo ad quos res trāsferat̄ de volunt̄ disseysitoris, si statim possessionē nacti fuerint de re translata post disseysinam, & ad restitutionē tenentur & ad pœnam, si autem post longum intervallum, aliud erit, quia illi non sunt disseysitores: quia longū tempus eos excusat ꝑpter negligentiam disseysiti ꝑ q disseysitus amisit utramq; possessionem, vel ꝑpter negligentem ꝓsecutionem, licèt diligens fuerit impetratio ꝑ q res desinit esse litigiosa. Item si statim & sine intervallo res disseysita ad alium transferatur sive de voluntate disseysitoris sive contra ꝑ disseysinam, omnes tenentur, & incidunt in assisam, & nullus poterit sine judicio disseysiri nisi hoc fiat incōtinenti, habita tn̄ tali distinctiōe ꝙ si ille qui ꝑ longū temp' ante impetrationē ingressus fuerit possessionem, si cōstiterit ꝑ juratā vel cōfessionē feoffatoris sui ꝙ taliter inde feoffatus fuerit, sine alio brevi & sine placito recuꝑabit excābiū suū, cùm ver' dn̄s per assisam recuperet tenͭum suū, cùm hujusmodi cōfessio vel cognitio sit quasi quoddā incidens in assisa, si ꝑsens fuerit, si autē absens, tunc solvetur tenenti recuperare suū quoad excābiū cùm talis redierit si habeat unde fiat excābiū. Et ꝙ tā ille (licèt disseysinam nō fecerit) q ille principalis, qui re vera disseysitor est simul nominari debeant in brevi, & ꝙ nullus sine alio possit conveniri, ratio facit ad hoc potentissima, quia principalis disseysitor licèt disseysinam fecerit, non tn̄ potest rem restituere, nec ille ad quem translata est res licèt disseysinam non fecerit, potest tamen rem restituere, sed tamen sine judicio & brevi ejici non poterit, nisi gratis se ponat in assisam (ut suprà) cùm in brevi non nominetur. Si autem statim ante impetrationem vel post, in brevi nominati vel nō nominati, de volūtate disseysitoris primi vel

a Thuris, a clause stating that an assise had been arramata &c, and in the mean time the party died.

vel contra ingressi fuerint seysinā, nullū talibus cōpetit remediū de escambio, quamvis sine judicio & sine brevi ejiciantur, sive post tēpus in brevi nominati p assisam vel p officium judicis excambium consequantur, ex quo recenter ingressi sunt rem vitiosam post disseysinā, non subvenitur eis, ut suprà in alio casu, in odium disseysinæ, sed sibi ipsis ꝓspiciant dum fuerint in seysina p bre de warrantia chartæ, quia donatio valida est quantū ad disseysitorem & suum feoffatum, licèt invalida quātum ad disseysitū. Si autem res translata fuerit ad alium post diligentē impetrationem & diligentem ꝓsecutionem, incontinenti sive post intervallum, non est necesse quòd fiat impetratio super illos ad quos res translata est, cùm semel fuerit impetratum, & res effecta litigiosa prædicto modo, vel postquam disseysit' statim & incontinenti post disseysinam, ante rem translatam, iter arripuerit versus curiam ad impetrandum cùm sic etiam effectum sit tenementum litigiosum, & sic plus est appellare facto quàm verbo, sive hoc factum fuerit statim sive post aliquod intervallum post arreptum iter, dum tamen disseysitus diligens fuerit ad impetrandum & ꝓsequendum, & ita q ei nulla imputari possit negligentia. Non oportet tales ad quos res translata fuerit post talem diligentiā, nullo habito respectu ad datam, in brevi cōprehendi, quia ex quo sciunt & scire possunt & debēt disseysitum diligentem fuisse ad impetrandū & ꝓsequendum, scire debent p consequens rem effectā esse litigiosam, & etiā ꝓpter hoc temp' non currere cont̄ disseysitum, cū disseysitor nō extiterit, nec contemptor sui juris. Igitur ad quemcunq; res post talem diligentiā pvenerit, non cadit breve, nec oportebit iterum impetrare nec tales in brevi inserere, quia sive nominati fuerint sive nō, sive rēs statī trāsferatur ad eos sive post intervallum, semper tenentur ad restitutionem, nec expectari debet temp' post assisam captam nec differri judicium, quo min' statim fiat restitutio disseysito, cùm omnes sunt in culpa & disseysina, tum ꝓpter recentem translationem, tum ꝓpter rem effectam litigiosam p diligentem ꝓsecutionem, & hoc dico, quia solebant quidā differre judicium, ut dum tales essent in seysina p breve de warrantia (cùm p officium judicis nō possent) possent tamen sibi ꝓvidere ad excābium, & semper ꝓcedit assisa super eum qui tenuit tempore impetrationis vel diligentis prosecutionis. Esto etiam quòd aliquis impetraverit diligenter & propter aliquem defectum cadit primum breve, cùm fortè ineptè sit conceptum vel alio modo vitiosum q stare non possit, & disseysitus incontinenti impetrare incipiat aliud breve, si pendente impetratione secunda, postmodum sit tenementum ad alium translatum, & diligens fuerit disseysitus in impetrando & prosequendo, non valet translatio ad hoc quòd illos ad quos transfertur tenementum oportet in brevi nominare, sicut in primo casu: quia primus & principalis semper respondebit sine eis quasi præventus. Nihilominus tamen si voluerit, poterit disseysitus omnes convenire. Item si disseysitus diligens fuerit in impetrando, negligens autem in prosequendo, durante negligentia per aliquod tempus, quia supprimit breve, vel alio modo non prosequitur cùm possit, per negligentiam & moram suam efficitur res non

litigiosa

litigiosa p negligentem psecutionem, quæ ab initio litigiosa fuit p diligẽtem impetrationem. Et si in tali mora, res ad aliũ translata fuerit, cadit primum breve, & oportebit aliud impetrare, & omnes tam primũ & principalem disseysitorem q illos ad quos res translata fuerit in brevi comprehendere. Si autem in omni parte intervenerit diligentia, & breve liberatũ fuerit vic. & plegii de prosequendo inventi, & disseysitores attachiati, licèt assisa statim p hoc non capiatur; per hoc efficietur res litigiosa imperpetuum, & quantum ad disseysitores illos, & quãtũ ad suos hæredes si illi moriantur, & si res ad alium transferatur in vita eorum, non oportebit omnes nominare, ut prædictum est. Item transfertur quandoq; res ad alium non ut feoffamentum, vel ut liberum tenementum, sed ad terminum fortè annoȓ, vel sic: videlicet donec ille ad quem transfertur perceperit inde tot vesturas, vel quandiu tenementum illud possit excoli, & bladum portare, sicut contingit in communia pasturæ ubi dominus fundi, vel ille qui se gerit pro dño cùm non sit & fecerit disseysinam, & alii communiam clamaverit, & sic cõponunt inter eos, q ille qui cõmuniam clamat, possit aliquam partẽ imbladare cum disseysitore, & disseysitus super eum qui se gerit rei dñm recuperat, recuperat versus alios qui ingressi sunt p disseysitorem ad terminũ, vel donec, ut prædictũ est, cum imbladatione licèt non nominentur in brevi: & hoc ideò dico, quia liberum tenementum non habent, nisi tantũ terminum, vel donec. & sic transit investitura cum tenemento. Sec[9] esset si disseysitor aliis rem disseysitam daret, ad vitam vel in feodo. Donec quandoq; habet & signat tempus incertum, ut hic. s. Concedo tali talem terram vel quid tale, donec ei providero in tantum vel tam bona, vel donec sic vel sic. Si autem dicat sic, donec inde pceperis tot vesturas, vel donec ita sit vel nõ sit, vel quandiu excoli possit, hoc non erit liberũ teñtum, quia conceditur ad cerȓ tempus & cerȓ terminũ. Si autẽ sic dixerit, do & cõcedo tibi tantam terrã, donec inde pceperis xl. l. quia nescitur quanto tempore levari possunt tot libræ de tanta terra, quia termin[9] incertus est & indeterminat[9], videtur q teñtum remaneat liberum tenementũ, donec tot libræ leventur, cùm sciri non possit nec determinari p quãtum tẽpus levari possunt nec p quot annos, sicut suprà dicitur de tot investuris, & hic determinari potest certus termin[9], quia quælibet investura habet suũ annũ & unum. Contingit quãdoq; q cùm p disseysinã aliquando res ad aliũ trãslata fuerit vel non translata, disseysitũ mori, vel disseysitorẽ vel utrũq;, vel illũ ad quẽ res translata fuerit vel utrũq; ipsoȓ, vel aliquẽ vel õnes, vel ãte impetraȓ brevis vel post, & si ante, tunc fortè cùm disseysit[9] sibi cõmodè perquirere posset si vellet, & non perquisivit, vel cùm vellet non potuit infirmitate præpeditus, vel morte præventus, vel alio justo & legitimo interveniente impedimento, vel post impetrationem & diligentem psecutionem, ita q visus terræ fact[9] fuit, & juratores electi. In quibus casibus omnibus subvenitur disseysitò p bře de ingressu, secundùm formas inferiùs notandas, tam super possessionibus rerum corporalium, quàm super juribus. s. rebus incorporalibus, sicut super jure pascendi & hujusmodi, utendi fruendi.

CAP.

Cap. XV.

1 ¶ *Si res disseysita ad aliũ trãsferatur post disseysinã per disseysitorem unum vel plures.*

CONtingit etiã multoties, ꝙ ille qui facit disseysinã, rem disseysitã trãsfert ad alium, ex aliqua causa justa acquisitionis, & cùm disseysit⁹ super eum portet assisam novæ diss. ipse timens assisam, suum spoliat feoffatum, & ita ꝙ suus feoffatus sup eum portet assisam, & ita ꝙ duæ disseysinæ in unam & eandẽ concurrant psonã, & sup eundẽ disseysitorẽ, uterq; istorũ disseysitoꝝ petit restitutionem ꝑ assisam, utriq; cõpetit assisa, refert tamen cui primò fieri debeat restitutio. Et sciend̃ est ꝙ semper primò cognoscendum est de ultima disseysina, & posteà de prima, ut infrà apparebit p exemplũ. Sed esto ꝙ prim⁹ disseysitor cùm feoffatum suum disseysiverit, rem disseysitam restituerit vero dño primo disseysito post disseysinã antequã breve impetraverit sup ipsum, & post longum intervall̃, vel incontinenti, oportet eum qui ultimò disseysit⁹ est p suum feoffatorẽ, super utrunq; portare assisam. Et tunc cùm super utrunq; recuperaverit, ita evanescit prima disseysina, & primò disseysit⁹ seysinã suam nõ recuperabit, nisi p breve de ingressu, videtur ꝙ esset iniquum, cùm uterq; superstes sit, disseysitor & primus disseysitus. Temperandum est igitur negotium ex officio judicis, ꝙ quicquid agatur remaneat seysina cum primo spoliato sive disseysito, & facta inquisitione de secunda seysina, & inquisita veritate p juratam, si constiterit feoffatum per suum feoffatorem esse spoliatum contra factum suum, faciat ei excambiũ ad valentiam, quia si per judicium recuperaret feoffatus, & secundo spoliatus contra verum dominum, si verus dominus peteret p assisam versus suũ disseysitorẽ tantùm, vel versus utrunque, obstaret ei exceptio rei judicatæ proposita à feoffato possidente, & sic nunquam recuperaret p assisam: quod esset iniquum, nisi ita esset, quòd sua negligentia ei esse deberet damnosa. Et si contigerit, quòd tenementum cum feoffato remaneret, contra dñm ꝓprietatis, ita sequeretur quòd primò disseysit⁹ excambium haberet rei suæ, quã de jure habere deberet in dominico, quod similiter esset iniquum, & cujuscunq; præcedat assisa vel subsequatur, semper locum habebit judicis officium, ut æquum separetur ab iniquo, & quod quidem latissimum est, & ꝙ ita fieri debeat p consilium curiæ sive p judicis officium, quod idem est ꝙ remanere debeat seysina rei disseysitæ cum vero dño, & non cum feoffato p disseysitorem. Et ꝙ excambium fieri debet feoffato, inveniri poterit in itiñ W. de Ralegh, in com̃ Mid̃ de termino s. T. anno regni Regis H. decimo tertio, assisa novæ disseysinæ si Johannes Calbus injustè disseysivit Emmam Duredẽt. Casus talis est. Et unde judicium positum fuit coram Rege & consilio suo. A. dedit B. servitium C. qui de eo tenuit liberè. Item B. occasione doni, quod ei factum fuit per prædictum A. de servitio ipsius C. disseysivit ipsum C. de tenemento quod idem C. tenuit in dominico, & de quo idem B. occasione illius doni nihil clamare potuit nisi tantùm servitium, & postquam idem B. tenementum illud tenuerat in manu sua per aliquod tempus, illud dedit cuidam D. post impetrationem brevis

brevis, quod idem C. impetravit super prædictum B. qui ipsum de eodem tenẽto disseysivit. Et processu temporis, venit idem B. timens assisam q̃ prædictus C. super eum arramavit, & disseysivit ipsum D. de p̄dicto tenẽto, & illud restituit ipsi C. posteà venit idem D. qui ultimò fuit disseysitus, & arramavit assisam novæ diss. super utrunque. Sed si D. recuperet ꝑ assisam, qualiter consuletur C. vero domino cujus fuit tenẽtum ab initio? & qui primò injustè fuit disseysitus: quia si D. recuperet per assisam, & C. agat de prima disseysina versus B. suum disseysitorem, vel versus utrunq; tam B. quàm D. ex parte D. obstabit ei exceptio rei judicatæ, & ita vix impetrabit excambium, nisi rem propriam habere deberet in dominico. Provisum fuit corã ipso rege, ꝙ antequam prædictus D. ultimò feoffatus & disseysitus recuperaret ꝑ assisam, ꝙ B. warrantizaret prædicto D. & sine alio brevi ꝑ officium judicis & de consilio curiæ, donum & factum suum, quod ei fecit de prædicto tenemento, & ita ꝙ idem D. haberet excambium ad valentiã de tenẽto ipsius B. & ꝙ C. teneret in pace tenẽtum suum. Item retento primo casu, si cũ B. disseysiverit D. & retinuerit tenẽtum in manu sua, & illud non restituerit ipsi C. observabitur ordo ut supradictum est, cùm uterq; tam D. quàm C. portaverit assisam super ipsum B. videlicet ꝙ C. primò recuperabit versus B. & B. faciet excambium ipsi D. sed cùm C. tantùm sine D. & per assisam recuperaverit versus B. & D. tunc demùm assisam portet super ipsum B. non audietur sine ipso C. & quamvis B. teneatur ad pœnam propter disseysinã & propter injuriam, tamen restituere non potest sine C. Si autem tantùm super ipsum C. ipse non fecit disseysinam ipsi D. sed per judicium recuperavit ut tenẽtum suum proprium de quo idem B. ipsum disseysiverat. Oportet igitur de necessitate utrunq; in brevi comprehendere B. s. quia fecit disseysinã & C. quia rem detinet disseysitã, & in quo casu fiat tẽperamentum (ut suprà) ꝙ C. retineat tenẽtum suum & B. faciat D. excambium. Item esto ꝙ D. pri' agat per assisam, & recuperet versus B. & tunc velit C. agere versus B. tantũ, recuperare non poterit versus B. quia non habet ꝙ restituat. Oportet igitur de necessitate utrunq; cõprehendere tam B. q̃ D. sive D. incontinenti feoffatus fuerit post primã disseysinã, sive ꝑ intervallum, & quamvis D. habeat ꝑ se exceptionẽ rei judicatæ ꝑ assisam, vel ꝙ disseysinã non fecerit, ipsi C. tamen (ut suprà) sic tẽperabitur negotium, ꝙ C. suum recuperabit tenẽtum & ꝙ B. ipsi D. faciat ad excambium, & ita fiet si tenẽtum ad plures manus devenerit post disseysinam, ꝙ primus disseysit' suum recuperabit tenementum, & ultimò feoffatus ꝑ disseysitorem, & sine judicio disseysitus recuperabit excambium. Et sive p̄sens fuerit principalis disseysitor sive absens, vocet eum tenens qui disseysinam non fecit ad warrantum sine alio brevi, & ei warrantizabit, ꝙ non erit, si post brẽ impetratum translatũ fuerit tenẽtum ad alium, quia talis amitteret, nisi sibi ꝓspexerit per breve de warrantia chartæ dum fuerit in seysina, quia intravit in seysinam de re quæ effecta fuit litigiosa ꝑ diligentẽ impetrationẽ & diligentem ꝓsecutionem. Item & de eodem modo, si res ad alium statim & recenter translata fuerit ad alium post disseysinã licèt ante impetrationem, nõ habebit talis warrantum

rum si illum vocaverit, quia uterq; disseysitor & tenes sunt in eadem causa damnationis. Item esto q̧ A. dimiserit B. terrā ad terminum reddendo sibi inde C. s. per annum, posteà dedit illā terram cuidam C. tenendā in feodo, & facit ei seysinam, salvo firmario termino suo, & attornat servitium firmarii. s. illos centum solidos prædicto C. suo feoffato, & firmarius facit eidē C. servitium prædictum, post venit idem A. cùm nihil habeat nisi nudum dominium, & de facto (cùm de jure non possit) feoffeffat ꝑdictum B. firmarium, & post tale feoffamentum non vult firmari⁹ solvere redditum, posteà verò prædictus C. primò feoffatus, dejicit ipsum B. firmarium & secundò feoffatum, prædictus verò B. firmarius portat assisam novæ diss. super C. primum feoffatum, non recuperabit seysinam, quia prædictus A. nullum potuit ei facere liberum tenementum, quia nullam omnino habuit seysinā, nec aliud nisi tantùm nudum dominium. De consilio tamen curiæ regis, ꝑ officium judicis, fraude detecta, vel ꝑ recognitionē in odiū circumvētionis, de terris ipsius A. providebitur ipsi B. excambium ad valentiam, sive primò feoffatus sit liber sive servus, quamvis si servus, nullus prædictorum A. vel B. habebit exceptionem servitutis. Item esto q̧ A. ejiciat B. & statim post disseysinam feoffeffat C. si hoc fecerit ante impetrationem, oportet utrunq; in brevi comprehendere, quia nullus sine alio respōdere poterit, licèt uterq; sit principalis disseysitor, & quia primus & principalis restituere non potest sine feoffato, nec feoffatus disseysinam fecit ꝑ se, sed simul cum feoffatore, & sic de pluribus in infinitum. Si autem post impetrationem feoffaverit, sive statim sive post intervallum fiat ut suprà. Item esto q̧ A. ejiciat B. & C. ejiciat A. & sic quilibet alterum, & ulteri⁹ in infinitum, & postmodū A. ejiciat C. vel B. ejiciat C. incontinenti vel post intervallum, videndū erit quis primò impetraverit, & in cujus persona tenementum esse debeat in pace usq; adventum Justic. & sciendum quòd in manibus illius qui inventus fuerit seysitus tempore impetrationis, ꝑpter verba, q̧ vicecom̄ faciat tenītum esse in pace usq; ad adventum Justic. Item esto, q̧ B. sine judicio disseysivit A. post intervallum, & antequā A. transtulerit rem ad alium si A. impetraverit super B. licèt disseysitor fuerit, recuperabit: si autem gratis obtulerit disseysito, & disseysitus gratis rem oblatam ceperit ante impetrationē, bene licet, sed post impetrationem non, sine pœna. Item esto q̧ A. primus disseysitor disseysiverit C. suum feoffatum vel suum disseysitorem, & sic restituat tenementum B. antequam C. impetraverit, C. habebit assisam super utrunq; si res fuerit restituta ipsi B. ante impetrationē C. si autē post, sufficit si impetratum sit tantū super ipsum A. Item esto q̧ A. cùm disseysiverit C. tenuerit tenītum in manu sua, & cum C. impetraverit sup A. & A. post impetrationē restituerit B. C. recuperabit versus utrunq;, & ita q̧ B. nunquam postmodum audietur nisi super ꝑprietate, quia rem licèt propriam, tamen contentiosam recepit, & in præjudicium C. cùm injustè inde fuerit disseysitus, & in quo casu non licuit ei rem propriam sine judicio recipere. Item esto quòd tam B. quàm C. impetraverint super ipsum A. simul, quæro cujus assisa præcedere debeat? & secundùm quod, ad ultimam assisam erit

recurren-

recurrendum. Item esto q C. ultimò disseysit' negligens sit & B. prius sibi impetraverit super ipsum A. & p assisam recuperaverit versus ipsum A. & C. postmodū impetraverit super utrunq;. s. A. & B. ex parte B. obstabit ei exceptio rei judicatæ, ex parte verò A. tenebit breve quoad excābium p officium judicis. Si autem impetraverit tantùm super B. non valebit, quia nullam fecit disseysinam: & si tantùm super A. restituere non potest, & ideò super utrunq;. Ex præmissis igitur videtur & præsumitur, q in assisa novæ diss. vocari possit warrantus, quod videtur absurdum esse, cùm in delictis non possit quis warrantum vocare, nec dominum sive autorem nominare, & cùm pœna suos tenere debeat autores, ad q distinguendum, utrum intentetur querela novæ disseysinæ versus aliquem, secundùm quod pœnalis est, vel rei persecutoria tantū. Si autem secundùm quod pœnalis est, sive contra unum, sive contra plures qui principaliter fecerint disseysinam, vel feoffati fuerint recenter post disseysinam, intentetur: nunquam erit warrantus vocandus, ppter delictum disseysinæ. Si autem intentetur versus aliquem, in eo quod est rei persecutoria tantū: ut si aliquis feoffatus fuerit per disseysitorem p longum intervallum post disseysinam, & ante brevis impetrationem, cùm talis non teneatur ad pœnam, eò quòd disseysinam nō fecit, licèt teneatur ad rei restitutionem, warrantum vocare poterit de jure, & etiam sine alio brevi, si psens fuerit. s. suum feoffatorem, & statim respondere debet warrantus, etiam sine alio brevi, si autem præsens non fuerit in captione assisæ tunc cùm vocatus fuerit, statim summoneatur quòd sit ad warrantizandum tenementum de quo vocatus fuit ad warrantum, dum tamen tenens fuit in seysina, ad similitudinem ejus q fit in assisa mortis antecessoris. Si autem uterq; absens fuerit, hoc sibi poterit feoffatus imputare. Et idē esse poterit si vocetur warrantus p brē de ingressu post disseysinam, ubi un' illorum moritur vel tenens vel querens, vel uterq;, & ibi extinguitur pœna cum persona, ut si querens tantùm, nisi sit qui agere possit de injuria, cùm ille mortuus sit cui fuit injuriatum, qui habuit actionem quoad pœnam. Itē nec si tenens, quia cùm pœnalis sit non datur in hæredes, non magis quàm hæredibus datur sicut in præmisso casu. Nec ergo si uterq; moriatur, multo forti'. Item q warrantus vocari possit, patet manifestè, ut si assisa novæ disseysinæ contra aliquem fuerit aramata, qui p judicium curiæ suæ recuperaverit, si curiam suam vocaverit ad warrantum, audiri debet, & veniat recordum, quia si curia malè judicaverit, tenebitur curia ad pœnā & ipse nō, quamvis teneatur ad restitutionem. Sed objici poterit, nonne tenetur dn̄s ad pœnam cùm curia malè judicaverit? & ipse post judicium statim ingressus est tenementum, & ideò disseysitor cum curia? sicut alius qui ingreditur statim post disseysinam per ipsum disseysitorem & de voluntate sua, vel contra voluntatem suam per disseysinam per ipsum disseysitorem? Cum autem sic feoffatus per longum intervallum warrantum vocet, & ei fuerit per judicium vel alio modo warrantizatum, p warrantiam illam jam quasi transfertur res disseysita ad personam ejus, & ita quòd ipse qui fecit disseysinam restituere poterit rem disseysitam querenti, quod ante warran-

tiam

tiam non potuit, & sic liberabitur omnino feoffat⁹ & disseysitor, & idē feoffator tenebitur ad restitutionē & similiter ad pœnam disseysinæ, & ita p warrantiā oīa reducuntur ad tempus disseysinæ factæ. Et videtur q̃ sic fieri possit in omni casu, ad quęcunq; translata fuerit res post disseysinā, unū vel plures, in psonis ipsorū & similiter hæredum ipsoꝝ, quādiu ipsæ principales psonæ duraverint. s. disseysit⁹ & disseysitor qui alienavit, cùm autem unus illoꝝ obierit, extincta est actio in eo q̃ pœnalis est. Sed cùm disseysitor tenementū ad aliū transtulerit, statim vel post intervallum, viventib⁹ disseysitore & disseysito, quæritur an disseysit⁹ petere possit tenētum, versus tenentē p b̄re de ingressu, vivente disseysitore, sicut posset si mortuus esset, & petere restitutionē & remittere pœnā disseysinæ disseysitori, sicut posset ille qui habet actionem criminalem versus aliquem; & in volunt̄ ipsius erit utrū velit ab initio criminaliter agere vel civiliter: non, quia si warrantus vocetur (ut pdictum est) sic posset esse actio pœnalis licèt civiliter intētata, quæ quidē p tale breve terminari non possit.

Cap. XVI.

1 ¶ *Audita querela rex mittat breve suum vic. de modo impetrationis brevis novæ diss.* 2. *Forma brevis de nova diss.* 3. *De officio vic. cū acceperit breve.* 4. *De visu faciendo.* 5. *De quibus rebus, & qualiter fieri debet visus.* 6. *Si de redditu proveniente de camera.* 7. *Si de recordo.* 8. *Quòd multiplex potest esse divisa inter vicinos.* 9. *De visu faciendo.* 10. *De summonitione facienda disseysitoribus attachiatis.*

Audita à superiore, ad quem pertinet vim & injuriam ppulsare, & ad quem recurritur de necessitate, querela: transmittet breve suum vic. in quo continebitur tam nomen querentis, quàm ejus de quo queritur, sive sit unus vel plures, & forma querelæ, secundùm quod ei facta fuerit qui jura tuetur, in hæc verba. ¶ 2. Rex vic. salutem. Questus est nobis talis, q̃ talis injustè & sine judicio disseysivit eum de libero tenemēto suo in tali villa post ultimum redditum dn̄i regis de Brittannia in Angliam. Et ideò tibi pcipimus, quod si prædictus talis fecerit te securum de clamore suo psequendo, tunc facias tenementum illud reseysiri de catallis quæ in ipso capta fuerint, & ipsum tenementum cum catallis esse in pace, usq; ad primam assisam cū justitiarii nostri ad partes illas venerint. Et interim facias duodecem liberos & legales homines de visneto illo videre tenementum illud, & nomina illorum imbreviari. Et summoneas eos per bonos summonitores, quòd sint ad primam assisam coram præfatis justitiariis nostris, parati inde facere recognitionem, & pone per vadium & salvos plegios prædictum talem vel ballivum suum, si ipse inventus non fuerit, quòd tunc sit ibi auditurus recognitionem illam, & habeas ibi summonitorum nomina, plegios, & hoc breve Teste &c. Facta autem taliter impetratione, secundùm quod prædictum est, statim & sine mora tradatur breve vic. ne per negligentiam, & min⁹ diligentem psecutionem, efficiatur res non litigiosa, quæ ab initio litigiosa facta fuit per diligentem impetrationem. ¶ 3. Officium verò vic. est, cùm breve receperit, in principio plegios de prosequendo recipere à querente,

rente, sive unus fuerit querens sive plures, nisi in curia dñi regis fortè plegios invenerit, vel fidē dederit ꝓ paupertate, secundùm quod in brevi continebitur. Ab uno autem recipiat duos plegios ad min⁹, qui sufficientes sunt ad misericordiam dñi regis solvendam, si querens fortè se retraxerit, vel nō fuerit ꝓsecut⁹, & tales etiam recipiat qui sufficiant ad misericordiā, ita ꝙ nō oporteat seipsum ꝓ aliis de misericordia respondere. Si autem vir & uxor sint querentes, sufficit si illi duo duos plegios sufficientes inveniant, ꝓpter unicum *jus* quod habent, & quia sunt una caro quamvis diversæ animæ & una erit misericordia, sive unus eorum vel ambo se retrahant vel non sequantur, & quia defalta unius ipsorum in personam utriusq; redundabit. Idem erit (ut videtur) de pluribus unam disseysinam & injuriam ꝓsequentibus in communi, cùm sint quasi unum corpus, & ideò unica sufficit securitas ꝑ duos plegios, secundùm quosdam, quia si onere satisdationum gravarentur, ita cogerentur à prosecutione sui juris desistere. Tutius tamen est (secundùm alios) quòd quilibet eorum duos plegios inveniat si possit. Item ad officium ejus pertinet, quòd faciat tenementum reseysiri de catallis &c. quod hodie aliter observatur, quia querens omnia damna post captionem assisæ recuperabit, per sacramentum recognitorum declaranda, ut inferiùs dicetur. Itē ꝙ teñtum faciat esse in pace, videlicet ꝙ non permittat disseysitorem rem disseysitam ad alium transferre, vel querentem sine judicio seysinam sibi usurpare, usq; ad primam assisam &c. Et unde si quis rem ita effectam litigiosam per impetrationem, aliquo modo, vel per disseys. vel ex aliqua causa acquisitionis ingressus fuerit, illā sine brevi restituet vero dño, sine regressu habendo versus suum feoffatorem, nisi sibi ꝓspexerit ꝑ breve de warrantia dum fuerit in seysina. Item ꝙ in eodem statu remaneat, quòd injuria non crescat, nec res deterioretur vel vastetur, quamvis eam meliorare liceat. Item quòd blada nondum matura non amoveantur, quamvis possit matura amovere ille qui possidet, & alius damna consequatur si optinuerit. ¶ 4. Item ad ipsum pertinet, quòd in præsentia partium (si velint interesse) eligere faciat & cōvenire duodecem liberos & legales homines de visneto illo ut in adventu justitiariorum facere possunt recognitionem, quos etiam statim mittat ad videndum teñtum illud, & nomina eorum faciat imbreviari, & non solum ab uno vel à duobus, sed etiam ab omnib⁹ si fieri posset, vel etiam septem ad min⁹, quia per pauciores assisa capi non poterit, licèt possit per plures quàm duodecem ex aliqua justa causa. Necesse est enim quòd fiat visus de tenemēto à juratoribus, ut certa res deduci possit in judicium, & ꝙ juratores verum & certum facere possunt sacramētum, & ꝙ ꝑinde possit justitiari⁹ justum ꝓferre judicium. ¶ 5. Videre autē debent juratores quale sit tenementū, & quid, & quantū, quale videlicet, utrū terra vel redditus, & utrum res sacra vel prophana. Item privatum vel commune, ut infrà. Item quantum querens posuerit in visu suo, quia si querens posuerit in visu suo plus quàm illud de quo fuerit disseysitus, cadit in misericordiam pro superdemanda, si autem minus, non. Et eodem modo in assisa mortis antecessoris observetur, ut de itinere abbatis de Rading & M.

& M. de Pateshul anno regis H. quinto in com Warr, assisa novæ diss. W. de Ludingtõ. Quid? s. utrum terra & teñtũ illud de quo facta fuerit disseysina, sive reddit⁹ sive consistat in solido vel in liquido. Et tunc videre debet teñtũ de quo redditus ꝓvenerit, sive consistat in denariis sive in aliis rebus quibuscunq; numero, pondere, vel mensura. Mensura, solida vel liquida, solida, sicut in frumento, liquida, sicut in vino, oleo, & hmi. Itẽ quantũ. s. utrũ plus vel minus. Item videre debent in quo teñtum sit, & in qua villa, & in quo loco, & in qua parte loci, & int̃ quos fines & quos terminos teñtum cõtineatur, ut si de numero acrarum vel virgatarũ dubitetur, ut ad minus si quantitatem rei distinguere non possunt, ꝙ dicere possunt certum vel circiter, vel saltẽ infra quas metas teñtum contineatur. Itẽ si de loco constiterit, nesciunt tamen qua parte loci, cùm ad seysinã faciendam, sufficit si in quacunq; parte loci fiat seysina, & si in qua parte constiterit, sed tamen nesciant determinare fines teñti tamen sufficit si fiat seysina ad quantitatẽ dicti juratorum p rationabilem mensurã. Item si de com constare non possit, cadit assisa novæ disseysinæ in pambulationem per illud idem breve de nova diss. Si autem redditus, tunc fiat juratoribus visus de tenemento unde redditus ꝓvenit. Item si cõmunia pasturæ, tunc fiat visus de teñto in quo petitur cõmunia, & similiter de teñto ad quod dicitur ptinere. ¶ 6. Si autẽ redditus fieri debeat de camera imperpetuũ vel ad tempus, non potest fieri visus de aliquo teñto. Et ideò assisa locũ non habet, cùm hmi redditus non sit teñtum, sed alia actione opus erit, & hoc sive redditus ꝓveniat ex camera tantũ, vel ex teñto aliquo, sed non p manũ illi⁹ qui tenet teñtum, sed p manus donatoris, quod idem erit quod de camera. Si autem p man⁹ tenentis fieri debeat solutio & immediatè de certo tenemento, si cessatum fuerit, & cũ locum non habeat districtio, locũ habebit assisa in defectũ districtionis. Et eodem modo si ex aliquo certo tenemento concedatur reddit⁹, plus vel minus, ut si aliquis ex aliquo manerio suo concesserit alicui p annũ & in feodo decem libras cum districtione vel sine. Et si cũ districtione, aut est sufficiẽs aut non est sufficiens: si autem sufficiens, teneat se ad districtionem ille cui reddit⁹ debetur. Si autem omnino nulla vel min⁹ sufficiens, locũ habebit assisa ꝓpter defectum districtionis, ex quo redditus provenit ex certo teñto, & quia ibi deficit districtio, locum habebit assisa. ¶ 7. Item in visu faciendo, si visus fieri debeat de corrodio, quæro si talis possit facere visum juratoribus de aliquo teñto? etiam, ut videtur prima facie, quia prioratus sive abbatia vel alia domus, est quasi tenementũ de quo talis redditus provenire debet, unde videtur quòd sufficit si visus fiat de Abbatia, sicut de aliis teñtis de quibus redditus provenit, sicut de domo privata, sed revera hmi Abbatia & Prioratus, non sunt tenementa alicujus singularis personæ, cũ sint sacra & religiosa, & in bonis Dei, & non alicujus hominis privati, vel singularis personæ, & hujusmodi præstatio est quasi p̃statio de camera, & unde nulla districtio, & ideò cùm hujusmodi corodia sint quasi spiritualia, sive spiritualibus annexa, non est recurrendum (si detineatur) ad forũ seculare, & quoniã in hujusmodi corodiis committi poterit simonia, ideò ad forum ecclesiasticũ

a Note this.

ecclesiasticum recurratur,ut negotium ibi terminetur, quia ibi fieri possit cognitio de simonia./Itē cùm disseysitus fecerit visum juratoribus, videre debent juratores utrū teñtum proprium sit vel commune,ut si commune sit inter cohæredes participes,vel vicinos,fiat visus de toto, tenendum in cōmuni,à quocunq; particeps fuerit disseysitus. Item utrum sit commune, sicut divisæ, quæ distinguunt & terminant fines agrorum, sive sit arbor vel fossatum vel lapis,vel quid tale. ¶ 8.Et sciendū quòd multiplex potest esse divisa inter vicinos quæ dividunt dominia & distinguunt fines agrorum. Inprimis sicut regia via, quæ communis esse non potest inter vicinos, nec ꝓpria alicujus,sed ipsius dñi regis,& quasi res sacra, & qui aliquid inde occupaverit excedendo fines & terminos terræ suæ, dicitur fecisse purpresturam super ipsum regem. Idem etiam dici poterit de via militari quæ publica dici poterit,& ducit ad mare,& ad portus,& quandoq; ad mercata. Itē fit divisa de consensu vicinorum ex eorum terra,& est talis divisa communis inter eos vicinos, ex quorum terris fuerit coadjuvata, & unde teñtum illud coadjuvatum dicitur commune inter eos,ita ꝙ nullus dñs habet per se sed in communi. Et eodem modo si terra fuerit conjecta de communi cōsensu vicinorum ut fiat fossatum,vel murus ex communi tenemento:& dicitur divisa,eò quòd dividit agros & tenementa. Aqua verò currens non dicitur divisa,nisi quamdiu suum rectum cursum tenuerit, & cùm alveum mutaverit,desinit esse divisa. Item divisa poterit esse lapis finalis, vel lignum,& hæc omnia communia sunt vicinorum,sed non alicujus eorum ꝓpria,ut infrà./¶ 9. Item videre debent utrum teñtum fuerit sacrum & Deo dedicatum, vel quasi sacrum, sicut publicum, vel universitatis, ut stadium, theatrum,muri, & portæ civitatum, non poterit quis teñtum liber̄ facere, sicut de redditu qui provenit ex re sacra. Abbatia verò sive priorat⁹ sunt res sacræ,& solummodo in bonis Dei,& non in bonis alicujus privatæ personæ. Igitur cùm hujusmodi domus religiosæ res sacræ sint, non poterit quis convertere aliquid in usus privatorum, & facere de re sacra rem non sacram sive ꝓphanam,ita ꝙ ex re sacra quæ Deo ꝑ Pontifices dedicata est, possit quis habere liberum teñtum, & ideò nulla assisa novæ diss. sed antequam res Deo dedicata esset,& sacrata, bene posset fundator excepisse & retinuisse sibi liberationes & hospitia,& hujusmodi, & ita hujusmodi nūquam fuerunt sacra,nec poterit redditus ꝓveniens de re sacra,magis esse alicujus liberum tenementum scilicet alicujus privatæ personæ, quā ipsa res de qua ꝓvenit./Item non poterit liberum tenementum redditus esse ꝑsonalis qui debetur,ut pertinens ad aliquā rē ratione cujus petitur, & tamē non poterit habere redditum nisi habeat ipsam rem,cui & propter quam debetur: ut si quis habuerit hundredum aliquod, & sunt qui dant redditum ne sequantur, & quia ille redditus non provenit ex aliquo tenemento nec ratione alicujus tenementi, nec juratores visum facere possunt de aliquo tenemento. Item sicut oportet visum facere de tenemento de quo redditus provenerit, ita videre debet tenementum propter quod præstatur redditus, ut si quis certum redditum constituerit alicui de camera sua & hæredū

suorum

suorum, ut aquam ducere possit per fundum suum, si talis aquam duxerit vel non duxerit. Item si redditum constituerit quis eodem modo, ut habeat in alieno jus pascendi vel eundi vel aliud quid tale faciendi, sive alius aquam duxerit, vel paverit, vel diverterit, vel aliquid tale fecerit vel non, semper tamen debetur redditus, & pro redditu servitus, unde si aliquis ipsorum contrahentium recedere voluerit à contractu, tamen alius ubi voluerit non recedet, & unde si ille qui servitutem concesserit redditum percipere noluerit, nihilominus tamen debetur servitus, & jus eundi, aquamve ducendi & jus pascendi. Si autem servitus concedatur, & redditus denegetur vel detineatur, nec sit locus vel tenementum ubi districtio fieri possit, locus erit assisæ novæ disseysinæ quasi de libero tenemento. Et si nō sit tenementum de quo redditus provenerit, & de quo visus fieri possit, tamen sufficit si fiat visus de tenemento propter quod debetur redditus, & quia si fieret districtio in servitute debita; verbi gratia, Ut si constitueretur redditus quod ducere posset quis aquam per fundum alienum, & cessatum esset in redditu solvendo, non posset ille cujus fundus esset, pro districtione facienda aquam divertere vel diminuere, quo minus cursum suum debitum haberet & statutum, quin faceret disseysinam ei cui servitus deberetur, nisi ita conveniret in constitutione servitutis. Durum esset & iniquum quòd unus haberet cursum & alius de redditu sine aliquo regressu fraudaretur: competit ei igitur assisa novæ disseysinæ ratione prædicta, & eò quòd deficit districtio, & fiat visus de tenemento propter quod debetur non de quo redditus provenit, quod fieri non poterit, sed propter quod redditus debetur à vicino. Sed hoc locum habet, ubi ille cui servitus constituta fuit non curat ulterius aquam ducere, quia semper remanet tenens licet aquam ducere nolit. Melius tamen est quòd fiat districtio pro redditu tali modo quo fiat summonitio, & quòd per judicium capiatur aqua in manum domini simpliciter sine aliqua mutatione vel diversione, & qui si tunc non venerit nec satisfecerit de redditu, capiatur ex secundo decreto & adjudicetur domino suo sic, quòd illam divertere poterit donec ei satisfactum fuerit de redditu, & quòd semper paratus sit restituere cùm ei fuerit satisfactum./Item si fiat aliquid in fundo alicujus quod vicino noceat injustè, ut si fossatum vel murus levetur vel prosternatur injustè, vel aliud quiddam fiat ad nocumentum iujustum vel injuriosum, non solùm sufficit videre tenementum quod nocet, sed etiam illud cui nocitum est. Item si jus eundi vel pascendi debeatur vel aliud tale, non solùm sufficit visum facere de tenemento in quo jus illud constituitur, sed etiam illud ad quod jus pertinet. Unde oportet videre tenementum ubi pastura est, & tenementum ad quod pertinet pastura. Si autem nesciat ille qui queritur vel non possit tenementum designare, secundùm quod prædictum est, qualitatem, nec quantitatem, locum, nec comitatum, nec villam, nec aliud certum, nihil dare possunt querenti per assisam, sed cadit omnino breve quantum ad assisam. Et cadit quandoque in perambulationem coram justitiariis ex consensu partium, ut si dissensio

habeatur de finibus & terminis terræ, com̄, vel fundorum, vel locorū, vel in qua parte, cùm habebit assisam in aliqua parte, nec in meliori nec in pejori nec in posteriori, quia jus respicit æquitatem. Si autem querens locum designaverit, sed in qua parte loci nesciat designare, sufficit si in aliquo loco habeat seysinam p sacramentum juratorum. Si autem de certa parte loci constiterit, sed nesciat querens fines & terminos distinguere, eò quòd termini & lapides finales amoti sunt fortè, tunc ei assignabitur tantū, quantū juratores crediderint ipsum esse disseysitum, quia etsi justitiarii semp certū reddere non possint judicium, eò quòd de incerta re agitur apud illos, tamē hoc facere debent quantū eis fuerit possibile. Sunt autem quidam juratores qui sine visu faciunt sacramentum, & ita jurare debent q veritatem dicent secundùm conscientiam suam, salvo visu in modum juratæ: Sed tamen de talibus distinguendum erit, utrum ab initio electi fuerint p vic. vel p ballivum & præceptum fuerit ut visum facerent, & ipsi hoc facere contēpserunt, & ita q de negligentia nullam habuerint excusationem: in quo casu & si de hoc convicti fuerint q p negligentiam hoc fecerint & contemptum, graviter amercienter. Et si contingat quòd de perjurio in assisa facta convincantur, pœnam non evadent convictorum nec quantū ad infamiam nec quantū ad pœnam, quia magis delinquunt q alii juratores p contemptum. Et ideò æqualis pœna eis infligitur cùm de jure major ppter contemptum esset eis infligenda, & hoc suæ imputare poterunt negligentiæ. Si verò non sunt pri⁹ electi sed loco aliorum, qui non veniunt fortè, vel si venerint certa ratione recusantur eò q inutiles sunt vel alio modo substituuntur, tunc videndum est utrum fuerint de proximo vicineto, vel longè à remotis alibi assumptis, & utrum verisimile sit vel præsumi possit q veritatem nesciant vel ignorent. Si autē psumi possit q veritatē sciverint de facto, secundùm q res se habet, de loco tamen & quantitate rei dubitaverint, quoad hoc ultimum excusantur, quia visum nō fecerunt de tenīto. Si autem in narratione facti & veritatis mentiti fuerint scienter, non excusantur in hoc, quantū ad pœnam convictorum, sed vix quantū ad infamiā, & p eo q visum non fecerint excusantur. Si autem longè à remotis assumpti fuerint ppter defectū aliorum, & ita q præsumi possit q veritatem ignorent, excusantur quantū ad pœnam & quantū ad infamiam, quia visum non fecerunt, & similiter quia à remotis assumpti sunt, & in veritate errare possunt, & ideò non mentiuntur neq; se pejerant, quia contra conscientiam non vadunt, nec cōsentit qui errat. Sunt etiā qui jurant omnino sine visu in modū juratæ, q esse non debet ut alibi? ut, esto q assisa capi debeat in modū assisæ cùm nihil excipiatur cont̄ assisam corā justit. nec sit ratio quare cadere debeat in juratā, & cùm omnes juratores electi sint in ipsa curia coram just. cùm citò recessuri sunt & quasi ex improviso dicere debeant veritatem, cùm visus de tenemento eis non fiat, nec sciverint utrum aliquid dare debeant querenti plus vel min⁹, vel totum auferre, nec sit locus convictioni, periculosum erit querenti & tenenti quòd procedat negotium sub jurata, & etiam magis erit periculosum juratoribus propter alieni compendii lucrum anceps subire

subire perjurium. Quòd autem assisa capietur in modū assisæ, hoc stare non poterit aliqua ratione, quia primus jurare non potest salvo visu, propter verba in sacramento exponenda, quia jurabit quod dicet veritatem de teñto de quo sic visum fecit per præceptum dñi regis, sed nullum teñtum vidit, nec per præceptum dñi regis nec sine, igitur de nullo teñto quod viderit dicere poterit veritatem, quia nullum tale teñtum vidit, & ideò si ita juraverint juratores, pejerant manifestè, quia non convenit sacramentū cum veritate. s. de teñto unde visum non fecerint. Si autem ita juraverint. s. de teñto de quo visum fecerint, & posteà in fine (salvo visu) non valet, quia sic erunt sibi ipsis cōtrarii. Quòd autem assisa capi debeat in modum juratæ sine causa manifesta non video rationem. Sed quid si fuerit in assisa inter partes disputatum, & quod per incidentem questionem de consensu partium vertatur assisa in juratam? bene procedet jurata etiam sine visu. ¶ 10. Item cùm vic. disseysitores attachiaverit quod sint in adventu justit. sive justitiarii qui constituti fuerint ad omnia placita generaliter sive ad quædam specialiter, sicut ad assisas novæ disseysinæ & mortis antecessoris capiendas, & gaolas deliberandas vel ad aliquā assisam specialiter, sicut sunt quatuor milites de com, vel unus justitiarius specialiter transmissus à latere regis, quod assumptis tecum &c. secūdùm quod suprà dictum est in principio de civilibus actionibus sive criminalibus. Quæritur an tales attachiati ante adventum justit. rationabilem habere debeant summonitionem quindenæ? & est verum quod non, quia sive quindenam habuerit sive minus spacium, diem cassare non poterunt, quia sive venerit sive non, capienda erit assisa, & quia tantū operatur eorum absentia quantū præsentia. Nec injuria disseysinæ essonium habebit, nec longas inducias, nec judiciorum solennitates, quia viribus & sine judicio fecerunt disseysinam, quod est manifestè contra justitiam & pacem domini regis. Item si per se venire non possint, possunt tamen venire per ballivos suos, & etiam per amicos suos qui verba pro eis faciant, & quorum responsio admittetur ad instructionem juratorum, & etiam declinandam assisam. Cognoscere autem non possunt disseysinam nec pacisci, nec remittere, sicut inferius dicetur.

Cap. XVII.

1 ¶ *Si disseysitor cùm attachiatus fuerit debeat habere rationabilem summonitionem, & de modo recedendi, sive retrahendi se de placito. 2. Casus de Priore de Kynelworth & Waltero de Insula.*

IN adventu autem justitiariorum si nullus venerit nec querens, nec ille de quo queritur, tunc erit assisa quasi vacua & omnes plegii sui erunt in misericordia. Si autem ille de quo queritur venerit, & querens non, plegii & querens erunt in misericordia, & ille de quo queritur recedet sine die, nisi querens se velit essoniare, quod bene ei licebit, sed querens ad aliud breve consimile si voluerit recuperabit. Si autem querens venerit, & alius non, plegii de attachiamento erunt in misericordia, & ipse similiter si fuerit attachiatus, & capietur assisa per defaltam ut infrà. Si autem nulla pars venerit, nec querens nec ille de quo queritur, per judicium curiæ quieti recedant

venerit, nec querens ille de quo queritur, ꝑ judicium curiæ quietè recedat, & omnes in misericordia, scilicet principales ꝑsonæ & plegii. Item in adventu justit. aut omnes veniũt tam querens quã ille de quo queritur, secundũ ꝙ fuerint unus vel plures, quo casu, statim ꝓcedatur ad assisam, nisi fortè de gratia justit. in casu licito velint transigere vel pacisci. In quibusdã verò casibus nihil aliud erit, nisi ꝙ querens se retrahat, vel ille de quo queritur cognoscat disseysinam. Et qui se ita in principio sine aliqua causa justa simpliciter retraxerit, sive in assisa disseysinæ, sive in alia quacunq; assisa vel placito, nunquam ad consimile breve recuperabit. Si autẽ incepta fuerit assisa vel placitum quodcunq; & error fortè fuerit in impetratione, ita ꝙ breve stare non possit, sed cadit tanquam vitiosum, sive querens dicat ꝙ sequi noluerit breve illud, vel se simpliciter retrahat, vel licentiã recedendi petat, vel alio quocunq; modo, ad aliud breve recuperare poterit ꝙ non sit vitiosum, quia ad actionem non respondetur, nec cont̃ actionem recipitur, sed cont̃ breve, ꝓpter vitium & errorem, & actio in se integra est & non incepta. Et unde cùm nihil in judicium deducatur nisi exceptio contra breve, si simpliciter se retrahat à brevi, non tamẽ se retrahit ab actione quæ in judicium non deducitur, nisi expresse dicat ꝙ se retrahat ab utroq;. De errore verò brevis infrà dicetur de exceptionibus, sed quicunq; & qualitercũq; se retraxerit simpliciter sive dicat, retraho me de brevi isto, vel recedo, vel nolo amplius sequi, vel alio modo, impunè non recedet: quia ipse & plegii sui de ꝓsequendo erunt in misericordia. Cùm autẽ petant licentiã recedẽdi & eis gratis concedatur, impunè recedẽt. Si autem bře cõpetens sit, & nihil sit ꝙ excipi poterit contra breve nec cont̃ ꝑsonã, si res & actio in judicium deducantur, & non sit error in quantitate rei petitæ, si tunc petat licentiam recedendi, simpliciter recedit ab utroq; & nunquã ad aliud breve cõsimile recuperabit: Item si dicat retraho me versus talem fortè, quia nihil tenet, in quo casu nihilominꝰ ad aliud bře recuperabit versus aliũ qui tenet, licèt versus eum qui non tenuit recessit ab utroq;. Sed esto ꝙ ille versus quem se retraxit jam de novo inceperit possidere, cõpetit contra illum cõsimile bře, non obstante exceptione ꝙ se retraxit priꝰ, quia jam incipit cõpetere actio versus eum ubi prius non competebat. Et unde semper videndum erit utrũ se retraxerit de brevi tantùm, propter vitium brevis, vel de brevi & assisa, expresse vel tacitè, & si eadem sit persona & eadem res vel diversa: & utrũ actio priꝰ non competiit, quia tenens non tenuerit, & posteà competere inceperit, quia tenens de novo inceperit possidere. Sed quærendum si ꝑ primum breve posset agere, cùm jam pervenerit in eum casum à quo incipere potuit. Sed revera non, quia tempore impetrationis nulla subfuit causa impetrandi, quod perpendi poterit per datam. Illud autem locum habet infrà de exceptionibus, ubi quis excipit quòd totum non teneat; vel quòd omninò nihil. Item esto quòd aliquis se retrahat de brevi, cum tenens falsò dicat ꝙ non possideat cum possideat revera, & idem tenens aliàs conveniat ab eodẽ ꝑ consimile breve, non habebit talis tenens talẽ exceptionẽ, ꝙ se retraxer̃ petens, in odiũ mendacii, sed sine judicio ꝓpt̃ mẽdaciũ spoliadꝰ erit,

secundũ

secundum W. de Eborũ: vel si cum dixerit aliquando tenens in judicio quod nihil clamat in tali re, si postmodũ velit de eadẽ re versus eundẽ petentẽ defendere se per exceptionẽ, vel si ad hoc agat quod nihil petit, nisi quòd uti possit jure suo & seysina, quare alius eum inde inquietat vel impedit, non audietur, quasi sibi ipsi cõtrarius, sicut dici possit in jure advocationis, ut si quis dicat se nihil habere in jure advocationis: si postmodũ velit agere contra primã petitionem per Quare impedit, quia in hoc contrarius est sibi si dicat primò quòd nihil teneat, & postmodùm quòd ad ipsum pertinet jus præsentandi, quia simul stare non possunt in una persona & eodẽ tempore. Si autem talis qui dicebat se possidere cùm nihil possideret, & postea ex causa possidere inceperit, vel ex causa donationis vel emptionis vel fortè, quia vocatus est ad warantũ, hic poterit se defendere vel ex tali nova causa agere, nec habebit exceptionẽ quod aliàs se retraxerit, cum nihil possideret. Si autem aliquis se retraxerit à judicio, ubi judiciũ erit, & à brevi non poterit agere postmodũ per consimile. Itẽ si semel sit in judicio & se retraxerit de brevi de recto, postmodum ad inferiora descendere non poterit, Si autẽ tantum à brevi ubi nullum judicium, bene poterit descendere ad inferiora, ubi tenens nihil tenuit vel mentitus fuit, dicendo se non tenere cùm teneret. Itẽ si quis negaverit quòd possederit, agere non poterit nec se defendere contra petentẽ cui mentitus est, ex aliquo jure vel causa præcedente mendacium, tamẽ ex causa subsequẽti benè potest. Si autem ille qui dixit quod nihil tenuit quando talis se retraxit, incipiat postmodũ defendere sicut tenens & petat judicium de petente, qui dicat se possidere, si ipse sit in possessione, ex quo tunc petiit, quia propter hoc quod petiit dixit se esse extra possessionẽ, non minus valebit sua responsio propter mendacium, verbi gratia. ¶ 2. Esto quòd aliquis dicat se jus habere in aliqua advocatione, & ei petenti per breve de recto respondeat tenens quod advocationẽ non teneat sed alius talis, & qd nihil iuris clamat in eadem, & petens sic retraxerit se à brevi, & non perquisiverit sibi versus eum, de quo dicitur quòd sit in seysina, sive hoc verum sit sive non, saltem ad convincendum mendacium excipientis, si postea contingat ecclesiam illam vacare, & uterque istorum præsentaverit, tam ille qui se retraxerit, quàm ille qui dicebat se nihil tenere, neuter eorum aliquid consequatur (ut videtur) petens, quia per hoc quod petiit dicebat se esse extra possessionẽ, & postea se retraxerit, & nihil sibi postmodũ perquisivit. De tenente ergo videndum, utrum mentitus fuit excipiendo, vel verum dixit, si verum, & ille qui revera tunc tenuit ius suum postmodũ ei recognovit & remisit, vel fortè ei præsentanti non cõtradixit: valet præsentatio tenentis, si autem mentitus fuit, adhuc valet præsentatio tenentis, & remanet mendacium impunitũ, eo quòd nullus fuit prosecutus ad illud mendacium convincendum, & sic de novo incipiat petens agere, si confidat de iure. Si autẽ ille de quo queritur præsens disseysinã cognoverit, mittendus est à gaolæ, eo quòd iniuriam cognoverit, quæ est contra pacem. Præsente siquidem querente & præsentibus recognitoribus omnibus, cùm disseysitor præsens non fuerit, nec per se, nec per ballivum suum, nec per aliũ

qui pro se verba facere possit, procedet assisa & recognitio per defaltam, quia nulli parcendum est in hac parte, majori nec minori, nec differenda erit assisa pro aliquo, nec etiam ipse rex esset expectandus si in veniendo esset ad portam. In isto tamen casu erit querens diligenter examinandus, & juratores diligentissimè instruendi ad veritatem dicendam, cùm ille super quem venit assisa (si præsens esset) excipere posset contra assisam, & dicere quare remaneret, & ideo querens diligentur examinand' est quod doceat diligenter, qualiter sit suum liberũ tenementũ, & quem ingressum habuerit in tenementum illud, secundum quod inferius plenius dicetur de interrogationib' à justitiariis faciendis. Et quo casu, si juratores malè juraverint, convincendi sunt de perjurio, sive male juraverint de articulis assisæ, sive de circumstantiis quæ assisam non tangunt, quia capitur assisa in modum assisæ & non juratæ de partium consensu.

1 ¶ *De interrogationibus faciendis cum partes comparaverint in judicio, & de officio Justic. in hujusmodi placito.* 2. *Item de interrogationibus faciendis.* *Cap. 18.*

PArtibus autem in judicio comparentibus, & audito brevi per quod judex habeat cognitionem, & confirmata persona ejus, audito brevi & querela, oportet inquirere imprimis à quærente si habeat querelam, quod possit esse pars in judicio, & ideo videndum est de officio justiciarii. Officium autem ejus est, diligenter causam examinare, & non solum diligenter, imo diligentissimè, secundum illud beati Job, qui dixit, Causam quam ignorabam diligentissime examinabam. Iterrogare enim debet partes, tam actoris quam rei, actoris, i. petentis vel querentis de jure sive querela ut sciri possit per hæc si habeat actionem vel querelam, & etiam ut per hoc sciri possit utrum recognitio procedere debeat in modum assisæ vel juratæ. Inprimis de quo tenemento. Item interrogare debet illum de quo queritur, ut scire possit an ei cõpetat exceptio & qualis, & si actio realis fuerit, oportet docere petentẽ quod sua intersit petere, ut infra de causis proprietatis plenius. Eodẽ modo oportebit querentẽ ostendere quod sua intersit conqueri, quia non sufficit alicui dicere quod aliquis disseysiverit eum de libero tenemento suo sic proponendo intensionẽ, nisi illam fundaverit aliqua ratione probabili, vel præsumptiva: ut si dicat quod talis disseysiverit eum de tali tenemento, quod ei descendit ex causa successionis, vel donationis, vel ex causa dotis, vel ex aliqua alia justa causa acquirendi, & unde fuit in seysina per tantum tempus, donec ipse (de quo queritur) eum inde injuste disseysivit, vel quod tenementum illud, qualemcunq; ingressum haberet, tenuit per tantum tempus quod sine judicio non debuit disseysiri. Quia cùm quis agit ut possessionem alicuius rei adipiscatur, docere debet de iure suo per quod probet illam rem ad se pertinere, alioquin succumbet, quamvis ad disseysitorẽ res illa non pertineat, ut C. de edendo L. qui accusare & C. de rei vendicatione L. penult' & V. Q. V. C. I. Itẽ qualitercũq; in seysina esset & per qualecũq; tẽpus sive per longũ sive per modicũ, nõ pertinet ad illum querentẽ disseysire, cùm nullum ius haberet nec iuris scintillam ejiciendi, nec aliquam actio-

actionem in causa proprietatis. Et proposita sic querela & fundata, tunc demùm descendendum erit ad recognitionẽ, ut sciri possit utrum verũ sit quod proponitur vel non. Quia qualitercunq; quis fuerit in seysina sive per disseysinã sive per intrusionẽ, & sic non nomine alieno sed proprio, licet revera nil iuris habeat quantũ ad verum dominũ: habet tamen statim & sine intervallo liberum tenementũ quantùm ad omnes qui sunt extra possessionẽ qui nihil juris habent in tenemento, ut infra de eodem. Igitur si ita nudè & in superficie procedatur (sicut quidam faciunt qui dicunt, statim audito brevi, si ille de quo queritur aliquid sciat dicere contra assisam) indiscretè agitur, quasi querela manente indiscussa; quia nescitur adhuc utrũ cõpetat assisa vel iurata, nec etiam scitur utrum ibi sit transgressio vel disseysina. Igitur sicut necesse est quòd petens doceat in causa proprietatis, quo iure petat, cùm non sufficiat per se dicere quòd ius habeat in re nisi doceat de iure: Ita non sufficit proponere querelã, nisi querens doceat ius querelæ, & quo iure ad ipsum pertineat. ¶ 2. Et ideo ut res certa in iudicium deducatur, & certi reddantur iusticiarii & instruantur iuratores, oportebit iustitiarios interrogationes facere ad cautelam. s. inprimis de quo tenemento querens fuerit disseysitus. Item de qualitate, utrũ. s. de terra vel de reddituo, & si de terra, inquirendũ est utrũ propria fuit vel cõmunis. Itẽ utrum publica res vel res sacra. Item si terra sive tenementũ sit hæreditas descendens vel perquisitũ, ex aliqua iusta causa acquisitionis. Item in feodo, vel ad vitã quocunq; modo, vel donec sit provisum, ita qd ad min᾽ præsumi possit qd. possit esse suum liberum tenementum, & quamvis alienum, qd. tempus sufficiat qd. sine iudicio eiici non deberet. Et ideo de tempore seysinæ quærendũ est, quicunq; fuerit in seysina, & sine iudicio disseysitus, ut frater postnat᾽, vel antenat᾽, vel bastard᾽, vel etiam omnino extraneus. Si autem reddit᾽ sit, tunc inquirere oportet si reddit᾽ ille sit, qui domino feoffatori debeatur, vel reddit᾽ qui concedatur de aliquo tenemento annuatim percipiend᾽, & ut tenementi feoffato. Item utrum sit de camera tantum percipiendus ad vitam, vel in feodo de hæredib᾽, sine aliquo tenemento de quo debeat provenire. Item si sine tenemento, & de camera & in feodo vel ad vitam, si detur pro aliquo tenemento vel pro aliquo iure habendo, vel libertate in fundo alieno. Item inquirere oportet de quantitate tenementi, utrum sit ibi plus vel minus, ut sciri possit si plus querens posuerit in visu suo, quàm recuperare debeat per assisam, & ut sciri possit utrum recuperare debeat per assisam totum vel partem, vel omnino nihil. Item ne querens plus usurpet in seysina quàm recuperavit per assisam, quod si fecerit & inde fiat querela, declarabitur postmodum per assisam. Item inquirendum est, utrum omninò eiectus fuerit, vel quo minus uti possit seysina sua, vel quòd alius uti velit contra voluntatem suam, & sic de qualitate disseysinæ. Item inquirendum est de modo, scilicet utrum facta fuerit disseysina de nocte vel de die, utrum cum armis vel sine. Item utrum cum roberia, vel sine, & sic de singulis circumstantiis. Item inquirendum est, quamvis querens iustum non habeat initium, ut super disseysinam vel intrusionem, vel per dona-

Interrogations to be made by the Justices before the Assize proceeds.

tionem factam à non domino, de re aliena, per quantum tempus possederit, per longum vel per breve, & quis eum ejecerit: extraneus qui jus non habuit omnino, vel verus dominus vel feoffator suus, & hoc propter commodum possessoris, cùm ille qui possidet, licet jus non habeat, meliorem habeat conditionem, eo quòd in possessione est, quàm ille qui nihil juris habet & est extra possessionem: quia talis qui ita est in possessione statim habet liberum tenementum erga feoffatorem suum & extraneas personas, sine aliquo temporis intervallo, contra verum dominum non, sine temporis intervallo, quod sufficere posit pro titulo, ita quòd posidens ejici non posit sine judicio. Item talibus non competit aliqua exceptio contra asisiam, nec de tenera seysina, nec de libero tenemento. Feoffatori de re aliena non competit propter factum suum, extraneo verò non, quia nullum jus habuit. Vero domino non propter tempus, quia post tempus disseysivit sine judicio. Quibus de causis etiam proximè prænotatis, inquirendum erit à disseysitore, cùm taliter posidens abs que justo initio injustè & sine judicio, vel licet non injustè per se, tamen injustè, quia sine judicio disseysitus fuerit, qualem ingressum ille de quo queritur habuit in illud tenementum, ut videri posit utrum ei competat exceptio vel non, & si querens nihil docere posit, quòd habeat liberum tenementum, vel quod injustè dejiciatur, tamen oportet quòd ille de quo queritur doceat contrarium, scilicet quòd justè posuerit se in seysinam, & non injustè, scilicet vel cum justo judicio, vel alio modo incidenti in causis prænotatis. Item si dicat tenens quòd justè & de voluntate querentis, hoc non sufficit, quia primo potest de voluntate intrare, sed postmodum injustè & contra voluntatem se in seysina tenere multis modis, sicut per vim ut contra conventionem.

1 ¶ *Factis interrogationibus a Iustic. a querente, inquirendum erit a tenente si aliquid sciat dicere quare asisa debeat remanere, & de captione asisæ. 2. Exceptio contra Juratores. 3. De forma sacramenti in asisa novæ disseysinæ. 4. Si Juratores sunt sibi invicem contrarii. 5. De veredicto Juratorum. 6. Quod sacramentum habet in se tres comites. 7. Quæ debent restitui disseysito. 8. De pœna disseysitoris multiplici. 9. Qualiter justic. inquirere debent de damnis. Cap. 19.*

FActis igitur interrogationibus, ut prædictum est, quod non est fatuum nec præsumptuosum, tunc primo quæratur a tenente si aliquid velit vel sciat dicere, quare asisa debeat remanere. Ex interrogationibus vero præcedentibus dabitur ei materia respondendi; sunt tamen qui interrogant à tenente si aliquid sciat dicere contra asisam, quod non est in primis quærendum, sic ut paulò ante dictum est. Et cùm ita inquisitum fuerit, fortè non vult vel nescit aliquid dicere quare asisa debeat remanere, sed statim negando quod disseysinam non fecerit se ponit simpliciter in asisam, & sic procedit asisa in modum asisæ, & tunc procedatur ad asisam capiendam si juratores præsentes sint, omnes vel pro majori parte, usque ad septem ad minus, contra quos excipi non poterit.

Si

Si autem præsentes non fuerint, differatur assisa usque ad alium diem, ut tunc veniant & procedat assisa. ¶ 2. Cum autem venerint excipi possit contra juratores multis modis. Eisdem enim modis amoveri possunt a sacramento, quibus etiam testes amoventur a testimonio. Repellitur autem a sacramento infamis scilicet qui aliâs convictus fuerit de perjurio, quia legem amittit, & ideo dicitur quod non est ulterius dignus legę, quod anglicè dicitur, **He ne es othes worthe that es enes gylty of oth broken.** Item repellitur quis à sacramento propter inimicitiam magnam & non levem, præsentem & non illam quæ aliquando fuit, & non modo cum producitur. Item repellitur quis propter amicitiam præsentem, sicut propter odium. Item repellitur si quid juris clamaverit in re de qua jurare debet. Item repellitur servus a sacramento juratorum, & hoc simplici verbo protestantium, si fuerit in possessione servitutis. Item repellitur propter nimiam familiaritatem, & non levem. Item propter consanguinitatem & affinitatem præsentem, quia fere paribus passibus incedunt, & hoc nisi eadem familiaritate vel consimili conjunctus sit alteri parti.

Idem verò dici poterit supra de amicitia, familiaritate, & inimicitia. Item repellitur si fuerit cum eo ꝑ quo jurare debet cõmensalis, vel de ejus familia. Item si sit ita sub ejus potestate, quod sibi possit imperari, vel noceri, vel hujusmodi, vt si in domigerio vel ita sub ejus manu, quod possit per eum in aliquo gravari, vel ratione sectarũ, servitiorum vel cõsuetudinum. Item si jurator, vel aliqua partium sint in eadẽ causa vel consimili. Item repellitur si fuerit cõsiliarius alicujus partis, vel advocatus. Item notandum, quod causę suspicionum quandoq; præsentes sunt, quandoq; præteritę, & ea quæ fuit & non est, locum nõ habet: Quia præsens causa debet allegari & probari, prętерita autem non; quia quæ fuit non est, & ideo locum non habet, nec probari debet. Item causa non sufficit quæ dudum fuerat, nisi præsens fuerit vel recens, scilicet ante hesternum diẽ vel nudiùs tertiùs jurator & aliqua partiũ inimici erant, & licet modo non sunt, tamen ista causa recusationis probabilis est propter recentiã. Plures autẽ alię sunt causę recusandi juratores, de quibus ad pręsens non recolo, sed quę jam enumeratę sunt sufficiant exempli causa. Et sciendum quod si semel de cõsensu partium eligantur, ulteriùs recusari non possunt nisi ex nova & recenti causa superveniente. ¶ 3. Cum autem partes in juratores consenserint, tunc procedit assisa, & statim jurare debent in hac forma, & primus per hæc verba. Hoc auditis justiciarii, quod veritatẽ dicã de assisa ista, & de tenemẽto de quo visum feci ꝑ ꝓceptum Domini Regis, vel sic: de tenemento unde talis redditus ꝓvenit. Item si fuerit cõmunia pasturæ tunc sic. De pastura & tenemento vel tenementis unde visum feci. Item si aliquid fiat ad nocumentũ in fundo unius quod noceat fundo alterius, ut si murus levet, tunc dicatur primò de eo quod nocet, & postea de tenemento cui nocitum est, sic: de muro & tenemẽto vel hujusmodi unde visũ feci &c. Et ita generaliter de omnibus, ratione quorũ capiunt assisę principaliter, & tunc: & ꝓ nihilo omittã, quin veritatem dicã, sic me Deus adjuvet & hęc sancta. Et postea

 omnes

omnes alii Juratores jurabunt per ordinem, quilibet p se & hoc modo, Tale sacramentum quale ille talis primus hic juravit, tenebo ex parte mea, sic me Deus adjuvet & hæc Sancta, &c. Et notandum q possunt plures assisæ capi sub uno & eodem sacramento, sicut plures novę disseysinę de tenemento, et tunc sic. s. q veritatem dicā de assisis istis & tenementis, de quibus visum feci. Item de assisis istis & tenementis, et similiter de tenemento unde talis redditus pvenit. Item si cōmunia pasturæ adiungatur, tunc sic: de talibus tenementis, & cōmunia pasturæ, & tenemento, de quibus visum feci, &c. Item si nocumentum adiungatur, tunc repetitis omnibus ut supra, dicatur: de fossato, muro, vel haya, & huiusmodi, et de tenementis, unde visum feci, &c. Et sic fiat de omnibus aliis assisis, sicut ultimę præsentationis, Mortis antecessoris, et aliis. Item sicut plures disseysinę terminari possunt p unā juratam vel p plures, ita possunt plures disseysinę surgere ex uno facto, & terminari p unam assisam vel p plures, ut infra. Facto autem sacramento, ut prędictum est, tunc legat prothonotarius virtute brevis ad instructionem Juratoꝝ, hoc modo: Vos dicetis p sacramentum q fecistis, si talis N. injustè et sine iudicio disseysivit talem N. de libero tenemento suo in tali villa post ultimum reditum Regis H. &c. vel non. Nihil autem dicent Justiciarii in hoc casu ad instructionem Juratoꝝ, quia nihil dicitur vel excipitur ab initio cōtra assisam. Facto autem sic sacramento, recedāt Juratores in aliquē locū secretum, et habeant adinvicem inter se colloquium de hoc q eis iniungitur faciendum, ad quos etiam nullus habeat accessum nec cum eis colloquium, donec suum dixerunt veredictum, nec ipsi signo vel verbo alicui manifestent quod fuerit ab eis dicendum. ¶ 4. Contingit etiam multotiens q Juratores in veritate dicenda sunt sibi contrarii, ita quod in unam declinare non possunt sententiam. Quo casu, de consilio curiæ afforcietur assisa, ita q apponantur alii iuxta numerum maioris partis quę dissenserit, vel saltem quatuor vel sex, et adiungantur aliis, vel etiam p seipsos sine aliis de veritate discutiāt & iudicent, et p se respondeāt, et eorum veredictum allocabitur, et tenebit cum quibus ipsi convenerint; sed alii ꝓpter hoc non erunt convicti, sed quasi p transgressione amerciādi, quia adhuc bene poterit esse q ipsi veritatem dixerint et alii mendacium, qui adhuc convinci poterunt de periurio. Cum autē post sacramentum suum dixerint veredictum suum sive p una parte sive p alia, secundùm eorum dictum proferetur iudicium, nisi aliquid dixerint obscurum, propter quod Justiciarii inducantur ad examinandum, & vel adiudicabitur seysina querenti, vel ipse tenens quietus recedat cum seysina sua: Et aliquando contingit quod utraque pars in misericordia remanebit vel una tantum. Et eodem modo plures nominati disseysitores quidam cadunt in pœnam disseysinæ et quidam quieti recedent. Et si pro tenente dixerint, querens tantum in misericordia & non plegii, quia prosecutus est, licet iudicium habuerit contrarium. Possunt etiam recognitores totam rei veritatem brevibus & paucis verbis Justiciariis exponere, si omnia plana sunt & apta, & nihil in obscuro. Sed si talis oriatur dubitatio vel obscuritas, quod solutio difficilis existat, tunc cogantur, ea quæ obscura

the Prothonotary reads ye writ to the assise

Afforceing the Assise.

scura sunt manifestiùs & apertiùs declarare, si hoc eis sit possibile, & Justiciarii secundùm dicta eorum procedunt ad judicium. Sed si illud obscurum vel dubium declarare non possunt aliquo modo.s. nec ipsi recognitores, nec alii qui fuerint ad hoc vocati ꝑ afforciamento, tunc tutius erit q̄ partes inducantur ad concordiam, si fieri possit, vel ponatur judicium usque ad magnam curiam, & ibi de consilio curiæ terminetur negotium. Si autem omnia plana sunt quæ in recordo continentur, tunc secundùm eorum dicta erit procedendum, & si bene juraverint, stabitur eorum veredicto; si autem malè, locus erit cōvictioni: si autem obscura dixerint & dubia, ubi unica oratio duplicem habere possit intellectū, vel si partes minus plenè fuerint exāīnatæ, locus erit certificationi, ut infra dicetur. ¶ 5. Videndū erit igitur utrū certum dixerint vel incertū, clarū vel obscurum, vel utrū dubitaverit in veredicto suo, vel omnino ignoraverint. Item utrum dixerint aliquid cōtra ꝑsonā querentis, quare assisam portare non possit, vel contra ꝑsonam tenentis, quare contra assisam excipere non possit, vel quòd dicant q̄ ꝑpter errorem in brevi stare non possit, vel respondent secundùm ea quæ eis injunguntur, & quę pertinent ad assisam tantum. Si autem certum dixerint de iis quæ ꝑtinent ad assisam, & non contra brē, tunc aut verum, aut falsum. Si verum, stabit eorum veredicto, nec erit timenda convictio: Si autē falsum, tūc aut scienter aut ignoranter: si scienter, cōmittunt ꝑjurium, si autem ignoranter, ut si fuerint aliquo justo errore ducti, de gratia excusantur. Si autem incertum dixerint, Judex examinare debet, ut de incerto faciat certum, de obscuro clarum, de dubio verum: alioquin anceps & periculosum erit sacramentum, & inde sequi poterit fatuum judicium. Si autem Juratores omninò factum ignoraverint, & nihil de veritate sciverint, adiungant eis alii qui sciverint veritatem. Si autem nec adhuc sciri possit veritas, tunc dicere oportebit de credulitate & de conscientia ad minus. Et in quo casu non committunt perjurium, quia contra conscientiam non vadunt, ut infra pleniùs dicetur de convictionibus. Locus erit certificationi si minus plenè fuerint examinati, vel si minus plenè responsum sit ad interrogata, ita q̄ obscura dixerint, vel ambigua, vel justo errore decepti fuerint. Item si contra ꝑsonam querentis dixerint, quare non competit ei assisa, vel contra ꝑsonam tenentis, q̄ excipere non possit; si falsò hoc dixerint, committunt perjurium, & incidunt in convictionem: quia capitur assisa in modū assisæ, quod quidem non esset, si caperetur ut jurata; ut si hujusmodi exceptio, scilicet causa, status, vel conventio, vel conditio, vel hujusmodi à parte parti opponeretur, & utraque pars de hoc se sponte poneret in juratam, cum aliam fortè non haberent probationem. Item si dicant Juratores, quod breve ineptè conceptum est, quia erratum est forte in comitatibus, & villarum nominibus, & nominibus personarum, vel cognominibus, vel etiam nominibus dignitatum, vel hujusmodi: non erit de hoc multò curandum, quia hoc ab initio non fuit à tenente excipiendo objectum. De nominibus verò comitatuum & villarum non refert, dum tamen de loco constiterit, nec etiam de nominibus personarum, dum tamen constiterit de personis. Et

quia tenens ab initio (si vellet) excipere posset contra breve & non excepit, ex quo se statim in assisam posuit, errorem dissimulans, breve tanquã validum approbavit, & etiã quamvis juratores in hac parte erraverint, perjurium non cõmittunt, cum non consentiant falsitati, quia ille qui errat non consentit. Itẽ sicut ad Justiciarium ꝑtinet diligentissima examinatio, ita pertinet ad eum justa sententiæ prolatio: sed ante judicium examinare debet factum & dicta Juratorum, ut securè possit procedere ad judicium. ¶ 6. Et cum sacramentum habeat in se tres comites, veritatem. s. justitiam, & judicium, veritas habenda est in Juratore, justitia & judicium in Judice. Videtur tamen quod aliquando pertinet judicium ad Juratores, cum super sacramentum suum dicere debent (dum tamen secundùm conscientiam) si talis disseysiverit talem vel non disseysiverit, & secundũ hoc reddatur judicium. Sed cum ad Judicem pertineat justum proferre judiciũ & reddere, opportebit eum diligenter deliberare & examinare si dicta Juratorum in se veritatẽ contineant, & si eorum justũ sit judicium vel fatuum, ne si contingat eum Judicẽ eorum dicta sequi, & eorum judicium, ita falsum faciat judiciũ vel fatuũ: est enim falsum judiciũ & fatuum, ut sic esse possit falsum judicium vel fatuũ, ut infra plenius dicetur de convictionibus. ¶ 7. Item cum superius dicatur quod vicecomes faciat tenemẽtum reseysiri de catallis, &c. & tenemẽtũ esse in pace, illud hodiè non observatur, sed loco illius clausulæ, debet Judex diligenter providere, quod omnia dãna restituãtur disseysito, cum constiterit Justiciariis per sacramentum Juratorum disseysinã esse factam. Et ita diligens debet esse in hac parte quod omnia damna restituantur cum ipsa re, ne disseysitoribus imposterum ex negligentia eorum detur voluntas vel materia delinquendi ꝑ disseysinã, & ne ex alieno damno lucrum reportant vel cõmodum. Videndum est igitur quid debeat restitui disseysito, & sciendum quod ipsa res cum fructibus omnibus medio tempore ꝑceptis. s. a tempore disseysinæ usq̃ ad judicium perceptis & ꝑcipiendis, quia quãvis quis disseysinam fecerit, catalla sua inventa & illata in tenemento amittere non debet. Item quod tenementum esse debeat in pace non dicitur sine causa, quia ex quo vicecom̃ breve Regis susceperit, non debet tenementũ vel possessio ad alium transferri, nec iniuria minui nec augeri, sed omnia in pace debent remanere usq̃ ad captionem assisæ, & hoc si omnino eiectus fuerit a tenemento. Si autem impeditus quo minus quiete & in pace uti possit, licet à tenemento omnino eiectus non fuerit, recuperabit principaliter pacem & quietem, & præterea secundariò, omnia dãna quæ sustinuerit ꝑ prædictum impedimentum. Item etiã etsi non omnino eiectus fuerit, tamen alius usus fuit in suo contra suã voluntatẽ, recuperabit libertatẽ & quietem, & excludet servitutem. Recuperabit etiam omnia damna quæ sustinuerit per prędictum usum iniustum. ¶ 8. Disseysitor autem ꝑ disseysina triplicem pœnam sustinebit, & aliquando quartam sustinere deberet. Prima enim talis est, quod erit in misericordia Domini Regis, pro qualitate & modo disseysinę pœnã habebit maiorem vel minorem, ut si cum armis vel sine, & nunquam minor erit misericordia quàm reperiuntur damna,

Item

Item pœnam habebit, quæ dici poterit quarta, propter pacem. Item si roberiam fecerit cum disseysina, pœnã habebit triplicatam, scilicet pro disseysina misericordiam, pro pace prisonam, pro roberia gravem redemptionem, vitam autem non amittet, nec membrum propter roberiã, cum criminaliter non agatur, nec procedatur versus eum p appellum. Dabit etiã disseysitor vicecõiti p disseysina unum bovem vel quinq̃ solidos, dum tamen principalis disseysitor extiterit. Illi vero qui in auxilio vel fortia, vel consilio extiterint, nullum dabunt, licet in quibusdã com̃ aliter fuerit observatum (Principalis dico) secundum quod fuerit unus vel plures, &c. Item damna dabit p sacramentum Juratorum estimanda, & per Justiciarios (si opus fuerit) taxanda, ad minorem quantitatẽ, si Juratores fortè modũ excesserint, ad plus autem estimari non debent a Justiciariis quam Juratores dixerint in sacramento, nisi fortè Juratores illa dãna ex certa scientia ad minus taxaverunt quam deceret. Quod quidẽ non expedit, ut prędictum est, si disseysitor de damno alieno lucrum reportaret. Sunt enim multi magnates, & alii potentiores, qui ,ppter lucrum quod inde consequi sperant, plures faciunt disseysinas, quas quidem aliàs non essent facturi, nisi propter lucrum: quia cum de exitibus terrarũ & fructibus ex longo tempore magnã summã pecunię, & aliàs cõmodum aliud perceperint, credunt se posse evadere de misericordia per summã minimam, & ita lucri facere quod excedit, quia sæpius Juratores, ex quo tenementum disseysitoribus auferunt, nolunt eos gravare per damna, ut sic utramq̃ partem reddant pacificam & pacificatam. ¶ 9. Ad talẽ igitur occasionem in jure tollendam, Justiciarii non negligenter sed diligenter examinent & inquirãt, quę damna facta sint in domibus, gardinis, boscis, & aliis, & quod vastum fecerint disseysitores, & quod exilium, & quã districtionem & qualiter, & pro quanto (cum huiusmodi facta fuerint) possunt meliùs & utiliùs emendari. Item inquirere oportet, quid pceptum fuerit in fructibus, & bladis, & redditibus, & aliis terrarum cõmoditatibus. Item estimare oportet diligenter quale cõmodum habiturus esset disseysitus si a tenemẽto non fuisset eiectus. Item si cum res restituatur disseysito, sicut fundus, tenemẽtum, vel huiusmodi, habẽda erit ratio rerum ablatarum, quæ cum ipsa re restituantur, sicut sunt arma, utensilia, equi, & boves, & huiusmodi, & quę aliquãdo etiã sine ipsa re restitui debent, sive ibi fuerit disseysina sive non; & si huiusmodi res non restituantur, tamen semp durabit jurisdictio Justiciariorum, donec fuerint cum ipsa re restitutæ. Itẽ õnes res restituẽdæ sunt, & non solum quę ,ppriæ fuerunt ipsius disseysiti, verum etiã omnes illæ quæ apud illum depositæ, commodatæ, vel impignoratę fuerunt, vel quarum usum, vel usum fructuum habuit, vel quę ei locatę fuerant, quia hæc omnia sub (habendi) verbo continentur. Itẽ non solum hæ res quę tunc fuerunt cum disseysina facta esset, verumetiã & quicquid postea desiit illic esse, ut si pecora mortua sint post disseysinã: quia licet disseysitor amiserit, & dãnum senserit, hoc non erit imputandum disseysito Item si ædes incendio cõsumptæ fuerint, earum precium restitui debet p assisam, quia disseysitor ad casus fortuitos tenebitur. Itẽ non solum restituendæ sunt res quæ illic

Damages

illic habuit diſſeyſitus cum diſſeyſiretur, verùm etiam ſive in eo loco a quo dejectus eſt, ſive in omni poſſeſſione: quia ad omnem partem poſſeſſionis refertur, qua quis caruit cum fuerit diſſeyſitus. Itē à die quo quis diſſeyſitus eſt, fructuum ratio habenda eſt, & non retro cōputantur. Item rerum mobilium quę tunc ibi fuerant cōputandi ſunt fructus, ex quo quis diſſeyſitus fuit; & non ſolum fructuum ratio habēda eſt, ſed etiam omnis utilitatis omnium rerum quæ ille habiturus eſſet, ſi non eſſet diſſeyſitus. A Judice autē eſtimanda ſunt damna, vel ad plus vel ad minus, habita ratione meliorationis, & ſecundùm quoſdam videtur contrarium, quia diſſeyſitor meliorationem fecit ad opus ſuū ꝓprium, & non ad opus diſſeyſiti: & ideo videtur ꝙ melioratio cedit cum terra, & ex quo diſſeyſitor alienū ſcienter melioravit, donaſſe videtur, ſcivit enim aut ſcire debuit. Sed revera melioratio minuit damna, & exonerat diſſeyſitorem in parte, & aliquando in toto, ut ꝑ exemplum: ꝑ aſſiſam iſtā, ipſe qui diſſeyſivit tenetur rem diſſeyſitā reſtituere, licet tempore aſſiſæ captæ, dū tamen poſt impetrationem non poſſiderit diſſeyſitor, ſed ad alium tranſtulerit, ſive ille ad quem res tranſlata fuerit, ulterius tranſtulerit ad plures manus, ſive nō, cum res per impetrationem diligentem & proſecutionem diligentem litigioſa effecta fuerit. Item videndum quis teneatur ad damna reſtituenda, & quis non, & ſecundùm hoc oportet conſiderare rigorem juris vel æquitatem .s. ꝙ jus eſt ars boni & æqui, & ſciendum quod illi participes eſſe debent in damno qui participes fuerunt in lucro: i. omnes principales quatenus ſufficiunt, & ſi non ſufficiunt, tunc recurrendum eſt ad alios de forcia & conſilio.

1 ¶ *De exceptionibus. Exceptio contra breve ſive contra juriſdictionem. 2. Quæ exigantur ad hoc quod procedat aſiſa. 3. De exceptionibus contra breve. 4. Quòd error multiplex eſt. 5. De errore circa perſonam, ſive circa corpus, ſive circa officium. 6. De errore circa nomen & dignitatem. 7. De errore circa ipſam rem. 8. De errore circa cauſam. 9. De errore circa locum. 10. Exceptio ſi breve fuerit deperditum. 11. Quando tenere debet breve in perſona ſucceſſoris quod impetratum eſt verſus prædeceſſorem.* Cap. 20.

Of Exceptions.

DIctū eſt ſupra quid juris ſi tenēs nihil velit vel ſciat dicere cōtra aſſiſam, vel excipere quare remaneat im ꝑpetuum vel ad tempus. Nunc autem dicendum ſi velit excipere, ſive contra breve, ſive contra ꝑſonam querentis, ſive contra aſiſam. Sunt enim exceptiones quæ competunt contra breve, & aſiſam differunt, ſed non perimunt. Sunt etiam quædam exceptiones contra perſonam querentis quę aſiſam omnino perimunt. Eſt enim peremptoria brevis, & dilatoria judicii, eſt etiam quædam peremptoria quantùm ad perſonam unius & dilatoria judicii, & non peremptoria quantum ad perſonam alterius; ut ſi querens actionem non habeat, ſed alius, & competat alteri actio ſed non ſibi. Item ſicut competit contra perſonam, ita competit contra aſiſam. Si autem breve non valeat ab initio, non erit ulterius procedendum. Si autem breve valeat, tunc recurrendum eſt ad perſonam, & videndum ſi ei cōpetat querela vel non; poſtea vero ad aſiſam, ſi tenens injuſte & ſine

sine judicio disseysiverit ipsum querentem, ut dicit, de libero tenemento suo in tali villa & post talem terminum. ¶ 2. Inprimis autem oportet cõfirmare breve confirmatâ jurisdictione, sic ut Justiciarii habeât potestatem judicandi, & autoritatem superioris, ut per breve speciale, vel per generalem summonitionem, ut supra videri possit in principio manifestè. Cũ autem confirmata fuerit persona Justiciarii, oportet ꝙ breve competens sit actioni. Item quod querens habeat actionem, & tenens habeat exceptionẽ, & quod certa res in judicium deducatur, ut supra. ¶ 3. Confirmata igitur ꝑsona Justiciarii, & audito brevi, excipiat tenens inprimis contra breve, si videat sibi exceptionem competere. Multipliciter enim excipi poterit cõtra breve, ut si in se vitiosum sit, si appensum fuerit sigillũ adulterinum, vel etiã si rasura si in loco suspecto, ubi nomina scribuntur, & non jura. Item si in se cõtineat aliquam falsitatem, ꝙ non habeat in verbis cancellariç ordinatã dispositionem, nec verborum ordinem, nec stilum calami, ita ꝙ concordet manibus notariorum. Suspitio etiam esse poterit, in nominibus tenementorum, locorũ, & aliorum quæ sunt judicii principalia, & quæ certa sunt, & quç varietatem non admittunt. In aliis vero quæ juris sunt non est multum curandum de rasura, quia rasura in illis quç juris sunt non multum inducit suspicionis. Jura enim & consuetudines & alia quæ communia sunt omnibus, ubique scribi possunt, nisi hujusmodi suspicionem inducant, calami diversitas, vel atramenti; & si in loco suspecto inveniatur rasura, videndum erit & distinguendum, utrum brevia sunt quæ diriguntur vicecomitibus clausa vel aperta: Item utrum id quod suspectũ est in cancellaria sit emendatum, vel ab alio sicut a clerico vic. si clausum fuerit, vel apertum sit, si nomen alicujus, vel aliud quid, prius scriptum inconsultè, deletum, ꝙ ex hoc presumi possit vehementer, ut si breve illud aliquo tempore sub alio nomine recitatum fuerit & auditum, & qui hoc veraciter protestentur, ille qui super hoc conventus fuerit & convictus, dum querela tamen prius in judicium deducatur, & facta inquisitione culpabilis inveniatur, tanquã falsarius puniatur. Item videndum erit si tempore datæ aliqua fuerit causa impetrandi vel nulla, & ideo respiciẽda erit data, si fortè deleta fuerit vel in aliquo mutata, & ꝑ hoc erit suspicio de data, & ꝙ non valet impetratio quæ nulla est nisi subsit causa vera impetrandi. Et ꝙ cadere debeat breve probatur in itinere W. de Ralegh in comitatu Warr̃, assisa novæ disseysinç si Gerardus filius Wilhelmi. Item si de cõsimili brevi & etiam assisa omnino se retraxerit, & tamen non ꝓpter vitium & errorem. Item si prius incepit agere de seysina aliena quam ꝓpria, per assisam mortis antecessoris, ꝑ breve de ingressu, vel per breve de recto, vel ꝑ aliud qualecunque, ordine brevium non observato. Item si aliquid consimile impetravit coram eodem Judice vel diverso, à cujus ꝓsecutione per licentiam vel alio modo non recessit. Item si impetratum fuerit cõtra jus commune, quod plures querentes in uno brevi contineantur. Ubi diversæ sint querelæ, diversæ personæ, & diversæ disseysinæ, nisi ubi unicum fuerit jus & diversæ personç, sicut unus hæres, sicut sunt illi qui cohæredes sunt & participes & tenuerint in communi. ¶ 4. Item error ꝑimit breve, sed

non

non judicium nec assisam. Error autē multiplex esse poterit in persona querentis, ut si erraverit impetrando contra personam eius, qui nomine possidet alieno, & non ꝓprio, ut firmarius, vel prior, vel canonicus amotibilis, ut prędictum est, & inferius dicetur, nec talibus competit exceptio nec querela. Itē procedere non debet assisa propter errorem nominis, ut si pro Henrico, ponatur in brevi Wilhelmo, & econtrario. Idem erit si erratum fuerit in cognomine, ut si dicatur Hughbertus Roberti, ubi dici deberet Hughbertus Walteri. Item idem erit si erratum fuerit de nomine villæ de qua quis inducit originē, ut si pro Londoñ nominet quis in breui Winton. Item si erratum sit in syllaba, ut si quis alium nominet Henricum de Brochetō ubi nominari deberet Henricus de Bracton. Item idem erit in litera, ut si quis erraverit sic nominādo Henricum de Bracthon, ubi nominare deberet Henricum de Bractō, & omnia ista probari possunt ꝑ exempla. Item adhuc idem erit si de nomine cōstiterit & cognomine, erratum tamen sit in nomine dignitatis, ut si dicatur in brevi: Questus est nobis Hēricus de Bractona præcentor, cum sit decanus, & sic cadit breve. Item si erratum sit in persona, & non in nomine nec in cognomine, scilicet cum pater & filius vocentur eodem nomine & cognomine, & patri facta fuerit disseysina, si filius impetraverit sub eodem nomine patris de disseysina patris, non recuperabit, quia non ei facta fuit iniuria, sed patri, & sic ipse non habebit querelam, sed pater si viveret, & licet habeat idem nomen & cognomen, persona tamen diversa est & non eadem, cui facta est iniuria. Idem autē erit, si filius de disseysina patris & de facto patris eodem nomine nuncupatus post mortem patris, si velit sibi perquirere per breve de ingressu de disseysina facta patri. Item error in actione ubi quis credidit actionem competere quæ non competit. ¶ 5. Ut autem plenius habeatur notitia circa quæ versetur error, sciendum quod versatur aliquando error circa personam, sive circa corpus, sive circa officium, sive circa rem, sive circa causam. Circa personam vero contingit errare dupliciter, quandoq̄ ex imperitia sive negligentia impetrantis, quandoque ex dolo adversarii. Ex imperitia vero impetrantis, ut si quis nominaverit Petrum ubi nominasse debuit Rogerum, & propter talem errorem cadit breve multis rationibus. Item si quis binominis fuerit, sive in nomine ꝓprio, sive in cognomine, illud nomen tenēdum erit quo solet frequentius appellari: quia ideo imposita sunt ut demonstrent voluntatem dicentis, & utimur notis in vocis ministerio. Idem est si in prænomine, agnomine, & cognomine. Idem erit si erratum sit in nomine appellato, ut si quis vestem nominaverit ubi nominare deberet pecuniam. Item provenit error ex dolo adversarii, scilicet quando adversarius dolosè in absentia impetrantis commutat possessionem, ut adversarius rediens & novum possessorem inveniens, ipsum, tanquam eum de quo in brevi nulla fit mentio, convenire non possit nec implacitare: & videtur quod non, quia in brevi non comprehenditur, & multis aliis rationibus; verius tamen est quod possit, & debeat respondere, alioquin posset ille qui possessionem mutavit, ne cum eo ageretur, de dolo suo commodum reportare, & multis aliis rationibus,

bus,& ideò poterit uterq; conveniri simul vel per se, & hoc licet translatio fiat antequàm breve perveniat ad iusticiarios vel vic.dum tamen diligēs extiterit prosecutio. Eodē modo fieri posit si res post iudicium ad alium transferatur. ¶ 6. Item poterit esse error circa officium sive dignitatem,ut si quis præcentorem nominaverit pro decano,vel è cōtrario:circa officium,ut siquis nominaverit coronatorē pro vic.vel è contrario. Nomen vero dignitatis vel officii non mutatur, nec etiam nomē proprium: Errari tamē poterit circa ea, unde etsi exprimatur verū nomen & fiat error circa dignitatem vel officium, tenet breve.Si autē fiat error circa nomē,& de dignitate vel officio non erretur,tenet breve;aliquando vero nomē propriū non exprimitur, & tunc tenet nomē dignitatis vel officii;& si circa ea nō erretur,& tenebit breve, quantum ad eorum successores in causa civili,ubi nulla sequitur pœna. Si autem actio fuerit pœnalis ex delicto,extēditur etiam ad successores nō expresso proprio nomine,sed non ad pœnā,sed quoad restitutionē, si posit restituere. Si autem nomē propriū exprimeretur,non esset ita. Officium verò & dignitas fere se habent ad idem,sed quælibet dignitas est aliquod officium, sed omne officium non est dignitas. Officium verò bene potest esse sine dignitate,ut officium vicecomitis & coronatoris.Itē si diacon⁹ nominetur pro sacerdote,non expresso proprio nomine,vel è contrario cùm sacerdos utrāque contineat dignitatem. ¶ 7. Itē quandoq; fit error circa ipsam rem, ut si quis nominaverit vineam ubi nominare debeat ecclesiam:Item lanceam ubi vestem.Rerū enim vocabula immutabilia sunt,hominum verò sunt mutabilia. Item error poterit esse in qualitate rei & quantitate. Itē in precio,numero,pondere & mensura. Item in genere & colore. Itē error poterit esse circa rem in loco,ut si quis dicat quod res sita sit in uno loco,cùm sita sit in alio; sed error ille nocere non deberet,cùm per circūstantias colligi possit id quod petens in mente habuit. Eodem modo dici posset de distinctione agrorum ubi visus petitur,quia non refert utrum quid fiat,vel quod tantundem valeat. ¶ 8. Item fit error circa causam,ut si quis dederit intelligi impetrando quòd justè possideat, vel quòd injustè possederit,vel quòd nunquam possedit, in quo casu videndum si causa sitcasualis,tunc non impedit processum,si autē conditionalis impedit omninò. ¶ 9. Item poterit error esse circa locum, & si disseysitus impetraverit ad vicecomitem in cujus comitatu tenementum non fuerit, vel si dicat tenementū esse in una villa quod revera est in alia, sicut pleniùs dicetur inferiùs. Plures autem sunt exceptiones contra breve inferius assignatæ in causa proprietatis, quarum quædam locum habent hic,quædam verò non, & sicut exceptiones quæ assignatæ sunt contra breve in causa possessionis locum habent hic & non ibi,& ideo omnes exceptiones contra breve,uno loco comprehendi non possunt, & ideo quod hic non invenitur,ibi inveniri poterit.

¶ 10. Sed quid dicendum erit si breve originale erit perditum per alicujus negligentiam, vel in curia? tunc videndum erit utrum unquam in curia coram justiciariis recitatum fuerit & auditum, & tunc bene possunt justiciarii procedere, dumtamen hoc fuerit in præsentia partium.

Idem

Idem erit ſi irrotulatum poſt viſum petitum, vel warantũ vocatum. Sed quid ſi nunquam fuerit auditum, vel recitatum coram iuſticiariis ſed breve de warantia de capiendo aſſiſam? videtur quod breve illud ſufficiat ad procedendũ, cum omnes articuli brevis originalis ibi ſint contenti, & aliquando nomina diſseyſitorum, ad omnia igitur bene poterit procedi per breve iſtud, dum tamen vicecomes cognoſcat qd. breve originale ſuſceperit, & quia rex teſtatur in literis ſuis patentib' qd. talis arramavit aſſiſam verſus talem de tali tenemento & in tali villa, & ſic omnes articuli contenti ſunt, & qd. quidem rex teſtatur. Sed quid ſi breve fuerit patens & apertum, & ſigillum omnino fractum fuerit, vel cauda rupta? non erit tali fides adhibenda. Item ſi fuerit omninò falſum, ut ſi appenſum fuerit ſignum adulterinum, vel ſi fractum fuerit omnino, & ſtilo cancellariæ non conſonum. Si quis tali brevi uſus fuerit & convict', puniatur, ut ſupra de crimine læſæ maieſtatis, niſi warantũ habuerit qui breve illud advocaverit/¶ 11. Item, inter cętera videndũ, quandò tenere debet breve impetratum verſus prędeceſsorem in perſona ſucceſsoris, ſive in cauſa poſseſſionis ſive in cauſa proprietatis, ut ſi Abbas vel prior diſseyſinam fecerit, & poſtea amotus fuerit vel depoſit', manens in eadem domo vel alia, vel mortuus poſt diſseyſinam. Quo caſu, refert utrum impetratum fuit contra eos ſtatim poſt diſseyſinam ante amotionem & depoſitionẽ vel poſt, & tunc utrum expreſso nomine proprio & nomine dignitatis ſimul, vel tantum ſub nomine dignitatis. Sed ſive ſic ſive ſic, ſemper tenentur reſpondere, dum vivi fuerint poſt breve impetratum ubicunq, fuerint, quia perſonalis eſt iniuria, & hoc ſive ſit alius ſubſtitut' ſive non, cùm res effecta ſit litigioſa per impetrationẽ ante creationẽ alterius Abbatis. Et quamvis Abbas depoſitus fuerit vel amotus poſt iniuriam, non tamen aboletur pœna propter mutationem dignitatis vel officii, cùm adhuc duret iniuria, quæ perſonalis eſt, & quæ perſonam ſequitur. Si autem depoſitus fuerit ante impetrationem, & poſtea impetretur, tunc refert utrum ante impetrationem creatus ſit alius Abbas vel non. Si autem alius Abbas creatus fuerit ante impetrationem, tunc oportet tam diſseyſitorem quàm ſubſtitutũ in brevi comprehendere, cùm ſubſtitutus teneatur ad reſtitutionẽ ſi factum depoſiti advocaverit, & depoſitus teneatur ad pœnam. Si autem poſt impetrationẽ ſubſtitutus fuerit alius ante captionem aſſiſæ, tunc licet in brevi non nominetur, tamen tenebitur, ſecundum quod factũ depoſiti advocaverit, vel non advocaverit. Si autẽ nullus omnino ante captionem aſsiſæ fuerit ſubſtitutus, tunc procedat aſsiſa contra depoſitũ per tale breve, ſcilicet quod talis canonicus vel monachus quondam Abbas, &c. & ſi Abbas fuerit ſubſtitutus ante impetrationem, tunc ∴ quod talis monachus quondam Abbas & talis ei ſubſtitutus, &c. Si autem diſseyſitor mutaverit dignitatem, fiat mentio in brevi de dignitate. Si autem Abbas vel prior diſseyſitor mortuus fuerit ante impetrationem vel poſt, & ſive ante creationẽ alterius Abbatis vel poſt, & ſive nomen exprimatur illius qui mortuus eſt in brevi ſive non, in cauſa diſseyſinæ cadit breve, & extinguitur aſsiſa in eo quod pœnalis eſt, tenet tamen quantum ad Abbatem ſubſtituendum

in eo

in eo qd. est rei persecutoria, & non refert utrum breve impetratum sit contra predecessorem sub nomine dignitatis tantùm, vel sub nomine ꝓprio & nomine dignitatis. Si autem Abbas querens mortuus fuerit, eodē modo cadet breve sub nomine suo impetratum, quia non erit qui respondeat si non sit qui queratur, cùm iniuria sit ꝑsonalis. Si autem impetratum fuerit in causa proprietatis contra aliquem Abbatē, vel in causa possessionis, quæ non est pœnalis, sicut in assisa mortis antecessoris, si tenens Abbas mortuus fuerit, & impetratum fuerit contra eum sub nomine dignitatis vel officii tantùm & non sub nomine ꝓprio, semꝑ tenebit breve in ꝑsona successoris, quod fuit impetratū sub nomine prædecessoris, quia quoad nomen dignitatis, idē est successor cum prædecessore, quia non mutatur dignitas ꝓpter diversitatem ꝑsonarū. Si autē sub nomine ꝓprio & sub nomine dignitatis simul, sive successor idem habeat nomen cum prędecessore sive non, sed diversum, cadit breve: quia licet idē sit nomen, tamen diversum est ꝓpter diversitatē ꝑsonæ, licet videatur contrarium, sicut si nominaretur Henricus pater. s. & filius vel successor eodem nomine. Si autē impetratum fuerit contra prædecessorē, qui deposit' fuerit, tenetur contra substitutum sive sub nomine dignitatis tantùm vel sub utroque quia deponi posset in fraudem.

1 ¶ Exceptio contra personam querentis, & inprimis de statu. 2. Si servus objiciatur. 3. De exceptione & de statu querentis. s. de villenagio. 4. Cui competit exceptio villenagii. Cap. 21.

SI vero nihil scit quod excipi possit contra brē, sed cùm sufficiens sit in omni sui parte non abrasum in aliquo loco suspecto, licet tamen in narratione & in facto. Item si non delet vel alio quocunq; modo vitiosum & in prima sui figura, ꝓposita intentione querentis & fundata, tunc demum videndum est si sit exceptio aliqua quæ competat tenenti contra querentē ex persona querentis, ut si excipiat tenens contra querentem quod querela ad ipsum non pertineat, nec assisa, sive sit liber sive servus, masculus vel fœmina, major vel minor, ut si querens nomine suo non teneat, sed nomine alieno, quia talibus non competit assisa, sed dominis proprietatis. Et si liber sit, & teneat ad terminū, vel ad voluntatē, vel in villenagium (quod benefacere possit salva libertate sua) cadit assisa omnino in persona sua, nisi replicando docere possit contrarium, scilicet quod teneat nomine proprio qualitercunq; sive per disseysinam sive per intrusionem, dum tamen disseysiri non debeat sine judicio. ¶ 2. Si autem sit servus, & teneat in villenagio, dum tamen sub potestate domini constitut', cadit assisa omnino, cùm teneat nomine alieno, nisi replicando docere possit contrarium, scilicet quod libere teneat, vel quod quod sit extra potestatem dominorum in statu libero, & ita quod in servitutem revocari non poterit sine brevi vel sine judicio. ¶ 3. Et non competit alicui hujusmodi exceptio de villenagio, præterquam vero domino, nisi utrumque probet, scilicet quod villanus sit & teneat in villenagio, cùm per hoc sequatur, quod ad ipsum non pertineat querela sive assisa, sed ad verum dominum, & ideo cadit assisa quantum ad personam suam, & non quantum

quantùm ad personam domini. Si autem verus Dominus opposuerit exceptionem servitutis servo sub potestate sua constituto, sufficit si probet illum esse servum suum vel per parentes vel per assisam. In quo casu terminabitur quæstio status & assisa, nisi fortè liber homo sit bona fide possessus & proclamare voluerit in libertatē: in quo casu, non nocebit ei ista exceptio & exceptionis probatio, dum tamen se possit probare liberum, & sic exire à statu servili in libertatē. Sed quoniam servus aliquandò est sub potestate domini constitut⁹, & in statu servili in possessione servitutis, aliquandò extra potestatem in statu libero, in possessione libertatis, aliquando teneat liberè, aliquando in villenagio, cum questio status incidat in assisam & prçiudicialis sit, videndū erit cui objiciatur & à quo. Cui, utrū s. ei qui fuerit sub potestate domini sui cōstitutus, sive nomine proprio, sive alieno bona fide possesso, sive libero sub potestate alicujus in statu servili existēte qualitercunq;: sive per vim & iniustam detentionē, sive per copulā maritalē, sive obiiciatur ei qui fuerit extra potestatē, & tūc vel ei qui fugitivus suus est & recentèr fugit de terra sua & recenter insecut⁹, vel non recēter, ita quòd sine brevi revocari non possit in servitutē, vel ei qui nunquam fuit sub potestate sua, sed de nativis suis natus, qui aliquādo fugerunt vel à terra sua vel antecessorū suorum. Item vel eis qui fugitivi sunt revera, sed cum exceptione perpetua muniti vel privilegio, exceptione. s. perpetua, qua se tueri posśint perpetuò: quia nunquā forte fugerunt de terra opponentis, vel huiusmodi privilegio, quia manentes in civitate aliqua vel villa privilegiata, vel dominico domini regis per unū annū & unū diē sine clamio. Item privilegio clericali. Sed quid dicetur de milite? revera illud idē quod de clerico, donec fuerit per iudicium degradatus. Item refert utrū proprio servo obiiciatur vel alieno. Item in qua causa, utrum scilicet in iudicio petitorio in causa proprietatis, vel querenti in iudicio possessorio & restitutionē petenti, in causa possessionis & spoliationis. Item refert utrum queratur & petat restitui de spoliatione propria: vel petat sibi rem reddi de possessione aliena, sicut de seysina alicuius antecessoris sui, quam antecessor habuit die quo obiit in causa possessionis ut de feodo. In restitutione spoliationis, non nocet ei qui est extra potestatē constitutus quin recuperet, quia prius inquirendum est de spoliatione quàm de statu. Si autē petat versus dominū in causa proprietatis, ei obstabit exceptio villenagii, & probabitur exceptio villenagii per parentes vel per patriam: ut si servus petat seysinam antecessorum suorum ante fugā. Item ut de feodo & de iure in causa proprietatis, in qua non admittitur ad actionem opposita exceptione servitutis & probata pro statu antecessorum suorum, & de eorum seysina, nisi forte ipsi essent in statu liberali. Si autē obiiciatur exceptio villenagii alicui, ut iuratori, talis exceptio probatione non indiget nec aliqua solennitate, sed credendum erit simplici verbo coniuratorum sine aliquo sacramento, ut supra, de exceptionibus contra iuratores.

¶ 4. Item refert à quo opponi debeat, quia quamvis exceptio aliquando competat versus alium, non tamen pertinet ad omnes ut illam opponant. Ideo videndum utrum ille dominus, vel extraneus: & si extraneus, utrum ille

ille feoffator fueri, vel alius cujus nulla ratione interfuerit. Si autē dominus sub cujus fuerit potestate, servus ꝓprius vel alienus, vel liber homo, cujus status sit dubius, an sit liber vel servus, si prima facie assisa sive actio justa videatur, cùm seruus exceptionem non habeat contra dominum suum, quia nullum habet liberum tenemētum contra dominū suum, quia quicquid ꝑ ipsum acquiritur, id domino acquiritur, & cùm ipse a domino possideatur, nihil possidere potest, nec proprium habere. Si autem seruo alieno vel libero in statu seruili constituto, tenebit exceptio donec servus ꝓbetur alienus, vel donec ille liber in seruitute detentus se liberum esse ꝓbaverit. Et semper erga tales locum habebit ista exceptio, siue tenemētum fuerit villenagium purū ipsius domini, vel eorum perquisitum ex feoffamento alio. Cùm autem opposita fuerit exceptio a vero domino ei qui fuerit extra potestatē domini sui & recenter fugerit, tenebit exceptio contra eum, quamdiu dominus eum repetere posset sine breui, & ita quòd non opportet eum ad alterius auxiliū recurrere nisi suum, & si habere non possit regressum ad villanum suum recuperandum, nisi ꝑ breue qualiscunq̄ fuerit ille fugitvus, vel qualitercunq̄ fugerit extra potestatem, vel quandocunq̄ fugerit, not tenebit exceptio nec valebit, quousque fugitivus peruenerit in potestatem domini, cum dominus desierit possidere per impotentiā vel negligentiam, & vtramq̄ amiserit, naturalē vz & civilem, quasi exceptione opposita non suo tempore, nec suo loco: sed villano cōpetit restitutio ꝑ assisam, quia forte habet exceptionē ꝑpetuā, & dominus nunquā audietur excipiendo, donec villanus ꝑvenerit in suam potestatem, qui forte se tueri poterit in statu libero donec discussum sit utrum liber sit an servus, vel donec dominus in ꝓbatione defecerit vel non defecerit, & cum in causa status per breue de natiuis illum in seruitutem revocauerit, ꝓbato villenagio, restituetur domino suo cum tota sequela sua, & cum omnibus terris & catallis suis omnibus. Sed quare non potest dominus suus ejicere eum de tenementis acquisitis, & auferre ei catalla sua sine inditio, cum fuerit extra possessionem, antequā corpus disrationaverit? Videtur quod si ita esset, hoc esset iniquū, quia non poterit quis habere ꝑtinentias antequā habuerit id ad quod res ꝑtinuerit, sicut videri poterit ꝑ exemplū de aduocationibus ecclesiarum. Quia si ad aliquē ꝑtineat manerium aliquod cum aduocatione, & fuerit extra possessionem & vacaverit ecclesia, si ꝑ̄sentauerit ꝓpter jus præsentandi quod ad eum pertinebit cum manerio, non valebit præsentatio, antequam disrationaverit manerium ad quod præsentatio pertinuerit. Et vulgariter dicitur, quod primò opportet Cervum capere, & postea cum captus fuerit illum excoriare. Item videtur quod non poterit quis terras vel catalla a servo vel fugitivo qui fuerit extra potestatem & in statu libero auferre sine corpore, ꝓpter verba in breui de natiuis contenta, ubi præcipit dominus Rex quod vicecom̄ faciat ei habere nativum & fugitivum suum, cum tota sequela sua, & cum suis catallis, & vnde videtur ꝙ sine judicio catalla sua auferre non potest, quia si ita, talia verba, scilicet (cum catallis) in breui ꝑperā, ꝓpter personam posita effectum non haberent. Item ratio esse poterit quod si inter dominum

minum & servum illum aliàs questio status haberetur, obstaret semper domino petenti exceptio spoliationis, donec servus ad plenum restitueretur. Quid etiam juris clamare poterit dominus in catallis vel tenemento quasi in accessorio, cum nihil juris clamare poterit in corpore quod est principale, & sicut non habet locum exceptio a domino proposita contra eum qui fuerit extra potestatem, quia si exceptio domini prima facie justa videatur, tamē eliditur per replicationem quod sit extra potestatem quasi sui juris, quæ si necesse fuerit, multipliciter probatur, & quod ejici non possit antequam corpus disrationetur, quia per eos tantum acquirimus, quos sub potestate nostra habemus, sicut per servos & liberos &c. Et quod per tales acquiritur, dominorum erit, quod autem per illos qui extra potestatem sunt, non nisi tunc demùm, cum in nostram devenerint potestatem. Si autem extraneus fuerit, qui ejecerit servum alienum extra potestatem constitutum, multo fortius non habebit locum in persona sua exceptio, quia jus non habet, cum locum non habeat in persona domini qui jus habet in persona servi. Et ideo quamvis aliâs locum haberet in persona domini, ut prędictum est, si servus fuerit sub potestate, tamen non competit cuilibet de populo ut illam opponat, nisi ius habeat opponendi, vel si competat, & illam opponat, elidi poterit per replicationem, vel quia non ꝑtinet ad opponentem ut illā opponat, quia jus non habet, vel si jus haberet, elidi posset ꝑ replicationem ab eo qui jus haberet replicandi; quia sicut non habet quis jus excipiendi, cum sua omnino non intersit cum extraneus sit, ita non pertinebit ad querentem replicatio, quia replicatio pertinet ad alium & non ad ipsum, & sic in persona ejus cuius revera servus non interfuerit, locum habebit & tenebit exceptio versùs querentem, quia querens replicationem non habet, nec pertinet ad ipsum replicare, donec ad ipsum perventum fuerit qui jus habet replicandi: verbi gratia, Servus *alicujus* sub potestate domini sui constitutus facit ꝑquisitum de libero tenemento, forte ab alio quam â domino suo ejicitur, competit tamen extraneo exceptio de tenemento quod tenetur in villenagio, quia ad dominum pertinet actio si servus ejiciatur, & non ad servum, quia servus non habeat actionem. Item, esto quod servus extra potestatem domini constitutus perquisitum fecerit, priûs oportebit dominum disrationare servum, & tunc demum se ponere poterit in tenementum. Sed esto quod feoffator servi hoc non permiserit, sed se posuerit in seysinam, vel extraneus forte, quis habebit assisam novæ disseysinæ, vel dominus vel servus? Dominus non, quia nunquam seysinam habuit; si servus petere velit per assisam, obstabit ei exceptio villenagii. Sed revera quicquid dicatur, servus extra potestatem domini constitutus, cum sit in statu libero contra dominum proprium habebit assisam, multo fortius in statu libero responsurus erit contra non dominum, qui nihil iuris habet in persona servi: & sic si dominus non habuerit exceptionem servitutis; nec extraneus multo fortius. Si servus fuerit in statu libero, & ita in statu dubio, semper erit pro libertate judicandum, donec probetur in contrarium, & sic primò procedat assisa, quasi de libero tenemento, & postea agatur de statu, qui pręiudicialis est disseysina.

Item

Item qui tenet villenagium de domino suo, ejectus est a villenagio ab extranea persona cuius non interest, villanus queritur per assisam, extraneus opponit exceptioné villenagii, villanus replicat quod non pertinet ad extraneum excipere, quia suâ non interest: extraneus econtra, quod si ad eum non pertinet villenagii exceptio, ad villanum non ptinet replicatio sed ad dominũ suum, & sic compensata hinc inde replicatione cum exceptione, remanebit extraneus in seysina, donec ille, scilicet verus dominus qui actionem habet & non servus, agat, petendo restitutionem per assisam. Et si sic extraneus excipiat, non eliditur exceptio sua per replicationem, quod nihil ad ipsum: quia quamvis exceptio ad ipsum non pertineat de jure, tamen locum habet contra villanum, quia villanus non habet actionem, non magis quam firmarius qui alieno nomine tenet. Si autem servus perquisitum fecerit tenendum liberè de feoffatore suo, & dominus tenementum illud in manum suam non ceperit, tunc si extraneus eum ejiciat vel feoffator suus, & contra servum excipiat de villenagio, elidetur exceptio per replicationem, quia in hoc casu competit servo replicatio, scilicet quod ad alium non pertinet exceptio. Si autẽ ei qui est extra potestatem domini sui petenti restitutionem opponatur exceptio villenagii, non habebit locum exceptio, antequam corpus disrationetur in causa status, ut prædictum est, etiam si opponens parentes querentis pducat ad exceptionem illam pbandam: quia si ita, sequeretur quod causam status in iudicium deduceret, & quia ita terminarentur simul tam causa status quam assisa (quod esse non debet) in personis eorum qui extra potestatem fuerint dominorum in statu libero, & quasi sui iuris. Si autem opponatur huiusmodi exceptio alicui qui fuerit sub potestate domini, si fuerit servus proprius, & ad exceptionem probandum producti fuerint parentes qui eum servum pbaverint, tunc locum habet, quod p hoc terminatur tam causa status quam assisa. Et talis liberabitur domino suo ut villanus. Et p hoc terminabitur utrumque. Illud idem erit, si villanus contendat se esse liberum sub potestate domini constitutus, & pquirat breve de servitiis & consuetudinibus quod dominus ab eo non exigat &c. Et dominus opposuerit villenagium & parentes pduxerit, utrũque placitum p hoc terminabitur, indirectè tamẽ. Idem erit, si cum villanus iustificari non possit à domino suo quod ei faciat servitia, vel cum villanus breve de pace pquisiverit cum sit sub potestate domini, & nullũ breve pcessit de nativitate sua, & dominus sibi pquisiverit breve ꝙ faciat ei consuetudines & servitia, quæ ei facere debet de tenemento ꝙ de eo tenet in villenagio, & parentes pduxerit, & sic probaverit villenagium, utrumque terminabitur & indirectè, sive liber tenuerit villenagium sive villanus, & in hoc casu querens se ponat in assisam velit nolit, cum fuerit sub potestate dñi, alioquin denegetur ei actio ꝙ aliter esset, si esset extra potestatem. Si autẽ servo alieno bonâ fide possesso a possidente objiciatur huiusmodi exceptio, parentes non possunt pduci, sed tamen standum erit præsumptioni, & tenet exceptio propter possessionem, donec pbetur in contrarium, & possessus se probet liberum. Eodem modo si servo alieno bonâ fide possesso,

semper stabitur hujusmodi exceptioni, donec verus Dominus eum evincat, & si ille qui possidet aliquo casu parentes illius ꝑduxerit ad probādum, non valebit, quia ꝑ hoc non ꝓbabit illum esse servum suum, cum parentes sui sint servi alieni. Et ad ꝓbādam exceptionē villenagii, non oportet in aliquo casu ꝑducere parentes, sed sufficit ꝓbarē ꝑ assisam tantùm, quam si querens recusaverit, denegabitur ei actio sive querela, & si Juratores malè juraverint, convincendi sunt ꝑ parentes ejus qui fuerint sub potestate domini. Item esto, ꝙ feoffator servum sub potestate existentem, de tenemento ꝙ ei dedit libere tenendum ejecerit: tunc distinguendum erit utrum dominus servi tenementum illud in manum suā ceperit vel non. Si autē sic, tunc dominus habet assisam & actionem, & servus nullā, non magis quam de villenagio domini. Si autem non, tunc competit villano actio & hæredibus suis contra feoffatorē suum, & hæredes suos, & alios omnes qui ab eis causam traxerint, vel feoffamentum, ut si ipsi ꝓponant exceptionē villenagii contra talem, ipse habebit replicationem ex facto & feoffamento donatoris. Et ubi sequitur assisa novæ disseysinæ in ꝑsona antecessoris, sequetur assisa mortis antecessoris, in ꝑsona hæredis, non obstante exceptione villenagii, ꝓpter verum dominum villani. Eodem modo contra extraneos ad quos non ꝑtinet ejicere, & tamen villanus in hoc casu habeat actionem, & non dominus. Item esto ꝙ dominus servo suo sub potestate sua existenti terram dederit tenendā liberè sibi & hæredibus suis cum manumissione, licet servus ille villenagiū tenuerit, tamen ꝓpter manumissionem liber erit, ac sicut alius liber qui libet liberè tenebit, & quāvis tenuerit in villenagio, villenagium non aufert ei libertatem manumissionis. Et unde si dn̄s ipsum dejecerit, & ipse agat ꝑ assisam, si dn̄s excipiat de villenagio, ipse habet replicationem ex facto & manumissionè domini sui. Et eodē modo de villenagio ꝙ tenet, potest villenagium derelinquere sicut alius liber. Eodem modo, si dn̄s ei manumisso faciat conventionē, habeat erga dn̄m suum actionē ex cōventione. Si autē servo donationē fecerit sine manumissione de aliqua terra tenenda ꝑ liberum servitium, talis donatio sive cōncessio non mutat statum suum servilē, quia ꝑsonę liberę villenagium nihil aufert libertatis, nec liberum ten̄tum villano aliquid confert libertatis. Si autem dn̄s ita dederit sine manumissione, servo & hæredibus suis, ten̄dum liberè, ꝑsumi poterit de hoc ꝙ servum voluit esse liberum, cum aliter servus hęredes habere nō posit nisi cum libertate, & ita cōtra dn̄m excipientē de villenagio, cōperit ei replicatio. Si autē cuicunq̄ in potestate alicujus existenti vel extra, sive exceptionē habeat ꝑpetuā vel privilegium, à quocunq̄ opponatē dn̄o vel alio quocunq̄ feoffatore, vel extraneo, cujus nō interfuit, vel alio quocunq̄, & querens replicare noluerit contra tenentē, sed simpliciter dicat ꝙ liber sit, & inde ponat se super iuratā, & alius affirmet ꝙ non, & inde se ponat similiter super iuratā, absq̄ alia ꝓbatione ꝑducenda ꝑ parentes vel alio modo, cum sic agatur de cōsensu partium cadit assisa, nec est capienda ut assisa, sed vertitur in iuratā, & fiat sacramentum, ita ꝙ veritatem dicent de iis quæ ab eis exigentur ex parte Dn̄i Regis, quia non est actum in hoc casu principaliter de disseysina,

sina, utrũ disseysitus fuerit vel nõ: Sed an talis sit an talis.s.liber vel servus, & sic ibi nulla erit cõvictio ꝑ assisam ꝑpter consensum, nec hujusmodi exceptio tangit assisam, cùm faciant sibi iuratam quasi judicẽ ex consensu de statu: ut si dicant juratores ꝙ servus sit, nihil capiet ꝑ assisam, si autem liber, tunc primò ꝑcedit assisa utrũ disseysitus fuerit vel non, dum tamen eis prædicatur, quòd in hoc casu ad aliud remedium nõ habebũt regressum, & ita ꝑ hoc terminabitur negotium quoad statũ, & nulli eorum quantùm ad exceptionẽ vel responsionẽ præiudicabitur, si postmodũ de causa status agatur inter tales: quia si iurata dicat simpliciter quod querens villanus est, non erit ꝑpter hoc dño liberãdus, nec ad villanum cõvictus, si fuerit extra potestatẽ, sed alia actione opus erit ꝑ breve de nativis, quia ꝑ iuratã istã nihil aliud agitur, nisi quod à querela repellatur, & si sub potestate dñi fuerit constitutus ut servus, & jurata dicat ipsum esse liberum, quãvis recuperet per assisã, tamẽ corpus non liberatur à manibus dominorum, antequã ꝑ aliud breve se ꝓbet esse liberum, quia exceptio villenagii opposita & sic probata, statum non mutat nec conditionem, sicut si ageretur de servitiis & cõsuetudinibus ubi probatur servitus indirectè. Si autem tenens dicat excipiendo quòd querens se cognovit ad villanum, tunc restat querendum à judice ubi, & ad villanum cuius? quia si non fuit villanus opponentis exceptionem non pertinet ad ipsum exceptio, sed ad eum cujus villanus esse dicitur, & sub cuius fuerit potestate, & domino suo cõpetit exceptio ex confessione sine alia probatione, nisi post confessionẽ illam statim mutaverit per manumissionem, ex facto domini sui, vel feoffamentum, vel conventionem: quia in hoc casu etsi dominus habeat exceptionem iustam, servus habet contra exceptionem iustam replicationem. Et hæc vera sunt nisi sit aliquis qui dicat, quòd querens invitus & non de consensu se ponat in assisam cûm habeat replicationem, & quód aliter non sit audiendus. Si autem nulla facta exceptione villenagii vel proposita alia, quare assisa debet remanere, & procedet assisa in modum assisæ, & assisa ita dicat simpliciter quòd querens liberum tenementum habere non possit, quia villanus est, vel econtrariò scilicet quod liber sit: Si iusticiarius sine aliqua examinatione secundùm dicta iuratorum (quod esse non deberet) iudicaverit, si postmodum per parentes vel alio modo probetur contrarium, iuratores de piurio convincentur. Item esto, quod ille cui villenagium opponitur sit persona penitus incognita, ita ꝙ iuratoribus nihil constet de conditione, utrum liber sit an servus, in hoc dubio erit pro libertate iudicandum, ita ꝙ in benigniorem partem cadet interpretatio, sicut de quolibet homine præsumitur, quod sit bonus homo, donec probetur in contrarium, & etiam quia opponens exceptionem de villenagio non probat eam: est igitur quasi nulla cùm nõ sit probata, licet revera talis sit, secundùm quod proponitur. Ius enim nũquam deficit licet deficiat probatio. Item esto ꝙ servus alienus sub potestate alterius quàm domini sui constitutus ꝑquisitum fecerit & à vero dño ejiciatur anteq̃ illã recuperaverit, recuperabit servus per assisam erga verum dominum suum, nõ obstãte exceptione villenagii, secundũ quod terra illa capta fuerit in manũ eius sub cuius potestate fuerit

 vel

vel non,& secundum hoc competit assisa uni eorum vel alteri. Item esto quod quis servum alienum,& in potestate domini sui existentem feoffaverit,tenendum de domino suo liberè, si dominus hoc voluerit, & homagium servi sui receperit,si eum ejiciat,servus per assisam recuperabit,non obstante villenagio, sed in voluntate domini erit,utrum hoc facere voluerit,vel tenementum illud in manum suam capere. Item si servus sibi ipsi acquisiverit & non domino, dominus servi non efficietur dominus rei, antequam illam ceperit in manum suam, & competit servo assisa contra omnes, præterquam contra verum dominū suū in cuius fuerit potestate, nō obstāte exceptione villenagii. Si autem acquisierit ad opus dominorum & nomine ipsorum, unius vel plurium, vel uni ex pluribus, eis competit assisa quorum nomine acquisivit, quia ex facto servi sunt in possessione, licet non ceperint in manum suam cum solennitate. Item si in modum exceptionis hoc modo opponatur villenagium à tenente, s. quod querens assisam portare non possit quia villanus est & filius villani, poterit utrumq; esse verum, & quòd ille querens habeat contra istam exceptionem iustam replicationē,& ꝙ cadet assisa,vel procedet, de utroq; istorum, vel de altero,vel de neutro,nō cadet assisa si querens non replicaverit vel exceperit,quia neutrum istorum habet, nec replicationē nec exceptionem,quia villanus est sub potestate domini sui constitutus,& natus de villano & villana ipsius domini sui. Eodē modo de patre suo,& sic si replicet vel excipiat,ꝑ assisam veritas declarabitur,& secundum hoc locum habebit replicatio vel non habebit. Et si assisa faciat cōtra ipsum cadat de utroq;. Item potest esse quod cadat de uno & nō de alio, quia benè potest esse ꝙ ipse villanus sit & pater suus liber, sed ipse habet exceptionem pro se & forte privilegium, & ideo per hoc se defendit contra exceptionem. Item potest esse ꝙ liber sit & pater suus villanꝰ,q̄a ipse ꝓgenitus ex libera,& soluta ex patre villano,quo casu sequi debet conditionem matris. Item vice versa,potest esse ꝙ ipse sit villanus & pater liber,quia progenitus ex villana & libero in matrimonio sive cōtubernio, & in quo casu sequetur conditionē matris,maximè si liber ingressus sit in villenagium ad nativam,secus erit si extra villenagium,quia thorus mariti liberi facit eam liberam in vita viri. Et quia si in servitutem peteretur, defenderet se contra exceptionem villenagii ꝑ replicationem liberi thori. Item si sic objiciatur villenagium quod villanus sit, quia pater suus villanus fuit, tunc considerare oportet utrum matrimonium intervenit vel non, sicut ꝑdictum est,& in quo statu talis pater obiit, utrum in statu libero s. ita quod peti non posit sine brevi,quamvis fugitivus vel alius servus;vel in statu servili,liber vel alius sub potestate alicuius constitutus vel detentus, & secundum talem statum erit exceptio villenagii judicanda. Et ideo sive pater liber sit sive servus tempore mortis, vel in statu libero vel servili, erit exceptio villenagii judicanda, & hoc ita,nisi in filio sit status patris immutatus. Sed dici posset forte ab aliquo quod de statu defuncti post mortem agi non potest, utrum liber sit sive bastardus. Verum est,quod ad hoc agi non potest,quod mortuus ad villanum probetur,quia hoc esset in principali casu status,ad probandum talem ꝑ testes

&

Trial ... [handwritten margin note]

& parentes, & ita mutare statum defuncti. Poterit tamen inquiri p iuratam utrum ipse villanus obiit vel liber, vel bastardus fuit statu non mutato, quia villenagium oppositum in modum exceptionis, statum defuncti vel vivi non alterat nec mutat. Et longè aliud est ꝓbare p testes & parentes quod ita esse debeat, ubi sit aliquis qui respondere posset ad proposita, quam inquirere p iuratam simpliciter si ita fuit; & hæc vera sunt, etiam si revera pater villanus fuit & in judicio petitus ut villanus p breve, & in statu libero se defendit usquè ad mortem. Et idem erit si extra potestatem domini constitutus nunquam in vita petitus esset; statu enim liber est quicunque extra potestatem domini sui constitutus sine placito & brevi in servitutem revocari non posit. Et eodem modo statu servus erit liber homo in possessione servitutis constitutus, ita quod ad libertatem ꝑvenire non posit sine placito, & in tali statu obierit, sive in vita sua in libertatem proclamaverit sive non.

1 ¶ *De quibusdam casibus specialibus tangentibus materiam præcedentem. Cap. 22.*

DIctum est supra in genere, qualiter opponenda est exceptio servitutis & cui competat. Nunc autem fit descensus ad casus speciales. Esto igitur quod liber homo ingrediatur in villenagium ad ancillam villanam, non propter hoc mutatur status eius, sed in parte obumbratur, cûm propter villanam, quæ est quasi terminus copulans, recedere non posit â villenagio, oportebit eum facere villanas consuetudines, non tamen ratione personæ, sed ratione villenagii, quia per hoc non mutatur status nequè conditio liberæ personæ. Sed esto quod ambo sunt fugitivi scilicet vir & uxor, uxor petatur & revocetur in servitutem, & vir uxorem sequatur: sive vice versa. Esto quod villanus extra potestatem domini sui copuletur liberæ liberum tenementum habenti, si dominus servi utrumq; ejiciat, tam virum quâm uxorem, quæritur an recuperare debeant non obstâte exceptione villenagii, verius est quod sic, ratione supradicta, donec servus in servitutem revocetur. Sed quid dicendum est de uxore & libero tenemento, si dominus se posuerit in tenementum uxoris, cum p se petere non posit sine viro, si autem vir adiungatur, obstabit exceptio, quid ergo erit? Videtur quod dominus retinebit quamdiu villanus vixerit, & post mortem villani uxor remedium habebit quasi sublato impedimento, sed revera recuperabit præoptenta, sed petere non posset adipiscenda. Item domino exceptionem villenagii opponenti, responderi poterit & contra ipsum replicari multis modis. Poterit enim replicari ꝙ dominus in curia regis recognovit ipsum esse liberũ & remisit ei totum ius & clameum ꝙ habuit vel habere potuit in ipso & in tota sequela sua, & inde proferat Cyrographũ in curia domini regis confectum, quod si habuerit vel non, & recognitio irrotulata fuerit, vocet rotulos ad warantum, & hoc ubi dominus vexaverit eum in curia, & eum petiit ut villanum. Item eodem modo si dñs eum aliquando ꝓduxit in curia dñi regis ut liberum hominẽ suum ad disrationãdũ, vel legem aliquã faciendã vel purgationẽ, quod de facili sciri poterit p rotulos. Et eodem modo si hoc fecerit in com̃, quod etiam sciri poterit p recorda com̃.

Item si dominus eum manumisit & feoffavit de libero tenemento, & sic recuperabit seysinam manumissus non obstante exceptione villenagii, contra eum qui manumisit & hæredes suos, ut inter Thomam veteris pontis,& Richardum,& alios quoscunq; ei succedentes ex quacunq; causa,cùm nihil amplius exigere possunt quam ille potuit cui succedunt. Eodē modo dicendum, si quis manumissus fuerit etiam sine libera terra. Item si fiat quod tantundem valet,ut si dominus feoffaverit servum suum etiā sine libertate expressā,tenēdum sibi & hæredibus suis ꝑ liberum servitium,quia ex quo mentionem facit de hæredibus, præsumitur vehemēter quod dominus voluit servum suum esse liberum,quod quidem non esset si de hæredibus mentionem non faceret.Itē idē erit si dominus aliquando petiit eum ut nativum suum,& ipse ꝑ parentes vel alio modo probaverit se esse liberum, & aliæ infinitæ possunt esse responsiones sicut exceptio rei iudicatæ,& replicationes contra dominum.Si autem dominus sic dicat & excipiat contra petentem restitutionē ꝑ assisam,& adjiciat quod villanus sit, vel filius villani vel villanæ, ad hoc quod dicit ꝙ filius villani vel villanæ, replicare poterit, quod licet pater suus villanus esset, mater tamen sua libera fuit & soluta, & ideo sequi debet conditionem matris & non patris. Ad hoc autem quod dicitur quod mater sua fuit villana, replicari poterit,quod quamvis villana, copulata fuit libero homini in libero tenemēto,& ipse genitus in libero thoro , ꝓpter quod sequi debet conditionem patris & non matris.Item replicari potest contra dominum excipientem in villenagio,quod quamvis utrumque habeat villanum tam patrem q̄ matrem copulatos,& quamvis sit in villenagio genitus,quod ad dominum nō ꝑtinet exceptio : ut si villanus alicuius in alterius villenagium ingressus, vel villana econtrario in alterius villenagium ad villanum, non habet aliquis exceptionē villenagii contra talem si feoffatus fuerit tenendi liberè, nisi ille in cuius villenagio genitus fuit & natus: maximè si fuerit sub eius potestate constitutus. Item cùm servus replicaverit contra dominum de manumissione , dominus potest triplicare versus ipsum,quòd manumissio non fuit sufficiens nec perfecta. Sed hæc triplicatio locū habet in hærede manumissoris,& nō in ipso manumissore. Quià esto quod servus velit manumitti, & cùm nihil habeat proprium, eligat fidem alicuius qui eum emat quasi propriis denariis suis, ꝑ talē emptionem non consequitur emptus aliquam libertatem , nisi tantum quod mutat dominiū in re empta, inprimis solvi debet pretium,postea sequitur traditio rei.Solvitur hic preciū pro nativo,sed nulla subsequetur traditio,sed semper manet in villenagio quo prius. Si tenens tenementum acquirat tenendū liberè, & hæres manumissoris vel alius successor eum ejiciat, si petat per assisam & hæres opponat villenagium , & villanus replicet de manumissione & emptione. Hæres triplicare poterit ꝙ imperfecta fuit emptio sive manumissio, eo quod nunquā in vita venditoris subsecuta fuit traditio, & ita talis semꝑ remanebit sub potestate hæredis,nec valebit eis in hoc casu instrumētū manumissionis,quod quidē si in iudicio ꝓferatur magis nocere possit quàm prodesse.Et notādū,quod ita excipere poterit tenēs cōtra querentē,quod querēs

semper

semper onerabitur probatione, & sic replicari contra exceptionem a querēte, quod replicationem opponens onerabitur probatione vice versa: & ista sufficiāt in prædictis, exēpli causa, sed aliquid dicetur inferius de casibus specialibus. Item objici poterit villenagium in modum exceptionis cum adjectione tali, scilicet quod querens liberum tenemētum habere non possit, quia villanus est, & ita villanus, quód filiam suam maritare non potest sine mercheto, ad plus vel ad minus pro voluntate domini, & alias objectiones objicere poterit, per quas verisimile est q villanus sit. Et unde oportebit quod veritas inquiratur per modum iuratæ & nō in modum assisæ, si utraq; pars de communi consensu se posuerit in iuratā, ut inter placita quæ sequūtur regem de assisis captis apud Norwich coram rege, anno regni sui vicesimo tertio. Assisa novæ disseysinæ si Wilhelmus Bieard. Item objici poterit exceptio villenagii in hūc modum, quod querens villanus sit: & teneat in villenagio: ut in eodem rotulo coram ipso rege. Assisa novæ disseysinæ si Richardus de Merlay. Item objici poterit in tali adiectione, quod non potest pullum suum masculū vendere nec bovem, sine licentia domini. Item possunt omnes istæ objectiones & plures simul & semel & aliæ plures opponi contra querentem, & de quibus omnibus poterit inquiri veritas per iuratā & non in modum assisæ, excepto eo, quod si objiciatur exceptio villenagii cum tali adjectione inter alias, quod non possit maritare filiam suam sine mercheto certo vel incerto, talis adiectio nunquam locum habebit in persona liberi, licet teneat per villanas consuetudines, nisi se ad hoc specialiter obligaverit, vel nisi se copulaverit villanæ in villenagio propter iura libertatis, quia quamvis teneat in villenagio, tamen sui iuris est ut liber homo, nec sanguinem suum nec carnem (licet in villenagio tenuerit) subjicit servituti: de servo autem hoc intelligendum erit, qui sui potestatem non habet sed dominus. Si autem contra prædictas rationes aliquid statuatur, non erit hoc pro iudicio vel iure observandum, quia potius error dici possit quâm veritas, corruptela quâm consuetudo: ut si quis cognoverit se aliquando fuisse villanum sed manumissum, non recuperabit liberum tenementū per assisā, licet proferat chartam manumissionis: ut inter placita quæ sequuntur regem anno regni sui vicesimo tertio in comitatu Suff. Assisa novæ disseysinæ si Radulphus filius Roberti. Sed hoc salvari poterit, ubi quis servum suum alicui vendiderit pro denariis, & ubi venditus servus nunquam liberatus fuit emptori in vita vēditoris vel emptoris, & qui si liberatus esset, propter hoc non mutat statum, licet mutaverit dominum. Item si hujusmodi manumissus prolem suscitaverit, quamvis ex libera hæreditatem habente, si post mortem matris ejiciatur, non recuperabit per assisam liberum tenementum, non magis quam villanus, ut inter placita quæ sequuntur regē H. anno vicesimo primo in comitatu Eborum. Asisa novæ disseysinæ si Wilhelmus de Stocbrige. Item mulier libera habens hæreditatem, cùm fuerit villano copulata & ambo eiecti fuerint, non recuperabit, quamdiu villanus vixerit, ut inter placita quæ sequuntur regem anno vicesimo, asisa novæ disseysinæ de Waltero de Emdene & Alicia filia Ernaldi in comitatu Buck. sed contra.

¶Quis

1 ¶ *Quis iniuſtè poſſidet & quis non. 2. Exceptio de hoc quod dicitur in brevi iniuſtè diſſeyſivit. 3. De exceptione villenagii cùm ſervus fuerit diſſeyſitus. 4. Qui exceptionem villenagii oppoſuerit, ſtatim habeat probationem. 5. Si fiat exceptio villenagii libero homini qui tenet in villenagio per villanas conſuetudines. Cap. 23.*

ET generaliter notandum, quod cùm quis queratur ſe eſſe iniuſte diſſeyſitum; bene poterit eſſe quod nunquam fuit in ſeyſina, & ex hoc habebit tenens exceptionem, & veritas inquiratur per aſsiſam. Item ſi fuit in ſeyſina, hoc potuit eſſe quod non nomine ꝓprio ſed alieno, ut ꝓcurator, firmarius, ſervus & hujuſmodi. Item ſi nomine ꝓprio & non alieno, poterit eſſe in ſeyſina juſte vel injuſte: juſte, ut ſi nomine proprio & in re propria, & in feodo, vel ad vitam, vel ꝑ judicium, talibus ritè competit aſsiſa novæ diſſeyſinæ. Item injuſtè, ut ſi ꝑ diſſeyſinam vel intruſionem; unde, ut ſciatur quis juſtè fuerit diſſeyſitus vel injuſtè, oportet videre q̃s prius fuit in ſeyſina juſtè vel injuſtè, ſecundùm quòd res fuerit propria vel aliena. Habere poterit quis ſeyſinam corpore & animo proprio, & corpore & animo alieno, & acquirere rem, & ſciens & ignorans, abſens ſicut præſens, & dormiens ſicut vigilans, ut alibi plenius. Sed tamen juſtê quantum ad illum qui jus habet, ſed injuſtè quantum ad illum qui jus non habet. Et ſciendum, quòd juſtè poſsidet quantum ad omnes, qui ſuo jure utitur, quoad hoc quòd reſtitutionem habeat ſuo jure, ut ſi in feodo vel ad vitam quocunq; titulo, talis ſi feoffatus fuerit & ejectus ſine iudicio & injuſtè, recuperabit ſeyſinam, quia fuit juſte in ſeyſina nomine proprio. Et competit aſsiſa novæ diſſeyſinæ in hoc caſu, tam ſervo quam libero, quia ſervus habere poterit liberum tenementum in ſuo caſu. Item poterit quis juſtê poſsidere nomine proprio quoad uſum fructum, & non quoad liberum tenementum, ſicut fructuarius & uſuarius, & qui ad voluntatem tenuerit: ſed talibus non competit aſsiſa, ſed ꝓprietariis cõpetit aſsiſa de libero tenemẽto per breve de diſſeyſina. Sed tamen per aliud breve terminus reſtituatur, & hoc de re propria, & ita poſſidet quis iuſtè rem propriam. Item rem alienã poteſt quis iuſtè poſſidere, ut ſi quis ex aliqua cauſa acquiſitionis iuſtê, ſicut ex cauſa donationis vel venditionis fuerit in ſeyſina ſicut per nõ dñum, juſte poſſidet & iniuſte, ſed tamen ſecundùm diverſos reſpectus: iuſte, qantũ ad feoffatorem ſuum & alios omnes qui jus non habẽt, injuſte tãtùm, quantùm ad ipſum qui jus habet. s. verum dñum. Itẽ injuſte poterit poſſidere quis quantùm ad verum dñum, quem injuſte & ſine judicio diſſeyſivit, vel cujus tenemẽtum ingreſſus eſt ꝑ intruſionem vel diſſeyſinam, & juſte quantũ ad omnes qui jus non habẽt neq; actionẽ, ſive ſervus ſit qui fecit diſſeyſinã vel intruſionẽ ſive liber, quia ſi ab illis diſſeyſitus fuit, qui jus non habent, recuperabit incontinẽti ꝑ aſſiſam, ſed quantũ ad verum dñum ſi recẽter ejectus fuerit, nõ recuperabit. Si autem poſt tempus, cùm per negligentiam diſſeyſiti tanto tempore fuerit in ſeyſina, quod ſine judicio ejici non poſſit, contra verum dñum recuperabit, quia ſine judicio. Et multo fortius videtur, quod recuperare debeat verſus eos qui nihil juris habent, cûm poſſit verſus eũ qui jus habet, & ita acquirit quis ſibi cauſam & titulum poſſidẽdi ex tempore, & per negligentiã diſſeyſiti.

Et

Digitized by Google

Et qualitercunq; quis fuerit in possessione, nomine proprio de re propria, vel aliena per disseysinam, vel ꝑ intrusionẽ, & sic iuste vel injuste, eo solo quòd est in possessione, plus iuris habet in re possessa q̃ ille qui est extra possessionem, & nihil iuris habet in re ꝓpter cõmodum possidẽdi, sive servus sit sive liber. Et cum verus dñs respondere possit cõtra servum suum existentẽ sub potestate sua, quòd iuste eum ejecerit, vel quòd ei injuriam non fecit, quia rem illã emit de denariis & rebus dñi, hoc dicere non poterit extraneus ille cujus servus non fuerit quòd hoc fecerit de rebus suis, & ideo non habebit locum exceptio servitutis in persona extranei, sicut in persona domini. Item poterit quis iuste possidere ab initio, & postea desinere possidere iuste ex conventione, ut si feoffatus fuerit sub tali conventione, quod faciat vel non faciat, & si fecerit, convenit contra quod bene liceat ingredi possessionem, & sic pendet possessio donec conditioni satisfactum fuerit vel non. Item iuste possidet, qui prætore autore possidet. i. ꝑ iudicium donec de iudicio constiterit, utrum iustum vel iniustum fuerit iudicium, & hoc poterit curia vocare ad warantum. Quicunq; igitur in possessione fuerit iuste vel injuste, ut prædictum est, & fuerit disseysitus & assisam portaverit, non est necesse ab eo quærere, quo titulo vel quo iure fuerit in possessione, quia cogi possessorem &c. Et cum iuste sive injuste possederit, quantum ad quosdam & quantum ad alios non, quia sufficit ut prædictum est, quoad restitutionem q̃ in seysina fuerit iuste vel iniuste, dum tamen nomine ꝓprio, nisi disseysitor ostendat contra ipsum quòd nullam fecerit ei iniuriã, vel quod iniuste ipsum nõ disseysiverit. Ex responso vero & exceptione tenẽtis, perpendi poterit utrũ de titulo possessionis inquirẽdũ sit vel nõ, sed si priùs queratur, non nocet in casu. ¶ 2. Cum igitur dicat querens quod iniuste disseysitus fuit, oportet quod tenẽs ostẽdat q̃ iuste, & tali iure, quia incõtinẽti forte reiecit post aliã disseysinã. Ad quod replicari poterit, q̃ iniuste, eo quod ꝑ lõgũ intervallũ, & ubi sibi ꝑquirere debuit ꝑ assisã, se fecit iusticiarium. Itẽ si dicat quod iuste, quia querẽs nullũ ius habuit nec liberũ tenemẽtũ nec feodũ, quia ꝑ disseysinã vel intrusionẽ, nec hoc valebit, quia si disseysitus nullum ius habuit tenendi, ille qui eiecit nullum ius habuit eiiciendi, quia iniuste fuit in possessione disseysitus quãtũ ad ipsũ qui nihil iuris habuit. Itẽ si dicat quod iuste, quia talis ser' est & nõ potest assisam portare, hoc nõ sufficit: cũ nõ sit serv' eius quia nihil ad eũ, nec dicere poterit q̃ iuste eum eiecerit, quia est serv' alien', & sic nõ defendit, quia nihil ad ipsum. Et maxime cum serv' extra potestatem dñi existens & in statu libero, assisã portare possit erga dñum suum proprium, cuius revera serv' fuerit: Multo fortius ꝑsonã habebit standi in iudicio versus eum qui nihil iuris habet in eo, & sic iniuste erit disseysitus. Et tamen verus dñus respondere possit contra servum existentem sub potestate sua, q̃ iuste eum eiecerit, vel q̃ iniuriã ei non fecerit: quia rem illã emit de denariis & de rebus dñi. Hoc dicere non poterit extraneus ille cuius servus non fuerit, quod hoc fecerit de rebus suis: & ideo non habet locum exceptio servitutis in persona extranei, sicut in persona domini. Item sine iudicio, quia si disseysitor iudicium

cium

cium expectaret,& per actionem petere vellet,nullam invenire poſſet in mũdo quæ ei poſſet competere, & ideó cùm nullam habere poſſet actionem, nulla ei competere debet exceptio contra ſervum,qui alienus eſt: quia ſequeretur iſtud inconveniens,quod retinere poſſet per exceptionem & per malitiam,quod nunquam acquirere poſſet per actionem. ¶ 3. Et unde ad exceptionẽ villenagii ſic eſt diſtinguendum,cùm ſervus dicat ſe eſſe diſſeyſitum. Inprimis videndum eſt utrum fuerit ſub poteſtate domini ſui, cùm fuerit diſſeyſitus vel extra poteſtatem domini,ſicut in ſtatu libero,quod in ſervitutem revocari non poſsit ſine brevi nec ſine iudicio. Item cùm fuerit ſub poteſtate domini, refert utrum feoffatus fuerit ab ipſo ſuo domino,vel ab alio extraneo non domino. Et ſi à domino,utrum villenagium tenuerit cum tenemento libero vel non. Item refert quis ipſum diſſeyſiverit, ipſe dominus vel alius non dominus. Item cûm fuerit ſub poteſtate domini,utrum rem tenuerit nomine proprio vel alieno.s.tenementum ſuum proprium , cûm fuerit ab aliquo feoffatus,vel alienũ, cùm diſſeyſinam fecerit vel intruſionem, & ſic quodámodo nomine ꝓprio vel alieno,ut ſi ad terminum annorum vel ad voluntatem dominorũ quorum res fuerit,vel in villenagio.Item ſive fuerit ſub poteſtate ſive extra , utrum feoffatus fuerit de re propria ipſius donatoris,vel de re aliena, cuius donator dominium non habuerit. Cûm autem fuerit ſub poteſtate domini & feoffatus ab ipſo domino ſuo, liberũ habere poterit tenementum de voluntate domini, & à quocunq; fuerit diſſeyſitus, ſive à domino ſive ab alio, ſeyſinã ſuam recuperabit ꝑ aſsiſam verſus dñm ſuum,multo fortiùs verſus alienum & extraneum cuius ſervus nunquam fuit , quia ſi ſervus aſsiſam portaverit ſuper dominum ſuum,& dñs de ſervitute excipiat contra ſervum,ſervus replicare poterit contra dñm de facto & feoffamento ipſius domini, qui contra factum ſuum venire non poterit , ex quo ſemel hoc voluit,licet ſervus villenagium tenuerit cum ipſo libero tenemento. Si autem de tenemento à domino dato, fuerit per non dominum diſſeyſitus,& ipſe aſsiſam verſus non dominum arramaverit, & non dominus verſus eum exciperet de ſervitute,nõ valebit ei exceptio,quia nõ excuſatur (ſi dicat quod nullã iniuriã ei fecit)quia eſt ſervus alienus, ex quo nihil ad ipſum, utrum liber ſit an ſervus, quia non plus tenetur ſervus ei quâm ille ſervo,& ideo liber quantum ad extraneum ratione ſupradicta. Eſt enim ſervus proprius & alienus, ut meus, tuus,ſuus,& poterit quis eſſe liber homo unius & ſervus alterius. Item cùm ſervus ſub poteſtate conſtitutus à non domino fuerit feoffatus, bene licebit domino, terrã ſic datã ſervo ſuo in manum ſuã capere, & ſervum diſſeyſire,& ſi ſervus contra eum aſſiſam portaverit, & dominus contra eum exceperit de ſervitute,bene licebit, & locum habebit talis exceptio , cùm fuerit à domino propoſita , quæ locum non haberet ſi propoſita eſſet à non domino. Dicere enim poterit dominus quod tenementum quod ſervus ſuus acquiſivit ſuum eſſe debet , quaſi de denariis ipſius domini emptum, quod quidem extraneus dicere non poſſet. Si autem de permiſsione domini tenementum acquiſitum tenuerit ſervus , ſi à quocunq; nõ dño diſſeyſitus fuerit recuperabit per aſsiſam.Et ſi feoffator ſuus

eum

eum ejecerit,& ipse assisam portaverit,& feoffatur de servitute exceperit,servus replicabit de facto & feoffamento feoffatoris. Et illud idem dici poterit de domino proprio feoffante. Et cum non teneat in hoc casu exceptio servitutis à domino proposita ꝑpter factum suum, multó fortius valere non debet cum proposita fuerit à non domino. Si autem à non domino, nec à feoffatore,sed ab extraneo omnino ejectus fuerit, & ejectus assisam portaverit, & excipiatur de servitute,talis exceptio non competit extraneo supradicta ratione. Et ideo ille qui queritur non habet necesse replicare de libertate, licet disseysitor se velit ponere de hoc in assisam,quia nihil pertinet ad extraneum de statu suo : quia licet se poneret in assisam de statu suo & convictus esset,tamen non sequeretur ex hoc ꝙ injustè non disseysivisset eum, cûm talis sit servus alienus,& cum dominus servi habere non posset assisam, quia tenem̃tum non cepit in manum suam tempore quo fuit in manu servi sui ante disseysinã, nec servus ille,qui servus alterius sit, sic posset disseysitor ꝑ disseysinã sibi acquirere tenẽtum alienum,ꝙ ꝑ actionem non posset, cum nihil juris ei competat omnino,& sic de malitia sua lucrum reportaret, ꝙ esse non debet : & sic non habet servus alienus necesse ponendi se in assisam de statu suo,nisi velit. Sed si fecerit,& jurata dicat ipsum servum esse,sed alienum, videtur ꝙ hoc ad extraneum not ꝑtinet ipsum disseysire, quia ipsum ejicit nullo jure sibi cõpetẽte,sed alii.Et ideo ipse injustè,quia nullo jure,quod si dñs ꝑprius hoc faceret, competeret ei exceptio villenagii.Sed cûm ita ꝑposita fuerit exceptio ab extraneo non domino,quod servus non habet assisam nec actionem : oportet ꝙ plus dicat,quod hoc ideò, quia tenet in villenagio,& sic domino competit & non servo,& unde si tenementum fuerit liberum tenementum villani,oportet discutere utrum dominus illud in manu ceperit vel non ante assisam.Si autem in seysina fuerit servus nomine alieno (ut supradictum est) nulla competit ei assisa,sed competit ei cujus nomine fuerit in seysina,& sic in omni casu obstabit ei exceptio villenagii,quia nulla ei competit actio sed domino rei : Item locum habet exceptio villenagii in omni casu,cùm fuerit sub potestate domini,cûm productus fuerit ad assisas & juratas faciendas, ubi excipitur persona villani,cùm dicatur,ꝑ sacramentum liberorum & legalium hominum,&c.Sed de statu liberi aliud erit. Si autem servus sub potestate domini vel extra à quocunquè feoffatus fuerit de re aliena, quia justè possidet quantum ad feoffatorem suum,& quantum ad alios qui jus non habent, si a feoffatore disseysitus fuerit quandocunque recenter vel post tempus, recuperabit ꝑ assisam & similiter versus omnes,quorum res nõ fuerit. Si autem a vero domino ejectus fuerit incontinentí, versus illum non recuperabit, quia injustè possidet quantum ad ipsum, licet justè quantum ad alios homines. Si autem post longum intervallum, aliud erit, ut supra. Cûm autem in seysina fuerit nomine proprio, sicut per disseysinam vel per intrusionem, licet de injuria propria; tamen quia justè possidet quantum ad omnes qui jus non habent, si fuerit disseysitus, seysinam recuperabit per assisam, sicut quilibet alius de populo, propter commodum possidendi ut suprà, & versus illos qui jus habent

habent, fiat ut supra paulo ante. Et quod feoffari poterit servus sub potestate domini constitutus, & habere liberum tenementum de permissione domini videtur, quod probari possit p hoc quod dicitur. Dicitur enim vulgariter quod quis potest esse servus unius & liber homo alterius, videlicet cum sit servus alicujus, & tenuerit de eo in villenagio, de permissione domini potest tenere liberè de alio, & sic esse liber homo alterius; sed nemo pro parte servus & pro parte liber, sed omnino servus & omnino liber, quod esse poterit diversis respectibus; & ex hoc sequitur (ut videtur) quod si liber esse possit quantum ad feoffatorem suum non dominum, merito liber esse possit quantum ad non dominum non feoffatorem, ad quem nihil pertinet de libertate vel servitute sua, licet talis sit servus domini sui, quantum ad personam suam, & tenementum quod est villenagium. Si autem liber homo villenagiũ tenuerit, talis liber erit quantum ad omnes, ad liberum tenementum recuperandum si quod habeat: si à villenagio ejectus fuerit, non recuperabit, quia ejectus tenuit nomine alieno. Cum autem servus sub potestate domini aliquando constitutus fuerit, p incuriam vel negligentiã domini effici poterit fugitivus, & dum fuerit in recenti fuga & recenter insecutus reduci poterit sine alicujus injuria, sicut dicitur in titulo de servis fugitivis: Sed si per negligentiam dominorum in fuga perstiterit per tantum tempus quod sine brevi reduci non potest, nec teneatur sine brevi de statu suo respondere, extunc incipit esse in statu libero. Est enim statu liber qui personam habet standi in judicio quasi liber, licet non sit. Et dicitur status a sto, stas, & est statu liber, cùm sine brevi de statu suo respondere non teneatur; & sicut servus poterit esse statu liber, eadem ratione (vice versa) poterit liber esse statu servus, ut supra, de statu hominum de hac materia. Cùm autem quis ita extra potestatem & in statu libero constitutus, tenementum liberum acquisierit, & inde sine judicio disseysitus fuerit, non multum refert quis eum disseysiverit, utrum dominus suus proprius feoffator de proprio feoffamento vel de feoffamento alieno, vel non dominus feoffator, vel omnino extraneus, ad quem nihil pertinet, quia versus omnes indifferenter recuperabit, quia injustè disseysitus est, & habet personam standi in judicio versùs omnes, donec status suus mutatus fuerit, quod dominus suus eum recuperaverit per judicium per breve de nativis, & semper habebit exceptionem de statu suo, donec corpus suum dirationatum fuerit cum sequela & catallis suis quę corpus sequuntur, quod est principale. Et cùm personam habuerit standi in iudicio, sicut statu liber, erga dominum ꝓpriũ recuperabit, cuius revera servus est, non obstante exceptione servitutis, donec corpus recuperaverit. Multo fortiùs stabit in judicio versus alium extraneum cujus servus non fuerit, non obstante illa exceptione, sive extraneus feoffator fuerit, sive non. Et cùm nihil jus habeant in persona, multo fortiùs nec in sequela, nec in rebus suis. Cum igitur in statu libero & extra potestatem perquisitum fecerit à quocunque domino vel non domino, & dominus ipsum disseysiverit. & cùm talis statu liber assisam portaverit in absentia domini, vel ita quod nihil sit acceptũ contra assisam de statu, sive dominus sit pręsens sive absens: & Juratores dicant

dicant ipsum omnino esse liberum, nulla facta mentione quod statu liber sit vel omnino servus, cum sit extra potestatem, convincendi sunt, nisi in ipsa convictione respondeatur contra assisam, ac si dominus præsens esset: & multo fortius si servus fuerit sub potestate domini, facta diligenti examinatione. Si autem cum præsens fuerit, & in statu libero, & cum petierit per assisam, objiciatur ei villenagium à domino disseysitore, & ille dicat præcisè se esse liberum, nulla facta replicatione de statu libero, & inde se statim ponat in assisam vel juratam patriæ, vertitur assisa in juratam ad inquirendum de statu, utrum videlicet liber sit vel servus, nec erit locus convictioni in hoc casu, quia de consensu querentis deducitur status in iudicium, & secundùm hoc stabit vel cadet assisa, nec præiudicabitur ei quantū ad statum, nec quantum ad alias actiones quin replicare possit de statu libero, quia si Juratores dicant ipsum esse servum, nihil mutabitur de statu suo, sed hoc solum sequitur quod nihil capiet per assisam nec liberabitur domino, sicut esse deberet, si sub potestate domini esset cum assisam portaret. Et quia si postmodum agatur de statu defendere se possit p exceptiones suas ppetuas & peremptorias, quod sit in dominico domini Regis, vel in civitate aliqua per annum & diem, vel clericus & huiusmodi, cum agatur de statu mutando. Item si excipiat de tempore, Sed quid si huiusmodi exceptiones opponat contra exceptionem servitutis propositam in modū exceptionis contra disseysinam? videtur quod per hoc terminatur tam causa status quam assisa novæ disseysinæ, ꝙ non esset, si diceret, sum in statu libero, non terminatur, quia quoad hoc non agitur de consensu partium, vel si Juratores dicant ipsum esse servum, nihil capiet per assisam sed domino remanebit seysina. Si autem dicant quod liber sit, recuperabit per assisam, sed sive sic sive non sic, nihil ex hoc præiudicabitur domino vel servo in causa status si dominus postea eum petierit per breve de nativis, quia status opponitur in modum exceptionis, & terminatur per consensum, sed propter hoc non cadit questio status. Si autem querens sub potestate domini esset in hoc casu, & Juratores dicerent querentem esse servum, per hoc caderet assisa, & sic remaneret ei tenementum simul cum servo, salva tamen eidem servo (sicut in præmisso casu) questione super statu suo, si proclamare velit in libertatem: quia non magis nocebit exceptio status opposita in modum exceptionis ei qui fuerit in possessione servitutis, quin proclamare possit in libertatem & probare, quam noceret domino proposita in superiori casu de statu libero, si postmodum in servitutem peteretur servus. Si autem sic dicat querens ab initio, cum fuerit in statu libero & per dominum disseysitus, & cùm proposita fuerit exceptio servitutis, quod sit in statu libero, quicquid dominus dicat, & petat iudicium si debeat statum suum in assisam ponere vel in probationem aliquam donec fuerit restitutus, cùm si dominus ius haberet in corpore quod principale est, prius corpus recuperare deberet, & postea id quod corpus sequitur, & non debet sine iudicio sequelam vel catalla quæ sequuntur corpus sibi usurpare, sed primò debet assisa procedere de disseysina: & cùm statu liber per assisam recuperaverit.

vid. fo. 193.

peraverit, tunc poſtea agat dominus ſuus per breve de nativis de ſtatu ſuo, non obſtante replicatione de ſtatu libero. Et cùm corpus recuperaverit,tunc recuperabit quicquid corpus ſequitur ſcilicet ſequelam,terras & catalla,quod quidem ſi primò ante reſtitutionem ageret de ſtatu, petendo illum in ſervitutē,nunquam ei reſpōderet in cauſa ſtatus,obſtante exceptione ſpoliationis. Et cū poſt aſſiſam de ſtatu agatur, tunc primo ꝓponere poterit in modum exceptionis privilegia ſua,per quæ ſe tueri poterit imperpetuùm in ſtatu libero, quod prius (niſi velit)neceſſe non habebit: ut ſi clericus fuerit ordinatus,vel miles,vel extiterit in villa privilegiata, vel in dominico dómini Regis ꝑ unū annum & unum diem ſine clameo. In primo enim caſu defendat eum in aſſiſa liber ſtatus tātum. In ſecundo verò caſu defendunt privilegia ſtatum ſuum, cùm petatur in ſervitutem ꝑ breve de nativis. Cùm vero ſervus extra poteſtatem & in libero ſtatu ſeyſinam ſuam recuperaverit ꝑ aſſiſam verſus dominum ſuum,cuius revera ſervus fuerit,non obſtante exceptione ſervitutis venit quidam extraneus a latere ad quem nihil pertinet & diſſeyſiat eum,licet ſua non interſit,ſervus profert aſſiſam novę diſſeyſinæ,diſſeyſitor opponit ei exceptionem ſervitutis,& cum ad exceptionem probandam nullā aliam habeat ꝓbationem ꝑ parentes,vel alio modo quod querens ſervus ſit,ponit ſe in aſſiſam diſſeyſitor, & cum requiratur â querente eodem modo ſi velit ponere ſe in aſsiſam , querens eligere poterit utrum ſe ponere velit in aſsiſam de ſtatu ſuo,vel replicare ut ſuprâ,quod non habet neceſſe ponere ſtatum ſuum in aſſiſam vel iuratam per parentes, antequam fuerit reſtitutus. Et idem erit iuditium quod ſuprâ contra dn̄m ſuum, quia ſi locum habeat replicatio contra dominum, multo fortiùs locum habere debebit contra extraneum. Et eſto ꝙ gratis & ſine aliqua replicatione ſe poſuerit in aſsiſam de ſtatu ſuo,& aſsiſa dicat quod ſervus ſit,non videtur quod extraneus aliquid ſibi per hoc acquirere poſsit,cum non ſit ſervus ſuus ſed alterius,& quicquid ſervus iuſte acquirit,acquirit domino ſuo, quaſi emptum de re ſua & non extraneo. Nec cûm quis ſervus ſit nō erit ſervus cuilibet de populo,quia ſunt iura ſeparata in ſervo,quia aut eſt meus omnino aut tuus proprius vel communis. Item ſi rem peteret diſſeyſitor extraneus, nulla competeret ei actio, ſi autem corpus ſervi, non poſsit eum probare eſſe ſuum nec de denariis ſuis emptum, quod quidem dominus ſervi dicere poterit & nullus alius,& quicquid ſervus iuſte acquirit,hoc acquirit domino & non alii. Et ideo cum in nulla parte habeat actionem,defendere non poſsit diſſeyſinā & iniuriā ſuam ꝑ exceptionem, & ſic erit caſus diverſus inter ſervum & dn̄m ſuum,& ſervum & extraneum. Nec cùm ſervus ſtatu liber dicat ꝙ extraneus eum iniuſte diſſeyſiverit,nulla ratione ſe defendere poſsit diſſeyſitor quin iniuriam fecerit, & ideo iniuſte, quia nullo iure & ſine aſsiſa aliqua,quia ſi dicat (ut prędictum eſt) ꝙ eum diſſeyſiveret iuſte quia ſervus alienus eſt,hoc non ꝑtinet ad ipſum,ſed ad eū cuius ſervus fuerit. Si autem dicat ꝙ eiecit eum iuſte,quia nullū ius habuit in re ſed alius,nunquā oſtendet ꝑ hoc quod ipſum iuſte eiecerit, cûm ille qui in poſſeſsione fuerit maius ius habeat in re poſſeſſa, eo ꝙ in poſſeſsione fuerit, quam ille qui fuit

extra

extra, qui nullum jus habuit. Igitur ad nullum extraneum non dominum pertinet opponere exceptionem villenagii cõtra assisam de re quam servus tenuerit nomine proprio, licet ad ipsum pertineat cùm servus sit in possessione nomine alieno: sed hoc ideò, quia servo non competit actio sed dño, cujus nomine fuerit in possessione. Nec erit assisa differenda propter exceptionem servitutis, cùm servus replicaverit de statu libero, quia priùs determinanda est disseysina & spoliatio, quàm status questio. Et notandum, quòd non habet statu liber necesse ponendi statum suum in assisam, nec compelli debet ad hoc p denegationem actionis in assisa, antequam status suus, de spoliatione sibi facta, fuerit ei restitutus: quia cùm spoliatus esset & disseysitus, si sibi p assisam non perquireret, & p breve de nativis in servitute peteretur, non pcederet actio de statu suo, opposita exceptione spoliationis, antequam restitueretur, vel juratã, nisi p stultitiam suam hoc gratis voluerit se ponere in juratam quòd sit liber vel servus; & si fecerit, tamen non præjudicatur statim nisi tantum ad hoc, quòd assisa non procedat, licet producti fuerint parentes ad probandam exceptionẽ, sed aliâ actione opus erit ad statũ suum mutandũ. Si autem judicium petat, si se ponere debet in assisam de aliquo quod tangat statum suum anteq fuerit restitutus, licet in modum exceptionis opposita fuerit questio status, pro eo judicare debet & primo pcedat assisa utrum disseysitus fuerit vel non. Si autem opposita fuerit exceptio status ei qui fuerit in potestate domini, sive reverà servus fuerit sive liber. Si vero apponatur & per parentes pbetur ad servum liberabitur domino ut servus, & ponet se in assisam de statu suo velit nolit, alioquin denegabitur ei actio in querela. Si autem statu servus fuerit, cùm revera sit liber homo & bona fide possessus, aliud erit. ¶4. Si quis autem hujusmodi exceptionem villenagii opposuerit, statim ad manum habeat probationem, vel post tempus, secundùm quod Justiciarii de gratia concesserint faciendum. Et quòd excipiens probationem habere debeat per parentes, si excipere voluerit contra eos qui sunt sub potestate: habetis in Itinere Abatis de Redinge & M. de Patesh. in comitatu Warr. assisa novę disseysinę si W. de Ardern, & secundum quod tenens exceptionem suam pbaverit, remanebit assisa vel procedet, nisi forte tam tenens quam querens se gratis, vel de necessitate sine pductione parentum, de hoc se posuerint in assisam in modũ juratæ, & sic p juratã terminabit negotium sine aliqua parẽtum pductione: ut de ultimo itinere ipsius M. in com̃ Essex, assisa mortis antecessoris, si Henricus le Turner. Et declarato p juratã utrum ita sit vel non, vel remanebit assisa, vel pcedet. Sed notãdum, q quidã tenent liberè & p liberum servitium, & quidã nõ liberè, licet p liberum servitiũ. Itẽ esto q villanus teneat p liberum servitium sibi tãtum, nulla facta mentione de hæredibus, si cùm ejectus fuerit pferat assisã, & cùm objecta fuerit exceptio villenagii, replicet q liberè teneat & petat assisã nõ valebit replicatio, ex quo nulla mentio facta est de hæredibus, qa liberum tenementum in hoc casu non mutat statum, si fuerit sub potestate dñi cõstitutus. Ut in eodẽ itinere in com̃ Essex, Assisa novę disseysinę si Radulphus de Goggẽhal. Itẽ esto q nullũ sit objectum villenagium in principio, sed jura-

vid. pa. 193. 19

tores dicant in veredicto ꝙ querens liber sit & libere tenuerit, cùm sit servus, vel liber & in villenagio tenuerit, vel servus, licet tenuerit tantùm sibi & non hæredibus ꝑ liberum servitium, & postea cùm agatur de convictione, inveniatur contrarium, juratores quasi convicti remanebunt, ut in eodem itinere, assisa novæ disseysinæ de Gregorio de Shelford & Ihohanne Iocelin. Item esto ꝙ cùm ab initio opposita fuerit exceptio villenagii, & ex parte tenentis.s.domini, sub cujus potestate villanus fuerit, & ad exceptionem probandam in modum juratæ ꝓducti fuerint villani de parentela querentis, & qui se cognoscant ad villanos, & contra quos ex parte querentis non excipitur, & ex parte ipsius querentis & replicantis nullus liber ꝓducatur ad ꝓbandā replicationem, quamvis se ponere voluerit in assisam, cadit à querela, & tenens quietus: ut de ultimo itinere M. de Pateshull in com̄ Eborum circa finē rotuli. ¶ 5. Itē esto ꝙ opponatur libero exceptio villenagii, quia tenet ꝑ servitia villana, nō nocebit ei exceptio quātū ad statum, nocebit tamē quātum ad tenēt ū recuperandum, nō quātū ad statū, q̄a poterit relinquere villenagiū, & ut liber homo recedere, ut de termino sancti M. anno regni regis H. 3. incipiente 4. in com̄ Sussex de Iohañe de Monte acuto & Martino de Bestenovere, ubi dictum fuit prædicto Martino, ꝙ si vellet terram illam tenere, faceret cōsuetudines quas pater suus fecit. Si autē non, dn̄s suus caperet villenagium in manum suam, & unde videt̄ ꝑ hoc, ꝙ licet liber homo teneat villenagiū ꝑ villanas consuetudines cōtra voluntatē suā ejici nō debet, dum tamen facere voluerit cōsuetudines, quæ ꝑtinent ad villenagium, & quæ præstātur ratione villenagii, & non ratione ꝑsonæ. Si autem tales consuetudines faceret ratione ꝑsonæ, sicut villanus constitutus sub potestate, vel ratione utriusq; tam tenēti q̄ ꝑsonæ, tūc noceret exceptio. Et ꝙ talis exceptio servitutis objecta contra ꝑsonam liberam in modum exceptionis ratione consuetudinum villenarum non nocet alicui homini libero in causa status, si petatur in villenagium, vel in aliquo placito sive super possessione, sive super ꝓprietate: ꝓbatur manifestè in Rotulo de termino, H. & P. sub uno volumine, ann̄ regni regis H. 4. in com̄ Sussex de M. de Best. qui tulit breve de libertate ꝓbanda versus Johannē de Mōte acuto, qui ipsum clamavit ut nativū & fugitivum suū. Et unde cùm idē Martin⁹ corā justiciariis diceret se esse liberū, respōsum fuit ex parte Iohānis ꝙ villanus fuit q̄a disrationavit eum corā justiciariis in villanum suum. Et unde postea justiciarii recordati fuerint ꝑ rotulos suos, in quos idē Johañes se posuit, ꝙ quædā jurata capta fuit inter eos de servitiis & consuetudinib⁹ quas idē Johañes exigebat ab eodem Martino, & ꝑ quā convictū fuit ꝙ facere debuit de tenēto ꝙ de prædicto Joha ñe tenuit, omnimodas villanas consuetudines, & unde dicebat, ꝙ villanus suus fuit. Ad ꝙ respondit Martinus, ꝙ liber fuit, & quòd tales fecit consuetudines villanas, sed hoc non fuit ratione ꝑsonæ suæ liberæ, sed ratione tenēti quod tenuit in villenagio de eodem Johanne, & ita non nocuit ei illa exceptio in causa status. De hac autem materia inveniri poterit in Itinere W. de Ralegh in com̄ Leyc. Assisa mortis antecessoris, si Robertus Freman &c. ubi dicitur, ꝙ q̄mvis libero homini objiciatur villenagium petēti seysinā antecessoris

cessoris, eo ꝙ villanas fecerit consuetudines ratione alicuius villenagii, non propter hoc convincitur ad villanum, nec obstabit exceptio quin ꝓcedet assisa, & oportebit tenentem (si de statu agere voluerit) alias habere probationes. Ad hoc etiam facit quod habetis in Rotulo de termino Hillarii. año Regis H. 4. in com̃ Sussex de eodem Martino, qui warantisavit quandam terram cuidam tenenti suo, in quadam assisa mortis antecessoris. Et unde obiectum fuit eidem M. quòd warantisare non potuit quia villanus fuit ratione supradicta, quia talliari potuit ad plus vel ad minus, & quod dare deberet merchetum pro filia sua maritanda, & ideo iudicium ut supra. Et quod inquiri debeat utrum huiusmodi consuetudines fieri debeant ratione personæ, vel ratione tenementi, vel ratione utriusq; : inveniri poterit in assisis captis coram ipso Rege ꝑ Wilhelmum de Ralegh apud Cauteshull in com̃ Norff: anno regis H. vicesimo tertio, assisa novæ disseysinæ si Robertus de Rikinghale. Et in eodem, assisa novæ disseysinæ si Wilhelmus Byrd. & in eodem, assisa novæ disseysinæ si R. de Merlay. Refert etiam in prædictis casibus ubi liber homo villanas fecerit consuetudines & servitia, utrum servitia sint certa & determinata vel incerta, ad hoc quod competat ei assisa vel non. Item cùm liber homo teneat in Sokagio, in dominicis domini regis, refert utrum teneat ut Sokmannus in Sokagio libero vel villano, ad hoc ꝙ habeat assisam vel non habeat, vel ut feoffatus tenendi liberè ꝑ certa servitia & determinata. Quo casu, si feoffatus fuerit (ut prædictum est) tenendi liberè vel in libero Sokagio, ut si ꝑ servitium militare vel ꝑ certa & determinata servitia, dum tamen liber homo sit & non villanus, & fuerit eiectus, recuperabit ꝑ assisam, eo non obstante ꝙ faciat talia servitia, quia tenet liberè. Si autem in Sokagio villano sicut de dominico dñi regis, licet servitia certa sunt, obstabit ei exceptio villenagii, quia talis Sokmannus liberum teñtum non habet, quia tenet nomine alieno. Et ꝙ talis liber homo ꝑ conventionem taliter feoffatus assisam habere poterit (si fuerit eiectus) non obstante exceptione villenagii, videri poterit in Rotulo de termino Paschæ anno regni regis H. duodecimo in com̃ Warr̃ de Wilhelmo de Bissopest. dum tamen servitia certa sint. Si autẽ incerta fuerint, qualecunq; fuerit tenemẽtum, tunc erit villenagium, ubi nec assisa novæ disseysinæ, nec Mortis antecessoris, nec alia nõ magis quã in villano Sokagio, nisi tãtùm iurata inter tales cõsimiles, secundum cõsuetudinẽ manerii. Et de hac materia inveniri poterit de Itinere W. de Ral. in com̃ Midd. de termino S. Trin. sub uno volumine añ regni regis H. 13. ubi distinguunt plura genera hominum tenentium diversis modis. Itẽ si objiciatur villenagiũ tali adjectione, ꝙ quis assisam portare nõ potest, q̃a villanus est, & pater suus vel avus vel aliꝰ antecessorum ꝑ quorum seysinã petierit ꝑ assisam mortis antecessoris, si nulla sit hinc inde ꝓbatio, poterit ꝑ juratam veritas declarari, si uterq; sponte se posuerit in juratã. Ut de Itinere W. Ral. in com̃ Buck. Assisa mortis antecessoris si Walterꝰ le Gard. & similiter de Itinere ejusdẽ in com̃ Midd. anno regni regis H. 13. assisa Mortis antecessoris si Godefridus. Et si inquiri debeat per parentes de statu parentum mortuorum, videtur quod non possit, quia

de statu alicuius post mortem nõ quærit. Inquiri tamen non debet utrum bastardus sit qui mortuus est, vel villanus. Inquiri autem poterit utrum talis fuit ut supra vel non. Item si simpliciter opponatur quod querens villanus est, & querens hoc neget, vel se non cognoscat ad villanum, tunc procedat assisa, ac si nihil dictum esset quare assisa remanere non deberet, ut de Itinere Episc. Dunelm̃ & M. de Pateshul in com̃ Eborum, año regni regis H. 3. Assisa novę disseysinę si Iacobus filius Siwardi. Item esto ꝙ excipiat de villenagio & querens negaverit, & replicetur, ꝙ querens semel se cognovit ad villanum in curia regia, vel alia quæ habet recordum, tunc ꝑ talem cognitionem obstabit ei cognoscenti in omni iudicio vel iurata exceptio imperpetuum. Et cum hoc fuerit ꝓpositum: si cõtingat ꝙ iuratores hoc ꝓbato in alio iudicio vel assisa tali dederint liberum tenementum sicut libero, convincendi erunt de periurio: ut de termino sanctæ. T. añ regis H. 4. in com̃. Dors. de Hamel. filio Radulphi. Sed esto ꝙ quis se ponat in iuratam super ista exceptione, & iuratores dicant se nescire utrum villanus sit vel non, in hoc dubio debet ꝓ libertate iudicari, quia si nesciunt utrum talis sit vel non, tunc nesciunt eum esse talem sed villanũ & quoties dubitatur an quid sit, perinde est ac si nõ esset illud. Et generaliter in omni casu, ubi quis dicat ꝙ villanus sit querens, & ipse neget vel dicat contrarium, & gratis se inde posuerit in iuratam, cum tali tamen protestatione, quod si dicant iuratores ꝙ servus sit, remaneat assisa sine aliqua recuperatione habenda ꝑ convictionem, vel alio modo: & vice versa si dicant ipsum esse liberum, ꝙ ꝓcedet assisa, nec erit in hac parte locus ioco partito, nec etiam convictioni, propter mutuam utrinsque voluntatem. Et vice versa, si non fuerit opposita exceptio villenagii, sed querentes & tenentes si se simpliciter ponant in assisam, & absq; eo ꝙ aliquid dicatur contra assisam, si iuratores dicant ꝓ una parte sive ꝓ alia, locus erit convictioni, quia assisa capta est in modum assisæ & non iuratæ, & hoc sive querens liber sit sive servus, sub potestate domini vel extra constitutus. Ad hoc facit (ut videtur) de Itinere Roberti de Veer & M. de Pateshull in com̃ Oxoñ & Hereford, anno regni regis H. 5. Item si quis quocunq; modo vel manumissus, vel privilegiatus, vel alius in servitutem petitus qui ꝑpetuã habuerit exceptionem in tali statu obierit, & filius vel alius hæres postmodum seysinã talis antecessoris post mortem ipsius nactus fuerit, & sine iudicio eiectus, ꝑ assisam novæ disseysinæ recuperabit, ꝓpter liberum statum antecessoris sui. Et vice versa, si liber homo in statu servili obierit, ut si ingrediatur ad ancillã in villenagium, vel libera se copulet villano, vel si liber homo, bona fide possessus ab aliquo, sive in libertatem ꝓclamaverit in vita sive nõ, & ita in statu servili obierit, filius vel alius hæres si post eum seysinã habuerit & iniuste & sine iudicio eiectus de aliquo tenemento ꝙ pater vel alius antecessor tenuit, dum tamen sub potestate alicuius constitutus sicut servus, licet re vera liber sit, heres eius ꝑ assisã novę disseysinę nõ recuperabit, maxime ꝓpter statum servilem in quo antecessor obiit. Et ad hoc facit de Itinere W. de Ralegh in com̃ Buck. Assisa novæ disseysinæ si Lucia. Et inter cætera notãdum, ꝙ licet villanus in

civitate

civitate vel in loco privilegiato, manserit vel extra potestatem dñi fuerit, seysinā aliquam antecessoris petere non poterit, licet possit ꝓpriā in causa spoliationis, alienam autem petere non poterit, si antecessor de cujus seysina petierit villanus fuit, quia villanus erga dñm suum sub cujus fuerit potestate actionem non habebit, in eo quòd villanus existens in statu servili, quia hæredem non habebit nisi dominum suum, de tenemento autem de quo feoffatus fuerit, sive extra potestatem dñi sive sub potestate, dum tamen dominus tenementum tale in manum suam non ceperit: si eiectus fuerit ab aliquo quocunq; quàm à dño, seysinam suam per assisam recuperabit. Cùm autem villenagium opponatur in modum exceptionis, licet probata fuerit exceptio, non tamen præiudicatur ei ꝓpter hoc in causa status, si postea in servitutem petatur, & ideo probari debet exceptio villenagii ꝑ assisam, & non ꝑ parentes, si ille contra quem excipitur fuerit extra potestatem eius qui exceptionem opponit, quia si ꝑ parentes, ita posset præiudicari ei contra quem excipitur in causa status, ubi nulla alia ꝓbatio nisi ꝑ parentes sit sufficiens vel directa. Si autem ille cui opponitur, sub potestate dñi extiterit, tunc benè poterit, nisi ita sit forte quòd talis injustè possessus, postea proclamare vellet in libertatem, quia si ei qui sub potestate dñi sui extiterit opponatur à dño suo villenagium, & ꝓducantur parentes ad ꝓbandam, ꝓbato villenagio ꝑ parentes terminabitur causa status cum assisa, ꝙ quidem esse non poterit, si querens fuerit extra potestatem. Quia si parentes ꝓducantur ad exceptionem probandam villenagii contra assisam, nec ꝑ exceptionem præiudicari possit querenti quoad statum, si dominus postea velit talem in servitutem petere, & villenagium per parentes probare, sic esset probatio super probationem, & una illarum superflua. Item esto quòd villanus (ut prædictum est) sub potestate domini constitutus vel extra portet assisam, & contra ipsum excipiatur de villenagio, & ipse fortè se ponere voluerit in juratam super exceptione, nihil aliud erit (ut videtur) nisi quod ei denegetur assisa, sive actio, cum distinctione tamen. Et eodem modo si tenens qui exceptionem opposuerit illam nullo modo ꝓbare voluerit, vel non possit per parentes, nec per iuratam dictum suum velit probare, quasi indefensus, & dictum suum & exceptionem non ꝓbans, possessionem restituet querenti, nisi aliud dixerit quare assisa debeat remanere. In fine notandum, ꝙ quandoq; opponitur exceptio villenagii à parte parti, quādoq; à juratore & non à parte post sacramentum factū, ubi dicunt juratores, ꝙ talis villanus est & non potest habere liberum tenementum: & unde si res aliter se habeat in veritate, facta examinatione à judice, si Juratores in dicto suo ꝑseverent, locus erit convictioni, si querens docere possit contrarium per juratam 24. vel ꝑ parentes. ꝙ superiùs dictum est in principio. Item si à parte parti opponatur ante sacramentum, aut opponitur ei qui est sub potestate dñi, & qui tātum tenet in villenagio vel q̄ tenet in villenagio & similiter liberum tentū de feoffamēto alicui⁹ dñi sive extranei, & tunc aut opponit à dño vel ab extrāeo. Et eodē modo si opponat̄ ei qui est extra potestatē dñi in statu libero, in quib⁹ casibus omnibus si q̄rēs simpliciter negaverit sine aliqua replicatiōe,

 & inde

& inde ponat se super juratam, & tenens similiter, utraq; pars facit juratam quasi judicem ꝑ consensu, & ꝑ juratam terminabitur negotium sine aliqua convictione: quia non erit locus convictioni ꝓpter consensum, & querens ꝑ hoc recuperabit vel amittet, & sive querens sit sub potestate domini sive extra, & sive in libertatem ꝓclamet in possessione servitutis constitutus, sive in servitutem petatur existens in statu libero extra potestatem dñi, non præjudicabitur ei quantum ad defensionem status sui, salvo tamen hoc, ꝙ si sub potestate fuerit & ꝑ parentes convincatur ad villanum dñi sui, qui ꝓbaverit illum villanum esse & suum, ꝙ dñs suus semper eum retinebit villanum sine alia probatione, quia in hoc casu terminabitur assisa simul cum ipso statu, ꝙ quidem nõ est in aliis casibus, ut si extraneus opponeret exceptionem vel dñs ei qui fuerit extra potestatem, quia alia ratione super statu agi oportet. Item opposita exceptione villenagii à domino ei qui fuerit sub potestate sua, de tenemento quod tenet in villenagio tantùm, si servus dicat replicando se esse liberum, ꝓbet replicationem ꝑ parentes, vel alio modo ꝑ assisam si possit, alioquin nulla erit replicatio, sed tenebit exceptio, non tamen præjudicabitur querenti in causa status. Item si opponatur ei à domino qui fuerit sub potestate dñi & tenuerit in villenagio, in hoc casu si constiterit quòd ita tenuerit etiam sive liber sit sive servus, non oportet excipere de servitute, quia cùm teneat in villenagio non competit alicui querela nec actio, nec contra dominum nec contra extraneum: contra extraneum non, quia servus non habet querelam sed dñs, & ideò non necesse est excipere de villenagio, cùm querens nõ habeat actionem. Si autem tenuerit sub potestate constitutus liberè, similiter & in villenagio, si dñs eũ ejiciat de libero tenemẽto, cõpetit servo cõtra dñm actio & querela, sed contra actionem cõpetit dño exceptio servitutis, ad actionem & querelam elidendam. Si autem extraneus talem ejecerit à libero tenemento, competit servo directa actio, & extraneo tenenti nulla exceptio, quia sua non interest ejicere, nec si esset extra possessionem & peteret, nulla competeret ei actio, & ideò nulla exceptio. Si autem servus fuerit extra potestatẽ & ejectus fuerit à libero tenemento suo de ꝑquisito, si ei petenti restitutionẽ ꝑ assisam objiciatur villenagium, & sine aliqua replicatione de statu simpliciter se ponat in assisam, secũdùm assisam sive juratã judicabit nec erit locus cõvictioni, nec liberabit dño, quãvis tñtũ amittat ꝑ assisam, nec ꝑ hoc terminabit quęstio status. Et si postmodũ petat in servitutẽ, nõ præjudicabit ei, quia defendere se possit in statu libero si in servitutẽ petatur. Eodem modo videt de extraneo, si servus querens nihil replicavit ꝙ eius nõ intersit. Si autẽ cõtra dñm replicaverit de statu libero vel cõtra extraneũ ꝙ sua nõ intersit, hoc recognito ꝑ diligẽtẽ examinationẽ nõ erit procedẽdũ ad assisam quamdiu talis status duraverit, nisi gratis se posuerit in assisã donec mutet. Eodẽ modo dici poterit de eo qui est sub potestate, quia oportet eũ ꝓbare se liberũ, velit nolit, antequam procedat assisa: & sic mutare statũ, quia hujusmodi cognitio de statu in replicatione præjudicialis est & præãbula, nec erit necesse eũ qui fuerit extra potestatẽ docere de aliquo privilegio, nisi tãtũ ꝙ fuerit extra potestatẽ, & in

in tali statu libertatis, ꝙ sine brevi revocari nõ posit in servitutẽ, & ubi si voluerit & necesse fuerit, se defendere posit in statu libero ꝑ privilegim vel alio modo, quia privilegia locum habent in causa status, & petere poterit iudicium si debeat de statu agere spoliatus antequam fuerit restitutus.

1 ¶ De exceptione ratione adjuncti, ut si libera nupserit villano. 2. Forma brevis ubi vir nunquam fuit in seysina sed uxor, cum ipsa petere non posset per se sine viro. 3. De exceptionibus contra querentem & contra asisam. Cap. 24.

ITem excipere poterit tenens contra querentem, & habet exceptionem ratiõe adiũcti, ut si mulier libera nupta sit villano in potestate dñi sui cõstituto, ut si ante copulam coniugalem accidit ei hæreditas vel post, & dñs illius servi illos eiecerit, & uterquẽ querantur, cùm neuter posit sine alio (secundùm quosdam, quod non approbo) obstabit exceptio mulieri ꝓpter virum suum villanum, qui ei adiungitur, & nunquàm in vita viri recuperabit, obstante illa exceptione, & non nisi post mortem (quasi tunc cessante impedimento) datur actio, ut cessante causa cesset effectus: sed nõ ꝑ breve de nova disseysina formatum sed ꝑ breve ꝙ tale erit, Rex vic. salutem. Præcipe A. ꝙ justè &c. reddat B. quæ fuit uxor C. unum mesuagiũ cum ꝑtinentiis in E. ꝙ clamat esse iũs & hæreditatẽ, vel ius & maritagiũ suum, vel ius suum de dono I qui ipsam B. inde feoffavit vel sic: quòd clamat esse dotem suam de dono C. primi viri sui, & in quod idem A. non habebit ingressum, nisi ꝑ prædictum. C. quondam virum ipsius qui ei illud dimisit, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit ut dicit. Et nisi &c. Teste &c. Post mortem dico, sive mortuus fuerit morte naturali vel civili. Civili, ut si in vita uxoris habitum receperit; ita quòd ad seculum redire non posit. Sed quæro qualiter de hoc constare posit. Respondeo, quòd non nisi ꝑ literas ordinarii, Archiepiscopi viz. & Episcopi, coram quibus facienda erit professio. Literæ vero Abbatis vel Prioris non sufficiunt ad probationem, licet sufficere possunt ad præsumptionem, habitus vero ꝓbationi non sufficit. Itẽ morte naturali dico, quia mors naturalis omnia solvit. Sed quid si mulier disseysita libera, sub nomine suo impetraverit, & postea nupserit villano, & ante captionem asisæ moriatur villanus, quæro an ꝓcedere debeat asisa, & tenebit breve prius impetratum, vel si antequam nupserit disseysita fuerit, & post mortem villani impetraverit, tenebit utrumq; breve & ꝓcedent asisæ, quia ꝑvenerunt in eum casum à quo incipere potuerũt. Sed in prædictis casibus semper videndum erit de statu villani, utrum fuerit sub potestate dñi constitutus vel extra, & in statu libero secundum quod superius satis dictũ est. Itẽ excipi poterit cõtra mulierẽ q̃rentẽ ratione adjũcti. s. viri sui quàvis liberi: ut si simul disseysiti fuerint de jure uxoris, ãbo simul recuꝑabũt & neuter sine alio, non vir sine uxore, q̃a agiť de jure uxoris, nec uxor sine viro, q̃a vir est caput uxoris & eã defendere debet. Aliud autẽ dicẽdũ est de jure viri, q̃a hereditas viri nõ tãgit uxoř, sive uxor villãa fuerit & ĩ villẽagio cõstituta, sive nõ. Itẽ esto ꝙ vir dederit aliq̃d de hereditate uxoris, & talẽ in seysinã posuerit, uxor ꝑ se asisã, nõ habebit sine viro, sĩul autẽ nõ, q̃a si simul agãt & petãt ꝑ asisã, obstabit factũ & dõatio viri, & ita cadit asisa, nec recuꝑabit

Exceptio ratione adjuncti.

Writ of Entry cui in vita.

P

P

uxor unquam in vita viri sui: competit ei tamen remedium post mortem viri sui p breve de ingressu, cui in vita sua contradicere non potuit &c. Eodem modo si uxor de re ppria donationem fecerit in vita viri sui, ambo p assisam non poterunt simul petere, nec quilibet p se: Alia igitur actione opus erit viro, etiam in vita uxoris. Item esto ꝗ vir & uxor simul disseysiti, simul impetraverint assisam, & uxor moriatur ante captionem assisæ, cadit omninò breve & assisa, sed si vir moriatur ante captionem assisæ, cadit breve sicut in primo casu, nec ipsa iterum agere potest p se, quia simul fuerunt disseysiti & simul debent restitui. Consulitur tamen uxori p breve de ingressu. s. in quam non habuit ingressum nisi p disseysinam quam fecit ei & prædicto tali viro suo, & unde assisa novæ disseysinæ arramata fuit, & visus terræ &c. Et remansit assisa capienda p mortem prædicti talis viri sui, vel etiam sine clausula prædicta, licet nunquam in vita viri sui impetratum esset, quia negligentia viri sui non debet ei imputari, licet vir suus sibi tēpestivè pquisivisse potuisset. Item esto ꝗ mulier vidua dum fuit sui juris sine viro disseysita assisam pquisiverit, & ante captionem assisæ nupserit, cadit breve sed non assisa, formabitur enim aliud breve sub nomine suo & sub nomine viri sui, quod tale erit. ¶ 2. Questi sunt nobis talis vir & uxor ejus ꝗ talis injustè &c. disseysivit talem uxorem suam; & p hoc terminabitur negotium, nisi aliquis ipsorum forte moriatur vel ambo ante captionem assisæ, quo casu si ambo vel uxor tantum, cadit omninò breve & assisa: Si tantum vir, non ita: quia adhuc habebit uxor ingressum ad primam assisam, quod quidem non erit in casu converso, si uxor fecerit disseysinam & postea nupserit, tenet breve & pcedet assisa licet prima facie videatur ꝗ cadere debeat, eo ꝗ sine viro respondere non deberet. Respondebit autem sine eo, sed utrum respondere debeat vel non, distinguendum est utrum ante impetrationem nupserit vel post: si ante, cadit breve: si post, non cadit, quia nubere posset in fraudem. Idem erit si datum fuerit aliquod tenementum aliud tam viro quam uxori ad vitam uxoris, liberum tenementum non erit viri sed uxoris, & ideo illud & idem breve fiat in hoc casu. Eadem forma fieri posset (ut dicitur) si servus extra potestatem dñi in statu libero, liberam uxorem duxerit cum libero tenemento, si dñs (cùm servum talem disrationaverit) liberam uxorem ejecerit de tenemento libero, cùm servus liberum tenementum habere non possit, nec ipsa audiri debeat sine viro, & quia tenementum illud non est pquisitum servi, nisi tantum quòd habet inde custodiam: mulier recuperabit, non obstante exceptione servitutis. Et idem erit, etsi non fuerit in statu libero, de acquisitis dico sed non de acquirendis. Item esto quòd vir ratione hæreditatis uxoris sicut de communia pasturæ fecerit disseysinam sine uxore & præmoriatur, quæro an uxor teneatur post mortem viri de disseysina? sive in vita viri impetratum sit sive non? ad pœnam non tenebit, quamvis teneat ad restitutionem. Item esto ꝗ vir ita disseysitus fuerit, ꝗ uxor relicto viro proprio alteri viro adhæserit, & qui simul se tenuerint in seysina ejecto primo viro, queritur qualiter pspicietur ei? quia videtur ꝗ sine uxore assisam portare non possit, & si uxor adjungat, sequit ꝗ ipsa non est disseysita cùm sit

in

in possessione, non videtur quòd ad aliud recurrendū sit nisi ad forum ecclesiasticum, ut compellatur sequi virū suū, & sic facta restitutione uxoris, fiat restitutio hæreditatis, vel fiat impetratio p breve de nova disseysina sub nomine utriusq;, & si excipiatur cōtra assisam, quòd ei respondere nō debeat sine uxore, replicetur contra detentores de subtractione uxoris, & iniusta detentione quasi de dolo & fraude, sicut fieri posset si p parentes abducta esset & detenta, & unde nihilominùs pcedet assisa, & p assisam iudicabitur. Datur itaq; eodē modo mulieri querēti & petenti restitutionē contra dn̄m capitalē excipiētem de absentia viri, ubi viz. uxor eiecta fuerit ab aliquo maliciosè cùm pfectus fuerit vir in terrā sanctam, vel aliā longā peregrinationē, ut uxor interim disseysita nō remaneat, succurritur ei p officiū iudicis de cōsilio curiæ licet nō iure actionis, ut si ambo petant p assisam, & excipiatur quòd sine viro petere nō possit, excipiatur contra disseysitores de fraude & dolo. ¶. 3. Item habet tenens exceptiones contra querentem, ut si querens excommunicatus fuerit, & tenēs hoc docuerit p literas ordinarii patētes, oportebit querentem docere de absolutione. Itē excipere poterit cōtra psonā querentis q querēs actionē non habet nec querelā, eo quòd in possessione fuit nomine alieno ad quē ptinet querela, sicut pcurator, custos, firmarius, servus vel familia. Quo pbato cadit breve & assisa versus tales, licet teneat versus alios qui habēt actionē & p aliud breve. Itē cōpetit exceptio cōtra querētē, ut si petat p assisam dn̄s capitalis ubi competit ei districtio, sicut inter dn̄m & tenentem suū p servitio debito, quia distringere debet, si ad hoc sufficiat, si autē non, recurrendum est ad superiorē. s. ad vicecomitē q vic. sit ei in auxilium, sed vice versa, inter tenentem & dominum bene iacet, scilicet ubi dn̄s tenentem suū de tenemento suo disseysiverit. Item competit exceptio contra assisam, quare debeat remanere ex ipso dominio, sicut est inter dominum querentem & tenentem suum, si tenens suus ei redditum non reddiderit. Iacet tamē inter tenētem, querentem, & dominū dejicientem, sicut inter alias quascunq; psonas. Est enim redditus quandoq; liberū tenementū, quandoq; pvenit ex aliquo libero tenemēto p homagio & servitio, vel si cū quis liberū tenemētū habeat, de illo tenemento dederit alicui redditum, vel sine tenemento, vel cum tenemento constituerit alicui redditum p se & hæredibus suis, pro aliqua servitute habenda in alieno. Si autem debeat quis redditum dn̄o suo vel servitiū, & illud omninò nō dedixerit, sed forte nō solverit, non iacet assisa inter dn̄m & tenentem suum, sed districtio tantum, si dominus distringere posit & velit, si autem non posit cùm velit, recurrat ad auxilium domini regis quòd præcipiat vicecomiti quòd sit ei in auxilium, & unde non competit ei asisa, quamdiu distringere posit per se vel per superioris auxilium. Cùm tenens ad tuitionem sui excipiat contra asisam quòd asisa procedere non debeat de servitio, quia tenetur de tali, statim propter cognitionem cessat districtio & cadit asisa, sed non ut iste contra quem asisa arramata est quietus recedat, sed per hoc quòd cognoscit quòd de eo tenet in judicio, sine alio brevi præcipiatur vic. quòd distringat confitentem propter cognitionem quòd solvat

vat servitiũ debitum,& ꝙ vic.sit in auxilium ad distringendũ si opus fuerit,& si contentio fuerit de quantitate vel qualitate servitii,hoc remaneat inter partes discutiendũ. Si autẽ tenẽs suus ipsũ omninò deadvocaverit ꝙ nihil tenuerit de eo,tũc statim cessat districtio,ꝓpter ꝙ dicũt quidã ꝙ dñs debet petere terrã in dñico,nihilominus tamẽ videtur quòd locũ habeat assisa novæ disseysinæ de libero tenẽto, cùm deficiat districtio,quia revera licet tenens sit quãtũ ad dñm, facit se nõ tenẽtẽ ꝑ deadvocationẽ quantũ ad seipsum,& sic iacebit assisa: quia esto quòd extraneus nõ dñs ꝑ vim compellat tenentẽ quòd ei solvat redditum,vel quòd dño nõ solvat cõtra volũtatẽ tenẽtis,talis extraneus dñs facit disseysinã & nõ tenẽs quasi de libero tenẽto dñi. Et illud idem erit si tenens de voluntate sua solvat extraneo. Sed versus extraneum cõpetit assisa dño, si dñs voluerit,& contra tenentẽ districtio,cùm dñm non deadvocaverit, sed altero istorũ cõtentus erit. Si autem ꝑ districtionem versus tenentem recuperaverit, cùm deadvocatus non fuerit,vel cùm deadvocatus fuerit recuperaverit redditũ ꝑ assisam, vel ille qui deadvocavit gratis solvit non dño,uterq; teneatur de servitio dño ꝑ necessitatẽ, & nõ dño ꝓpter voluntatẽ,& ita fiat districtio sive plures sint medii sive nõ, quia capitalis dñs semper se capiat ad feodum suum,& tenens ad suum warantum. Districtio tamẽ dñi debitum modum non excedat:quia semper iacet districtio quicunq; fuerit in possessione,custos,servus,creditor,firmarius vel alii. Item si aliquis tenentem ejecerit,domino cõpetit districtio & tenẽti disseysina. Si autẽ sit redditus qui detur alicui ex tenemẽto in feodo sibi & hæredibus suis, aut datur cũ districtione vel sine:si autem cum,tunc ut supra:si autem sine,tunc assisa. Si autem redditus sit proveniens ex camera,tunc nec districtio,nec assisa,sed per breve de annuo redditu. Item si redditus sit proveniens ex tenemento,solvendus ꝑ manus alterius quàm tenentis,adhuc subesse poterit districtio vel disseysina. Item competit redditus alicui non aliqua ratione prædicta, sed ratione alicujus rei intermediæ,ut si percipiat redditum aliquem ratione alicujus hũdredi,cùm quidã finem fecerint pro sectis,& hujusmodi,non poterit quis assisam habere ratione talis redditus,nisi habeat hundredum & qui habet hũdredum, ille redditum habeat donec hundredum ab eo convincatur, & sic fiat de similibus.

1 ¶ *De exceptione quæ competit contra querentem ex persona tenentis.* *Cap.25.*

COmpetit etiam tenenti. exceptio ex persona sua propria contra querentem,ut si dicat quòd ipse non fecit disseysinam,si disseysina ibi fuerit,sed alius antecessor vel prædecessor suus qui mortuus est, & ipse non utitur alia seysina quam ipsi fecerunt, & cùm injuria personalis sit, ad hæredes non extenditur, nec ad successores, nec eodem modo cùm personalis sit,quia pœna tenebit suos autores. Igitur alia actione opus erit per breve de ingressu. Item si dicat quòd ipse non fecit disseysinam sed alius, licet rem habeat disseysitam,

tam, videndum erit utrum illam habeat vitiosam s. statim post disseysinam, sive de volūtate primi & principalis disseysitoris, sicut ex aliqua iusta causa acquisitionis, sive ad unum ꝑvenerit sive ad plures, de manu in manum sive cōtra voluntatem primi disseysitoris ꝑ disseysinā, vel ꝑ intrusionē: quibus casibus, sine primo & principali disseysitore non respōdebit, quia ꝑ se disseysinā non fecit sed cum alio, secundum quod videri poterit, si rex disseysinam fecerit & postea rem ad aliū statim transtulerit, quilibet est disseysitor principalis, rex primus & principalis ꝓpter factum, & alius similiter principalis ꝓpter ingressum; & quamvis principalis sit, tamen sine rege non respondebit, quia simul cum eo fecit disseysinam. Item nec vice versâ, primus & principalis non respondebit sine secundario, quia sine eo restituere non potest. Itē si ꝑ longū intervallum post disseysinā ad alios res pervenerit, sive ad unum sive ad plures successive, tales non sunt principales disseysitores, licet sunt rei vitiosæ injusti detentores, ut supra plenius de transgressionibus.

That he was not the Principal disseysor

1 ¶ *Quis dici debeat principalis disseysitor, quis secundarius.* Cap. 26.

AD majorem autē evidentiā videndū est ꝑ exemplū quis primus & principalis sit disseysitor, & quis nō principalis sed secundarius, eo ꝙ seysinā habuerit rei disseysitæ post disseysinā nō ꝓpriā. Et sciendum ꝙ facit quis disseysinā nomine ꝓprio & aliquādo nomine alieno, sicut ꝓcurator, servus, vel familia. Itē sunt disseysitores primi & principales, & sunt disseysitores secundarii. Item sunt primi & principales disseysitores & sunt secundarii rei disseysitæ injusti detentores, unus vel plures post disseysinam, & non sunt disseysitores. Item sunt primi & prīcipales disseysitores ꝑ se & sine aliis, anteq̄ rē disseysitā ad aliū trāstulerint de volūtate vel cōtra volūtatē, & cùm trāslata fuerit alii incipiūt esse principales disseysitores vel detētores, nō ꝑ se, sed cū aliis primis & principalibus. Itē sunt primi & principales disseysitores quoad primum & principalē disseysitorem & quoad primū disseysitum, cùm statim post primā disseysinā primum & principalem disseysitorē disseysiverint, quia tenētur de disseysina tam primo disseysito ꝓpter recētē causam disseysinę, quā primo & principali disseysitori ꝓpter cōmodū possessionis. Si autē post intervallū disseysinā fecerit, nō tenet̄ primo disseysito, nisi tātùm ad restitutionē, & nō ad pœnā, secūdo vero disseysito & disseysitori tenent̄ ad utrūq;, & refert utrū fiat trāslatio ante impetrationē brevis vel post. Itē primus & principalis esse poterit unus per se, & alii secundariò, plures sicut unus, ut si post primam disseysinam res translata fuerit ad plures, sive de volūtate primi disseysitoris, sive contra voluntatem. Et eodem modo possunt esse plures primi & principales disseysitores quoad injuriam, & principales disseysitores quoad rem post partitionem. Item possunt esse disseysitores licet non principales, nec primi nec secundarii sicut sunt illi qui sunt in auxilio & consilio, & ad quos nihil pervenerit de re disseysita. Item facit quis disseysinam non nomine proprio (ut prædictum est) sed nomine alieno, ut si procurator, servus, vel familia nomine dominorum fecerint disseysinam. ipsi

ipsi semp erunt primi & principales, quousq; dñi eorũ factum eorũ advocaverint & disseysinam, vel deadvocaverint. Si autem advocaverint, tunc incipiũt esse principales disseysitores & primi & principales disseysitores ꝓpter seysinam rei disseysitæ, & primi, eò ꝙ ratum habent factum suorum, quia ratihabitio retro trahitur ad primum factum suorum, & sic incipiunt esse primi & principales, & sui desinunt esse principales. Si autem factum suorum, deadvocaverint, & cùm interpellati fuerint qualitercunq; ab aliquo homine vel alio modo, factum non emendaverint, adhuc tenentur, dũ tamẽ si præsentes sint & se gratis posuerint in assisam, licet in brevi non nominentur. Si autem factum suorum emendaverint sive ante impetrationem sive post, dum tamen ante captionem assisæ, à pœna disseysinæ liberabunt se & suos. Si autem in remotis agant domini, ita quòd interpellari non possint, nec aliquid sciverint de disseysina, ꝓpter hoc non remanebit assisa, in odium disseysitorum, & remanebunt disseysitores primi & principales: ita ꝙ si assisa faciat pro eis remaneãt domini sui in seysina de facto suorum. Si autem cõtra eos, recuperabit querẽs, & dominus cùm redierit, si factum eorum advocaverit, incidit in pœnam disseysinæ cum suis, & si viderit sibi expedire, agat de convictione. Si autem antequam redierint & advocaverint disseysinam moriantur domini & succedunt hæredes, adhuc possunt hæredes factum suorũ advocare vel deadvocare ante captionem assisæ, quia eorum factum ab antecessoribus non fuit advocatum, quòd si esset, ita esset primus & principalis disseysitor, & teneretur, & ad pœnam & ad restitutionem, & sic non transiret disseysina usq; ad hæredes quoad pœnam, quamvis quoad restitutionem, ꝑ breve de ingressu. Sed cùm non advocavit, sic transit advocatio disseysinæ usq; ad hæredes, ut sic advocent factum vel non advocent, & sic teneantur de iniuria vel non teneantur. Quod autem dictum est de domino & hærede suo, dici poterit de Abbate & Priore mortuo & eorum successoribus. Si autẽ Abbates & Priores vivi sint, & anteq̃ advocaverint depositi, vel ad alias dignitates trãslati, adhuc erit idẽ in ꝑsonis successorũ, ꝙ dicitũ superius in personis hæredum, sive impetratũ fuerit cõtra eos sub ꝓprio nomine appellatiõis, vel sub nomine dignitatis, vel sub utroq;. Si autẽ ante depositionẽ vel mutationẽ advocaverint disseysinã, ipsi tenẽtur post depositionẽ vel mutationẽ, & ita ꝙ si ante depositionẽ vel ante mutationẽ impetratũ sit cõtra eos, ꝓcedet assisa sub nomine prioris vel Abbatis etiã post depositionẽ vel mutationẽ. Si autẽ post depositionẽ vel mutationẽ fuerit impetratũ cũ advocarẽt, tenẽt tamẽ ex ratihabitione & cõveniendi sunt ꝑ breve novę disseysinę, nõ sub nomine Abbatis vel Prioris sed ꝑ tale breve. Questus est nobis talis, ꝙ talis monachus vel canonicus quondã Abbas de tali loco & tales injustè &c. Et idẽ si trãslat⁹ fuerit. s. Episcop⁹ talis &c. Si quis autẽ recẽter ingressus erit post disseysinã flagrãte malificio, nõ est mirũ si teneat̃ de disseysina, cũ res in se propter disseysinã est vitiosa. Scit enim aut scire debet quę vel qualis res sit quã ingredit̃, si vitiosa ꝑ disseysinã, sicut ille qui rẽ emit scire debet utrũ libera sit vel serva, ꝑ ĩpositionẽ sive cõstitutionem servitutis. Item utrum sit onerata vel nõ. Item utrum cõtentiosa sit ꝑ diligentem

ligentem impetrationem & diligentem prosecutionem, & sive sic, sive nō sic, semper tenebitur accipiens ad pœnam, vel ad restitutionem, vel ad utramq;. Et sciendum q diligens est ille qui incōtinenti post disseysinā impetraverit, q quidem nō valebit nisi diligenter post impetrationem fuerit psecutus. Diligens enim esse poterit in impetratione & negligens in psecutione, vel diligens vel negligens in utroq;. Etsi in utroq; diligens fuerit non præiudicabit ei quāvis captio asisę ad tempus differat. Multas vero alias exceptiones tenens habere poterit ex psona sua, sicut inferi' de exceptionib' pleni' dicet.

1 ¶ *Exceptio contra assisam si injustè & sine judicio.* 2. *Exceptio contra hoc quòd dicit: disseysivit.* Cap. 27.

SI autem nulla sit exceptio quæ competat tenenti ex ipsa jurisdictione vel ex ipso brevi, vel ex personis partium videndum erit si aliqua cōpetat ex ipso facto, continetur enim in brevi. s. Questus est nobis talis, q talis iniuste & sine iudicio disseysivit talem. Quæ quidem verba (iniuste & sine iudicio) accipi possunt simul, coniunctim, vel divisim sive disiunctim scilicet iniuste vel sine iudicio. Iniuste quia sine iudicio, sine iudicio quia disseysitor nullam habuit actionem, vel cùm actionem habuerit noluit iudicium expectare sed fecit se iusticiarium, & potiùs uti voluit viribus quàm iudicio. Iuste, facie prima pter ius, sed iniuste pter iniuriam, quia sine iudicio: vel iniuste, quia licet cum iusto iudicio sed à non iudice, & ideo iniuste quod idem est quia non habet executionem, vel si habeat, quod idem est ut si iusticiarii vel curia alicuius (licet iurisdictionem habuerit) scienter male iudicaverit vel ignoranter, vel saltem aliquis qui non habet iurisdictionem nec cohertionem, si velit seysinam suam executioni demandare, & sic iniuste quamvis cum iudicio, simul & coniunctim: vel iniuste per se quātum ad disseysitum qui justè seysitus fuit, & injustè disseysitus, vel injustè quantum ad disseysitorem qui sine judicio disseysivit. Item injuste quantum ad disseysitum qui sine judicio ejicitur, licet iuste ab eo qui ius habet prima facie, tamen iniuste quia sine iudicio, & quamvis verus dn̄s ius habeat in re & iuste ejiciat, tamen iniuste ejicit, quia sine iudicio, & quia propriis viribus reposcit, quod per iudicem reposcere debuit: ideo p iudicium restituat q sibi sine judicio viribus usurpavit, nunquā postmodum nisi vix tantum, super proprietate erit audiendus, & hoc si post tempus ejiciatur, quod sufficere possit pro titulo, ad hoc quòd sine brevi non teneatur tenens respondere. Secus autem esset si incontinenti rejiciat disseysitorem. Item iniuste, quod sine iudicio dici poterit quantum ad disseysitorem, si ab alio fuerit eiectus qui ius non habet, sive incontinenti sive post tempus propter commodum possidendi, cùm ille qui in possessione fuerit iuste vel iniuste nomine proprio qualitercunque & non alieno, plus iuris habeat in possessione quàm ille qui est extra possessionem & ius non habet. Et unde si cùm talis esset extra possessionem & petere vellet versus iniuste possidentem, non habet actionem. Et unde si sine iudicio viribus ejiciat iniuste possidentem, cùm per iudicium non possit, merito debet ei per iudicium

Exception ex ipso facto

of the words iniuste et sine judicio

iudicium restituere, q sibi sine iudicio,& ideo iniustè viribus usurpavit,nulla obstante exceptione ,pprietatis, vel liberi teñti cõtra spoliatum. Item si quis in seysina fuerit p iudicium, tunc refert utrum iudicium iustum fuerit vel iniustum,q̃a si iustum iustè posidebit,q̃a iuste posidet qui prætore autore posidet,iusti tamen autoritate interponente. Si autẽ autoritas iniustè interposita fuerit,iniustum erit iudicium, & ideo revocandum,& nõ solũ facit curia quæ iudicat iniuriã & disseysinã,verum etiã ballivus curiæ qui tale iudicium iniustum fuerit execut⁹, & nõ solum balliv⁹ verum etiã & dñs vel ali⁹, qui ex tali iudicio nactus fuerit possessionẽ,nõ tamẽ ad pœnã, sed ad restitutionẽ, q̃a liberabit à pœna qui immunis est à disseysina. Hæc autem tenenda sunt si de tali iudicio in curia facto, constiterit p examinationem, vel partium cõfessionem,vel alio modo. Si autem taliter cõstare nõ posit,vel iuratores asisæ dubitaverint,vel nihil sciverint de iudicio, præsumi tamẽ debet,q benè iudicaverit, donec ,pbatum sit cõtrarium,q̃a in meliorem partem declinare debet interpretatio,ita q querens nihil capiat p asisã,sed sibi pquirat (si velit) versus curiã de iniusto iudicio, & q sumoneat curia q recordari faciat &c. & habeat recordum,& q melius est secundum Martinum q præcipiat vic. q ipse præcipiat dño vel ballivo curiæ q recordari faciãt,& recordum habeant ad certum diem p tale breve. Et de hac materia habetis in itinere ipsius Martini de Pat. in com Suff. año regis H.12. asisa novæ disseysinæ si Ioceanus de Hesture, ubi dictum fuit q ille de quo querebat q p cõsiderationem talis curiæ recuperavit seysinã suam. Et q nec partibus nec iuratoribus fides adhiberi debet in hac parte sine recordo,habetis de itinere ipsius M. ad asisas novæ disseysinæ capiendas,& gaolas deliberandas in com tali. Asisa novæ disseysinæ si Laurentius carnifex. Qualiter autem sumoneri debeat curia, & quo modo videndum. Et sciendum q qui sic recuperaverit p iudicium, vocare debet curiam ad warantum, & de iudicio illo p auxilium curiæ dñi regis sive hoc fuerit in itinere iusticiariorum sive corã iusticiariis ad hoc specialiter cõstitutis,& dabit partibus dies de die in diem, & interim fiat recordum & veniat. Item iniustè, quãvis iusto iudicio, ut si ab eo qui iurisdictionem nõ habet, iudicatum fuerit benè sive malè, cùm nõ posit iudicium suum executioni demandare,& si illud fuerit qualitercunq; execut⁹, facit disseysinã iniustè, quãvis iustè iudicaverit, q̃a judex ecclesiastic⁹ jurisdictionem nõ habet nec coërtionem in laico feodo, nec in aliis quæ ptinent ad coronã & dignitatẽ dñi regis. Item poterit intervenire justum judiciũ ab initio, ut in destructionib⁹ faciendis,& vertit ex post facto in disseysinã, sicut in burgagiis, terris, tenementis & tenuris exteriorib⁹, ut si dñs p considerationem curię suę ,p defectu servitii ceperit tenementum tenentis sui in manum suam, sicut simplex namiũ, donec de redditu fuerit satisfactũ, sed cũ talis cuj⁹ tenemẽtũ fuerit, optulerit de satisfaciẽda, de redditu & arreragiis, restitui debet ei possessio, & si dñs hoc recusaverit, ex tunc erit manifesta disseysina. Et de hac materia satis inveniri poterit in itinere prędicti M. in com Kãc. año regni H.12. Item esto q quis intraverit tenementum alicujus p cõventionem,& videtur q hoc facit injustè, q̃a sine judicio & antequam

quam sciat veritas de conventione,& unde videt ꝙ querens recuperaret ꝑ assisam, sed revera non recuperabit, quia licet prima facie videatur ꝙ assisa locum habere debeat, eliditur tamen assisa ꝑ exceptionem conventionis, cùm talis per conventionem fuerit in possessione, & multò fortiùs si quis fuerit in possessione ad terminum & retinuerit per conventionem, & contra conventionem fuerit eiectus. Si autem ꝑ vim teneatur extra, habet actionem ex conventione, & sic parit conventio exceptionem possidendi, & ei qui non possidet actionem. Et ideo habet ille qui nõ possidet actionem, qui possidet exceptionem, eo ꝙ ingreditur possessionem de voluntate querentis, q̃a hoc semel voluit licet postmodum velle desinat, quia sufficit semel voluisse, nec dissolvi posit mutua voluntas, nisi ex mutua voluntate contraria. Et unde in omnibus videndum erit an satisfactum sit conventioni vel non, & ita si ille qui queritur contentus esse debeat vel non. Et si convenerit ꝙ ingredi posit, ut supra de donationibus pleniùs, & sic incidit conventio in assisam, & ꝑ hoc cadit assisa,& vertitur in iuratam, ad inquirendum de conventione. ¶ 2. Item excipi poterit contra assisam ex hac dictione, disseysivit eum, quia dici poterit quod talis nunquam fuit in seysina. Dicitur enim, qui amittit possessionem sed non ille qui nunquam in possessione fuit, nec competit assisa alicui nisi ei tantum qui tunc cũ ejiceretur possidebat, nec alius ejici visus est quàm is qui possidet nomine ꝓprio vel alieno. Non enim poterit disseysiri qui nunquam seysinã habuit, nec nomine ꝓprio nec alieno. Item si nomine alieno sicut ꝓcurator, creditor, vel firmarius, vel servus, licet naturalem habeant possessionem, ejiciantur, non eis competit assisa sed domino ꝓprietatis qui semper habet civilem,& per tales sibi retinet naturalem. Et quia longe aliud est esse in seysina, quàm seysitus esse, sicut longe aliud est esse in possessione quàm possidere: videndum erit quis seysitus est, ad hoc ꝙ seysinam suam recuperare posit,& quis non. Et sciendum ꝙ sunt quidã in seysina & non seysiti, sicut sunt illi qui nomine posident alieno, ut supradicti, licet fuerint in possessione de voluntate dominorum, & licet quodammodo seysiti sunt quoad usum & quoad fructum, non tamen seysiti sunt quoad liberum tenementum, licet alio modo recuperare possunt possessionem suam, quam per assisam, ut inferiùs dicetur. Item sunt nonnulli qui in seysina sunt & non seysiti ante tempus ꝙ sufficere posit pro titulo, & ꝙ pacificum sit & longum ꝑ negligentiam, patientiam, vel impotentiam dominorum, quales sunt intrusores & disseysitores, & alii qui ratione adjuncti fuerint in seysina, ut de libero tenemento, sicut vir cum uxore, inter quos nulli liberi fuerint, si post mortem uxoris se tenuerit in seysina, vel si forte liberos habuerint sed bastardos,& perinde nullos, habuerunt quidem liberum tenementum cum uxore, sed desinunt habere statim ea deficiente. Itẽ sunt quidã seysiti & in seysina quoad liberum tentũ,& nõ quoad feodum, sicut sunt illi qui tenent tantum ad vitã suam, sicut uxor dotẽ ex causa dotis. Item vir post mortem uxoris ꝑ legem Angliæ, vel ex causa donationis ad terminũ vitę, vel donec sit ꝓvisũ. Itẽ sunt quidã qui sũt ĩ seysina & seysiti, sicut

sunt

sunt illi qui tenent in feodo sibi & hæredibus suis, & qui statim habēt liberū tenementum & ꝓprietatem. Item sunt quidā in seysina licet non seysiti, sicut intrusores & disseysitores contra voluntatem dñi possessionem ingrediātur, vel si cum voluntate, sicut creditor & firmarius, qui utuntur seysina aliquandò cum expletiis, aliquando sine. Et eodem modo illi qui sunt in seysina & seysiti quandoq; utuntur seysina cum expletiis, aliquando sine. Et licet statim non utantur vel expletia ceperint, tamē statim cùm in seysina fuerint ex causa successionis vel ex justo titulo, scilicet ex causa donationis à vero dño, statim habent liberum tenementum, cum concurrant in unum & in unam ꝑsonam seysina & jus, nec multum facit ad seysinam quoad liberum tenementum usus vel captio expletiarum, quia nihil conferunt seysinæ vel tenemento; nisi quasi quoddam vestimentum ut seysinam roborant & faciant clariorem. Itē potest esse quis seysitus & in seysina & habere liberū tenementum quoad feoffatorem suum & quoad alios qui jus habent statim post feoffamentum. Et in seysina potest esse & non seysitus quoad verum dñm, ut si quis à non dño feoffatus fuerit, & qui in possessione fuerit quacunq; de causa, nisi hoc fuerit post tempus (ut prædictū est.) Et quòd quis sine usu & expletiis habere possit liberum tenementum, videri poterit ꝑ hoc, quòd nunquam in causa possessionis in aliqua assisa fit mentio de expletiis, licet aliquando de usu, sicut facit in causa ꝓprietatis, quia ad hoc quòd quis ꝓprietatem habeat, non sufficit esse in seysina, sicut ad liberum tenementum, nisi utantur cum effectu, ita quòd expletia capiat & quod sic habeat jus suum duplicatum. s. Drett Drett. Est enim jus possessionis & jus ꝓprietatis. Item excipere possit contra assisam quod talis querens nunquam fuit in seysina ꝑ se, quia licet chartam de feoffamento haberet, tamen feoffator suus semper remansit in seysina, & unde iste nullam seysinam habuit ꝑ quod posset disseysiri. Item si feoffator assisam tulerit contra feoffatum, respondere poterit ad assisam ꝙ licet feoffator aliquando seysitus esset, tamen desinit possidere ꝑ donationē, & ubi à possessione recessit omnino tam corpore quam animo. Corpore, tam ꝓprio quam alieno, quasi nullo nomine suo in possessione relicto. Item excipi poterit contra intrusores & disseysitores, si contra verum dñm petant ꝑ assisam, si post intrusionem vel disseysinam ejecti fuerint, ꝙ nullam seysinam habuerunt pacificam, quia ipse verus dñs eos recenter ejecit post intrusionem & disseysinam, ut supra de hac materia plenius. Item excipere poterit tenēs cōtra querentem in uno genere disseysinæ, ubi. s. aliquis tenet & alius uti velit in tenemēto suo contra voluntatem suam, ut si ille de quo queritur ꝙ uti sic velit, dicat ꝙ tenens non sic libere teneat, quia ille usus est in tenemento, & jus habet pascendi, vel aliā servitutem ex longo usu, vel ex justa causa constitutionis servitutis ad ꝙ si tenens replicaverit & dicat tenementū suum esse liberum, & quod nullam servitutem debeat vicino, hoc ꝑ assisam in modum juratæ captam de consensu partiū declarabitur. Item excipi poterit contra assisam & querentem, ꝙ licet aliquando esset disseysina & disseysitus, ipse nunc est in seysina libera & pacifica. Sed tunc refert utrū talis ante impetrationē vel post. Item utrum seysinā ꝓpriam ante

ante impetrationem vel post sibi viribus post tempus usurpaverit, vel gratis oblatã receperit. Si autem post disseysinam & ante impetrationem, non statim & recenter seysinam sibi usurpaverit, in misericordia erit nõ solum ꝑ usurpatione & disseysina, sed etiã ꝑ falso clamore, quia post usurpationẽ nulla subfuit causa impetrandi, & tenetur nihilominus ꝑ disseysina, & eodem modo fiet si post impetrationẽ & prosecutionẽ seysinam suam gratis oblatam receperit. s. quòd ipse in misericordia pro falso clamore si fuerit prosecutus, & alius pro disseysina. Si autem ante impetrationem hoc fecerit, tunc si postea impetraverit & uti voluerit, sit in misericordia ꝑ falso clamore, vel si se retraxerit, quia non est prosecutus.

1 ¶ *De hoc quod dicit de libero tenemento & exceptio contra.* 2. *De divisione tenementorũ.* 3. *Item de communi tenemento.* 4. *Item de pastura.* 5. *Item aliud villenagium quod sic dividitur.* 6. *De exceptionibus de hoc quod dicit de libero tenemento.* 7. *Quod patiẽtia per longum tempus habita trahitur ad consensum.* Cap. 28.

DAtur etiam exceptio contra querentem ex libero tenemento. Continetur enim in brevi, quòd talis iniustè & sine judicio disseysivit talem de libero tenemento suo. Videndum est igitur inprimis de generibus tenementorum, & cui competat exceptio de libero tenemento, & cui non. Et sciendũ quòd liberum tenementum est id, quod quis tenet sibi & hæredibus suis in feodo, & hæreditate, vel in feodo tantum; sibi & hæredibus suis. Item ut liberũ tenemẽtum, sicut ad vitam tantum vel eodem modo ad tempus indeterminatum, absq; aliqua certa temporis præfinitione. s. Donec quid fiat vel non fiat; ut si dicatur, do tali donec ei providero. Liberum autem tenementum, nõ potest dici alicujus, q̃d' quis tenet ad certum numerum annorum, mensium, vel dierum: licet ad terminum centum annorum, quæ excedit vitas hominũ. Itẽ liberũ non potest dici tenementũ alicujus, quod quis tenet ad volũtatem dñorũ precariò, q̃ tempestivè & intempestivè poterit revocari, sicut de año in annum & de die in diem. Item dicitur liberũ teñtum, ad differentiã eius q̃ est villenagium, quia tenemẽtorũ, aliud liberũ, aliud villenagiũ. Itẽ liberorũ, aliud tenetur liberè ꝑ homagio & servitio militari, aliud in libero sokagio cũ fidelitate tãtũ, vel cũ fidelitate & homagio, secundum quosdam. Item liberorum, aliud pura & libera & perpetua eleẽmosina, quæ quidẽ sunt tã in bonis hominũ quàm in bonis Dei, quia dantur nõ solũ Deo & tali Ecclesiæ, sed Abbatibus & prioribus ibidem Deo servientibus. Item est teñtum datũ in liberã eleemosinam rectoribus Ecclesiarũ, quæ pura est & libera, & magis libera & pura. Vna quæ datur Ecclesiæ nomine dotis in dedicatione, & alia quæ datr̃ post dedicationẽ. Itẽ liberorũ aliud ꝓpriũ, aliud cōmune. Itẽ cōmuniũ, aliud cōmune cũ participibus, sicut inter plures qui sunt quasi unus hæres, & aliud cōmune quasi inter vicinos ratione vicinitatis, sicut sunt divisæ & termini agrorũ, qui communes sunt, sive sunt lapides sive ligna, sive fossata, & quæ ponũtur in terminis agrorũ: ut sciatur quid cui debeat remanere, sicut liberũ tẽemẽtum separatim, ut sciat quilibet quid sit ꝓpriũ, quid alienũ. Illud autem quod proponitur ad differentiam & distinctionem agrorum, non erit proprium sed

Dd commu-

of the words de libero tenemento

Of different kinds of Tenements.

comune, & ita quòd totum erit unius in communi, & alterius nihil aut separatim alicujus & sic totum unius & nihil, sed tamen secũdùm diversos respectus. Et unde dicunt quidã, quòd si fossatum ꝓsternatur à vicino, vel in aliquo diminuatur, vel si lapides finales amoveantur, vel arbores finales succidantur, quòd ibi sit potius transgresio quàm disseysina. Revera agi poterit ad utrumq;, in eo quòd disseysina continet sub se hęc duo, disseysinã de libero tenemento, & transgresionem, transgresio vero non continet sub se disseysinam, sed in eo quòd disseysina sub se continet utrumq; poterit negotium terminari sicut disseysina vel sicut trãsgresio: Et quia qui facit ꝙ plᵘ est, facit id ꝙ minᵘ est, sed nõ cõvertitur. Dñs tamẽ Martinus assisã cepit de divisis, corruptis, vel mutatis omninò, sicut de libero tenemento, & non sicut de transgresione. Dicebat enim quòd non potest quis magis injuriosam facere disseysinam quàm de terminis demoliendis omninò, vel corrumpendis in parte, vel amovendis, sicut ꝓbatur &c. Dictum est autem de tenemento quod cõmune est cum vicinis, de eo autem quod comune est cum participibus dictũ est supra. ¶ 2. Item tenementorum aliud divinum, aliud humanũ. Humanum, sicut dictum est superiùs, ꝓprium, vel comune, & liberum & purum ut supra: secundum quod datur Deo & hominibus. Item sacrum & divinum, & liberum & purum ab omni subjectione, sicut res sacra, quę tantùm in bonis Dei est, & non in bonis alicuius privatę ꝑsonę, vel alicuius hominis singularis. s. quę ritè & ꝑ pontifices Deo sunt dedicatę & cõsecratę, nunquã ad alios usus privatos postmodũ reversurę: sicut sunt monasteria, cathedralia, conventualia, parochialia, capellę dedicatę, & cęmiteria dedicata, sive mortui inferantur sive nõ: q̃a si Deo semel loca illa fuerunt dedicata & consecrata, iterum ad humanos usus converti nõ debent, nec ea quæ eis sunt adjuncta, & sine quibus res sacræ consistere non possunt, sicut sunt dormitoria & refectoria, coquinæ, pistoria & braceatoria, sine quibus cultores religionis ecclesiæ deservire nõ possunt. Et unde unum eorum poterit esse sacrum & religiosum, & aliud magis sacrum, sicut sunt sancta ꝑ se, & sancta sanctorũ magis sancta. Et unde dirutis ædificiis, adhuc semper locus permanebit sanctus, & etiam si sine cõsecratione & dedicatione mortui inferantur, adhuc erit locus sacer. Item divinorum aliud sacrum aliud sanctum, Itẽ etiam sacrorũ aliud nõ sanctum sed sacrũ, sicut sunt muri, & portæ civitatũ: & ideò sacra, quia sancita ꝑ reges, & cives manẽtes in ea. Constituta est enim pœna capitalis in eos, qui ausu temerario muros vel portas civitatis transcendunt. Itẽ tenementorũ quoddã nec sacrum nec sanctũ, sed publicũ alicuiᵘs universitatis. s. vel comunionis vel omniũ, & non alicujus hominis privati, vel singularis, sicut sunt theatra & stadia, vel loca publica, sive sunt in civitatibus sive extra. Non solum autem consistit liberum tenementum in terris & rebus immobilibus, verum etiam in rebus mobilibus. s. in redditibus mobilibus, sicut in aureis & argenteis, & non solum in hujusmodi, verum etiã in aliis rebus, quæ consistunt in pódere, numero, & mẽsura. Mensura, sive sit liquidum, ut vinum & oleum, sive solidum ut frumentũ, sive mẽsuratũ sive nõ mẽsuratũ: mẽsuratum ut in modio, vel nõ mẽsuratum ut in garba, modò in uno loco, modò in alio, dum tamen in uno tenemento. Et

eodem

eodem modo de liquido; & illud idem fiat de numero. Item liberum tenementũ dici poterit vel quasi quies & pax & pacifica possessio,& libertas,quia qui quietem non habet nec pacem,ei aufertur cōmoditas tenementi,quia sine quiete & pace tenementum teneri non potest: ut si quis ꝑ vim uti velit cōtra voluntatem domini. Item si districtiones fecerit injuriosas & transgressivas, ꝑ quas auferat domino cōmoditatem possidendi. Item si contra voluntatem domini injustè uti velit aliqua servitute,ut si velit pecora immittere per vim, vel non secundùm debitum modum, vel alia uti servitute contra voluntatem domini cujus tenementum fuerit. Item tenementorum aliud ꝓpriũ,& alicujus per se sine participe vel sine adjuncto, aliud non per se, sed cum adiuncto & participe. Cum adiuncto,ut si vir cum uxore vel econtrariò,& qui non dicuntur participes,quia jura eorum & res divisionem non accipiunt,sunt enim una caro quamvis animæ diversæ. ¶ 3. Item aliud commune cum participe ante divisionem in rebus corporalibus, quæ divisionem non recipiunt. Res vero incorporales sicuti sunt jura,divisionem non recipiunt,tamē sunt cōmunia. Eodem modo libertates communes sunt, quæ divisiones nō recipiunt. Propriè autem dicitur commune una cum aliis,vel cum aliis una.i. simul, & tale tenementum commune non est ꝓprium ꝑ se alicuius, nec discretum,sed cum aliis per totum in communi. Item quod corporale est & de natura sua divisible inter cohæredes & participes, de communi consensu eorum remanere poterit indivisum sibi & aliis ad aliquem usum,sicut ad usum pascendi vel fodiendi, & erit usus cuiuslibet singularis & per se per totum, & tenementum commune omnibus participibus & per totum & non singulare alicuius per totum sed in parte. Et unde quod de communi consensu semel inter partes cōtrahitur, quòd tenementum remaneat in communi, sine contrario consensu omninò dissolvi vel dividi non potest: quia nihil adeo conveniens est naturali æquitati &c. Item commune cum aliis, & non per se sine aliis, & quod divisionem non recipit nec de consensu partium nec sine,sicut sunt jura,de quibus supra mentionem fecimus: secundùm quod videri poterit in jure præsentandi, quod indivisibile est licet commune. Et unde aut omnes consentient aut præsentēt aut nullus, quia nō valebit præsentatio si unus ex pluribus cōtradicat, nec præfertur pluralitas sive majoritas nec æsnetia. Item tenementum poterit esse commune inter plures & non participes quantùm ad aliquē usum, nec erit alicuius ꝓprium per se nec certis personis commune, sed alicuius universitatis, sive in civitate sive extra, sicut stadium & theatrum & huiusmodi. Item est quasi tenementum quod maius est commune. s. quod nō est alicuius singularis personæ per se,nec in communi,nec alicuius universitatis per se, sed commune omnium, sicut est via regia, littus maris, ut supra, de rerum divisione pleniùs. Illa vero quæ in bonis Dei sunt, & de quibus superiùs dictum est, nullius hominis sunt, nec possideri possunt ab homine aut vendi, nec ad alium transferri possint ut fieri possit liberum tenementum alicuius, nec recuperari ut liberum tenementum. ¶ 4. Item dici poterit liberum tenementum alicuius per se vel in communi piscaria in fundo

ꝓprio: ut si quis terrã possideat propè ripam ex utraq; parte aquæ, ꝑ totũ licebit ei piscari sicut in libero teñto suo sine impedimento alicujus, & si quis eum impediverit, facit ei disseysinã, nec cõpetit ei hoc facere in proprio ex aliqua impositione servitutis, cùm nemini serviet fundus ꝓprius. Item si tãtum ex altera parte prædia possideat ꝓpe ripam, teñtum suum erit usq; ad filum aquæ, & sua erit piscaria & jus piscandi sine alio, nisi fortè ita sit quòd servitutẽ imponat fundo suo, quod quis possit piscari cũ eo, & ita in cõmuni, vel ꝙ alius ꝑ se ex toto: & ꝙ quis sibi ipsi servitutem imposuerit, quòd ipse non possit. In communi autẽ piscari poterit vicinus cum vicino ex vicinitate vel ꝑ certo precio vel ex longo usu usq; ad similitudinẽ juris pascendi in alieno. Itẽ quid dicetur de muliere quæ piscari debeat nomine dotis, videndũ erit utrũ assignetur ei aliqua piscaria ꝑ se nomine dotis, hoc erit suum liberum teñtum Si autem piscari debeat in communi cum waranto suo ratione suæ tertiæ. partis, erit piscaria sua liberu teñtum. s. in cõmuni cum waranto suo. Si autem concedatur ei tertia piscatio ꝑ se, tempore piscationis suæ erit liberũ teñtum suum, quamdiu piscata fuerit, & desinit esse cùm piscari desierit, & sic incipit & desinit. Si autẽ cõcedatur ei tertius piscis, nullum habebit liberũ teñtũ in piscaria. Habebit enim in numero piscium, quasi de certo reddit u sicut in denariis. Et si nullam habeat in hoc casu districtionem, locum habebit assisa novæ disseysinæ, quia deficit districtio. Itẽ potest quis liberũ teñtũ habere, eo quòd in possessione est, dũ tamẽ nomine proprio, licet ꝑ intrusionẽ vel disseysinã, versus omnes qui jus non habent, sed versus dñm ꝓprietatis non, nisi hoc habeat ex tempore ꝙ sufficere possit pro titulo cum longa, continua, & pacifica seysina. Itẽ potest quis firmam habere seysinam versus quosdã sicut non dominos ex tempore, & teneram & infirmã erga veros dños, & sic liberũ tenementum versus quosdã, & nõ versus alios. Itẽ servus in statu libero versus omnes dños & non dños, & sub potestate dominorũ existens erga nõ dominos, sed erga dominos non nisi in casu. ¶ 5. Item tenementorũ aliud villenagium, & villenagiorum aliud purum, aliud privilegiatum. Purum autem villenagiũ est, ꝙ sic tenetur, ꝙ ille qui tenet in villenagio sive liber sive servus, faciet de villenagio quicquid ei præceptum fuerit, nec scire debeat serò quid facere debeat in crastino, & semper tenebitur ad incerta. Talliari autẽ potest ad volũtatẽ dñi ad plus vel ad minus. Itẽ dare merchetũ ad filiã maritandã, & ita semper tenebitur ad incerta, ita tamẽ ꝙ si liber homo sit, hoc faciat nomine villenagii & non nomine personæ, nec etiam tenebitur ad merchetum de jure, quia hoc non ꝑtinet ad ꝑsonã liberi sed villani. Si autẽ villanus fuerit, omnia faciat & incerta tam ratione villenagii quàm ꝑsonæ, nec liber homo si sic tenuerit, cõtra volũtatẽ domini villenagiũ retinere poterit, nec ipse cõpelli ꝙ retineat nisi velit. Est etiã villenagiũ nõ ita purũ sive cõcedatur libero homini vel villano ex conventione tenendũ ꝑ certis servitiis & cõsuetudinibus nominatis & expressis, quãvis servicia & cõsuetudines sunt villanæ. Et unde si liber ejectus fuerit vel villan manumissus vel alienat, recuperare nõ poterũt ut liberũ teñtũ cùm sit villenagiũ & cadit assisa, vertit tamẽ in juratã ad inquirendum

de

de conventione, ꝓpter voluntatem dimittentis et consensum, quia si querẽtes in tali casu recuperaverint villenagium, nõ erit propter hoc dño injuriatũ propter ipsius voluntatem et consensum, et contra voluntatem suam iura ei nõ subveniũt, quia si dñs potest villanum manumittere et feoffare, multo fortius poterit ei quandã convẽtionẽ facere, et quia si potest id quod plus est, potest multò fortiùs id quod minus est. Est etiam aliud genus villenagii ꝙ tenetur de dño Rege à cõquestu Angliæ, quod dicitur Socagium villanum, et quod est villenagium, sed tamen privilegiatum. Habent itaq; tenentes de dominicis dñi regis tale privilegium, quòd à gleba amoveri non debent, quãdiu velint et possint facere debitũ servitium, et hujusmodi villani Sokmanni, propriè dicuntur glebæ ascriptitii. Villana autem faciunt servitia, sed certa et determinata. Nec compelli poterunt contra voluntatem suã ad tenẽda huiusmodi tenẽta: et ideò dicũtur liberi. Dare autẽ nõ possunt tenẽta sua, nec ex causa donationis ad alios trãsferre, nõ magis quàm villani puri, et unde si transferri debeant, restituunt ea dño vel ballivo, & ipsi ea tradunt aliis in villenagiũ tenenda. Itẽ est maneriũ dñi regis & dominicũ in manerio, & sic plura genera hominũ in manerio, vel quia ab initio, vel quia mutato villenagio. Sunt enim in manerio dñi regis milites & liberè tenentes ꝑ servitium militare, & in libero sokagio. Sunt autem adventitii, qui eodem modo tenent, ꝑ cõventionẽ sicut & villani sokmanni, sed tales nõ habẽt privilegiũ, sicut alii villani sokmãni nisi tãtũ convẽtionẽ. Et unde si tales cùm aliis querãt, non dabitur eis privilegiũ, sed tantùm sua cõventio. Notandũ etiã inter cætera, ꝙ potest quis habere in libero tenemẽto ius, & ꝓprietatẽ, & feodum, & alius liberũ tenẽtũ. Itẽ unus feodum & liberũ tenemẽtũ, & alius jus merum. Item unus hæc omnia, & alius usum fructum. Item unus hæc omnia, & usum, & alius fructum, & ex fructu sive redd itu liberum tenementum, & sic duo (ut videtur) in una & eadem re redditum & liberum tenementum. Sed revera non in eadem re, quia tenementum est corpus de quo ꝓvenit redditus, & sic res una ꝑ se. Redditus autem qui de tenemẽto ꝓvenit, una res est ꝑ se & unum corpus. Item de hoc ꝙ dicit ꝙ unus habet hæc omnia prædicta & etiam usum, & alius fructum, videri poterit, ut si quis de tenẽto suo quod habet in dñico & excoluerit, dederit alicui aliquam certã partẽ fructuũ, s. tertiã garbã vel quartã garbã modò in uno cãpo modò in alio, licet campi incerti sint quo añо excoli debeãt, tamẽ ꝙ talis ꝑcipere debeat cùm campi culti sint, habet liberũ tenẽtũ, & ille qui solvit eodẽ modo. Vnus. s. in tenẽto, & alius in redditu. ¶ 6. Ex hoc q̃d cõtinetur in brevi. s. de libero tenẽto, datur exceptio tenẽti cõtra assisã & cõtra querentem multis modis. Dicere enim poterit cõtra querẽtẽ, ꝙ querẽs nũquã fuit in seysina de tenẽto illo sicut de libero tenẽto suo, quãvis quodãmodò in seysina. De hoc autẽ ꝙ dicit suo videt ꝑ hoc innuere, ꝙ si querens aliquãdo fuit in seysina, in seysina fuit nomine alieno & nõ ꝓprio. Unde cùm querens fundavit intentionẽ suã & docuit tenementum esse suum, tenens si possit, doceat, illud tẽpore disseysinæ fuisse alienũ, ꝙ multis modis facere poterit, sicut ex ꝑcedẽtibus videri poterit manifestè. In hoc autẽ q̃d dicitur in brevi, de libero tene-

The words de libero tenemento

nemento, competit exceptio tenenti contra querentem, sed ad omnes non ꝑtinet exceptio, quia licet justè ejicere possunt, tamen non possunt sine judicio, licet jus habeant ejiciendi. Jus tamen habet recenter, post tempus autem nequaquam, unde si verus dñs allegaverit quòd justè, replicari poterit quòd iniustè, quia sine judicio. Et unde si verus dominus excipiat quòd ius habeat et liberum tenementum, et iniustè et sine iudicio eiectus sit, et quòd querẽs qui iniustè eiecit feodum et liberum tenementum habere non posit, replicare poterit de tempore quòd verus dominus liberum tenementum amisit per cursum temporis, per patientiã sive negligentiam vel ꝑ impotentiã. ¶7. Patientia enim longa trahitur ad consensum, et negligentia sive dissimulatio obolent iniuriam. Et unde disseysitor cùm tempus habeat pro se et quasi liberum tenementum, sine brevi et sine iudicio disseysiri non potest. Et unde si fuerit sine judicio disseysitus et portaverit assisam, non obstabit ei exceptio quòd liberum tenementum non habuit querens, ꝓpter usurpationem sine judicio, quantum ad verum dominum, et ꝓpter tempus quantum ad disseysitum. Et in quo casu, si alius à vero domino post tempus eiecerit, statim post disseysinam vel intrusionem contra eiectum habet exceptionem, quòd tenens liberum tenementum non habuit, exceptionem de libero tenemento non habebit, & ideo statim, quia jus non habuit, quod esse posset si jus haberet, nec etiam obstabit intrusori vel disseysitori exceptio teneræ seysinæ cõtra intrusorem vel disseysitorem, quia nihil ad eos de tenera seysina vel alia, cùm nihil ad eos ꝑtineat quòd ejiciant intrusorem vel disseysitorem ꝓpter seysinã qualem præhabitã, justã vel iniustam, cũ ad disseysitorem nõ ꝑtineat utrum justa sit vel injusta. Et unde cùm tenens disseysitor nihil juris habuerit vel intrusor, & ille qui nihil juris habuerit eum disseysiverit, si disseysitus restitutionem ꝑ assisam quæsiverit, non obstabit ei exceptio liberi tenementi duabus rationibus, tum propter commodum possidendi, tum quia licet possessor, & disseysitor in re possessa ius non habuerit, nec iustam seysinã, ille qui fuit extra possessionem & ius non habuit petendi nec aliquam actionem sine iudicio eiecit, cùm ꝑ actionem nõ potuit, ꝑ judiciũ amittat & ꝑ assisam, non obstante aliqua exceptione ꝓprietatis vel teneræ seysinæ, quia si ego possideã iniuste ꝑ intrusionẽ vel disseysinam, non facio ꝑ hoc iniuriam ei qui ius nõ habet. Et unde si ille qui ius nõ habet petat à me in judicio petitorio qui jus nõ habeo, nõ sufficit si doceat me nihil juris habere, nisi doceat ꝙ ipse jus habeat ꝑ ꝙ sibi competere debeat actio. Et unde si nec jus habeat nec actionẽ, quamvis ego ius non habeam, cadet assisa, & remanebit suo loco possessio. Et unde non habeat actionem si me ꝑ vim sine iudicio eiecerit, si statim ipsum reiecero, non recuperabit, quia non habet liberum tenementum ꝓpter temporis brevitatẽ & ꝓpter teneram seysinã. Et si mihi ꝑ assisam novæ disseysinæ ꝑquisivero, statim vel post tempus excipiat cõtra me ꝙ liberum tenemẽtum non habuero in re quam ab alio iniustè possideo, nõ competit ei ista exceptio, sed ei forte quem eieci iniustè & sine iudicio. Et cùm alienum sit liberum tenementum, nõ acquiritur querẽti exceptio de alieno iure, cùm iniuriosa

riosa sit eius possessio. Et unde merito cùm extra possessionē positus ius nō habeat nec actionē, si sibi seysinā iniustè & sine iudicio usurpaverit exceptionē nō habebit, nec debet esse melioris cōditionis quàm verus dn̄s, qui cùm injustè & sine judicio eiectus fuerit post lōgū intervallū vel post impetrationē, seysinā suā sine iudicio sibi usurpaverit quāvis iustè, iniustè tamē, quia sine iudicio. Et unde si disseysitor petat versus verū dn̄m ꝑ assisā, & dn̄s excipiat contra disseysitorē ꝙ liberū tenemētum nō habuit, nō obstabit ei exceptio, quin recuperat ꝑ assisam. Item ad primū casum de intrusore & disseysitore petentibus restitutionē ꝑ assisam cōtra suū disseysitorē, omnis qui in possessione fuerit, licet ius non habeat, maius ius habet, eo ꝙ est extra possessionē, & ideò ius nō habet. Unde si maius ius habeat, sequit ꝙ ius habet, & maius eo qui ius non habet ꝓpter possessionem. Et unde videtur, ꝙ habeat quasi liberum tenementum contra eum qui ius non habet. Si autem disseysitor secundus ꝓpter negligentiā primi disseysitoris quasi liberū tenemētū (ut prædictum est) habere inceperit, si sine iudicio eiectus fuerit, sive à vero dn̄o sive à primo disseysitore, seysinam recuperabit, non obstāte exceptione de libero tenemēto. Et unde videt ex præmissis, ꝙ licet competat exceptio cōtra querētē aliquādo de libero tenemēto, nō tamē cōpetit cuilibet de populo ut illā opponat, non magis quàm exceptio bastardiæ vel servitutis in suis casibus, ut superiùs dictū est. Item etsi aliquādò cōperat ei replicatio cōtra exceptionē, tamē nō cōpetit cuilibet, ut illā opponat, sicut videri poterit: si vir aliquē feoffaverit de hæreditate uxoris, & viro præmortuo, si uxor petat ꝑ breve de ingressu, & excipiatur cōtra ipsam de dono suo simul cū viro, replicare poterit ꝙ viro suo cōtradicere non potuit, & sic recuperabit. Si autem mortua muliere extra seysinā, sit hæres qui petat ꝑ consimile breve de ingressu, non habebit locū in ꝑsona sua ꝓpter replicationē, quæ ad ipsum nō ꝑtinet & quæ cōpetit matri, ut si petat & excipiatur de dono, ipse replicare non potest sicut posset mater si viveret, quia ꝑ hoc ꝙ dicitur in brevi & cui mater mea contradicere non potuit, videtur ꝑ hoc quòd matri competiit talis replicatio & nō hæredi, ut infra videri poterit in tractatu de ingressibus.

1 ¶ *Si disseysitus post longum intervallum autoritate propria seysinam suam sine iudicio sibi usurpaverit. Cap. 29.*

VIdeamus quæ pœna teneat eos qui seysinam suam in causa spoliationis sine iudicio post tempus sibi viribus usurpaverit, intrusor verò vel disseysitor erit restituendus, non obstāte aliqua exceptione ꝓprietatis. Et si obstare nō debeat exceptio ꝓprietatis in ꝑsona veri dn̄i, ut si dicat justè disseysivi vos, quia tenemētū meū est & ego dn̄s, & tu nullū liberū tenemētū habere potes, quia non habes ingressionem nisi ꝑ intrusionem vel disseysinā, ista exceptio nō valebit ei, quāvis iuste se ponat in seysinā quantum ad ius, iniustè tamen hoc facit, quia sine iudicio, ut supra dictum est, priùs enim cognoscēdū est de vi quā de ipsa ꝓprietate. Eodē modo si servitꝰ objiciat, priùs cognoscē-

 dum

De possessione liberi tenementi

dum est de vi, quam de cōditione, ut si ille objiciat servitutem qui nihil iuris habet in corpore, ut supra plenius de exceptione servitutis. Ad hoc autem facit ratio, ut si scripto hæredi objiciatur quòd testamentum falsum sit vel inofficiosum, vel ꝙ testator servus fuerit, nihilominus scriptus hæres mitti debet in possessionem, nec refert utrum ius habet in re vel nō quoad restitutionem, dummodo cōtra iuris ordinem fuit spoliatus, vel sine judicio & alibi. Si ad verum dominum violenter possessio pervenerit. i. ꝑ vim & sine iudicio, & ubi conqueri deberet, facit se judicem & ejicit disseysitorem, malæ fidei possessor. i. disseysitor indistinctè. i. non obstante aliqua exceptione à vero dn̄o opposita, possessionis commodum reportabit. Et alibi, quòd dn̄s qui deiecit vel spoliavit cogitur restituere possessionem ei quem eiecit, licet dominus ab eo qui deiecit vi, clam, vel precario possiderit. Item alibi, quòd ille qui à me vi possidebat. i. ꝑ disseysinam, ab alio qui jus non habuerit fuerit spoliatus, habebit restitutionem ꝑ assisam. Pœna autem erit spoliatoris, ut si sua sit res cuius seysinam sibi sine judicio usurpavit, quòd illam spoliator restituat cum fructibus receptis & percipiendis: vix tamen super proprietatem imposterum audiendus. Si autem aliena, illam eodem modo restituat nunquam postmodum nec super possessione nec super proprietate audiendus.

1 ¶ *De transgressionibus, & ubi assisa cadit in transgressionem per juratam terminatam & non in modum assisæ.* *Cap. 30.*

COmpetit multotiens exceptio tenenti contra querentem ratione tenementi, ut si ille qui queritur, liberum tenementum habere non poterit sed alius, ut si custos vel firmarius, creditor, vel servus, querantur, & petant restitutionem ꝑ assisam, non competit eis assisa, sed domino proprietatis cuius nomine fuerint in possessione, quia actionem illorum elidit exceptio liberi tenementi. Item competit exceptio tenenti ratione tenementi & rei, quæ sacra est & sancta, sicut sunt loca Deo dedicata, & quæ ab aliquo possideri nō possunt, & ideò nulli competit assisa, & in quo casu cadit assisa, & non breve, et vertitur assisa in juratam ad inquirendum de transgresione, si facta fuerit in re sacra, quia ibi nulla disseysina, ut per juratam emendetur transgresio, & uterq; tam querens quàm transgressor in misericordia. s. querens pro falso clamore, & transgressor pro transgresione. Item si tenementum fuerit universitatis vel publicum, & in civitate vel burgo, si ibi fuerit ædificatum vel præsumptum, ad dominum regem pertinet emendatio. Et erit ibi potiùs transgresio & purprestura quàm aliqua disseysina. Si autem via publica, vel regia extra civitatem vel burgum, eodem modo pertinet ad Regem emendatio. Si autē locus fuerit cōmunis alicuius universitatis, extra civitatem vel burgum, qui deputatus sit ad aliquem usum communem, hic erit transgresio & non disseysina, & fiat judicium ut supra.

1. ¶ *Quòd exceptio datur tenenti si erratum fuerit nomine villæ. 2. Quòd assisa cadet in perambulationem. 3. Quòd cadit assisa omninò propter incertitudinem juratorum.* *Cap. 31.*

Datur

Datur etiam exceptio tenenti contra querentem ex nominatione villæ, dicitur enim, de libero tenemento suo in tali villa, ut licet non sit error de tali loco, tamen errare poterit quis, ut si credat tenementum esse in uno com̃ vel in una villa, cùm sit in alio com̃ vel in alia villa. Item quia credit quis unicam mansionem esse villam cùm non sit. Et unde videndum est, quid sit mansio & quid sit villa. Et sciendum quòd de jure gentium agris sunt termini positi, ædificia sunt collata sive vicinata, & ex qua collatione fiunt civitates & villæ, & ex pluribus ædificiis collatis & vicinatis, & non ex uno ædificio constructo. Ut si quis in agris unicum faciat ędificium, non erit ibi villa, sed cùm ex processu temporis inceperint coadiuvari & vicinari plura ædificia, incipit esse villa, & sic poterit tenementum esse in tali villa & non priùs, & tamen villa ad quam priùs ager ille pertinebat non desinit esse villa, sed utraq; stat in suo nomine, & sic villa ultimò vicinata habet suos terminos, & sua tenementa diffinita. Oportet quòd tenementum ita sit in una quòd non sit in alia, ut si fuerit in villa priùs vicinata, sit in una tantùm & non in alia. Si autem in villa posterius fundata, sic esse poterit in utraq; sive qualibet earum ꝑ se. Sed non sunt ita in una quin sint in alia primò vicinata, habita consideratione ad prioritatem, quia id quod priùs dignius est, & ita poterit tenementum esse in una villa & in alia, sed non convertitur, quia id quod est in villa priùs vicinata, non erit in villa quæ posterius fundatur, & sic in una & non in alia, ratione & privilegio prioritatis. Sed id quod est in villa posterius vicinata & fundata continebitur in villa priùs vicinata, & sic esse poterit tenemẽtum omninò in utraq; villa, & ita in una quòd nihil in alia, sive sint ibi diversi com̃ & diversa feoda & diversa dominia. Item poterit esse tenementum in una villa & in alia, sed distingui debet quantum in una quantum in alia: sed si totum sit in una ex duabus, sed dubitetur in qua, & querens mentionem faciat in brevi de utraq;, dicendo quòd in tali villa & in tali, videtur quibusdam ꝙ non sufficit si ꝓbet tenementum esse in una, nisi probaverit tenementum esse in utraq;, & si defecerit, quòd ex toto cadat assisa, cùm teneatur probare duo, & defecerit in uno. Sed quoniam ita temperare debemus negotium, quòd res magis valeat quàm pereat, & ꝓcedet assisa pro eo quòd totum tenementum est in una, sive faciat ꝓ querente, sive contra ipsum, & pro ea parte in qua defecerit, sit in misericordia pro falso clamore, & eodem modo fiet si nec in una nec in alia, & sic in neutra. Si autẽ solummodo unica mansio ibi fuerit, non erit ibi villa, & ideò cadit ibi assisa. Item cadit assisa si error fuerit in nomine villæ, vel in sillaba vel in litera quæ veritatem nominum inducunt, ut supra de erroribus pleniùs. Item quandoque cadit breve & non assisa, ut si tenens excipiat contra breve ita, quòd tenementum non est villa in brevi comprehensa sed in alia, & querens dicat contrarium per officium judicis inquiratur (prę stito sacramento) utrum tenementum sit in una vel in alia, & sive dicant juratores quòd hic vel ibi, tamen ꝓpter hoc non terminatur negotiũ, quia exceptio opponitur contra breve & non contra asisam. Et ideo stat asisa, & non erit locus ꝓco partito si partes consentire vellẽt, quòd unus amittat si ita sit, & si

Of the words in tali vi[lla]

& si non sit, quòd alius lucretur. Quia si juratores dicant quòd tenementum non sit in villa in brevi nominata, cadit breve & non assisa. Et unde ad consimile breve redire poterit, sive petat licentiam recedendi de brevi suo & habeat, sive sine licentia à brevi illo se retrahat. Quia quicūq; propter breve male impetratum, sine licentia à brevi se retraxerit, propter hoc se non retrahat ab actione. Si autem dicant juratores quòd tenementum est in villa in brevi nominata, sive ita sit, vel quòd sit in alia, procedet assisa, & ꝑ assisam terminabitur negotium, & non erit locus convictioni: quia utraq; pars de hoc se posuit in juratam. Nec si propter hoc quòd iuratores dixerint quòd tenementum sit in alia villa, si subtraxerit querens & egerit per aliud breve, & ꝑ alios iuratores forte, & ipsi dicant contrarium iuratoribus primis, cùm nulla sit opposita talis exceptio a tenente, nihilominus procedet assisa. Nec primi iuratores per hoc convincentur de periurio, nec ulteriùs curandum est de tali exceptione, quia non est multum de substantia negotii: tamen quia semel terminata est de consensu partium per iuratam, nec si tenens illam proponere vellet in secundo iudicio per aliud breve audiri debet, tanquam sibi ipsi contrarius, cùm contraria allegans audiri non debet. Si autem iuratores forte dubitaverint & nesciverint in qua villa tenementum illud fuerit, inquirat primò à querēte, si aliquid clāet in villa nō nōinata, & eodē modo a tenēte, si aliquid clāet in villa nōinata, quo casu si dicat ꝙ nō, cadit assisa sed nō breve, sed statī sine alio brevi fiāt ratiōabiles divisæ inter villas & inter māeria, secūdū ꝙ distincta fuerīt ꝑ certas divisas. Eodē vero modo fiat si fuerit cōtētio de finib⁹ & terminis agrorum & comitatuū, ut si tenens dicat ꝙ in uno com̄ & querens in alio, & inde se posuerint super iuratam, & iuratores sciant distinguere fines & terminos com̄, per eorum sacramentum procedat negotium, ut si dicant quòd in com̄ non nominato fuerit tenementum, quòd cadet breve, & per aliud breve procedet negotium modo quo supradictum est. Si autem in com̄ nominato, quòd tunc procedat assisa, & per assisam terminetur negotium. Si autem iuratores nullo modo distinguere vel determinare sciant fines & terminos comitatuum, non propter hoc cadit breve, sed sine aliquo brevi per officium iudicis cadit assisa in perambulationem, & perambulatio terminabit negotium. Dum tamen, ut prædictum est, partes priùs coarctentur ad certum, & ita quòd à querente sciatur si aliquid clamet in comitatu non nominato, & econverso à tenente, si aliquid clamet in comitatu nominato, & sic procedit perambulatio, habita tamen ratione, utrum querens fuerit maioris ætatis vel minoris, quia nullus minoris ætatis consentire poterit in perambulationem, & unde sine consensu non procedit perambulatio ante ætatem. Item si iuratores dicant & bene sciant quòd quædam pars tenementi, unde visus factus est, sit in villa vel comitatu nominatis, & quædam in villa vel comitatu non nominatis, procedet assisa pro ea parte tenementi quæ est in villa & in comitatu nominatis, & pro alia non, & uterq; in misericordia. ¶.2. Item cadit assisa in perambulationem propter incertitudinem de consensu partium prædicto modo: ut si fuerit contentio inter partes in qua baronia, vel in cuius feodo

feodo tenementum fuerit, & iuratores nesciant designare, & sic p perambulationem terminabitur contentio. Item quandoq; fit perambulatio inter dominum Regem & querentem, si per ballivos domini Regis facta fuerit disseysina nomine ipsius Regis, & quo casu, si disseysina manifesta fuerit, expectanda erit voluntas domini Regis quòd procedat assisa vel non procedat. Si autem incertum sit utrum tenementum sit domini Regis vel querentis, & fiat contentio de finibus agrorum, sicut in dominicis domini Regis, tunc ex præcepto & voluntate domini Regis fiat perambulatio, ut de termino S. M. Anno Reg. H. 8. incipiente 9. in com̃ Eborum, Assisa novæ disseysinæ si Rogerus clericus & alii. Et eodem modo facta fuit perambulatio inter dominum Regem & Richardum de Percy in eodem com̃ per 12. milites qui postea scire fecerunt iusticiariis de banco perambulationem illam. ¶. 3. Item propter incertitudinem rei cadit assisa omninò, nec vertitur in iuratam, nec in perambulationem, sicut videri poterit inter mulierem & warantum suum de dote sua ante assignationem dotis, ut si ambo eiecti fuerint de tenemento & mulier per se petat restitutionem de tertia parte, per assisam non recuperabit, quia suam tertiam partem designare non potest, quia nunquam fuit specificata nec ei assignata. Eodem modo si hæres eam deiecerit de toto, cùm ad ætatem pervenerit, versus eum non recuperabit per assisam prædicta ratione, qualecunque sit feodum, sokagium, vel feodum militare. Ad hoc facit in ultimo itinere M. de Pateshull in com̃ Norff. Assisa novæ disseysinæ si Gylbertus filius Gylberti &c. Eodem modo dici poterit inter alios qui tenent in communi ante divisionem, sicut sunt cohæredes & participes vel vicini si de consensu teneant in communi propter contentionem habitam ex causa transactionis. Et unde si quis à latere omnes eijciat, vel aliquem ipsorum, & unus per se restitutionem petat de aliqua certa parte, nihil capiat per assisam, quia aliquam certam partem designare non potest. Si autem totam petat unus vel omnes tenendam in communi, bene procedet assisa. Idem erit & si particeps à participe ejiciatur, & ita fiat de aliis hujusmodi quæ tenentur in communi. Et quid si dicatur, in tali manerio? Et sciendum quod maneriũ poterit esse per se ex pluribus ædificiis coadjuvatũ, sive villis & Hamlettis adjacentibus. Poterit etiam esse manerium & per se & cum pluribus villis & cum pluribus Hamlettis adjacentibus, quorum nullum dici poterit manerium per se, sed villæ sive Hamletta; poterit etiam esse per se manerium capitale, & plura continere sub se maneria non capitalia, & plures villas & plures Hamlettos, quasi sub uno capite & dominio uno. Item cadit assisa propter incertitudinem loci, sicut com̃ vel villæ ut supra, ut si querens in visu faciendo docere nesciat in quo loco tenementum fuerit de quo queritur, nec juratores designare, licet eis constiterit in quo com̃ vel in qua villa. Si autem constare possit in quo loco, sed non in qua parte loci, quia divisæ vel lapides finales amoti sunt, tamen procedet assisa, quia de re certa in loco certo agitur, & si querens per assisam optinuerit, habebit tantundem tenementi in aliqua parte loci, dum tenementum non

& si non sit, quòd alius lucretur. Quia si iuratores dicant quòd tenementum non sit in villa in brevi nominata, cadit breve & non assisa. Et unde ad consimile breve redire poterit, sive petat licentiam recedendi de brevi suo & habeat, sive sine licentia à brevi illo se retrahat. Quia quicũq; propter breve male impetratum, sine licentia à brevi se retraxerit, propter hoc se non retrahat ab actione. Si autem dicant iuratores quòd tenementum est in villa in brevi nominata, sive ita sit, vel quòd sit in alia, procedet assisa, & ꝑ assisam terminabitur negotium, & non erit locus convictioni: quia utraq; pars de hoc se posuit in iuratam. Nec si propter hoc quòd iuratores dixerint quòd tenementum sit in alia villa, si subtraxerit querens & egerit per aliud breve, & ꝑ alios iuratores forte, & ipsi dicant contrarium iuratoribus primis, cùm nulla sit opposita talis exceptio a tenente, nihilominus procedet assisa. Nec primi iuratores per hoc convincuntur de periurio, nec ulteriùs curandum est de tali exceptione, quia non est multum de substantia negotii: tamen quia semel terminata est de consensu partium per iuratam, nec si tenens illam proponere vellet in secundo iudicio per aliud breve audiri debet, tanquam sibi ipsi contrarius, cùm contraria allegans audiri non debet. Si autem iuratores forte dubitaverint & nescíverint in qua villa tenementum illud fuerit, inquirat primò à querẽte, si aliquid clãet in villa nõ nõinata, & eodẽ modo a tenẽte, si aliquid clãet in villa nõinata, quo casu si dicat ꝙ nõ, cadit assisa sed nõ breve, sed statĩ sine alio brevi fiãt rationabiles divisæ inter villas & inter mãeria, secũdũ ꝙ distincta fuerĩt ꝑ certas divisas. Eodẽ vero modo fiat si fuerit cõtẽtio de finibꝰ & terminis agrorum & comitatuũ, ut si tenens dicat ꝙ in uno com̃ & querens in alio, & inde se posuerint super iuratam, & iuratores sciant distinguere fines & terminos com̃, per eorum sacramentum procedat negotium, ut si dicant quòd in com̃ non nominato fuerit tenementum, quòd cadet breve, & per aliud breve procedet negotium modo quo supradictum est. Si autem in com̃ nominato, quòd tunc procedat assisa, & per assisam terminetur negotium. Si autem iuratores nullo modo distinguere vel determinare sciant fines & terminos comitatuum, non propter hoc cadit breve, sed sine aliquo brevi per officium iudicis cadit assisa in perambulationem, & perambulatio terminabit negotium. Dum tamen, ut prædictum est, partes priùs coarctentur ad certum, & ita quòd à querente sciatur si aliquid clamet in comitatu non nominato, & econverso à tenente, si aliquid clamet in comitatu nominato, & sic procedit perambulatio, habita tamen ratione, utrum querens fuerit maioris ætatis vel minoris, quia nullus minoris ætatis consentire poterit in perambulationem, & unde sine consensu non procedit perambulatio ante ætatem. Item si iuratores dicant & bene sciant quòd quædam pars tenementi, unde visus factus est, sit in villa vel comitatu nominatis, & quædam in villa vel comitatu non nominatis, procedet assisa pro ea parte tenementi quæ est in villa & in comitatu nominatis, & pro alia non, & uterq; in misericordia/¶.2. Item cadit assisa in perambulationem propter incertitudinem de consensu partium prædicto modo: ut si fuerit contentio inter partes in qua baronia, vel in cuius feodo

Cadit
assisa
in
perambulationem.

feodo tenementum fuerit, & iuratores nefciant defignare, & fic p pambulationem terminabitur contentio. Item quandoq; fit perambulatio inter dominum Regem & querentem, fi per ballivos domini Regis facta fuerit diffeyfina nomine ipfius Regis, & quo cafu, fi diffeyfina manifefta fuerit, expectanda erit voluntas domini Regis quòd procedat affifa vel non procedat. Si autem incertum fit utrum tenementum fit domini Regis vel querentis, & fiat contentio de finibus agrorum, ficut in dominicis domini Regis, tunc ex præcepto & voluntate domini Regis fiat perambulatio, ut de termino S.M. Anno Reg. H. 8. incipiente 9. in com̄ Eborum, Affifa novæ diffeyfinæ fi Rogerus clericus & alii. Et eodem modo facta fuit perambulatio inter dominum Regem & Richardum de Percy in eodem com̄ per 12. milites qui poftea fcire fecerunt iufticiariis de banco perambulationem illam. ¶. 3. Item propter incertitudinem rei cadit affifa omninò, nec vertitur in iuratam, nec in perambulationem, ficut videri poterit inter mulierem & warantum fuum de dote fua ante affignationem dotis, ut fi ambo eiecti fuerint de tenemento & mulier per fe petat reftitutionem de tertia parte, per affifam non recuperabit, quia fuam tertiam partem defignare non poteft, quia nunquam fuit fpecificata nec ei affignata. Eodem modo fi hæres eam deiecerit de toto, cùm ad ætatem pervenerit, verfus eum non recuperabit per affifam prædicta ratione, qualecunque fit feodum, fokagium, vel feodum militare. Ad hoc facit in ultimo itinere M. de Pateshull in com̄ Norff. Affifa novæ diffeyfinæ fi Gylbertus filius Gylberti &c. Eodem modo dici poterit inter alios qui tenent in communi ante divifionem, ficut funt cohæredes & participes vel vicini fi de confenfu teneant in communi propter contentionem habitam ex caufa tranfactionis. Et unde fi quis à latere omnes eijciat, vel aliquem ipforum, & unus per fe reftitutionem petat de aliqua certa parte, nihil capiat per affifam, quia aliquam certam partem defignare non poteft. Si autem totam petat unus vel omnes tenendam in communi, bene procedet affifa. Idem erit & fi particeps à participe ejiciatur, & ita fiat de aliis hujufmodi quæ tenentur in communi. Et quid fi dicatur, in tali manerio? Et fciendum quod maneriũ poterit effe per fe ex pluribus ædificiis coadjuvatũ, five villis & Hamlettis adjacentibus. Poterit etiam effe manerium & per fe & cum pluribus villis & cum pluribus Hamlettis adjacentibus, quorum nullum dici poterit manerium per fe, fed villæ five Hamletta; poterit etiam effe per fe manerium capitale, & plura continere fub fe maneria non capitalia, & plures villas & plures Hamlettos, quafi fub uno capite & dominio uno. Item cadit affifa propter incertitudinem loci, ficut com̄ vel villæ ut fupra, ut fi querens in vifu faciendo docere nefciat in quo loco tenementum fuerit de quo queritur, nec juratores defignare, licet eis conftiterit in quo com̄ vel in qua villa. Si autem conftare poffit in quo loco, fed non in qua parte loci, quia divifæ vel lapides finales amoti funt, tamen procedet afsifa, quia de re certa in loco certo agitur, & fi querens per afsifam optinuerit, habebit tantundem tenementi in aliqua parte loci, dum tenementum

non

non de meliori nec deteriori sed mediocri, & hoc ex æquitate. Itẽ cadit assisa quandoq; ꝑpter incertitudinẽ ꝑsonæ, quia juratores de eo forte nullã habẽt notitiã, ꝑ quã scire possint quid sit, vel utrum in possessione fuerit nomine ꝑprio vel alieno. Itẽ cadit assisa ꝑpter incertitudinẽ, ut si jus alicuius terrę recognitũ sit duobus, vel unus se posuerit in seysinã sine participe, nulla facta mẽtione de partitione, & disseysitus fuerit nõ recuperabit. Item si juratores nesciãt ad quẽ ꝑtineat tenementũ, tenentẽ vel querentẽ, cùm visum fecerint. Item si aliquis feoffatus fuerit de aliqua parte alicuius tenemẽti, quæ nũquã ei fuit assignata in vita donatoris. Itẽ si duę sorores tulerint assisam in communi & obiectum fuerit alteri ꝙ vir suus fuit utlagatus, nec constabat utrum mortuus vel vivus, ideò sine die, quia juratores nesciverĩt partes distinguere ut de Itinere M. de P. in com̃ Norff. An. Regis H. 10. Item nomina villarum designanda sunt, sicut nomina hominũ. Nomina com̃ hom̃ & villarũ significãdarũ gr̃a cõperta sunt & inventa, et res et ꝑsonæ designãtur ex nomine, & unde oportet ꝙ non magis sit defectus in nominibus villarum quàm hominũ, nec in litera nec in sillaba, nec in parte aliqua, ut supra de erroribus.

1 ¶ *Quòd exceptio datur tenenti ex termino, quia dicitur post talem terminum.* 2. *Si ballivus sine domino respondeat qualem habet potestatem, & quid possit & quid nõ.* *Cap. 32.*

Apponitur etiam terminus in brevi, quia assisa novę disseysinę infra certũ tẽpus limitatˀ, & ultra nõ extẽdit. Tẽpus enim est modus tollẽdę obligationis & actionis, quia currit tempus contra desides & sui juris cõtẽptores. Et poterit quis amittere actionẽ & assisam suã ꝑ negligentiã, & inde habebit tenẽs cõtra querentẽ exceptionẽ. Et eodẽ modo sicut tempus est modus tollendæ obligationis et actionis, ita erit modus inducendæ obligationis et actionis, et ex tempore acquirit quis sibi actionẽ, ut si quis se intruserit vel aliũ sine judicio disseysiverit, si statim non rejiciatur, post tempus habebit actionẽ si fuerit eiectus. ¶. 2. Itẽ cõtinet in brevi, pone ꝑ vadiũ et salvos plegios talẽ vel ballivũ suum si ipse inventus nõ fuerit, unde videdũ erit quid ꝑtineat ad ballivum et quid non. Et sciendũ ꝙ nõ potest ballivus quicquid potest dñs suus. Nõ potest animo cognoscere disseysinã quò minus ꝓcedat assisa, sed ꝑ assisam veritas declarabit. Itẽ nec potest transigere nec pascisci, nec jocum partitum facere nec aliud, quò magis dñs suus seysinam amittat in toto vel in parte, nisi hoc fit ꝑ judicium et assisam: Attornatus tamẽ hæc omnia facere potest. Est igitur differentia magna inter Responsalem et attornatum, dicere tamen potest (sicut ipse dñs principalis) contra assisam, quare remaneat imperpetuum vel ad tempus. Item dicere poterit cõtra juratores, et causam suspicionis prætendere. Itẽ dicere poterit contra juratores et contra querentem et contra ipsum justiciarium si fortè jurisdictionẽ nõ habuerit, et contra breve, et generaliter omnes habebit exceptiones quas haberet ipse dominus principalis. Item habere debet vic. nomina pleg. et breve. Nomina plegiorum, ut si querens fortè se retraxerit, omnes plegii remaneãt in misericordia. Et ei facienda securitas, quia commoda sequi debent, quia si securitas defecerit, difficil. erit ꝓsecuc. satisfactionis, hoc est misericordiæ, ꝑpt liber-

Of the time of limitation in the writ

Of the words pone per vadios &c

Of the words nomina plegiorum &c

libertates dico. Itē breve, ut ex brevi habeāt Iustitiarii potestatem cognoscendi. Si autē breve nō habeat corā Iusticiariis, tūc vidēdū erit utrū res integra sit vel incepta, cū breve forte sit dep̄ditū, quāvis ī com̄ publicè lectū & auditū. Si autem res sit integra, ita ꝙ nec Juratores electi, nec visus tn̄ti factus, alio brevi opus erit. Si autem non sit integra, sed breve publicè in com̄ lectum et auditum, et visus terræ factus, procedet assisa quamvis breve sit deperditum.

1 ¶ *De iis quæ impediūt restitutionem ad tempus vel imperpetuum.* 2. *Si aliquis incidat in assisam causa successionis.* 3. *Si donatio cadat in assisam.* 4. *Si conventio vel pactum cadat in assisam vel modus donationis.* 5. *Quæ impediant restitutionem.* Cap. 33.

QVædā sunt quæ restitutionē impediūt ad tēpus, et quædā imperpetuū: Imperpetuum, ut cùm cadant in assisam p̄judicialia sunt et prius debent terminari quam exceptionē p̄imūt p̄emptoriam, cùm primò fuerint p̄posita et terminēt in modū juratæ, et nō in modū assisæ. Et ideo nō recipiunt cōvictionē p̄pter cōsensum partiū, cùm de hoc se gratis, vel de necessitate (ne sint indefensi) posuerint in juratā. Qualia sunt inprimis q̄stio stat⁹, causa successionis, causa donationis, pactū, cōvētum sive cōvētio. Itē incertitudo. s. ubi de re sive de tenemento nulla omninò fieri possit certitudo, sed nō nisi cū difficultate. Itē voluntas sive dissimulatio, q̄a forte disseysit⁹ voluit disseysiri, et sive hoc voluit ab initio sive post tēp⁹. Itē trāslatio, q̄a forte disseysitus remisit injuriā, et quietū clamavit tenemētum. Itē cōfirmatio sive cōsensus, ut si disseysitor ex voluntate disseysiti dederit rē disseysitā alteri, et disseysitus donum cōfirmaverit, et alio modo ratū habuerit ab initio, vel ex post facto. Itē p̄pria usurpatio rei p̄priæ post disseysinā sine judicio sed post tēpus. Itē difficultas juditii. s. ꝙ nullo modo terminari possit p̄ Justiciarios, sed nō ꝙ alio modo licet cùm difficultate. Itē res judicata si justū intervenerit judicium. Itē finis factus et Cyrographū. Itē intrusio in rē alienā, vel disseysina si incōtinenti rejiciatur. Item negligentia quæ p̄ cursum temporis excludit actionem et assisam. Item sunt quædā quæ assisam aut actionem nō perimunt, licet ad temp⁹ differāt, sicut exceptiones cōtra breve et cōtra p̄sonas, sicut ex p̄missis satis apparet. Unde videndum erit, qualiter cadunt in assisā et terminēt p̄ juratā, et de quibus nulla facta est mentio superiùs. Et inprimis de exceptione status, ut si villenagiū apponat in modū exceptiōis, ut supra de exceptiōib⁹ villenagii plenius. ¶ 2. Incidit autē causa successionis tali modo. Esto ꝙ querens sic fundat intentionem suā, & dicat ꝙ de tenemēto tali obiit talis antecessor seysitus ut de feodo, & ipse sicut hæres suus p̄pinquior se posuit in seysinā, & fuit in seysina p̄ tātū tēpus, donec talis eū inde injustè ejecit. Ad ꝙ excipi poterit ꝙ talis antecessor nō obiit seysitus ut de feodo, sed ad vitā tenuit aliquo modo vel ad terminū vel ut vadiū, & ipse querens nihil habuit nisi p̄ intrusionem, & statim fuit ejectus p̄ tenentem qui est verus dominus vel justus hæres, vel dn̄s capitalis, vel ꝙ posuit se in seysina, licet hæres esse posset, super dominum capitalem, qui primā habuit seysinam ut dominus capitalis, & ipse se intrusit super seysinam suam antequam sciretur utrum ipse hæres esset vel non, vel quis esset hæres, vel si obiit seysitus ut de feodo, ille querens non potuit esse hæres, quia nec fuit filius nec hæres, sed bastardus: vel

si fi-

Of Pleas & Fines enquired of by the Assise in modum J. shall impede restitution by the Assise.

si filius & hæres ꝓpinquus, alius fuit ꝓpinquior.s. talis ad ꝙ replicari poterit à querente, ꝙ ipse hæres est, & licet hæres esse nõ posset, tñ fuit ibi ꝑ tãtum tempus ꝙ ejici non debuit sine iudicio, & aliæ infinitæ exceptiones inde elici poterunt, quæ omnes ꝑ assisam in modum juratæ terminantur & quæ non recipiunt convictionẽ, sed ista sufficiunt ad præsens, exempli causa; & de similibus vel diversis idem processus.¶.3. Si autem donatio incidat in assisã, multæ poterunt exceptiones competere ex donatione, ut si dicat querens ꝙ fuit in seysina illius tenementi de donatione talis ꝑ tantum tẽpus, donec talis eum eiecit: excipi poterit cõtra eum ꝙ ille qui donasse debuit, nunquã habuit inde aliquam seysinam ꝙ donationem inde facere posset, vel quia omninò nullam, vel quia si habuit tenementum priùs illud dedit tali ꝑ chartam suam, antequã aliquã chartam fecisset prędicto querenti, ita respondere poterit, ꝙ si aliquã seysinã inde habuit, nullam habuit nisi post mortem donatoris ꝑ intrusionem, & de qua recenter fuit eiectus & incõtinenti. In quo casu cadit assisa in juratã, ut sciatur utrum seysinam habuit in vita donatoris vel non, & ꝑ hoc terminabitur negotium. Si autem nihil omninò sciverint de seysina, querens nihil capiat ꝑ juratam, si autem dubitaverint, ꝑ possessore erit judicandum. Si autem ita dicant ꝙ de seysina querentis bñ certi sunt, & quo die positus fuit in seysinã, sed de morte donatoris nihil sciverint, quia obiit in remotis & in alio com̃: Ideo in com̃ in quo obiit ꝑ aliam juratam inquiratur de veritate, & sic cõiunctis illis duabus inquisitionibus terminabitur negotium, & adiudicabitur pro una parte vel pro alia, & hoc sufficiat hic exempli causa.¶4. Cadere etiam poterit in assisam pactum sive conventio, si apposita fuerit in initio donationis, & ita insit donationi, & donationem informabit. Et eodẽ modo inesse poterit modus, conditio, & causa, & donationem informabunt: Modus, ut si dicaẽ, do ut facias: Conditio, ut si dicatur do si feceris. Item potest conditio apponi sic ꝙ quis teneatur ad duo coniunctim, ut si dicatur, do ut facias istud & illud, quo casu, nõ sufficit unum fieri nisi fiat utrunq̃. Vel potest fieri conditio ad duo disiunctim.s. si fecerit istud vel illud, quo casu sufficit unum fieri. Item alio modo poterunt inesse modus & conditio donationi, uno modo verbis affirmativis, ut si dicatur do ut facias. Eodem modo in verbis negativis, ut si dicatur, do ne facias. Item potest esse modus sive conditio verbis affirmativis & negativis cõiunctim; & sic erit duplex: ut si dicatur, do ut facias & si nõ feceris, volo ꝙ terra data revertatur ad me vel alios tales, vel ꝙ liceat mihi vel hæredibus meis ponere me in terram illam. Item econverso verbis negativis & affirmativis cõiunctim, & sic erit duplex; ut si dicaẽ, do ne facias & si feceris, tũc liceat mihi &c. Et sive satisfactum sit cõditioni sive nõ, & unus se ponere possit in seysinã & se tenere in eadẽ, habebit exceptionem ex cõventione. Si autem intrare non possit ꝓpter vim tenentis, dabit ei actio ex conventione ut infra. Item fieri possit verbis negativis, ut si dicatur, do ne facias sine consensu & voluntate mea, & si feceris, ꝙ tunc ponam me &c. Et cũ hoc fecerit, adhuc non sufficit fieri, nisi sciatur utrum hoc fecerit de voluntate vel contra voluntatem, quod probatur infra, ubi plus de hac materia, ut supra

pra de donationibus. Cùm igitur querens proposita querela sua illam fundaverit sic. Et unde queritur ꝙ talis iniustè &c. disseysivit eum de tanta terra &c. quam habuit de dono ipsius talis. Et unde idem talis cepit homagium suum & posuit eum in seysinā, vel p se vel p ꝓcuratorem suum, vel p litteras &c. Et unde fuit in seysina p tantū tēpus, donec idē talis ipsum iniustè & sine iudicio disseysivit, & inde posuit se super assisam. Et notandum generaliter, ꝙ omnis intentio querentis in assisa novæ disseysinæ fundari poterit secundùm omnia genera acquisitionis liberi tenementi, sive ex causa successionis, sive ex causa donationis, vel quacunq; alia, sive in feodo sive ad vitam, vel secundùm quod possessio alicuius pacificata fuerit vel turbata, vel secundùm quod disseysina facta fuerit in ipso principali. s. in corpore, vel in ipsius rei pertinētiis, sicut in jure, ut si quis jus habeat eundi, vel pascendi in fundo alieno &c. Et talis venit & defendit ꝙ ipsum iniustè non disseysivit, nec ei aliquam fecit iniuriam, & bene cognoscit donum & homagium captum, et seysinam, et totum quod proponitur à querente. Sed dicit quòd antequam homagium suum capere vellet de tali tenemento, concessit idem querens, ꝙ si ille tenens infra certum tempus inquirere posset ꝙ idem querens aliquid teneret in capite à dño Rege, vel si quid faceret vel non faceret, et sic secundùm quancunq; conventionē (ut supra) bene liceret ei ingredi prædictum tenementum, et tenere sibi et hæredibus suis quietè imperpetuum sine aliqua contradictione, et impedimento prædicti talis querentis et hæredum suorum. Et quia inquisivit infra ṗdictum terminum ꝙ tenuit de dño Rege talē terram et talem, vel quia fecit cōtra prædictā cōventionem, vel quia non fecit secundùm conventionē, ideò posuit se in seysinā, ꝓpter prædictā cōvētionē. Et unde dicit, ꝙ licet donatio valida esset et pfecta ab initio, tñ effecta est invalida p prædictam cōventionē. Ad quod querens respondet aut dedicit omninò illā cōventionem aut cognoscit. Si autem cognoscat et factum sit contra, tunc erit manifestum ꝙ nullā ei fecerit injuriā. Si autē illā omninò negaverit vel defenderit, cū ex tali negatione fiat res dubia, oportebit eū de necessitate ꝙ illā ꝓbet si fuerit extra seysinā, alioquin indefensus erit: quasi exceptio nulla, & p hoc recuperabit querēs sine aliqua jurata, et si fuerit in seysina, dabit ei exceptio. Probari vero poterit cōvētio p scripturā, cū fuerit extra seysinā ut si scriptū cōfectū fuerit īter eos super cōvētiōe prędicta ī presentia virorū fide dignorū qui prēsētes erāt, et audiētes ṗdictā cōvētionē ante captionē homagii vel post, et qui loqui possūt de ꝓprio visu et auditu et quę quidē si fuerit à querēte dedicta, ꝓbet charta et cōvētio ꝑ testes, licet dōestiei sīt simul cū aliis de jurata vel p collationē vel alio modo. Et si ꝓbatū fuerit instrumētū, sic manifestū erit ꝙ talis fuit cōvētio: nō tamē ꝓpter hoc ꝓbat ꝙ satisfactū sit cōvētioni. Oportebit igit ulteriùs ꝓcedere investigādo p assisā in modū juratę capiēdā, et p testes nominatos in scripto utrū factū sit secūdū cōvētionē vel nō, vel si factū sit cōtra convētionē, utrū ita sit vel nō sit, secūdū ꝙ dicit in cōvētione. Et eodē modo erit ꝓcedendum ꝓbato scripto, et probata conventione, ac si ab initio nō essent

essent concessa. Quia etsi concessa essent, adhuc videndũ esset utrum satisfactum esset conventioni vel nõ. Et quòd ita sit ꝓcedendum, videri poterit p chartã aliquam quæ confecta est super donatione aliqua, ut si charta tãtum fuerit dedicta, non sufficit nisi donum fuerit dedictum; ut si dicat, defendo chartã, minus bene dicit. Si autem dicat, defendo donũ & chartã, tunc oportet tenentẽ ꝓbare utrunq;. Si dicat tantum, defendo donũ, adhuc sufficit, quia donum poterit esse validum & pfectum etiã sine charta, & charta bene poterit esse vera, sed sine dono, pfectio vacua erit & invalida. Si autem donũ fuerit pfectum & validum, utrunq; juvari poterit p aliud, & sic donũ poterit esse validum, licet charta sit falsa, & charta poterit esse vera, licet donũ sit invalidum vel imperfectum, ut si donatarius se intruserit ꝓpria autoritate sine waranto. Igitur non sufficit ꝓbare chartam esse veram, nisi ꝓbetur donũ esse validum & pfectum. Igitur cùm ꝓbata sit scriptura & conventio, & oporteat de necessitate ulteriùs ꝓcedere, aut bene sciunt conventioni esse satisfactum, vel bene sciunt quòd non est satisfactum, & secundum hoc pro una parte vel pro alia terminabitur negotium. Si autẽ nihil omninò sciverit de aliqua conventione, p hoc recuperabit querens quasi exceptione nulla. Si autẽ dubitaverit utrum satisfactum fuerit conventioni vel nõ, licet bñ cõstiterit eis de conventione facta, si præsumptiones inducant ꝓbabiles pro una parte vel ꝓ alia, in hoc dubio standũ erit presumptioni, cùm nulla sit ꝓ aliqua parte vera probatio, quæ vincere possit presumptionẽ. Poterit tunc presumptio imposterũ juvari, si fecerit ꝓ eo qui forte cõventionẽ cognoverit, sed si in replicãdo dicat illã esse remissam, si psumptio faciat ꝓ eo, juvari poterit præsumptio p instrumẽtũ postea cõpertũ ex parte illa, ꝙ contineat veritatẽ. Si autem tenẽs nullũ omninò habeat instrumentum, tunc oportet ꝙ alio modo ꝓbet exceptionem cõventionis. Et unde aut ponit se in assisam in modum juratæ capiendã aut nõ. Si velit autẽ ꝓbare p domesticos & familiares suos exceptionẽ, hoc non licet. Si autem p domesticos & familiares partis alterius, hoc nõ ꝓdest. Si autẽ communiter p utrosq;, nũquã cõveniẽt. Oportet igit̃ de necessitate recurrere ad assisam, assũptis aliquibꝰ qui interfuerint cõvẽtioni, dũ tamẽ neutrã partẽ cõtingãt. Si autẽ instrumentum nõ habuerit, nec se ponere voluerit in juratã, habet tamen sectã unã vel plures forte sive sint familiares sive non, ex secta sua habet ad minus presumptionem, & standum erit presumptioni, donec probet in contrarium. Probari poterit contrarium per defensionem & per legem, quia lex vincit sectam. Item esto quòd donator per conventionem non sufficiat quòd se ponere possit in seysinam, dabitur ei actio ex conventione, cùm sit extra seysinã, & ad superiorem erit recurrendum. Et unde cùm quis sit in seysina, dabitur ei exceptio ex conventione. ¶ 5. Item incertitudo sive fuerit in ipsa re sicut in corpore & tenemento, sive in jure pertinente ad tenementum, sive in ipsa persona quæ queritur, non dico si aliqua ratione possit esse certitudo vel saltem presumptio, immo si omninò nulla haberi poterit certitudo, etiam nec presumptio. Item negligentia sive

dissi-

dissimulatio ad tempus, quæ trahuntur ad consensum, impediunt restitutionē non tamē quòd omnino tollatur actio, sed quòd auferatur disseysito recens reiectio. Et dissimulatio & magna negligentia quę trahitur ad consensum, dat quasi liberum tenementum disseysitori, ita quòd sine iudicio ejici non potest, & tollit privilegium disseysito: quia ex quo negligens est, præsumitur ad minus quòd voluit disseysiri, p quod præsumitur etiam q utramq; amiserit possessionem, naturalem videlicet & civilem. Item eodē modo volūtas si hoc voluit ab initio vel post tempus, iniuriam remiserit, & tenementū quietū clamaverit, Itē impedit restitutionem transactio, ut si partē tenementi remiserit & partem receperit nomine concordiæ, quod quidem de gratia ei concedi poterit, & pro bono pacis & non de iure, quia de iis quæ præsumpta sunt contra pacem domini regis, nulla erit transactio sive concordia, sed ipsum iudicium, secundùm quod querens se retraxerit, vel ipse disseysitor cognoverit disseysinam. Item confirmatio vel consensus impediunt restitutionem, ut si disseysitus confirmaverit disseysitori rem disseysitam, quia confirmatio gratuita tollit iniuriam. Consensus, ut si disseysitor donationem fecerit, & disseysitus donationi consenserit & illam ratam habuerit, sive ab initio sive post tempus. Item propria usurpatio rei ppriæ post disseysinam sine judicio sed post tempus, ut si disseysitus fuit quis, & negligens fuerit in impetratione vel psecutione vel utroq; sine iudicio rē ppriā sibi usurpare non poterit (ut supra) poterit tamē illam recipere si ei gratis offeratur, aliquando tamen sed nō semper: Verbi gratia, A disseysiat B. C. disseysiat A. vel forte A. dat tenementum C. B. impetrat contra A. A. timet pper disseysinā & assisam, ejicit C. sine judicio & restituit tenementum ipsi B. post impetrationem ipsius C. vel ante, si C. conveniat cum A. & non B. A. non potest restituere sed B. si tamē cōveniat B. B. nullam fecit disseysinam C. Oportet ergo quòd ambo cōveniāt simul A. qui fecit disseysinā, & B qui potest restituere A. nihil potest dicere quare assisa remaneat, B. si dicat cōtra assisam quòd ipse sit dn̄s pprietatis, & quòd A. qui eum iniustè disseysivit illam ei gratis obtulit, & illā sic oblatam recepit, replicare possit idē C. quòd ex quo idem A. iniustè ejecit ipsum, & sine judicio & ita quòd ipsi de tali disseysina impetravit cōtra ipsum A. & ita quòd præceptum esset vic. q tenemētū illud faceret esse in pace usq; ad advētū justiciariorū, non poterit idem A. illud ad aliū transferre sine prę-judicio ipsius C. & unde si idem A. illud ei postmodū gratis offerret, illud recipere non deberet, quia hoc esset in præjudiciū ipsius C. licet in nullum præjudicium ipsius A. Et perinde erit versus ipsum C. ac si seysinam suā sine judicio usurpasset versus ipsum A. Item difficultas judicii impedit restitutionē, & quo casu partes induci poterunt ad concordiā, ut si nullo modo terminari possit negotium. Secus tamē est si aliquo modo, quāvis cū difficultate. Itē res judicata, maximè si justū intervenerit judiciū. Itē intrusio impedit restitutionē dū tamen nō currat tēpus p negligentiā, hoc est si incontinenti ejiciatur. Itē exceptio finis facti impedit restitutionē in suo casu. Itē sunt alia plura, de quibus ad præsens non recolitur, sed ista sufficiunt exempli causa.

1 ¶ *Sunt quædam exceptiones quæ sunt quasi extra assisam & non tangunt sed perimunt breve quandoque, & quandoque differunt assisam. 2. De exceptionibus dilatoriis quæ sunt contra assisam. 3. Qualiter & quibus modis cadit assisa in juratam. 4. Si ille qui tenuerit per legem Angliæ dicat se esse disseysitum. 5. Quòd assisa competit prima facie & ab initio donec constiterit quo animo quis quid fecerit, quasi si de animo constiterit statim aut assisa vel transgressio per confessionem ejus qui convenitur. 6. Item vertitur assisa quandoque in juratam propter transgressionem districtionis, fieri enim poterit disseysina sub colore districtionis. 7. Qualiter fieri potest disseysina sub specie districtionis. 8. Item cadit in assisam bastardia.* Cap. 34.

ITem sunt quædam exceptiones quæ assisam omnino non perimunt sed breve & non actionem, licet ad tempus assisam differant, sicut exceptio contra jurisdictionem. Item exceptio quæ datur contra breve. ¶ 2. Item exceptio quæ datur contra personã querentis. Item exceptio quæ cõpetit ex psona tenentis. Item exceptio quæ competit ex loco & tempore. Item exceptio quæ competit contra juratores, quia sunt minus sufficientes & essoniabiles, sive recusabiles, vel licet sint competentes, non tamen sint præsentes. Et cùm omnes istæ exceptiones (sive sint peremptoriæ sive dilatoriæ) sunt quasi extra assisam, vel præter, & ideò nõ in modum assisæ, sed in modum juratæ terminant, quasi p consensum partiũ. Cùm unus dicat ita esse & alius contrarium (quasi extra assisam) & petat quilibet eorum φ sua veritas inquiratur. Et ideo convictionem non recipiunt, quia si qua partium venire vellet cõtra dicta juratorũ ita diceret pbationem suam esse falsam, cùm veredictum juratorũ in hoc casu non sit assisa sed pbatio exceptionis, quia qui excipit pbare debet exceptionem. Et eodem modo qui replicat contra exceptionem, pbare debet replicationem. ¶. 3. Ut autem sciatur quãdo convictio habet locũ quando non, videndũ erit utrum assisa capiatur in modum assisæ, vel in modum juratæ. In modum assisæ sic, ut si fundata intẽtione querentis, tenens se statim ponat in assisam sine aliqua exceptione, & respondeat intentioni querentis, quòd non disseysivit eum, & inde ponit se super assisam, & si juratores dicant simpliciter quòd non disseysivit ipsum, vel quòd disseysivit sine aliqua causa adjecta, si falsum dixerint sive in principali & in iis quæ tangunt actionem & assisam, sive in iis quę tangunt exceptiones nisi iustus error & pbabilis eos excusaverit, convinci poterunt in iis quæ tangunt assisam: Ut si dicant quòd disseysivit talem iniustè cùm non disseysiverit, vel econtrariò, vel si dicant quòd tenens disseysivit querentem de libero tenemento, cùm teneret in villenagio vel econtrariò & huiusmodi. Vel si dicat aliquid quod tangat exceptionem & nõ actionem nec assisam, sed non simpliciter sed cum causæ adiectione, ita scilicet quòd querens disseysiri non poterit de libero tenemento, quia villanus est, & tenuerit in villenagio cùm liber sit & liberè tenuerit, vel econtrariò: si ille querens postmodum possit docere contrarium, iuratores convicti sunt de periurio, quia assisa capta est in modum asisę & non iuratę. Si autem proposita querela querentis, respondeat tenens intentioni, φ querens disseysiri non potuit de libero tenemento quia villanus est, & tenuit in villenagio, & querens

rens dicat ſimpliciter quòd non, nihil replicandò, cùm per negationem fiat res dubia: oportet quòd tenens probet exceptionem per parentes, quos ſtatim habeat ad manum (ſi poſsit) vel ad diem vel per aſsiſam. Et quo caſu, ſive per parentes ſive per aſsiſam ꝓbaverit, cùm inde ſe poſuerit in aſsiſam in modum iuratę capiendam, ſive iuratores dicant pro una parte ſive pro alia, non ſunt convincendi quia hic eſt potiùs probatio exceptionis per iuratam, quàm captio aſsiſę per aſsiſam, Nec etiam ſive verum dicant ſive falſum, non propter hoc prę iudicabitur querenti in cauſa ſtatus, & ſic in hoc caſu ſemper incumbit probatio tenenti. Sed eſto quòd querens ſic reſpondeat exceptioni, per quam dicitur quòd ipſe villanus ſit & ipſe replicando dicat quòd ſit liber, adhuc incumbit probatio tenenti, quam quidem ſi aliquo modo probaverit, probet querens contrarium (ſi poſsit) per probationem validiorem replicando. Si autem excipiens non probaverit, non erit neceſſe quòd querens probet contrarium replicando, quaſi exceptione nulla. Si autem non ſunt parentes qui ex aliqua parte producantur, de neceſsitate recurrendum erit ad aſsiſam, ut in modum iuratę terminetur negotium, quia hinc inde erit probatio & non aſsiſa. Probat enim tenens exceptionem per iuratam, in quam de neceſsitate conſentire oportet, propter defectum alterius probationis, quia ſi non habeat parentes, de neceſsitate recurritur ad iuratam, alioquin nulla erit exceptio, quaſi deficiente probatione. Eodem modo dici poterit de replicatione querentis. Sed eſto quòd querens parentes non habeat quos producat, & cùm tenens probare voluerit exceptionem per iuratam, & querens hoc recuſaverit, ſequitur quòd querenti denegabitur actio & aſsiſa. Si autem tenens hoc recuſaverit, procedet aſsiſa in modum aſsiſę quaſi exceptione nulla. Si autem fundata intentione querentis excipiat tenens de villenagio, & probationem habeat ad manum, parentes ſcilicet vel iuratam, poterit querens replicare de privilegio (ſi fuerit dominus qui petat) ut ſuprà de exceptionibus villenagii pleniùs. Sed hæc vera ſunt, habita ratione ut ſupra, utrum videlicet oppoſita fuerit à domino vel extraneo non domino, & tunc utrum ille cui opponitur fuerit in poteſtate domini ſui vel extra. ¶ 4. Item cadit aſsiſa in iuratam alio modo, ut ſi querens ſic fundaverit intentionem & dicat, quòd duxit uxorem habentem hęreditatem vel maritagium, & poſt mortem uxoris ſuæ fuit in ſeyſina per tantum tempus, donec talis eum iniuſtè diſſeyſiverit, & ita fuit in ſeyſina per legem Angliæ, quia ipſe & uxor eius pueros habuerunt in communi. Ad quòd ſi tenens contra ipſum exceperit quòd nullum omnino habuerunt, vel ſi habuerunt mortuus fuit in utero, vel ſi natus fuit, monſtrum fuit & non puer, vel ſi puer fuit & vivus, nunquam auditus fuit clamare inter quatuor parietes. Si autem querens dicat replicando contrarium, in modum iuratę inquiratur veritas per aſsiſam, & ſic terminabitur negotium. Si autem dicant iuratores quòd benè viderunt eum ſeyſitum & poſtea eiectum per tenentem, ſed de aliquo puero nihil ſciunt, quia mater obiit in pariēdo extra comitatū in remotis. Et q̄a eorū veredictū inſufficiēs eſt, & quia ipſi ignorare poſſunt ea quæ fiunt in remotis, recurrēdū erit ad comitatum

tatum & ad vicinetum ubi mater obiit, & ibi facta inquisitione de veritate, terminetur negotium. Item excipere poterit tenens contra querentẽ, quòd si liberos habuerit postea convicti fuerunt ad bastardos, quòd si querens negaverit, hoc per assisam in modum juratæ declarabitur. Item esto quòd sic dicat, quòd pueri bastardi sunt & hoc paratus est docere ubi, & quando, &c. tũc aut dicit quòd ita bastardi sunt, aut quòd nati fuerunt ante matrimonium contractum, & alius dicat quòd post, & uterq; se inde posuerit in juratam, per juratam poterit negotium terminari (secundùm quosdam). Si autem excipiat quòd querens matrem nunquam desponsavit, & querens replicando dicat quòd sic, remanebit assisa quousque in foro debito. i. ecclesiastico constiterit de veritate. ¶ 5. Vertitur etiam assisa quandoque in juratam propter transgressionem, ut si quis contra voluntatem domini uti velit in alieno, vel contra voluntatem participum uti voluerit in communi, & de communi facere proprium vel excessum: proprium, ut si sibi appropriare voluerit aliquam partem quæ communis est, vel utendo excessum facere, & ita sibi usurpare quod alienum est vel commune sibi & aliis, facit disseysinam, & similiter transgressionem, quia omnis disseysina est transgresio, sed non omnis transgresio est disseysina. Et si eo animo forte ingrediatur fundum alienum non quòd sibi usurpet tenementum vel iura, non facit disseysinam sed transgresionem. Sed quoniam incertum est quo animo hoc faciat, ideò querens sibi perquirat per assisam, & quo casu, quærendum erit à iudice quo animo hoc fecerit, utrum eo quòd ius habeat in re vel non habeat, ut si forte ductus errore probabili vel ignorantia sed non crassa (ut si omnes de patria sciverint rem ad ipsum non pertinere, & ipse solus ignoraverit) non excusatur. Si autem ignorantia iusta fuerit & probabilis error, & ita ingrediatur fundum alienum cùm suum esse crediderit, & clam vel palam arbores succiderit, vel herbam falcaverit, vel aliud genus investituræ & non nomine seysinæ asportaverit, sed ꝑ errorẽ vel ignorantiã, excusat̃ à disseysina, q̃a ibi est potius trãsgresio quã disseysina; quàm quidem si cognoverit, emendet: & si dedixerit, vertitur assisa in juratam ad inquirendum de transgressione & per hoc stet vel cadat. Idem erit si teneat in communi, & hoc maxime nisi ita fecerit sæpius & de consuetudine. Frequentia enim mutat transgressionem in disseysinam; ut si semper transgressionem faciat, & respondeat ad assisam quòd nihil clamet in tenemento omnino, vel in re communi per se ut per hoc pœnam disseysinæ possit evadere, non audietur, sed sustinebit pœnam disseysinæ & redisseysinæ. Idem erit, si in delicto captus fuerit, vel alius quem advocaverit vadium dare noluerit, per juratam aggravetur pœna transgressionis si hoc fuerit per juratam declaratum. Si autem dicat se jus habere cùm nullum habeat, vel dicat suam propriam cùm sit communis, statim procedat assisa in modum assisæ, & per assisam terminabitur negotium. Et quo casu, si res fuerit communis, locum habere poterit communi dividendo iudicium. Et quid si talis in alieno ita jus sibi usurpaverit? vel prosternendo arbores vel succidendo, vel lapides finales amovendo, ut prædictum est.

Inpri-

Inprimis ante assisam capienda sunt vadia (si fieri possit) & ita emendabitur transgressio per captionem vadiorum, & si se devadiari non permiserit, recurrendum est ad breve de nova disseysina, & cadit assisa in juratam, & duplicabitur pœna transgressionis, vel donec sciatur utrum quis clamaverit vel non. Et eodem modo si quis vastum fecerit vel distructionem in tenemento quod tenet ad vitam suam, in eo quòd modum excedit & rationem, cùm tantum concedatur ei rationabile estoverium & non vastum, facit transgressionem. Et si talis impediatur per aliquem cujus interfuerit, sicut parens vel amicus, ille tenens assisam non habebit. Intentio enim talis liberabit à disseysina, quia in eo quòd tenens abutitur malè utendo, & debitum usum in modum debitum excedendo, non poterit dicere quòd disseysitus est, quia tantum rationabilis usus ei conceditur. Et si per aliquod tempus fortè abusus fuerit ultra modum, talis seysina nulla erit, quia non est seysina quæ trahit ad abusum, sed præsumptio iniuriosa. Et ideo causa & intentio liberat impedientem, sed hoc per assisam in modum juratæ captam declarari oportebit, scilicet utrum sit ibi vastum vel rationabile estoverium. Item cadit quandoque assisa in perambulationem si fuerit incertum in quo comitatu vel in cujus fundo tenementum illud de quo agitur extiterit. ¶ 6. Vertitur etiam assisa aliquando in iuratam propter transgressionem districtionis, districtio enim aliquando facit disseysinam, & aliquando transgressionem majorem vel minorem, & secundùm hoc terminabitur negotium in modum assisæ, si ibi fuerit disseysina, vel vertetur assisa in juratam, si ibi fuerit transgressio major vel minor. Et unde cùm assisa fuerit impetrata super iniuria districtionis, si non possit valere ut assisa ad terminandam disseysinam, valeat tamen ut jurata ad terminandam transgressionem. Transgressio enim poterit esse maior vel minor; maior, ut si non sit omnino disseysina, tamen non multum differens à disseysina, quasi ei proxima & vicina, ut licet per districtionem non impediatur quis omnino uti, tamen erit transgressio vicina disseysinæ si ad commodum uti non possit, propter transgressionem minus transgressivam, vel excessivam ultra modum & mensuram debitam. Item poterit esse transgressio simplex, duplex, triplex, quadruplex & multiplex: simplex, sed gravis, ut si fiat districtio ubi nulla causa est distringendi, vel quòd non pertineat ad distringentem, & erit disseysina ubi nulla subfuit causa distringendi. Item si subsit causa, tamen si fiat ordine non observato, adhuc simplex est, ut si quis distringat tenentem suum per res suas dominicas cùm habeat villenagium. Item si distringat tenentem tenentis sui licet feodum suum, cùm tenens suus (qui medius est) sufficiens habeat dominicum. Item ordine non servato, si fiat districtio per immobilia, cùm ibi sint mobilia vel se non moventia. Item ordine non observato, si fiat districtio per immobilia & se non moventia, cùm sint ibi mobilia & se moventia. Item ordine non servato, si distringat per mobilia & se moventia intrinseca, cùm sint quæ sufficiunt ad districtionem forinseca. Item ordine non observato, si fiat districtio per oves, & sunt per quæ ad minus damnum distringantur animalia otiosa. Item ordine non observato, si

fiat districtio per boves, ut culturam auferant vel impediant, cùm sint aliæ res & animalia otiosa quæ sufficiant ad districtionem. Et unde talis districtio potiùs dici debet disseysina quàm transgressio & ista injuria simplex est. Item si subsit causa & observetur ordo, adhuc potest esse injuriosa si fuerit nimia, & districtio modum excedat in qualibet specie. Non enim debet fieri magna districtio pro minimo delicto, vel pro minimo servitio, aggravari tamen poterit ut prima teneatur & plura capiantur: Cùm sit modus in rebus sunt certi deniquè fines, quos ultraque citraque nequit consistere rectum, & hoc similiter simplex. Item etsi omnia fiant cum ordine, & mensura, poterit esse transgressio in districtione: ut si cùm capta fuerint averia pro districtione & adducta extra comitat, ne deliberentur per vadium & plegium, nisi hoc factum fuerit ex justa causa, ut si caput baroniæ fuerit extra comitat & curiam domini capitalis. Item si omnia benè conveniant, & districtio sit mensurabilis & per modum, sive subfuerit causa distringendi sive non, si averia capta per vadium & plegium vetentur, vetitum illud non non solum erit querenti injuriosum, imò domino regi, cùm sit contra pacem suam: & quia ubi deficiunt vadia & plegia deficit pax, & sic repetitis omnibus supradictis, secundùm quòd in omnibus sit præsumptum vel in parte, aut erit transgressio simplex, vel duplex, vel ulteriùs, & secundùm quod fuerit major vel minor, transgressio erit vicina disseysinæ, vel non erit. Et qualiter fieri debent districtiones pro servitiis, supra pleniùs de districtionibus, ¶. 7. Fieri autem poterit disseysina sub specie districtionis tali modo, ut si talis fiat districtio per boves, per carucas, & non per modum & mensuram, quòd cultura omninò depereat. Sed cùm fieri possit disseysina si cultura per districtionem depereat, quare non fit disseysina eodem modo sit depereat melioratio? Quia ubi deficit melioratio, perit cultura in parte vel in toto. Videtur igitur quòd fit disseysina, si quis per captionem averiorum meorum, cùm non subsit causa distringendi, vel cùm sit, modum excedat, vel per excogitatam malitiam ordinem non observaverit, & carectas ceperit dispositas ad meliorationem agrorum, & ita quòd deficiat melioratio in Marla vel in stercoratione, non video quare non. Item fit disseysina per districtionem, non solum per prædicta, verum etiam si sub specie districtionis non permittit quis tenentem suum blada metere, vel coadjuvare ad commodum suum in feodo ipsius qui distringit. Item si non permittit ea vendere, alienare, vel extendere: dum tamen tantum retineat tenens, quod sufficiat ad districtionem. Facit etiam disseysinam dominus distringens sub specie districtionis, ut si blada nondum à solo separata, propria autoritate messuerit & asportaverit, sive ipse hoc fecerit, sive ballivi sub nomine suo, quorum factum advocaverit. Et eodem modo cùm blada sint à solo separata, & maximè nisi hoc de voluntate tenentis processerit. Fit autem disseysina sub specie districtionis, ut si quis per judicium curiæ aliquod tenementum sui tenentis in manum suam ex suo decreto ceperit, & alium inde statim feoffaverit, ità quòd non sit ei potestas restituendi cùm voluerit, oblato ei servitio cum arreragiis. Item fit disseysina

P Disseysin per colours of Distress.

na sub specie districtionis, ut si quis tenementum tenentis sui ita ceperit in manum suam, ut prædictum est, & illud restituere contradixerit tenenti suo post tempus reverso, cùm paratus sit satisfacere ei de servitio & de arreragiis de tempore præterito. Item terminatur quandoquè assisa & querela disseysinæ sine assisa & jurata per exceptionem rei iudicatæ, cùm assisa arramata fuerit versus aliquem, qui dicat quòd nullam fecerit iniuriam, eo quòd ipse per iudicium recuperaverit tenementum illud de quo queritur, & tunc aut statim ponat se inde in assisam, aut vocat ad warrantum rotulos iusticiariorum & eorum iudicium. Si autem se ponat in assisam, hoc ei prodesse non debet, sed se ponat super rotulos, quia si iuratores dixerint contrarium rotulis vel diversum, ex hoc convinci possunt ad minus de mendacio, & ita capi possit assisa super assisam (quod esse nō debet) super eadem re & de eodem facto. Melius tamen est in omni casu quòd recurratur ad rotulos & factum justiciariorum. Item si dicat quòd per iudicium curiæ suæ, vocet inde curiam suam ad warrantum. ¶ 8. Item cadit in assisam novæ disseysinæ bastardia inter fratres, quorum unus eorum priùs se posuit in seysinam post mortem antecessoris sui. Quo casu, refert utrum seysina vacua fuerit vel non vacua, scilicet utrum dominus capitalis primam habuerit seysinam vel non habuerit. Si autem habuerit primam seysinam, & unus ex duobus qui contendit se esse hæredem, super seysinam capitalis domini se posuerit in seysinam & sic non vacuam, bene poterit dominus capitalis illum rejicere statim vel post tempus & impunè, quia per assisam non recuperabit intrusus, quia vacuam seysinam non invenit. Sed capitalis dominus in ea remanebit, donec ei constiterit quis sit hæres. Si autem capitalis dominus primam seysinam non habuerit, sed unus ex duobus qui se fecerit hęredem, sive sit hęres legitimus sive non legitimus vel bastardus, & in seysina fuerit per aliquod tempus, tunc capitalis dominus eum impunè ejicere non potest; & si de facto eiecerit, & eiectus assisam portaverit, non obstante aliqua exceptione recuperabit. Et unde si dominus capitalis objecerit ei (petenti restitutionem) exceptionem quòd bastardus sit, talis exceptio bastardię (cùm alius sit qui facit se hęredem) in ore capitalis domini non iacebit, quia ista exceptio non pertinet ad ipsum, sed ad alium qui se facit hęredem, nec etiam ad capitalem dominum, licet alius non sit hæres, si ille intrusus (licet bastardus) per aliquod tempus quod sufficiat pro titulo, per negligentiam capitalis domini extiterit in seysina sine judicio ejici non poterit, quia in hoc casu (propter tempus) priùs cognoscendum est de violenta ejectione quàm de jure eschætæ. Item nec valebit ei exceptio, si dicat quòd nunquam fuit in seysina de libero tenemento, quia alius est hæres justior & propinquior, nec ista exceptio jacebit in ore suo, cùm tenementum illud non possit esse suum sed alienum, neque de jure alteri⁹ sibi acquirit exceptio. Simplex enim debet esse seysina dñi capitalis, cū illā vacuā nō invenerit. Et unde cū talis seysinā suā ꝑ assisam recuperaverit, tunc primò discutiat si sit hæres vel nō, ꝓpinquior vel ꝓpinqu⁹, vel remotus, legitim⁹ vel bastard⁹, & secūdū hęc, cōpetet vero hæredi actio vel capitali dño. Eodē modo fiet si legitim⁹ ejecerit bastardū.

 ¶De

1 ¶ *De remedio quæ competit hæredibus disseysitorum. Cùm autem disseysitor moriatur vel disseysitus vel uterque, consulitur hæredibus eorum per breve de ingressu, quia cadit assisa omnino ad pœnam & ad restitutionem simul, vel tantum ad restitutionem, secundùm quod assisa incepta fuerit cum defuncto vel non. 2. Breve de ingressu formatum de modo procedendi in hujusmodi placito.* Cap. 35.

ASsisa novæ disseysinæ cùm sit triplex, ꝑsonalis scilicet ꝓpter factum, & pœnalis ꝓpter injuriam & delictum, & rei prosecutoria scilicet ꝙ res restituatur disseysita: in eo quod pœnalis est, & pœna suos tenere debeat autores, non competit hæredibus disseysiti si disseysitus moriatur, nec datur in hæredes principalis disseysitoris (si moriatur) vivente disseysito, quia pœna extinguitur cum ꝑsona, & hæres non tenetur ex delicto antecessoris. Et eodem modo si disseysitus moriatur vivente disseysitore, hæredi disseysiti non competit actio de injuria facta antecessori, quia inter ipsum & disseysitorem nulla est obligatio quoad pœnam, licet sit obligatio quoad restitutionem, sed ꝑ aliud breve scilicet de ingressu. Sed ad hoc ꝙ locũ habeat breve de ingressu, videndum est si disseysitus (ad hoc ꝙ competit actio hæredi suo in ea parte ꝓ qua assisa novę disseysinæ restitutoria est ~~utrum disseysitus~~) diligens fuerit in impetratione & prosecutione, ad hoc ꝙ ꝑpetuari posset actio quantũ ad hęredes suos vel non, cum vigilantibus jura subveniant &c. Si autem diligens fuerit in impetratione & ꝓsecutione, ita ꝙ visus terræ factus fuerit & juratores electi, si postmodum moriatur, per talem diligentiam perpetuatur assisa novæ disseysinæ, sive actio in eo ꝙ restitutoria est [redacted] competit hæredibus, & datur contra disseysitores & eorum hæredes, cùm nihil sit quod negligentiæ antecessoris disseysiti possit vel debeat imputari. In omni casu tenet, sive incepta fuerit in vita antecessoris sive non quoad restitutionem, (& secundùm quosdam tenet quoad pœnam, si assisa fuerit incepta & quoad restitutionem, & aliter nõ) Sed si ita incepta fuerit assisa in vita antecessoris, ꝙ visus terræ factus sit & juratores electi, ꝙ ꝑpetuatur assisa quantum ad pœnam disseysitoris, & quantum ad restitutionem, quia hæres succedit in vitiũ & sic in pœnã. Si autem in vita antecessoris non sit in tantum ꝓcessum sed disseysitus satis diligens fuerit ad impetrandum, ꝙ ante mortem tamen ꝑducere non potuit ad effectum ꝓpter temporis brevitatem, quia ante mortem facta fuit ꝑ tres dies vel quatuor disseysina, ex quo sic fuit impetrando, amittit hęres suus assisam mortis antecessoris, quia ex eo ꝙ impetrare voluit amisit utramq; possessionem civilem & naturalem. Sed hæredi succurritur ꝑ breve de ingressu sine clausula. Et hæres disseysitoris non tenebitur nisi tantùm ad restitutionem & non ad pœnam, quia non est ingressus in rem litigiosam. Si autem antecessor disseysitus statim post disseysinam prima die, secunda, tertia vel quarta, & recẽter & in languore, maximè ꝙ sibi ꝑquirere nõ potuit nec fuit in ꝑquirẽdo, quia ad hæc retinuit civilẽ possessionem, & recẽter ejicere posset disseysitorem suum, cõpetit hęredi de seysina talis antecessoris assisa mortis antecessoris ut supra, si autem disseysitus cùm diu viveret & sibi posset ꝑquisivisse si vellet, & nõ fecit, vix succurri debeat hęredi nisi tãtũ super

proprie-

a Quære how this is. for afterwards 220, he s? it was not penalty agst. the heirs. Quære. if penalty is not found in

ꝑprietate, succurritur tamen quandoq; licet contra jus vel præter. Et esto quòd quis fecerit ab initio disseysinam de aliquo tenemento quod sit ius uxoris suæ, & disseysitus assisam arramaverit novæ disseysinę versus disseysitorem, ita quòd visus terræ factus fuit & juratores electi, vel quòd tali tempore facta sit disseysina, quòd disseysitus ante mortem suam sibi perquirere non posit, si vir obierit & uxor remanserit in eadem seysina post mortem viri sui, & ita obierit seysita, & hęres suus post mortem suam ingrediatur seysinam illam, & disseysitus impetraverit breve de ingressu super hęredem ratione disseysinę quàm pater hęredis fecerit de hęreditate matris, si hęres respondeat quòd ingressum non habeat per disseysinam quam pater suus fecerat, immo ꝑ descensum à matre sua quæ inde obiit seysita ut de feodo & de jure, & quę nullam fecit disseysinam, non valebit illa responsio quin procedet actio versus eum: quia revera, quamvis illa terra sit hęreditas matris suę, ipsa injustum habuit ingressum ꝑ disseysinam viri sui, nec hęres inde aliquam habet seysinam nisi per disseysinam patris sui, & per iniustum ingressum matris suę post disseysinam patris. Et ideo vitium rei adhęret hęredi, quod contractum est ex parte patris & ex patre matris, & succedit hęres in vitium, quāvis per intermediam personam, & ideò recuperabit petens per tale breve: Ut de itinere M. de Pateshull de loquelis quæ fuerunt super iudicium in diversis comitī anno regni regis H. 3.ᵃ in comitatu Glouc. de Richardo Curpet, qui impetravit breve super W. comitem Marshal juniorem, & qui respondit quòd non habet ingressum ꝑ W. patrem suum, immò per comitissam matrem suā cujus hereditas terra illa fuit, & quæ inde obiit seysita, ut de feodo & jure. Eodem modo si cùm vellet, non posset sibi perquirere nec per se nec per alium, ut si gravi languore detentus, licet memoriam non amiserit. Et quamvis memoriam amiserit, ante disseysinam, & per hoc desinere non possit posidere civiliter, licet desinat posidere naturaliter per ejectionem, competunt hęredi duo remedia. s. breve de ingressu (si legerit) ut hic, vel asisa mortis antecessoris, ut inferiùs dicetur. Item eodem modo, si propter brevitatem temporis sibi perquirere non posit, ut si hodiè disseysitus, statim, vel in crastino, vel secundo, vel tertio, vel quarto die moriāt, & ita ꝙ tempus disseysitori sufficere non possit pro titulo. Eodem modo competunt hæredi duo remedia ut supra: quia antecessor in utroque casu satis moritur seysitus ut de feodo, & hęres nihilominus habere posset breve de ingressu etiam sine clausula, cùm nihil posit imputari negligentię antecessorū. Si autem negligens inveniatur ꝙ sibi non perquisiverit cùm posset, quasi sui juris contemptor sibi prejudicat & hęredibus suis, cùm negligētia & patientia inducāt cōsensum, & dissimulatio longa tollat injuriam, & tale erit prejudicium ꝙ hęres vix audiri poterit super ꝑprietate ꝑ breve de recto. Cùm autem disseysitus diligens fuerit, ut prædictum est, vel cùm nihil sit ꝙ posit negligentiæ suæ imputari, datur hæredi actio ꝑ breve formatum hoc modo in ꝑsona hæredis disseysitoris. ¶. 2. Rex vic. salutē. Præcipe A. ꝙ justè &c. reddat B. tantū terrę cū pertinentiis in tali villa, & in qua nō habet ingressum nisi ꝑ C. patrē ipsius A. cujus hæres ipse est, qui

prædi-

[handwritten marginalia: "Dr breve de Ingressu"; "P" marks; "of sorts of entry"; footnote: "Notes — a. A writ of entry in the 3d year of Henry 3d"]

prædictum B. inde injustè & sine judicio disseysivit, & postquam &c. Et unde assisa novæ disseysinæ summonita fuit coram justiciariis nostris ad primam &c. & visus terræ captus,& remansit assisa capienda,eo quòd prædictus C.obiit ante captionem illius assisæ, vel antequam justiciarii nostri in partes illas venirent. Et nisi fecerit, & idem B. fecerit te securum de clamore &c. tunc summoneas &c. quòd sit coram justiciariis &c. ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi summonitores & hoc breve. Et habebit locum breve istud tam versus extraneos,qui ingressum habuerunt per disseysitorem unum vel plures, quatenus gradus ingressus & personæ permiserint, quàm versus hæredes disseysitoris, vel versus eos qui ingressum habuerint per hæredes usque ad tertiã personam inclusivam: ut si dicatur, Præcipe A.&c.quòd justè &c.reddat B.tãtum terræ cum pertinentiis in tali villa, in quam ingressum non habet nisi per C.filium & hæredem D. qui terram illam ei dimisit, postquam idem D.injustè & sine judicio disseysiverit ipsum B. (vel si disseysitus mortuus fuerit & hæres disseysiti petat versus hæredem disseysitoris, & tunc sic) Præcipe A. ꝙ justè &c.reddat B.tantum terræ cum pertinentiis in tali villa,& in quam non habet ingressum nisi per C. filium & hæredem B.qui terram illam ei dimisit postquam idem D. injustè & sine judicio disseysiverat E. patrem, avunculum vel amitam ipsius B.vel alium antecessorem,cujus hæres ipse B. est ut dicit. Item si quis disseysitorem disseysiverit, & postea rem ad alium transtulerit, tunc dici non potest quòd primus disseysitor ei dimisit. Et ideò dicatur sic: in quam non habet ingressum nisi per talem,qui injustè & sine judicio disseysivit talẽ postquam idẽ talis disseysiverat querentẽ vel ejus hæredem propinquum vel remotum vel sine mentione de ingressu. Et si hujusmodi tenementum ulteriùs quàm ad tertiã ꝑsonã trãslata fuerit,locũ non habebit breve de ingressu,nisi sit qui dicat,ꝙ sine mentione de ingressu fieri possit breve hoc modo: Præcipe A.ꝙ justè &c.reddat B.tantum terræ &c.unde C.de A. injustè &c. disseysivit ipsum B.vel C.patrem vel alium antecessorem ipsius B. cujus hæres ipse est ut dicit. Si autem fieri debeat breve in persona hæredis disseysiti versus ipsum disseysitorem qui vivit, qualiter fieri debet satis videri poterit ex præmissis. ¶. 3. Cùm antẽ sumonitus fuerit tenens, ad diem sibi datũ poterit se essoniare, & eodẽ modo petens si voluerit,& post essonium petere possit visum terræ & jacebit. Item vocare poterit warrantum sive mẽtio fiat de ingressu sive non,dum tamẽ si fiat mentio de ingressu,fiat vocatio de ꝑsona in ꝑsonã, ut de warranto in warrantum,de personis in brevi nominatis ꝑ ordinem usq; ad ipsum disseysitorẽ vel ejus hæredem. Alii verò warranti vocari non debent quàm in brevi nominati: quia si non nominati vocarentur & extra breve,eadem ratione qua vocaretur unus, possent vocari mille,& ita nõ teneret breve de ingressu. Si autem nulla fiat mentio de ingressu (ut prædictum est) in brevi,in gradibus nec personis, tunc vocari possunt plures in infinitum. Item si mentio fiat de ingressu, respondere poterit tenens multipliciter ad breve & ad alia ut suprà. Item quòd non habet ingressum per talem in brevi nominatum sed per alium talem non nominatum,quòd si probatum

Notes

a See Stat: Marlb: 53 Hen. 3. c. of the Entry in the Post

tũ fuerit, cadit breve. Item respõdere poterit ꝙ talis antecessor nõ disseysivit sed alius. Item ꝙ non injustè sed justè, & ferè omnes habebit responsiones & defensiones hæres disseysitoris, quas haberet ille disseysitor contra assisam novæ disseysinæ si viveret, eo quòd tale breve de ingressu naturam sapit assisæ novæ disseysinæ ad omnia quoad restitutionem, licet non quoad pœnam, & omnia terminari poterunt per juratam. Pœna autem in judicio extinguitur. Non enim erit pœna corporalis infligenda propter modum disseysinæ antecessoris, nec veniunt damna, nec dabitur bos, nisi tantum misericordia pro injusta detentione. Cùm autem assisa novæ disseysinæ capta fuerit sive tenens amiserit sive querens per assisam, contingit multotiens quòd juratores malè juraverint, & quòd ille qui per assisam amiserit sibi perquirat per juratam viginti quatuor ad convincendum duodecem & quòd ante captionem illius juratæ moriatur tenens vel querens, & unde succurritur hæredi eodem modo, quo suprà in assisa novæ disseysinæ, quia ubi eadem ratio idem jus esse debet, & cum ingressu & fine, ut supra. Forma breuis talis est, ut inferius de convictionibus.

1 ¶ *Si firmarius infrà terminum suum ejectus fuerit.* 2. *Breve ad recuperandam firmam.* *Cap. 36.*

DIctũ est supra qualiter quis restituatur cùm fuerit ejectus de libero tenẽto suo: Nunc dicendũ si quis ejiciat de usu fructu, vel usu & habitatione alicujus tenementi ꝙ tenuerit ad terminum annorum ante terminum suum. Poterit enim quis in uno & eodem tenemento habere liberum tenementũ, & alius usum fructum & usum & habitationem. Solent aliquandò tales (cùm ejecti essent infrà terminum suum) ꝓquirere sibi ꝑ breve de conventione: Sed quia tale breve locum habere non potuit inter aliquas personas, nisi tantũ inter illũ qui ad firmam tradidit & ad terminum, & illum qui ceperit: nec alios obligare potest obligatio conventionis: & etiam quia inter tales ꝑsonas, vix vel non sine difficultate potuit terminari negotium, de consilio curiæ ꝓvisum est firmario contra quoscũq; dejectores ꝑ tale breve. ¶. 2. Rex vicecom̃ salutẽ. Præcipe A. ꝙ justè & sine dilatione reddat B. tantũ terræ cum ꝑtinentiis in tali villa, quã idem A. qui dimisit &c. vel sic: si talis fecerit te securum &c. ut infrà, ostensurus quare deforceat tali tantũ terræ cũ pertinentiis in tali villa, ꝙ talis dimisit ipsi tali ad terminum qui nondum præteriit, infrà quem terminum prædictus talis illud vendidit tali, occasione cujus venditionis ipse talis postmodũ talem de prædicta terra ejecit ut dicit. Et habeas ibi &c. Teste &c. Et si tale breve competat contra extraneum propter venditionem, multò fortiùs competit contra ipsum dñm qui dimisit & sine causa ejecit, quàm contra extraneum qui causam habuit qualem qualem, si occasione venditionis ei factæ venditor firmarium ejecit vel aliter: si alius ejecerit quàm ille qui dimisit, & tunc sic: Quàm C. de N. ei dimisit ad terminum qui nondũ præteriit, infrà quem terminum prædictus A. vel prædictus C. ipsum B. de

eadem

Writ of Quare ejecit infra Terminum.

eadem terra vel firma sua injustè ejecit ut dicit: & nisi fecerit, & prædictus B. fecerit te securum, tunc sumone &c. Poterit etiã breve istud (secundùm quosdam) aliter formari, ita s. si A. fecerit te securum &c. tunc summoneas B. q sit coram &c. ad respondendum eidem A quare injustè ejecit eum de tanto terræ &c. quam idem A. vel alius C. s. ei dimisit ad terminum qui nondum præteriit, infra quem terminum &c. ut supra. Sed forma prima magis competens & compendiosa est ꝓpter captionem in manum dñi regis ad vitanda atachiamenta & dilationes. Non magis poterit aliquis firmarium ejicere de firma sua quàm tenentem aliquem de libero tenemento suo. Et unde si ille ejecerit qui tradidit, seysinam restituet cum damnis, quia talis restitutio non multum differt à disseysina. Si autem alius quàm qui tradidit ejecerit, si hoc fecerit cum autoritate & voluntate tradentis, uterq; tenetur hoc judicio, unus ꝓpter factum & alius propter autoritatem. Si autem sine voluntate, tunc tenetur ejector utriq; tam dño ꝓprietatis quàm firmario: firmario ꝑ istud breve, dño ꝓprietatis ꝑ assisam novæ disseysinæ, ut unus rehabeat terminum cum damnis, & alius liberum tenementum suum sine damnis. Si autem dñs proprietatis tenementum ad firmam traditum alicui dederit in dominico tenendum, seysinam ei facere poterit, salvo firmario termino suo. Poterit enim eum inducere in seysinam vacuam quantum ad ipsum & suos, & attornare ei firmarium & servitium suum, dum tamen feoffatus non utatur nec expletia capiat maximè nec firmarium impediat uti, nec ipsum ejiciat. Poterit enim quilibet illorum sine præjudicio alterius, quia rectè dicimus totũ nostrum fundum esse, & cùm usus fructus alienus sit, quia nõ dominii pars est usu fructus sed servitus sit. vel via &c. Nec falsò dicitur meum esse, cujus non potest pars dici alterius esse in seysina esse ejusdem tenementi, unus ut de termino & alius ut de feodo & libero tenemento. Et datur ista actio hæredibus & competit contra hæredes ut supra in assisa novæ disseysinæ.

1 ¶ De assisa si quis sine judicio fuerit disseysitus, de iis quæ sunt de pertinentiis liberi tenementi sicut de juribus, ut si sint servitutes quæ pertinent ex alieno fundo ad fundum vicini sicut pastus pecorum, scilicet communia pasturæ. 2. Si quis non possit uti propter vim, competit assisa novæ disseysinæ domino fundi. Cap. 37.

Dictum est supra qualiter rerũ corporaliũ acquiruntur dominia, & de acquirenda possessione, & quale remediũ cõpetit ei qui à tenemẽto suo ejectus fuerit, & qualiter restituatẽ ei possessio, libertas, & pax si possessio pturbetẽ. Nunc autẽ dicendũ qualiter quis restituatur si fuerit ejectus injustè de iis quę ꝑtinẽt ad liberũ teñtũ. Pertinẽt enim ad liberũ teñtũ jura sicut & corpora: jura sive servitutes diversis respectibus. Jura autem sive libertates dici poterunt ratione teñtorũ, quibus debẽt. Servitutes verò ratione tenementorum à quibus debentur, & semper consistunt in alieno & nõ in ꝓprio, quia nemini servire potest suus fundus ꝓprius; & nullus hujusmodi servitutes constituere potest, nisi ille qui fundum habet & tenementũ, quia prædiorum aliud liberum, aliud servituti suppositum. Liberum dici poterit quod in nullo tenetur, vel

vel astringit prædiis vicinorum [illegible] tem teneat, dicit servituti suppositum ꝗ priùs fuerat liberum, & hoc sive teneatur prædio sine teñto alieno de volũtate & cõstitutione dñorum, vel ꝓpter servitium certum, vel ꝓpter vicinitatẽ, quia si fuerit incertũ, ut si quis plus dederit, aliquãdò minus, hæc esset potius emptio herbagii quã pastura, & hoc erit potius ꝑsonale quàm prædiale. Itẽ eodẽ modo si quis temporibus ad voluntatẽ suã; Itẽ herbagium dici poterit si cui concedatur, quia non habet liberum teñtum ad ꝗ ꝑtinere possit. Et talis dici poterit constitutio qua domus domui, rus ruri, fundus fundo, tenementum tenemento subjungatur, & non tantum ꝑsonæ ꝑ se, vel tenementum ꝑ se, sed uterquè simul tam teñtum quàm ꝑsonæ. Et ita ꝑtinent servitutes alicujus fundo ex constitutione sive ex impositione de voluntate dominorum. Item ꝑtinere poterunt sine constitutione per longum, usum continuum & pacificum, & non interruptum ꝑ aliquod impedimentum contrarium ex patientia inter præsentes quæ trahitur ad consensum. Et unde licet servitus expressè nõ imponat vel cõstituatur de voluntate dñorũ, tamen si quis usus fuerit ꝑ aliquod tẽpus pacificè sine aliqua interruptione nec vi, nec clam, nec precariò, ꝗ idem est ꝗ de gratia, ad minus sine iudicio disseysiri non potest, quia si violentia adhibeatur, nũquã erit jus disseysitoris ꝓpter temporis diuturnitatẽ, nisi ꝑ negligẽtiã ipsius qui vim patit ex lõga & pacifica & cõtinua possessione inter præsẽtes, secus inter absentes, & talis seysina multipliciter poterit interrumpi. Si autem fuerit seysina clamdestina. s. in absentia dominorũ vel illis ignorantibus, & si scirent essent ꝓhibituri, licet hoc fiat de consensu vel dissimulatione ballivorũ, valere nõ debet. Si autem precariò fuerit & de gratia, quæ tempestivè revocari possit & intempestivè, ex lõgo tẽpore nõ acquirit jus, nec in casu ꝓximo notato. Illud autem quod de gratia est, ad voluntatẽ cõcedentis revocari poterit quocũq; tẽpore, ꝗ quidẽ nõ est in cõmodato. Potest etiã servitus ita constitui in ꝓprio, ne liceat dño fundi pascere in suo ꝓprio, & sic constituitur servitus in fundo alieno, aliquãdò ab homine, aliquandò ex patientia & usu. Et eodem modo imponitur quandòq; à jure & nec ab homine nec ab usu. s. ne quis faciat in ꝓprio per ꝗ damnũ vel nocumentum eveniat vicino. Nocumentum enim poterit esse justum, & poterit esse injuriosum. Injuriosum, ubi quis fecerit aliquid in suo injustè contra legem vel contra cõstitutionẽ, ꝓhibitus à jure. Si autem prohiberi à jure nõ possit ne faciat, licet nocumentũ faciat & damnosum, tamen non erit injuriosum; licitum est enim unicuiq; facere in suo quod damnum injuriosum nõ eveniet vicino, ut si quis in fundo ꝓprio construat aliquod molẽdinũ, & sectã suã & aliorũ vicinorũ subtrahat vicino, facit vicino dãnũ & nõ injuriã: cùm à lege vel à cõstitutione ꝓhibitus nõ sit ne molẽdinũ habeat vel cõstruat. Itẽ à jure imponit servitus prædio vicinorũ. s. ne quis stagnum suum altiùs tollat ꝑ ꝗ tenemẽtũ vicini submergat. Itẽ ne faciat fossam in suo ꝑ quã aquã vicini divertat, vel ꝑ ꝗ ad alveum suum pristinum reverti non possit in toto vel in parte. Item ne quis faciat in suo, quo minus vicinus suus omninò uti possit servitute imposita vel concessa, vel quo minus commodè utatur, loco, tempore,

numero

numero vel genere, qualitate vel quant[illegible] Et non refert utrum hoc omninò fecerit vel quod tantundem valeat; ut [illegible] quis habuerit ius eundi per fundum alienum, non solum facit disseysinam si viam obstruat, sed si ire non permittat omninò commodè, vel ad usum debitum. Item si reficere viam non permittat, ad viam enim pertinet refectio. Item eodẽ modo si omninò aquã non divertat, sed fossam faciat vel purgare non ꝑmittat: quia ad aquæ ductum ꝑtinet purgatio, sicut ad viam ꝑtinet refectio. Item licet omninò non impediat, si fecerit tamen quo minus cōmodè, facit disseysinam, ut si communiam habeat in certo loco cum libero & competenti ingressu & egressu, faciat quis fossatum & hayam, murum vel palatium per ꝙ oportet me ire per circuitum, ubi priùs ingressus sum ꝑ compendium, salvo tamen vicino jure suo si recenter ad querelam ejus qui injuriam passus est ꝙ suum fuerit exequatur. Et propter communem utilitatem, ne quis diu suo iure uti impediatur, & ita si non commodè. Hoc ꝙ dicitur trahi debet ad nocumentum justum & injuriosum, de fossato vel haya iniustè levatis. Item si cui concedatur ius pascendi certo tempore, & non permittat eum uti aliquo tempore. Item si omni tempore non permittat eum uti, nisi certis temporibus vel certis horis. Item cùm uti debeat ubique, non permittatur uti nisi certis locis & coarctatis. Item cùm jus habeat pascendi ad omnia averia & omnimoda & cuiuscunq; generis, nõ permittit eum uti nisi ad quædam genera averiorum & determinata, omnibus aliis averiis pænitùs exclusis. Item si constituatur ius pascendi ad certũ numerum, nõ ꝑmittit uti nisi ad minorem numerum, & sic non debito modo, & quilibet modus habet in se debitam commoditatem. Et illud idem videri poterit in cursu aquarum, ut si cui concedatur ius aquæ ducendæ, non permittat eum omninò ducere vel non commodè, quia non permittit purgare, vel si id quod continuè ducere deberet, non ꝑmittit ducere nisi certis horis & temporibus. Item ꝙ integrè, non permittit ducere nisi in parte, & ita erit disseysina manifesta, cum nullo modo vel non commode nec modo debito permittat uti. ¶ 2. Si autem debitum modum excedat quis, incontinenti repelli poterit, post tempus verò non nisi cum causæ cognitione: & sic (ut prædictum est) poterit quis habere servitutem in fundo alieno & uti, nisi prohibeatur ex iusta causa. Jura siquidem quæ quis in fundo alieno habere poterit, infinita sunt. Et in omnibus istis casibus, ubi competit assisa novę disseysinę de communia pasturę ei cui concessa est libertas pascendi, si commode vel debito modo ut prædictum est. Item econverso competit domino concedenti assisa novæ disseysinæ de libero tenemento, si ille cui concessa est præsumptuosè vel aliter quàm fuit constituta uti velit, ut si per vim uti vellet, cùm non esset constituta. Item eodem modo & eisdem causis quibus res corporales acquiruntur, acquirũtur & iura, secundùm ꝙ infinitę sunt, ut supra de rerum acquisitione. Et eodem modo quo acquiruntur secundùm rerum incorporalium acquisitionem & iustè, eodem modo amitti poterunt & iniustè. Acquiruntur enim res corporales animo & corpore ꝑ traditionem. Res autem incorporales sicut iura & servitutes, cùm loca fuerint determinata, acquiruntur:

tur:s.ex solo aspectu accipientis vel sui ꝓcuratoris,& possidendi voluntate et affectu, quia traditionem non patiuntur iura ut videri poterit. Si quis fundo suo talem imposuerit servitutem, ꝙ liceat vicino immittere averia sua ad pasturam, ita poterit fundus suus (licet liber esset ab initio) servire fundo vicino. Et sic ex tali conventione,& mutua utriusq; voluntate tenet servitus, dum tamen interveniat accipientis voluntas & aspectus, cùm huiusmodi iura traditionem non accipiant. Et quo casu, statim erit in seysina, licet statim non immittat averia sua,& semper videtur uti, donec seysinam suam amiserit ꝑ nō usum, id est donec fuerit disseysitus in toto vel in parte.s. ꝙ averia sua immittere non posset cùm velit; vel si cùm semel immiserit, uti non possit, commodè vel debito modo. Quo casu, eis subveniendum est per assisam, sive usus fuerit sive non, propter solam constitutionem, cùm sit quasi in possessione, quia jura quasi possidentur. Et sic acquiritur possessio servitutis ante usum, sed sine usu ad alium transferri non potest, nisi hoc contineatur in constitutione servitutis, quòd servitus sibi remaneat & hæredibus suis, vel cui illam dare voluerit, vel assignare: vel ubi sic dicat, quòd hoc facere possit, cum tenemento ad ꝙ pertinet illa servitus, ꝙ tamen non est credendum (ut videtur) sicut videri poterit in donatione advocationis. Sic autem, ut dictum est, acquiritur possessio servitutis, sed nunquam retinetur nisi per usum verum, scilicet cùm averia sua immiserit unum vel plura, licet non omnia, vel omnimoda immittat quæ immittere posset per constitutionem. Et eodem modo acquiri & retineri poterit seysina sine aliqua constitutione per patientiam & longum usum. Constitui verò potest servitus multipliciter, ut quis scilicet habeat ius pascendi in fundo alieno. Item jus fodiendi, jus eundi, jus hauriendi, jus piscandi, aquamvè ducendi, jus venandi, & alia infinita possunt esse iura & secundùm quòd habet sub se plures species vel nō habet, & secundùm quòd servitutes plures habent pertinentias,& pertinentias pertinentiarum. Sed quoniam magis celebris est illa servitus per quam conceditur alicui jus pascēdi: Ideo primo dicendum est de ea, quæ dicitur communia pasturæ.

1 ¶ *De communia pasturæ & quibus modis acquiritur communia pasturæ. 2. Quòd communia dici poterit multis modis. 3. Qualiter amittitur communia pasturæ cum semel fuerit acquisita. 4. De impetratione brevis de communia pasturæ cùm quis fuerit disseysitus. 5. De officio vicecomitis. 6. Forma brevis de communia pasturæ. 7. De intentione querentis proponenda. 8. De exceptionibus contra querentem. 9. De exceptionibus contra assisam secundùm articulos brevis. 10. De exceptionibus contra assisam. 11. Contra exceptionem replicatio. 12. Quòd sub nomine herbagii, non continetur glans. 13. Quæ continentur sub nomine glandis. 14. Qualiter dissolvitur mutuus consensus per contrariam voluntatem & dissensum. 15. Quòd constitutio servitutis potest restringi & mutari. 16. De cōstitutione de Merton per W. de Ralegh tunc Iustic. 17. Breve de constitutione de Merton secundùm quòd tunc provisum fuit per W. de Ralegh Justic.* Cap. 38.

COmmune autem nomen generale est,& convenit suis partibus, sicut genus se habet ad suas species. Communia enim ex virtute vocabuli componitur ex una & cū,& subintelligitur alio, i. communia in alieno & una cum

alio

by sufferance & long use

alio & non in fundo ꝓprio, quia nemini servit suus fundus proprius, ut supra. Acquiritur enim communia multis ex causis. s. ex causa donationis: ut si quis dederit terram cum ꝑtinentiis & cum communia pasturæ &c. Item ex causa emptionis & venditionis, ut si quis communiam emerit in fundo alieno, ut ꝑtineat ad tenementum suum, licet sit de feodo alieno & diversa baronia, & ex constitutione dominorum fundorum. Item acquiritur ex causa dominorum fundorum, sicut ꝑ servitium certum. Item ex causa vicinitatis, ut si quis cum vicino, & vicinus cum eo. Item ex longo usu sine constitutione cum pacifica possessione, continua & non interrupta, ex scientia, negligentia, & patientia dominorum, non dico ballivorum, quia ꝓ traditione accipiunt, ita quòd nec ꝑ vim, nec clam, nec precariò ut supra. Et eisdem rationibus pertinere poterit communia ad liberum tenementum, in eo autem quòd communia est nomen generale continens sub se plures species. Est enim communia in eo quòd dicitur pastura, de omni quod edi poterit vel pasci, largè sumpto vocabulo vel strictè: largè, ut si quis habeat in alieno communiam pasturæ. s. herbagii, pessonæ, sive glandis sive nucis, & quicquid sub nomine pessonæ continetur. Item foliorum & frondium strictè. s. aliquod istorum unum vel duo. Item distingui poterit communia pasturæ per tempora, ut si omni tempore vel certis temporibus & certis horis. Item per loca, ut si ubique & per totum, sine aliqua exceptione. Excipiuntur tamen quædam tacitè, & quandoq; expressè, sicut rationabilia defensa, & exigi non poterunt ratione pasturæ, nisi specialiter concedãtur & non nisi post tempus, qualia sunt blada, prata, ligna, Bingheys sicut ad boves. Item ad vaccas & vitulos suis temporibus. Item ad oves multones & oves matrices, & agnos suis temporibus. Item nec in curia alicujus nec in gardinis, nec in viridariis, nec parcis vel hujusmodi. Item nec in dominicis alicujus, quæ claudi possunt, & excoli; nisi per modum certum cõstitutionis, & certis temporibus vel certis locis & determinatis & infra certa loca. Item ad certa genera averiorum, vel si ad omnimoda averia & sine numero, vel cum coarctatione, & cum numero, vel ad certum genus averiorum. Item notandum quòd non debet dici communia, quod quis habuerit in alieno sive ꝓ precio sive ex causa emptionis, cùm tenementũ non habeat ad ꝙ possit communia pertinere, sed potiùs herbagium dici debet quàm cõmunia, cùm hoc posset esse quasi personale quid, sive certum dederit quis pro herbagio habendo sive incertum. ¶. 2. Item communia dici poterit secundùm ꝙ stat in generali, secundùm quod suprà dictum est: habere jus fodiendi in alieno, aurum. s. & inde aurifodina dici potest locus iste. Item argentũ & inde argẽti fodina, & sic de cæteris metallis. Itẽ jus fodiendi lapides, cretam, arenã & turbam & hujusmodi. Itẽ communia & non herbagium, ut jus falcãdi herbam vel brueram vel hujusmodi, ad rationabile estoverium. Item eodem modo ad secandum in alieno bosco ad rationabile estoverium ædificandi. claudendi & ardendi. ¶ 3. Videamus nunc qualiter quis amittere possit seysinam communiæ pasturæ cùm semel fuerit acquisita. Et sciendum ꝙ amitti potest de voluntate, eodem modo quo acquisita est, de mutua voluntate, & consensu.

sensu eodem modo dissolvi potest ex mutua voluntate partium, si velint dissentire per renuntiationem ex communi voluntate, & per remissionem & quietam clamantiam, & non sufficit si unus illorum remittere velit & resilire, nisi ambo in hoc consentiant, quia nihil tam conveniens est &c. Et ita sicut acquiritur per communem consensum, ita amittitur per communem dissensum. Item sicut acquiritur sine constitutione & consensu per patientiam & usum, licet patientia trahatur ad consensum, ita amitti potest per negligentiam & non usum, imperpetuum vel ad tempus. Imperpetuum, ut si tempus excludat omnem actionem tam super possessione quàm super proprietate, vel sicut imperpetuum, ut excludat assisam super possessione & non super jure, quia assisa infrà certum tempus limitatur, & sic tempus tollit omnem actionem vel aliquam. Item amitti potest ad tempus contra voluntatem, ut si quis ita negligens fuerit quòd seysinam suam sine brevi & sine judicio resumere non possit. Diligens enim debet quilibet esset in utendo cùm negligentia sicut violentia ei possit esse damnosa, ut si hodie repulsus fuerit per vim, in crastino si possit immittat averia sua & utatur, & sic de die in diem, & sic non amittet seysinam propter diligentiam, licet illam habeat contentiosam. Si autem omninò per vim repellatur cui resisti non possit, vel saltem omninò non repellatur, sed quòd commodè uti non possit nec per modum constitutionis servitutis: statim recurrendum est ad illum qui jura tuetur, & habebit remedium per assisam quæ super hoc prodita est recuperandæ possessionis gratia: per breve quod tale est. Commodè dico, ut si fiat aliquid in alieno ad nocumentum servitutis, per quod omninò uti non possit vel non commodè, ut si quis murum vel hayam fecerit, statim demoliantur, vel post tempus per assisam. Item si transferri debet communia ad alium, oportet quòd transferatur ad certas personas, & à certis personis & à certis tenentis, usque ad certa tenementa quibus servitus debet: quia hujusmodi jura sine corporibus esse nō poterunt, scilicet sine corporibus quæ serviant, & sine corporibus quibus servit. Et quia incorporalia traditionem non patiuntur, nec possideri possunt sed quasi, ita nec transferri possunt sed quasi. Et sufficit pro traditione aspectus loci, in quo hujusmodi jura constituuntur, & mutua voluntas contrahentium & effectus possidendi, & ex sola voluntate & affectu est quis quasi in possessione: & licet statim non fuerit usus, tamen semper utitur vel quasi, donec per non usum scilicet per vim, per negligentiam, vel per longam patientiam amittat seysinam: ut si ille qui hujusmodi servitutem alicui concesserit aliquam partem pasturæ suæ appropriaverit vel totam, & ille cui conceditur omnino teneatur extra, sive ante ea pecora sua immiserit sive non, facit disseysinam. Si autem ille cui servitus conceditur viribus concedentis possit resistere, statim cùm herba pullulare inceperit, averia sua immittat & pascat, sive ante usus fuerit sive non, & sic per usum retinebit servitutem, etiam per unicum averium vel per duo: licet non tot immittat, quot immittere posset vel deberet. Et quid si nullum omninò habuerit averium proprium, sufficit si nomine suo immittat alienum, & hoc nisi modus & constitutio servitutis se

Method of Transferring

habeat in contrarium, scilicet quòd immittere non possit nisi dominicum. Et quid si non habuerit nec proprium nec alienum, tunc sufficit (ut videtur) quòd inquantum possit resistat, & denunciet cultori opus novum, scilicet quòd excolere non sit ei licitum, & sic facta contentione, & re effecta litigiosa, immittere poterit cùm voluerit, licet blada sint matura. Si autem tam negligens extiterit, quòd statim averia non immiserit, nec alio modo contentionem apposuerit, amittere possit servitutem & seysinam per talem negligentiam. Et unde si cùm blada matura fuerint, vel cùm spicas emiserit, vel naturam herbæ mutaverit, averia tunc primò immiserit vel contentionem fecerit, faciet domino fundi disseysinam de tenemento suo, & ita quòd dominus fundi recuperare poterit tenementum suum liberum propter usurpationem, & alius amittet assisam de communia pasturæ, vix audiendus imposterum super proprietate, & hoc propter negligentiam sive impotentiam, cum magna negligentia trahatur ad consensum. Sed videtur contrarium. Esto quòd quis alienum excolat tenementum, & dominus tenementi sciens & prudens dissimulaverit quousque blada matura fuerint, non priùs fit ei disseysina propter culturam, quàm si blada asportata fuerunt à cultore, sed cùm per tantum tempus dissimulaverit (ut supra dictum est de communia) quousque blada matura fuerint, quare non amittit ille seysinam suam per negligentem patientiam, sicut ille (ut supra) pasturam in communia pasturæ? Ad quod sciendum, quòd est negligens patientia & patiens cautela, nec fit ei in aliquo disseysina per culturam cùm hoc velit, & quia per hoc semper melioratur conditio, nisi cùm ille cultor blada asportaverit, quòd quidem non est in pastura, quia non melioratur conditio ex quo per patientiam facit illa non blada sua, quia in uno casu melioratur conditio tenentis per patientiam, quoad bladum habendum, in alio deterioratur, quia ex cultura deterioratur pastura. Ex patientia enim quandoque patiens meliorem facit suam conditionem quandoque deteriorem, & quamdiu fecit injuriam suam ex mea voluntate, patientia non currit contra me, quòd si contra, aliud est. ¶. 4.

P / Si quis igitur injustè disseysitus fuerit & per vim de communia pasturæ suæ, sive impediatur quo minus commodè & modo debito uti possit, & secundùm quòd se habet ad ea quæ edi possunt, vel secundùm quòd largè se habeat ad alia quæ sunt ad utilitatem, si statim se non reposuerit in seysinam cùm possit, per negligentiam, vel cùm non possit propter violentiam, & vim majorem, statim recurrendum est ad illum qui jura tuetur, ad impetrandum assisam quæ prodita est recuperandæ possessionis gratia. Sed videndum est qualiter sit impetrandum. Plures enim possunt constitui servitutes in uno fundo pluribus et per totum sicut uni. Et plures ibi possunt esse servitutes, licet fundus unus, tamen ratione diversorum tenementorum ad quæ pertinent, cum ratione diversarum personarum quibus servitutes debentur: et quia plures personæ et diversa tenementa, et sic diversa

of Disseisin of Right of Common of Pasture.

versa jura, ideo diversæ et plures disseysinæ et plura brevia. Et quia plures habere possunt jus pascendi in uno tenemento, non fiat unum breve ratione tenementi in quo servitus constituitur, quòd unum est sed plura. Si autem tenementum ad quod communia pertinere dicitur commune sit inter plures, sicut inter cohæredes sive participes, sive omnes disseysiti fuerint sive quidam illorum, una erit disseysina, et non plures, propter unicum jus: quamvis plurium personarum et propter unicum tenementum ante divisionem. Item si tenementum in quo communia conceditur commune sit pluribus participibus hæredibus vel vicinis, et unus eorum disseysinam fecerit, non erit propter hoc super omnes impetrandum, sed super illum tantum qui fecit injuriam, nisi omnes vel quidam illorum ante impetrationem hoc expressè advocaverint. Si autem hoc advocaverint post impetrationem ante captionem assisæ, etiam si in brevi non nominentur, bene se poterunt gratis ponere in assisam ac si nominarentur, ut ita terminetur negotium versus omnes, quòd si facere noluerint, nihilominùs procedet assisa versus eum qui disseysivit. Et si querẽs per assisam recuperaverit, recuperabit & retinebit versus omnes: quia si postea velint participes eum iterũ disseysire & impetraverit super eos, etiam sine jurata recuperabit per primam assisam, quia non est assisa capienda super assisam de eadem re, ne secunda sit contraria primæ, quia sic possent judicia esse in incerto. ¶. 5. Facta autem sic impetratione, statim & sine mora erit vicecomes requirendus. Officium autem vicecomitis est, plegios accipere (ut supra) de nova disseysina. Item in præsentia partium debet duodecim eligere si præsentes esse velint, qui statim communiam pasturæ & locum in quo petitur communia videant, & etiam tenementum ad quod communia pertinere dicitur. Tenementum videlicet in quo communia pasturæ petitur, qualitatem & quantitatem, & per quas metas, & diligenter debent inquirere juratores de modo disseysinæ, scilicet utrum omninò expellatur vel impediatur quò minùs commodè uti possit. Item quo tempore debeatur, & de genere & numero averiorum, ut inde possunt certificare justitiariis cùm fuerint requisiti. Item tenementum videre debent ad quod communia pasturæ pertinere dicitur, quia nemo potest communiam pasturæ clamare ut pertinentem ad liberum tenementum suum, nisi ille qui liberum tenementum habet. Liberum autem dicitur, ad differentiam villenagii & villanorum qui tenẽt villenagium: quia non habent actionem nec assisam, sed dominus cujus liberum tenementum villenagium fuerit. Item quòd sit suum & non alienum, hoc est si teneat nomine alieno ut firmarius & ad terminum, vel sicut creditor ad vadium. Ideo autem videre debent locum in quo pastura petitur: quia illud jus pascendi videri non potest, & incongruè quæritur quot acras communiæ pasturæ petat cùm quæri debeat in quot acris. ¶. 6. Rex vicecomiti salutem. Questus est nobis A. q B. injustè & sine judicio disseysivit eum de cõmunia pasturæ suæ in tali villa quæ pertinet ad liberum teñtum suum in eadem villa, vel in alia villa tali. Et ideò tibi præcipimus, q si talis fecerit te securum &c. ut supra. Writ of Assise of Com: of Pasture

Et interim facias duodecim liberos & legales homines videre tenementum illud, & pasturam illam, & summoneas talem &c. ut supra. ¶. 7. Proposita igitur intentione sua secundùm formam brevis, oportet eam fundare sic, & primò confirmet personam suam, & postea docere oportet eum, rationẽ qua ptineat ad tenementum suum, ut si dicat ꝙ communia ptinet ad liberum tenementum suum, quia feoffatus fuit de tali tenemento, cum communia pasturæ ad tot averia, sicut perpendi poterit supra de causis quare communia ptineat ad tenementum. Item oportet eum docere de qualitate pasturæ, utrum sit larga vel stricta, ut certa res deducatur in judicium. Item de quo tenemento ptineat & ad quale tenitum. Et eodẽ modo de tempore, genere, numero, & modo: secundùm quòd supra dictum est. Et si aliquando fuit ampla, vel larga, si postmodum fuerit coarctata, vel restricta. Coarctari verò poterit & restringi (secundùm quod ex præmissis perpendi poterit) ut si constituatur per totum fundum & ubiq;, coarctari potest ad certum locum. Eodẽ modo si omni tempore, coarctari potest ad certum tempus: & ita de aliis. ¶. 8. Fundata igitur tali modo intentione querentis, multipliciter excipi poterit contra querentem, vel quia ad alium ptinet querela, & non ad ipsum, vel alio modo, ut supra dictum est in assisa novæ disseysinæ pleniùs. Item excipere poterit ille de quo queritur ex psona sua ppria, ut supra in eodem de eodem. Item excipi poterit quòd non disseysivit, quia nunquam fuit in seysina: ut supra. Item de hoc quòd dicit de communia pasturæ suæ, excipi poterit quòd communiam ibi habere non posit, ut infrà dicetur, cùm excipiatur contra assisam. Item excipi poterit contra breve propter errorem: ut supra pleniùs. Item contra judicem ut supra: Item contra psonam querentis (ut supra) sicut de questione status: excepto eo quòd si uxor libera copulata villano assisam arramaverit, de communia pasturæ ptinentẽ ad liberum tenementũ suũ, cùm villanus sit extra potestatem domini sui in libero tenemento, recuperare debet seysinam non obstante exceptione villenagii à quocunq; pposita, saltem donec villanus ad villanum convincatur, & in servitutem redigatur. Nec etiam tunc erit licitum domino se ponere in tenementum mulieris, cùm hoc non sit liberum & proprium tenementum villani, quòd si fecerit, recuperabit villanus & uxor p assisam, non obstante exceptione villenagii: quia nulli competit hujusmodi exceptio, nec etiam ipsi dño. Et unde cùm aliquandò pposita esset exceptio villenagii cõtra villanum & uxorem liberã, petentes per assisam communiam pasturæ ut pertinentem ad liberum tenementũ ipsorum, sed tamen cùm in fine fuerit adjudicatum quòd cõmunia pasturæ libero tenemento adjungeretur, tanquam accessorium principali, & sic factum est per officium judicis; quòd fieri debuit jure actionis: Cùm igitur proposita sit hujusmodi exceptio contra personas querentium, videri debet an competat tenenti vel non, ut supra. Si autem competat, oportet quòd tenens illam probet: Et eodem modo oporteret querentem probare intentionem suam, si nulla ab initio proposita esset exceptio: & secundùm quòd dictum est, probare debet tenens exceptionem nisi querens replicando docere posit

possit illam esse vacuam, vel omninò nullam. §. 9. Cùm autem nihil sit quod excipi possit contra justiciarios, nec personam querentis, nec contra breve, tunc primò dicatur & excipiatur contra assisam secundùm articulos brevis, & secundùm formam. Continetur enim in brevi sic, scilicet si talis injustè & sine judicio &c. Et inde (hoc ut supra.) Poterit quis esse in seysina licet non statim utatur & nomine alieno sicut nomine proprio vel alieno: sicut clericus nomine ecclesiæ suæ: qui cùm fuerit institutus, & invenerit ecclesiam in seysina, quæ nunquam fuit disseysita, statim est in seysina, licet non statim utatur. Et si tunc fuerit disseysitus, potest recuperare per assisam. Item disseysivit, ad quod excipiatur quòd nunquam fuit in seysina, & ideò quòd nunquam disseysiri potuit. Videndum erit ex qua causa dicat communiam pasturæ pertinere ad liberum tenementum suum, ut si ex causa donationis, & sic convenerit inter donatorem & donatarium, & quòd donator habeat animum donandi, & donatarius animum possidendi, & donatarius sic per se vel procuratorem juducatur in seysinam quod tenementum videat, in quo communia conceditur, hoc sufficit pro traditione, & statim est in seysina per affectum, & per aspectum, vel quasi, licet non statim pecora immittat. Et semper videtur uti voluntate, & animo civiliter, & præsentia & aspectu naturaliter, donec amiserit per non usum. Si autem petat quis communiam ut pertinentem ad liberum tenementum suum ex causa successionis, tunc primò videndum erit utrum antecessor suus obiit inde seysitus, vel non, ut si ante mortem suam fuit inde disseysitus: & tunc refert quando. Si autem inde seysitus obiit, tunc statim incipit hæres suus habere eandem seysinam quàm antecessor suus habuit cùm seysitus fuit de hæreditate, quæ est quasi principale, & corporale, & sic de accessorio, sicut de jure pascendi & communia, quod est incorporale, quod ex solo animo acquiritur & voluntate possidendi; & licet statim verè non utatur per immissionem pecorum, utitur tamen vel quasi ut supra. Et si postea prohibeatur immittere, competit ei assisa novæ disseysinæ. Ad alium tamen transferri non potest communia per se ante verum usum, nisi hoc forte sit cum corpore. s. cum teñto, ad quod pertinuerit, sed non cum tenemento in quo communia fuerit, sed cum servitute illa. Et si fortè post mortem antecessoris statim uti voluerit, & fortè prohibitus fuerit vel impeditus, si recenter ante mortem, adhuc retinet seysinam civiliter, licet seysinam pacificam non habuerit, sed cum difficultate, nihilominùs tamen per talem usum retinet sibi seysinam, donec omninò prohibitus fuerit, quòd uti non possit: quo casu tunc primò ad superiorem erit recurrendum, ut supra. Si autem seysitus non obierit, tunc refert utrum longè ante mortem suam disseysitus fuerit, ita quod sibi perquisivisse potuit per assisam, quod quidem non fecit per negligentiam. Quo casu, hæredi non succurritur per assisam, quia audiri non potest hæres propter negligentiam antecessoris, nisi super proprietate, quia vigilantibus &c. & sic incurrit quis damnum (sine culpa sua) per alterius defectum. Si autem non longè ante mortem suã, & ita quòd sibi perquirere non potuit, vel in languore in quo obiit, & semper

On the words of the writ.

injuste et sine judicio.

pertinere ad liberum tenementum

 existens

existens in voluntate retinendi, vel sibi perquirendi si posset, semper fingitur esse in possessione, & mori seysitus: eo quòd semper sibi civilem retinuit possessionem: & unde eandem transmittit ad hæredem: & ex ea uti potest hæres, nisi prohibeatur: & si prohibitus fuerit quòd ingredi omninò non possit, habebit assisam mortis antecessoris, vel aliud breve loco assisæ mortis antecessoris, vel novæ disseysinæ secundùm quod elegerit, sed sive longè ante mortem sive non longè fuerit antecessor disseysitus, & sibi perquisivit in vita per breve, & ita quòd visus terræ factus fuerit per juratores &c. per talem impetrationem amisisse videbatur utramque possessionem, civilem videlicet, & naturalem: & sic nullam seysinam transmittere potuit ad hæredem: Actionem tamen transmittit per hoc quòd sibi acquisivit quasi de nova disseysina per breve de ingressu, sed non quoad pœnam disseysinæ, sed quoad restitutionem, secundùm quod nova disseysina duplex est, ut supra. Aboletur enim injuria per mortem ejus qui fecit injuriam, & similiter per mortem ejus, cui fit: & sic aboletur pœna, quia extinguitur injuria cum persona, ut infra de ingressibus post disseysinam per mortem principalium plenius. Item continetur de communia pasturæ suæ quæ pertinet ad liberum tenementum suum, & ex hoc datur exceptio tenenti: de communia verò qualis esse debeat, satis elici poterit ex præcedentibus. Item quæ pertinet &c. ¶. 10. Dicere enim poterit tenens & excipere multis modis, scilicet quòd tenementum in quo communia petitur, & tenementum ad quod communia dicitur pertinere sunt de diversis baroniis, & diversis feodis, & feodum in quo communia petitur liberum est & alteri feodo nullam debet servitutem, nec unquam habuit ibi talem communiam, nec jus pascendi ex aliqua constitutione, vel aliquo usu, nec pro servitio, nec pro vicinitate, & si unquam usum habuit vel seysinam, nunquam aliquam habuit nisi contentiosam, & per vadii captionem, & ad emendationem damni. Quo casu, querens (si possit) doceat contrarium per assisam. Item dicere potest quòd si aliquam seysinam habuit, illam habuit per vim, vel clam, vel precario, quo casu, querens (si possit) doceat contrarium per assisam. Item dicere possit tenens quòd tenementum ad quod communia dicitur pertinere suum est, & nō querentis, quo casu, nisi querens doceat contrarium, cadit assisa: ut de Termino Paschæ anno Regis Henrici 13. in Comitat. Northing. de Radulpho filio Petri, ubi dictum fuit Radulpho quòd sibi perquireret per aliud breve. Item poterit tenens respondere contra assisam quòd querens nullam communiam clamare potuit in tali loco, quia tenementum illud est suum separale, & quòd illud includere possit & excolere pro voluntate sua, & inclusum habere omni tempore. ¶ 11. Ad quod querens (si possit) doceat contrarium vel diversum per assisam, scilicet quòd nullo tempore includi poterit, vel quòd non nisi certis horis, & temporibus. Item respondere potest tenens & dicere quòd ille qui queritur nullum omninò habet tenementum liberum, vel quasi, ad quod aliqua communia pertinere possit vel etiam mansiunculam. Item dicere potest quòd nulla communia pertinet ad tale tenementum: quia illud

P

pertinere ad liberum tenementum suum

P

and other words in the writ

P

Other Questions to the writ

lud fuit aliquando foresta, boscus, & locus vastæ solitudinis & communia, & jam inde efficitur assartum, vel redactum est in culturam, & non debet communia pertinere ad communiam, & ubi omnes de patria solebant communicare. Ad hoc facit de Itinere W. de Ralegh in comitatu Warr̄ Assisa novæ disseysinæ de communia pasturæ si Augustinus &c. Eodem modo dici poterit de mariscis, & aliis vastitatibus in culturam redactis, quia ubi eadem ratio, ibi esse debet idem jus. Item dicere potest tenens contra assisam, quòd principalis disseysitor mortuus fuit ante impetrationem brevis, vel ante captionem assisæ. Ut de termino S. Trinitatis anno Regis Henrici duodecimo, de Itinere Midd' si S. Cantuariensis Archiepiscopus & alii plures. Sed quid dicetur si assisa capta sit in vita principalis disseysitoris, qui ante judicium redditum, moriatur? Videtur propter hoc quòd judicium remanere non debeat. Item dici poterit contra assisam quòd assisa non jacet, si querens petat communiam propter errorem, ubi sibi perquirere deberet per assisam novæ disseysinæ, petendo tenementum, scilicet ubi quis non permittit eum pascere in proprio fundo suo, & sic quietè & pacificè possidere. Item competit exceptio contra petentem quòd communiam petere non potest quia alias petiit tenementum cum pertinentiis, & tenementum amisit cum pertinentiis: & communia tunc fuit de pertinentiis, & ideò amisit utrumque. Item poterit idē dici si tenementum petatur, quòd ille qui nunc petit tenementum in dominico aliàs inde petiit communiam, & illam amisit per judicium: & ex quo petiit communiam, & nemini servit fundus proprius, per hoc concessit tacitè quòd nullum jus habuit in tenemento in dominico, & talis exceptio oritur ex præsumptione. Et hoc quidem dici poterit, sive tenementum & solum sit querentis proprium vel cum aliis commune, ita quòd nullus sciat suum separale. Item dicere potest cōtra assisam & contra breve, ꝙ die quo breve fuit impetratum fuit querens in pacifica possessione, & postea: & ita quòd quando impetravit, nulla subfuit causa impetrandi, & sic impetratio nulla. Item dicere poterit si disseysitus fuerit quando impetravit, jam non habet querelam nec causam querendi, quia post impetrationem (& sine judicio & judice) seysinam suam sibi usurpaverit: & quia sic injustè & sine judicio, dicere potest quòd ipse jam impetravit breve super eum de nova disseysina de libero tenemento. Item dicere potest contra assisam quòd querens amisit querelam per usurpationem sine judicio per judicium subsequens de libero tenemento, quia sibi usurpavit, quod exposcere debuit per judicium. Et sciendum quòd si primò quis impetraverit, & post impetrationem si seysinam gratis oblatam receperit: secus erit si usurpaverit, ut supra: in hoc casu posset querens teneri disseysito ex reconventione, ut id quod voluit habere pro se habeat contra se, ut si usurpator agat per assisam ad retinendum id quod usurpavit, spoliatus recuperet per reconventionem spoliati, quia sine judicio, licet justè sibi seysinam usurpaverit; nihilominùs si petat per assisam id quod tenet, capienda erit assisa

& sic ille qui sic usurpavit in misericordia pro usurpatione: sed tamen restitutionem non faciet per judicium: ut de termino S. Michaelis anno regis H. decimo tertio incipiente decimo quarto, Assisa novæ disseysinæ de communia pasturæ de Abbate de Ramseghe: & hoc nisi ille qui sine judicio disseysitus est, licet justè, sibi velit perquirere per aliud breve de nova disseysina versus usurpantem, vel agere de reconventione. Item si quis assisam portaverit de nova disseysina dum fuit firmarius, & non competit ei assisa cùm teneat nomine alieno, si postmodum incipiat possidere in feodo, & fiat dominus, ubi priùs fuit firmarius, quæritur an breve impetratum ei prodesse debeat. Videtur quòd non, quia tempore impetrationis non habuit jus impetrandi, sed alius, & ideò tempus datæ spectandum erit. Ad hoc facit de ultimo Itinere M. de Pateshull in comitatu Suffolk. Assisa novæ disseysinæ de communia pasturæ, si Johannes de Stantone, ¶. 12. Item notandum quòd sub nomine herbagii non continetur glans, & ideo tempore glandis & pessonæ excluduntur porci & capræ, nisi ad hoc specialiter agatur quòd talem habeant communiam. ¶. 13. Glandis enim nomine continentur glans, castanea, fagina, ficus & nuces, & alia quæque quæ edi vel pasci poterunt præter herbam. Item respondere poterit, quòd nullam habuit seysinam pacificam, quia nunquam ibi ingressum habuit, quin esset devadiatus & quin faceret emendas pro transgressione. Cùm jura traditionē non patiantur, sed cum ipsa re cui insunt scilicet cum corpore transferantur, ille ad quem transferuntur statim cùm corpus habuerit cui insunt jura illa quasi possidet, licet non statim utatur, semper videtur uti donec amittat per non usum licet statim uti non possit, quia non evenit tempus quo uti possit: sicut videri poterit in advocationibus & jure advocationis, quia antequam vacaverit, uti non poterit cum effectu antequam vacet, ut præsentare posset. Item si libertatem habuerit judicandi latronem, & habendi furcas, non poterit uti tali libertate, antequam casus evenerit. Item nec in assisis & mensuris juratis antequam transgressio inde facta fuerit, & idem in jure pascendi sicut in communia pasturæ, antequam pecus habeat quod possit immittere, sed tamen est semper in possessione, & videtur uti, donec amiserit per non usum. Et poterit sic quis uti tam nomine proprio quàm nomine alieno, ut si custos utatur nomine hæredis qui fuerit in custodia sua, vel si quis alius sicut rector ratione dignitatis vel ecclesiæ suæ, & semper talis utitur & possidet, cujus nomine utitur & possidetur. Et cùm ecclesia fungatur vice minoris, acquiritur per rectorem & retinet per eundem, sicut minor per tutorem. Et quamvis moriatur rector, non tamen cadit ecclesia à seysina sua de aliquo de quo rector seysitus moritur nomine ecclesiæ suæ, non magis quàm minor si custos suus moriatur, & pervenerit in alterius custodiam, & per hoc non mutatur status minoris. Et eodem modo fieri debet de rectore ecclesiæ (ut videtur) quòd eandem seysinam habere debeat successor, quàm habuit suus prædecessor: quia ecclesia semper remanet in sua possessione, quamvis rector moriatur, & cùm successor fuerit institutus, statim nomine ecclesiæ est quasi in possessione,

Quære, if this para: is not out of its place, and should be put into a note?

De Assisa novæ disseysinæ Communis pasturæ.

ne, & videtur uti nomine ecclesiæ, & licet pecus non immiserit, & cùm immittere voluerit impeditus fuerit, seysinam suam & statum prædecessoris sui per assisam novæ disseysinæ recuperabit. Si autem tempore vacationis ante institutionem medio tempore à possessione ceciderit, tunc fiat breve de recuperanda seysina nomine ecclesiæ suæ quàm prædecessor suus habuit die quo obiit. Sed quid si ante mortem rectoris qui obiit fuerit ecclesia disseysita, tunc erit rectori succurrendum per breve de ingressu, ad similitudinem aliarum disseysinarum, licet rector hæres dici non possit, sed successor. In illis autem qui jure hæreditario succedunt, non sunt hæc observanda, quia est hæreditas jacens, donec fuerit ab hærede adita. Sed tamen cùm hæreditatem adierit, fiat de eo ut supra: quia jus pascendi inest hæreditati ut supra. ¶. 14. Notandum inter cætera, quòd eodem modo quo constituitur servitus in alieno de mutua voluntate contrahentium per communem consensum: eodem modo ex contraria voluntate mutua dissolvi poterit ex toto per communem dissensum. Communem dissensum dico, quia non sufficit si tantum una pars dissentiat, si non dissentiant ambæ. Item dissolvi poterit ex toto per communem dissensum, & converti ad alium usum per alium consensum, sive hoc sit inter participes & hæredes vel inter vicinos dominos tenementi vel extraneos, qui non nisi communiam clamare possunt in tenemento: Ut si ita convenerit, quòd tenementum quod priùs fuit communia, inter partes dividatur pro certis portionibus, & ita quòd id quod fuit commune, jam sit omnium pro virilibus portionibus separale, secundùm majus & minus, & in quo casu cùm semel consenserint, iterum non poterunt dissentire. ¶. 15. Item potest constitutio servitutis aliquando minui & restringi, ut si priùs constituatur quòd per totum & ubique, restringi poterit quoad certum locum. Item mutari, ut si id quod in uno loco certo, mutetur ad alium locum certum. Item quòd priùs sine numero, coarctari poterit ad certum numerum. Item quòd ad omnimoda averia, coarctari potest ad certum genus. Item quòd omni tempore, coarctari poterit quòd certo tempore, dum tamen hoc fiat de voluntate contrahentium. Et eodem modo poterunt omnia prædicta augeri & ampliari, sed non contra voluntatem contrahentium, quia per hoc competeret asisa novæ disseysinæ domino tenementi, sed in contrarium per vim ageretur, sicut competeret asisa novæ disseysinæ de communia pasturæ ei, cui debetur servitus: secundùm modum & constitutionem servitutis. Est tamen quædam constitutio quæ dicitur constitutio de Merton, per quam etiam invito eo cui servitus debetur, communia coarctatur, unde primò videndum est qualis est illa constitutio, & est talis. ¶. 16. Quia multi sunt magnates qui feoffaverunt milites & liberè tenentes suos in maneriis suis de parvis tenementis, & qui impediti sunt per eosdem quòd commodum suum facere non possunt de residuo maneriorum suorum, sicut de vastis, boscis, & pasturis magnis, deficut ipsi feoffati sufficientem habere possent pasturam, scilicet quantum ad tenementa sua pertinet ideò provisum est & concessum ab omnibus, quòd cùm hujusmodi feoffati

Miscellaneous Observations concerning Common of Pasture

Stat. Merton. 20 Hen. 3. c.

feoffati à quibuscunque de cætero arramaverint erga dominos suos assisam novæ disseysinæ de communia pasturæ, de hoc quòd aliquam partem tenementorum suorum excoluerint, si coram Justiciariis cognoverint quòd sufficientem habeant pasturam quantum ad tenementum suum pertinet cum libero ingressu & egressu, & chaceam de tenementis suis usque ad pasturam illam vel viam, tunc inde sint contenti, et illi de quibus tales questi sunt quieti sint de hoc quòd commodum suum ita fecerint de terris, vastis, et pasturis suis. Si autem dixerint quòd sufficientem pasturam non habuerint, quantum pertinet ad tenementa sua, cum sufficienti ingressu et egressu, tunc inde inquiratur veritas per assisam. Et si per assisam recognitum fuerit quòd in aliquo impediverint ipsius domini ingressum vel egressum, vel quòd habeant sufficientem pasturam (secundùm quod prædictum est) tunc recuperant querentes seysinam suam per visum recognitorum, ita quòd per discretionem & sacramentum eorundem habeant conquerentes sufficientem pasturam cum sufficienti et competenti ingressu et egressu, in forma prædicta, et disseysitores in misericordia, et damna reddant sicut priùs reddi solent ante provisionem istam. Si autem recognitum fuerit per assisam quòd querentes sufficientem habeant pasturam cum libero ingressu et egressu, secundùm q͏ prædictum est, tunc licitè faciant domini sui commodum de residuo, et in quo casu, si quis liber homo feoffatus fuerit per aliquem, et occasione alicujus assisæ captæ vel alia occasione, vel si non permiserit dominum suum includere, vel si cùm incluserit hayas suas fregerit et fossata, et muros suos prostraverit per vim cui resisti non possit: competit domino breve domini regis in hac forma. ¶. 17. Rex vicecom̄ salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quòd cùm in curia nostra coram nobis et consilio nostro sit provisum et concessum, quòd magnates Angliæ, et milites, et alii qui liberos tenentes suos feoffaverint de parvis tenementis in maneriis suis, commodum suum facere possint de residuo maneriorum suorum sicut de vastis, boscis et pasturis, si ipsi feoffati sufficientem habeant pasturam quatenus ad tenementa sua pertinet cum libero ingressu et egressu, et ipse A. parcum suum per multum tempus jam inclusum habuit, boscum vel hujusmodi: B. qui parvum tenementum habet in eadem villa, vel alia, et de feodo ipsius A. occasione cujusdam assisæ novæ disseysinæ inter eosdem A. et B. nuper captæ de communia pasturæ ipsius B. quam pertinere dixit ad liberum tenementum suum in eadem villa, non permittit ipsum A. parcum suum habere inclusum, immò hayas suas frangit, et fossata deficut communiam pasturæ habere poterit sufficientem extra parcum vel boscum illum, quatenus ad tenementum suum pertinet cum libero ingressu et egressu: Et ideo tibi præcipimus, quòd assumptis tecum liberis et legalibus hominibus de proximo vicineto per quos rei veritas &c. in propria persona tua accedas apud talem villam et per eorum sacramentum &c. si prædictus B. sufficientem possit habere pasturam extra prædictum parcum vel boscum quatenus pertinet ad liberum tenementum

suum

Writ fo[..]ed upon Stat. Merton c.

suum in eadem villa, cum libero ingressu et egressu vel non. Et si ita esse inveneris, tunc eidem A. pacem inde habere facias ne amplius &c. Teste &c. Ad quod inprimis videndum est qualiter constitutio illa sit intelligenda, ne malè intellecta trahat utentes ad abusum, videri oportet utrum ille (quem restringit constitutio) sit liber homo proprius vel alienus. Si autem sit alienus, non ei imponit legem constitutio, tum quia habet servitutem illam fortè sicut ex consensu & conventione ubique, quæ dissolvi non potest nec per contrariam voluntatem & dissensum, tum quia non feoffatus est per dominum soli, quod coarctari potest ad certum numerum & determinatum secundùm quantitatem sui tenementi. Et unde in hoc casu, si dominus soli & proprietatis sibi velit aliquid appropriare, & includere, hoc facere non poterit, sine voluntate & licentia prædictorum; & si fecerit, per assisam recuperabunt. Si autem fuerint liberè tenentes proprii, tunc refert qualiter fuerint feoffati, quia non omnes nec in omnibus per constitutionem restringuntur, & ideò videndum erit utrum feoffati fuerint largè scilicet per totum, & ubique, & in omnibus locis, & ad omnimoda averia & sine numero, & ita tamen quòd hujusmodi communia ad ipsos pertineat ratione feoffamenti, & non propter usum, tales non ligat constitutio memorata, quia feoffamentum non tollit, licet tollat abusum, & maximè propter consensum eorum voluntarium qui servitutem & communiam concesserunt. Si autem communia fuerit stricta cum numero averiorum certo & determinato, licet usus se largiùs et latiùs habuerit, quàm necesse esset, tales ligat constitutio, quòd coarctentur ad certum locum et infrà certum locum, dum tamen locus ille sufficiens sit et competens cum libero ingressu et egressu et competenti, quòd non sit gravis nec difficilis. Competens autem debet esse locus, ita quòd non longiùs distet sed propinquiùs assignetur. Item eodem modo si ita feoffatus fuerit quis, sine expressione numeri vel generis, sed ita, cum pastura quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem villa, talem ligat constitutio sicut priùs cum expressione: quia cùm constet de quantitate tenementi, de facili perpendi poterit de numero averiorum, & etiam de genere, secundùm consuetudinem locorum. Item si qualitercunque usus fuerit vel feoffatus largè vel strictè, si loco competenti usus fuerit, & sive coarctari possit sive non, non tamen coarctari debet cum damno & gravamine ad locum longiùs distantem, cum distantia inducant incommoditatem. Et eodem modo coarctari non debet, nisi velit si accessus sit difficilior. Item tempus spectandum erit, cùm omnis nova constitutio futuris formam imponere debeat & non præteritis. Item tempus spectandum erit, scilicet quòd tenementum tempore feoffamenti jacuit incultum, & quod tenementum redactum fuit in culturam. Item quòd tenementum sit pratum, & quòd inclusum & positum in defensum, cùm nemo possit communiam petere in aliquo tenemento quod excoli possit vel includi, vel poni in defensum omni tempore vel saltem aliquo, & ex aliqua generali constitutione, ut si quis dicat: do tibi tale tenementum cum communia pasturæ

quæ

quæ pertinet ad tantum tenementum in tali villa, cum certo numero averiorum, vel sine numero, hoc intelligendum erit de communia pasturæ quæ communis esse debet & pertinere ad liberum tenementum, hoc est non tenemento quod possit excoli vel licito sed non omni vel aliter dum includitur vel ponitur in defensum tempore vel si singulis annis possit includi & poni in defensum & excoli, vel alio quod possit includi, nisi hoc faciat specialitas & modus constitutionis servitutis, vel longus usus continuus & pacificus. Modus constitutionis servitutis, ut si dicat quis, do tibi tantam terram cum communia pasturæ ad tot averia &c. per totam terram meam ubique in terris colendis, pratis & clausis, & in omnibus locis, & hoc non erit sic intelligendum quod omni tempore, nisi tantum temporibus competentibus, scilicet post blada asportata, & fœna levata, vel quando tenementum jacet incultum & ad waractum, vel si dicat expressè sic, ubique scilicet quando tenementum jacet incultum &c. non propter hoc impediri debet dominus quin terram suam excolat quolibet anno si velit, quia non imponit sibi ipsi servitutem per hoc quin possit. Si autem ita dicat, cum pastura per totum & in omnibus locis, & secundo anno vel tertio, in terra colenda, quando jacet ad waractum, & adhuc idem erit ubi jacuerit ita ut dicitur, quia benè poterit esse quòd nunquam jacebit, nec imponitur ei necessitas, quòd non colat: quia per hoc non includit se quin possit. Si autem sic dicat, omni tempore & in omnibus locis, scilicet quòd secundo anno jaceat campus ad waractum vel incultus & apertus, & quòd tali tempore communiam habeat, tali tempore excoli non posit nec includi, & maximè ubi hoc facit longus usus vel consuetudo à vicinis approbata & dominis, quæ pro lege observari debet inter tales. Item vel ubi hoc faciat vicinitas, & sine constitutione.

2 Poterit autem esse servitus personalis & realis. Item personalis & realis certis horis & certis temporibus. Item personalis tantum, & sic debetur personis & non tenementis, & quæ propriè dici posset herbagium. Item localis & non certis personis, sicut alicujus universitatis, burgensium & civium, & omnes conqueri possunt et unus sub nomine universitatis. Et in fine hujus constitutionis notandum, quod in extraneis personis præfertur usus constitutioni, si largè usi sunt, quia ab usu coarctari non debent. In propriis verò tenementis præfertur constitutio usui. Item dici poterit amensuratio, tam de tenemento quàm de pecoribus, ut si quis uti et pascere infrà rationabilia defensa illius domini, cujus fuerit tenementum vel assisa novæ disseysinæ de libero tenemento, quia aliter vel alibi.

1 ¶ De amensuratione. 2. Breve quare quis superoneravit vicecomiti exequendam. 3. De officio vicecomitis in brevi de amensuratione. 4. Coram Justiciariis breve de eodem. *Cap. 39.*

Cum

Cum quis jus habeat pascendi in alieno fundo, aliquando plura immittit averia quàm liceat, aliquando plura quàm expediat. Si autem plura quã liceat, ut si ei concedatur communia ad certum numerum averiorum, vel ad certum genus, vel quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem villa, si plura immittat in numero vel in genere quàm ei liceat contra voluntatem ejus cujus fundus fuerit, si talis incontinenti resistere non possit, competunt ei duo remedia, secundùm quòd elegerit, scilicet nova disseysina pro ea parte pro qua ille qui communiam habet debitum numerum excedat vel genus: quia in hoc contractat tenementum domini sui contra voluntatem suam, ac sicut esse posset si omninò nullam communiam haberet, & averia sua contra voluntatem domini sui per violentiam immittere vellet. Competit etiam ei aliud remedium, scilicet quòd per aliud breve id quod debitum numerum vel genus excedit redigatur ad licitum numerum, & debitum, & mensuram. Amensuratio enim nihil aliud est ex virtute vocabuli, nisi ad mensuram, & subintelligitur redactio. Aliis autem qui communiam tantum habent in illo fundo aliud remedium non competit nisi amensuratio. Item si quis plura habeat quàm expediat, locum habet amensuratio, ut si cui concedatur talis communia ad omnimoda averia sua sine numero & aliis similiter successivè vel ad certum numerum vel sine numero, si quis tot immittat quòd pastura omnibus non sufficiat, competit remedium quòd id quod excedit & nocet redigatur ad mensuram, per tale breve vic. directum. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Questus est nobis talis, quòd talis injustè superoneraverit comunem pasturam suam in tali villa, ita q̃ in illa plura habet animalia & pecora quàm habere debet & ad eum pertinet habendum. Et ideò tibi præcipimus, quòd justè & sine dilatione amensurari facias pasturam illam, ita quòd prædictus talis non habeat in ea plura animalia & pecora quàm habere debet & ad eum pertinet habendum secundùm liberum tenementum suum quod habet in eadem villa, & quòd prædictus talis habeat in pastura illa tot animalia & pecora quot habere debeat, & ad eum pertinet habendum: ne amplius. &c. de hoc quòd dicit plura, scire debet quot habere debet, si ad certum numerum vel secundùm quantitatem terræ suæ, per hoc quod dicit secundùm liberum tenementum quod habet in prædicta villa, & unde si tenens dicere possit quòd plura habere debeat, licebit ei. ¶. 3. Officium verò vicecomitis est, quòd accepto brevi, in propria persona sua accedat ad locum in quo petitur communia, & ibi conveniri faciat hundredum & omnes quos amensuratio illa tangit, & in præsentia utriusque partis (si sumonitioni interesse velint) & quæ rationes suas & responsiones prætendant per sacramentum vicinorum, per quos rei veritas melius sciri poterit, & per inspectionem chartarum & instrumentorum diligenter inquirat, quot averia & animalia ille de quo queritur habere debeat per constitutionem servitutis, vel ex causa donationis, vel ratione tenemẽti sui, vel ex vicinitate vel per lõgum usum. Item si sine numero & ubique, tunc inquirat ad quot averia sufficiat pastura illa, & quot sustinere possit secundùm tempus feoffamenti, & se-

Of Admeasurement of Pasture

The writ of Admeasurement.

secundùm tempus constitutionis servitutis, ut si tunc sufficiens fuerit omnibus qui ibi communicare deberent. Et si postmodum effecta sit insufficiens per superonerationem, vel per novum feoffamentum & per quod alii qui communicare debent ratione primi feoffamenti communiam suam amittant in parte vel in toto, ut sic omnibus examinatis, procedat amensuratio, & quod superfluum fuerit redigatur ad mensuram. Est enim modus & mensura & fines certi, ultra quæ citra quæ nequit consistere rectum. Item notandum quòd communicantibus contra dominum tenementi duo competunt remedia de superoneratione: vel Amensuratio, vel assisa novæ disseysinæ de communia pasturæ. Si autem communia per superonerationem in parte amittatur vel in toto, eodem modo sicut domino competit contra eos de superoneratione contra voluntatem suam ut supra dictum est, & eodem modo plures communicantes eadem habent remedia inter se si aliquis eorum superoneraverit. Item plures hæredes & participes si aliquam partem tenementi sui relinquerint ad pasturam in communi, si unus vel quidam superoneraverint, quòd locum habeat amensuratio vel assisa novæ disseysinæ, non de communia pasturæ sed de libero tenemento, ac si unus sive alius aliquid sibi velit appropriare. Item si sit aliquis qui pasturam velit superonerare aliter quàm liceat vel expediat, vel aliter quàm pater vel mater vel alius antecessor fecerit, fiat amensuratio per tale breve. ¶. 4. Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum, de clamore &c. tunc summoneas per bonos summonitores. B. quòd sit coram justiciariis ad primam assisam ostensurus quare superonerat communem pasturam, & bruerum in tali villa quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa, vel in alia, & aliter quàm C. pater ipsius B. cujus hæres ipse est facere consuevit, & habeas ibi, &c. Et procedatur eodem modo per hoc breve quo supra & summaria fiat inquisitio hic & ibi, secundùm quod in foro ecclesiastico fieri debet de bastardia.

1 ¶ *De placito Quo Jure.* 2. *Breve quo Jure quis exigit communiam pasturæ.* *Cap.* 40.

NOn semper debetur servitus prædiis vicinorum ex consensu & constitutione dominorum, ut si quis habeat communiam pasturæ & jus pascendi in fundo alieno sed ex negligentia & dissimulatione vicini propter usum tantum, & talis seysina magis habet substantiam ex tempore quàm ex jure, & ideo absurdum erit omnino quòd cum tali remaneat possessio, cùm semel per assisam acquisita fuerit, nisi doceat de jure suo. Sed priùs videndum est cui competat hæc actio. Et sciendum quòd non potest quis alium implacitare per hoc breve (Quo jure) nisi capitalis dominus totius manerii vel villæ, in qua petitur communia, vel alicujus partis, vel quòd sint de diversis baroniis,

baroniis, vel diversis feodis, vel diversis feoffamentis, & ita quòd dominus qui petit, & ille à quo petitur jura sua habeant separata, scilicet tenementa diversa & diversas pasturas, secundùm quod pastura largè se habuerit vel strictè. Si autem plures feoffati fuerint ab uno domino in uno manerio vel in una villa, non competit eis tale breve vel talis actio, cùm inter vicinos rectè loquendo de eadem baronia & eodem feodo, vicinitas potiùs dici debet quàm communia debita, ut si dicatur; si unus communicet cum vicino & vicinus cum eo & si non, non/Cùm igitur quis per judicium seysinam suam recuperaverit per assisam propter usum, amittere debet illam, nisi doceat quo jure illam exigat per hoc breve, & poterit unus dominus capitalis vel plures placitare versus unum dominum capitalem vel plures, sive tenementa habeant in diversis villis vel in una, dum tamen ibi sint diversæ baroniæ & diversa feoda. ¶. 2. Rex vicecomiti salutem. Si talis fecerit te securum &c. tunc summoneas talem quòd sit &c. ostensurus quo jure exigit communiam pasturæ in terra ipsius talis in tali villa, desicut ille talis nullam communiam habet in terra ipsius talis in alia tali villa, nec idem talis servitium ei facit quare communiam in terra sua habere debeat (ut dicit) & habeas. &c. In quo casu, cùm talis summonitus fuerit, potest se essoniare ad primum diem, & eodem modo querens si voluerit. Si autem non venerit nec se essoniaverit, attachietur sicut in personali actione: quia hic non petitur pastura sicut per breve de recto, ut infrà dicetur. Si autem venerit, poterit docere quo jure communiam petat, ut si simul communicaverint, scilicet unus cum alio de communi consensu ab antiquo/Cùm autem post omnes districtiones semel comparuerit, tunc statim inquiratur à justiciariis si implacitatus communiam clamat, & respondere potest quòd nullam, vel quòd pasturam clamat, & tunc inquiratur qualem, & specificata communia, extunc procedatur sicut per breve de recto, & si extunc defaltam fecerit, capiatur pastura in manum domini Regis, donec comparuerit per parvum cape, & sic amitti possit de facili, & hoc ita, si nulla præcessit assisa novæ disseysinæ; & si præcessit recenter, tunc videri poterit per assisam quæ & qualis fuerit communia pasturæ quæ petitur/Item quòd servitium ei faceret certum scilicet tale vel tale. Servitium autem multiplex esse poterit, in denariis, mensuris, falcationibus, arruris, operibus, consuetudinibus, & præstationibus variis, dum tamen certis & determinatis, & certis temporibus & terminis, dum tamen non ad voluntatem accipientis indeterminatè, aliquando plus aliquando minus: quia si ita esset, ibi esset potiùs precium pro herbagio quam communia. Si autem cùm jus non habeat pascendi herbam paverit per eschapium vel cum warda facta, & propter hoc denarios dederit vel servitium fecerit, hoc erit potiùs emenda pro transgressione quàm servitium pro communia. Item si vicinitas vel servitium non intervenerint, docere oportet intervenisse donationem & titulum. Item docere oportet longum tempus & longum usum, illum videlicet qui excedit memoriam hominum, tale enim tempus sufficiat pro jure, non quia jus deficiat

P
Writ de quo jure
P
P

deficiat; sed quia actio deficit vel probatio. Item sufficit pro jure, si ille de quo queritur docere possit quòd aliquando simul communicaverint, licet nunc non communicent, ut si querens per negligentiam suam vel suorum communiam suam amiserit, ut si vicinus partem suam excoluerit & appropriaverit, quòd vicinus sibi & negligentiæ suæ merito poterit imputare. Cùm autem querens ad objecta respondeat contrarium vel diversum, hoc per patriam in modum inquisitionis declarabitur. s. per hæc verba. Si talis querens & homines sui & ille de quo queritur, & homines sui de tali villa semper simul communicare solent in tali loco & tali. Item si tale servitium fecerint & tale. &c. Item si talis à tali tempore quo non extat memoria semper pacificè habuit communiam. &c. Item si taliter feoffatus fuit (ut dicit) cum communia pasturæ. Item si illam emit &c. & infinitæ sunt causæ quare communiam. &c. Et secundùm quòd per patriam probatum fuerit amittetur communia vel retinebitur. Et notandum, quòd si tenementa talium sint in eadem baronia & de eodem feodo & in una villa, non poterit quis communiam dedicere inter vicinos propter vicinitatem, nisi hoc faciat aliquod speciale, ut de termino P. Anno. xv. in com̃ Buck. Item si recognitum sit in judicio ab eo qui communiam clamat, quòd tenens terram in qua com̃unia petitur illam includere possit, & arare & in ea ædificare vel aliquid facere pro voluntate sua, cadit breve Quo jure: ut de termino S. Michaelis, Anno septimo incipiente octavo in principio rotuli. Item se ponere possit tenens implacitatus in magnam assisam ad recognoscendum utrum ipse majus jus habeat tenendi terram suam, sive tenementum, sive communiam, quàm idem petens ibi habere & clamare possit, quàm ille qui petit habendi communiam pasturæ in eadem sicut illam petit vel econtrà. Et notandum, quòd si quis de communia pasturæ suæ fuerit disseysitus & perquisiverit sibi per breve de nova disseysina, & ille disseysitor incontinenti sibi perquisiverit per breve Quo jure, semper procedet assisa de disseysina sicut in aliis placitis, ut secundùm quod seysina querenti remanserit vel non, procedat placitum per breve Quo jure, vel non procedet: ut de termino P. Anno decimo octavo in com̃ Sussex. inter Simonem de la Pynd & Iohannem Kynelworth & alibi. Eodem vero modo fieri posset (ut prædictum est) de omni genere communiæ quæ in alieno haberi potest, si hoc esset in usu quòd amittere deberet quis possessionem nisi docere posset de jure. Cùm autem recognitum sit & convictum per juratam vel alio modo, quòd summonitus nullam communiam habere debeat, tunc habebit querens pacem per tale breve Rex vic. salutem. Scias quòd cùm A. summonitus esset in curia nostra. &c. ad respondendum B. quo jure ipse communiam clamat in terra ipsius B. in tali villa desicut idem B. nullam communiam habuit in terra ipsius A. in eadem villa vel in alia tali villa, nec idem A. ei servitium fecit quare communiam habere debuit. Idem A. venit hîc in eadem curia, & auditis partium hinc inde interrogationibus et responsionibus, tandem consideratum est in eadem curia nostra. &c. coram eisdem justitiariis nostris, quòd prædictus A. nul-

nullam communiam habere poterit vel exigere in terra ipsius B. in prædicta villa sine voluntate ipsius B. Et ideò tibi præcipimus, quòd eidem B. terram suam in prædicta villa de N. in pace habere facias, ita quòd prædictus A. nullam ibi communiam habeat sine voluntate ipsius B. Teste. &c.

1 ¶ *De communia habendi rationabile estoverium in fundo alieno in boscis & bruerijs & alijs in vastis alicujus.* Cap. 41.

DIctum est supra de communia pasturæ & jure pascendi in alieno, nunc autem dicendum est de alia communia, secundùm quod largè se habeat una cum alio non ad pastum sed ad commoditatem aliam, ut si quis habere debeat in fundo alieno jus secandi vel falcandi in foresta vel bosco alicujus, vel aliis vastitatibus ad rationabile estoverium suum ædificandi scilicet, claudendi, & ardendi, & alia quidem quæ necessaria sunt, secundùm constitutionem servitutis in plus vel minus, in qua quidem constitutione oportet modum attendere, ut estoverium sit rationabile secundùm quantitatem bosci vel vasti in quo fuerit servitus constituta, secundùm quod fuerit ampla vel parva sicut illam petit vel econtra. Item quantitas tenementi ad quod debetur illa servitus, & sic oportet omnia ponderare quòd non excedant modum nec minuantur, sed quòd omnia permaneant in mensura. Et si aliquis ipsorum modum excedere voluerit vel minuere, scilicet ille ad quem servitus pertinet plus capiendo quàm ratio permittat vel quàm liceat, & sic faciat vastum & destructionem, dominus ille cujus fundus fuerit procuret amensurationem, vel agat de transgressione vel disseysina. Et eodem modo ille cui servitus debetur si per dominum fundi minuatur vel omninò tollatur, agat ad hoc per breve q ei uti liceat plenè vel saltē commodè, & per hoc breve vic. directum q vocat justicies q tale est. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi q justicies talem q justè &c. permittat talem habere rationabile estoverium suū in bosco suo de tali villa q habere debet & solet (ut dicit) & sicut rationabiliter monstrare poterit q habere debeat, ne ampliùs inde clamorem audiamus pro defectu justitiæ T. &c. Si autem estoverium petatur de turbaria vel bruera, tūc sic. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi, q justicies talem quòd justè &c. permittat talem habere rationabile estoverium suum in turbaria sua vel bruera, vel aliis hujusmodi q in ea habere debet & solet ut dicit, ne ampliùs &c. Et locum habere posset (ut videtur) Assisa novæ disseysinæ de qualibet communia pertinente ad liberum tenementum, secundùm q communia largè se habeat, sicut habere potest locum in cōmunia herbagii & pessonæ, non video rationem quare non, & sic de aliis omnibus communiis inferiùs notādis. Si autem boscus vel vastitas communis sit inter participes vel cohæredes, & aliquis eorū in estoverio capiendo modum excedat, & vastū fecerit vel distructionē, non erit hic locus amensurationi nec novæ disseysinæ sed transgressioni, ut assisa vertat in transgressionem, vel q partes sic compellant ad divisionem per communi dividendo judicium. Et eodem modo (ut prædictum)

Common of Estovers Turbary, &c.

Writ of Justicies to the Sheriff.

ctum) est fiat de jure fodiendi, falcandi & secandi, & de aliis quibuscunq; servitutibus.

1 ¶ *De aquæ ductu.* *Cap. 42.*

Of Nuisance diverting a stream of water.

ITem potest quis habere servitutem, scilicet jus aquæ ducendæ ex fundo alieno, & per fundum alienum usq; ad fundum proprium ad irrigandum agrum suum, vel ad aliud commodum faciendum, quo casu impediri non debet quo omninò ducere non possit vel quo minùs commodè vel modo debito secundùm consuetudinem servitutis, ut si ducere debeat omni tempore, & non permittit eum ducere nisi aliquo tempore. Item si certis temporibus, non permittit eum ducere aliquo tempore. Item si non in debita quantitate. Itē si non pmittat alveum purgare p quod aquæ ductus impeditur, & per hoc tenementa vicinorum submerguntur, in omnibus istis casibus fit disseysina vicino & consulitur ei per breve: Quare talis divertit cursum aquæ ad nocumentum liberi tenementi sui, per breve quod tale est. Nocumenta verò infinita sunt, secundùm quod inferiùs dicetur, quæ omninò servitutes tollūt, vel saltem impedimentum dant quò minùs commodè uti possit servitutibus.

1 ¶ *De nocumentis injuriosis. 2. De nocumentis injuriosis de servitutibus.* *Cap. 43.*

Of Nuisances

ET sciendum quòd nocumentorum aliud injuriosum est & damnosum, aliud damnosum & non injuriosum, unde cùm fiat querela de nocumento, quæri oportet ad quod damnum aliquid fiat, & videndum utrum damnosum & injuriosum sit, & tunc tollendum. Si autem non injuriosum licet damnosum, tunc erit sustinendum, sicut videri poterit, 2 si quis servitutem habeat & jus pascendi in alieno, competit ei liber ingressus & egressus. Si autem ille cujus fundus fuerit aliquid faciat in ingressu quò minus omninò ingredi possit vel minus commodè, ut si murum, fossatum vel hayam fecerit, facit nocumentum injuriosum, & quod ita factum est, statim & recentèr flagrante facto tolli potest & demolliri, etiam sine brevi, post tempus verò non nisi cum brevi. Eodem modo fieri debet si cui concedatur jus eundi per fundum alienum, si via quocunque modo obstruatur vel coarctetur quò minus iri possit omninò vel minus commodè. Item si aquæ ductus concedatur (ut prædictum est) & divertatur ad nocumentum in parte vel in toto. Item poterit quis habere communiam cum alio, & jus fodiendi sicut jus pascendi, ut fodere possit in alieno aurum & argentum, stannum, cretam, lapides & arenam & hujusmodi. Et eodem modo jus venandi & piscandi, potandi & hauriendi, & alia plura quæ infinita sunt cum eorum pertinentiis, scilicet cum libero accessu & recessu, secundùm quod ad communiam pasturæ pertinet, liber ingressus & competens & liber egressus. Et in omnibus casibus prædictis & aliis multis casibus jaceret assisa nova disseysinæ eodem modo, sicut de communia

omnia pasturæ, & etiam eodem modo. Quo jure, si hoc esset in usu. ¶. 2. Item si servitus imponatur fundo alicujus à jure licet non ab homine ut supra, per quam prohibetur ne quis faciat in suo per quod nocere posit vicino, ut si stagnum exaltaverit in suo vel de novo fecerit, per quod noceat vicino. i. si per hoc fundus vicini submergatur, hoc erit ad nocumentum liberi tenementi vicini injuriosum, nisi hoc à vicino permissum sit quòd liceat. Et sicut poterit quis habere servitutem in fundo vicini si constituatur, ita poterit etiā per longum usum sine constitutione ex scientia & patientia dominorum, quia longa patientia trahitur ad consensum, sicut in communibus pasturis & hujusmodi. Item id quod ab initio non fuit nocumentum injuriosum, ex post facto & per constitutionem fieri poterit injuriosum, ut si cui ab initio facere licuit in suo, ex constitutione servitutis convenerit ne liceat facere, vel econtrariò si cui ab initio facere non liceat, post modum facere liceat ex constitutione.

1 ¶ *De nocumentis injuriosis & pertinentiis pertinentiarum.* *Cap.* 44.

OMnia jura prænotata & omnes servitutes sunt de pertinentiis tenementorum, & pertinent à tenemento ad tenementa, & habent hujusmodi pertinentiæ suas pertinentias, sicut ad jus pascendi & ad pasturam pertinet via & liber ingressus & egressus. Et eodem modo ad jus fodiendi, falcandi, & secandi, hauriendi, potandi, piscandi, venandi, & hujusmodi, liber accessus & recessus, scilicet via, iter, & actus ratione diversorum usuum, ut supra. Item ad jus aquæ ducendæ pertinet purgatio. Item ad iter, secundùm quod est de pertinentiis pertinentiarum, vel de pertinentiis per se, ut si via per se concedatur sine alia servitute, pertinet refectio sicut ad aquæ ductum pertinet purgatio. Et sicut possunt hujusmodi jura et servitutes auferri per disseysinam ne quis utatur: ita possunt fieri nocumenta injuriosa in pertinentiis pertinentiarum, quòd quis commodè uti non possit prædictis servitutibus vel quòd omninò uti non possit, ut si quis omninò viam obstruat vel chaceam, per quam ingredi solet pasturam, fossato, muro, haya, vel palatio, tale nocumētū non multum differt à disseysina, & ideò tolli debet per assisam novæ disseysinæ cùm sit injuriosum, ad custum ejus qui opus illud fecerit, si hoc fecerit in suo. Si autē in aliēo, cōpetit ei assisa novę disseysinę de libero tenēto, cujus fuerit fundus in quo opus illud factū fuerit, & secundū ꝙ assisa novę disseysinę sub se cōtinet nocumētū, q̄a omnis disseysina nocet, ꝓ hoc tolli potest nocumentum & querenti restitui damnum, tam de disseysina tenēti quàm de nocumento, quod quidem non esset si tantùm de nocumento ageretur. Item si minus commodè ire posit ad locum servitutis & ad pasturam ut si viam coarctaverit, vel ubi solebat ire per compendium, compellit eum ire per circuitum. Item etsi permittat eum ire, tamen non permittit eum ire ad usum debitū in servitute cōstitutū, ut sit si debet quis habere viā ad carrectā & car-

rum, non permittit eum habere nisi iter & actum, & ingressum strictum, per assisam tollatur injuriosum nocumentum, & per breve: Quare obstruxit vel coarctavit aliquo modorum supradictorum, & si fossatum non fecerit nec murum per quod obstruat per opus manufactum, sufficit tamen si faciet quod tantundem valeat, scilicet si ire non permittat, & hæc locum habent cùm facta fuerint extra loca deputata servitutibus. Si autem infrà, tunc locum habebit assisa novæ disseysinæ de pastura ut supra. Item à constitutione hominum imponitur servitus, quòd quis habeat aquæ ductum per fundum alienum, & sic est constitutio hominis. Est etiam constitutio juris, ne quis faciat in suo injuriosè, scilicet ne stagnum faciat vel exalter, vel prosternat per quod noceri possit vicino, ut si per refluxum aquæ submergat tenementum vicini sui. Eodem modo nec domum, nec pontem, stagnum, nec gurgitem exclusum nec molendinum, per quod vicino injustè noceatur, & sic ne faciat nocumentum injuriosum in construendo in proprio vel alieno, nec eodem modo in prosternendo, demolliendo vel destruendo injuriosè omninò quod juste factum est ab initio & levatum, ut si murum prostraverit quis, vel fossatum, piscariam, vel stagnum exclusum, pontem, & hujusmodi. Et eodem modo facere potest quis nocumentum injuriosum vel potiùs disseysinam, si quis in reficiendo demolliendo vel amensurando, cùm hoc ei liceat justè si modum debitum excedat. Et sicut poterit quis facere nocumentum injuriosum in faciendo, ita poterit in non faciendo, in proprio vel in alieno, ut si teneatur ex constitutione obstruere & claudere, purgare & reficere, & non fecerit, cùm ad hoc teneatur. Item sicut nocere potest in non faciendo, ita nocere potest in non permittendo, ut si quis non permittat alium qui tenetur obstruere, claudere, purgare, & reficere, cùm ad hæc teneatur ex constitutione, vel longa consuetudine. Item notandum quòd poterit esse nocumentum injuriosum propter communem & publicam utilitatem, quod quidem non esset propter utilitatem privatam, ut si quis firmaverit piscariam vel stagnum habens prædia ex utraque parte aquæ cùm fundus suus liber sit ex omni parte quod nihil debet fundo vicino, subtus nec supra, per hoc licet damnum faciat vicinis, non tamen facit injuriam, sed tamen propter publicam utilitatem (quæ privatæ præfertur) sustinenda sunt hæc ad tollendum publicum damnum. Et multa alia fieri possunt nocumenta injuriosa, secundùm quod in parte dicetur infrà, sed hoc quod dictum est, sufficiat ad præsens exempli causa.

1 ¶ *Quòd ea quæ injuriosè levata sunt ad nocumentum statim demolliri possunt & recenter. 2. Breve de hujusmodi. 3. Forma brevis de justiciando aliquem quòd permittat alium habere viam. 4. De communia pasturæ & piscaria & de officio vic. 5. Breve si Rex voluerit quòd hujusmodi nocumenta terminentur coram justic. suis quibuscunque. 6. De visu faciendo. 7. De responsione & exceptionibus illius de quo queritur secundùm articulos brevis. 8. Qualiter amoveri debet nocumentum. 9. De aqua diversa. 10. De stagno levato.* Cap. 45.

Ea

EA verò quæ sic levata sunt ad nocumentum injuriosum, vel prostrata vel demollita, statim & recenter flagrante maleficio (sicut de aliis disseysinis) demolliri possunt & prosterni, vel relevari & reparari si querens ad hoc sufficiat, si autem non, recurrendum est ad eum qui jura tuetur, qui per tale breve remedium habebit. ¶ 2. Rex vicecom̄ salutem. Questus est nobis talis quòd talis injustè & sine judicio levavit quendam murum, quoddam fossatum, quandam hayam, quoddam palicium, quandam domum, quandam portam, quendam pontem, quoddam stagnum, quandam exclusam, quendam gurgitem, quoddam molendinum, quandam faldam in tali villa ad nocumentum liberi tenementi sui in eadem villa vel alia, post ultimum reditum nostrũ de Britannia in Angliam. Et ideò tibi præcipimus quòd loquelam illam audias, & postea eũ inde justè deduci facias ne amplius &c. Teste &c. Eodem modo vice versa fieri poterit breve de prædictis, quare quis hm̄odi prostravit injustè ad nocumentum liberi tenementi &c. Item quare stagnum exaltavit. Item eodem modo quare quis viam obstruxit vel coarctavit ad nocumentum. Item quare divertit cursum aquæ. Item si quis aliquid fecerit quo minus ad fontem, lacum, puteum, piscenam iri posit vel hauriri vel de fontana aquæ non tantam aquam ducere vel haurire, tales cadere possunt in assisam, sed discretæ sunt servitutes ductus aquæ & haustus. Item si quis prohibeatur aqua uti. Item haurire, sive pecus ad aquam appellere cadit similiter in assisam, sed hoc non est de cisterna, quia cisterna non habet aquam perpetuam nec aquam vivam, quia cisterna imbribus concipitur, sed & lacus, piscina, puteus aliquando aquam vivam non habent. Item si quis ire ad fontem prohibetur, habet actionẽ. Quare quis obstruxerit, quia cui conceditur haustus, ei conceditur iter ad fontem & accessus, & licet quis uti posit, tamen novas venas querere & aperire non licet, quia aliter uti non potest quàm alio anno uti solet. Rivus autem locus est per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. Specus est locus ex quo despicitur, & inde dicta sunt spectacula. Reficere autem est, id quod corruptum est in pristinum statum reformare. Ei verò permittitur reficere & purgare rivum qui jus habet servitutis, & qui aquæ ducendæ causa id fecit. In pristinum statum dico, quia si quis rivum deprimit vel attollit, dilatat vel extendit, operit apertum vel qua per excessum delinquit. Item aquæ ductus quandoq; debetur & datur prædiis, & quandoq; personis. Quod verò prædiis datur, persona extincta non extinguitur. Quod autem datur personis, cum personis amittitur, ideò ad nullum transit successorem. Si diurnarum vel nocturnarum horarum aquæ ductum habeam, non possum aliis horis ducere quàm quibus jus habeam. Item aqua dividi poterit non solum temporibus sed mensuris. Et sciendum q̄ si aliquis fecerit in uno com̄ aliquid quod noceat in alio com̄, semper impetrabit breve ad vic. illius com̄ in quo com̄ nocumentum illud factum fuerit. Et sic pertinet quandoq; hujusmodi emendatio ad vic. per prædictum breve. Et eodem modo de via obstructa, per breve quòd justiciet per communem utilitatem, ne transeuntes ire diu impediantur, quia hoc esset commune dam-

Writ of Nuisance to the Sheriff

num, & in hoc vicecom̄ & justiciarii faciant sicut super detentione averiorū contra vadium plegii, propter communem utilitatem ne animalia diu inclusa pereant. Eodem modo de pastura & piscaria, & de habendo rationabile estoverium in bosco, & bruera, & in quibus non habet potestatem cognoscendi sine waranto, nisi tantùm de via, sed sine brevi, dum tamen hoc fecerit recenter flagrante delicto ad querelam, sed post longum intervallum se intromittere non debet sine waranto nec sine brevi. Nec licitum erit vicecom̄ se intromittere sine brevi ultra tempus quod conceditur disseysito, & hoc non nisi cum consensu & querela ejus cui injuriatum est. Forma brevis vicecom̄ directi de via talis est. ¶ 3. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi ꝙ justicies talem ꝙ justè &c. permittat talem habere quandam viam in terra sua de tali villa quàm in ea habere debet & solet (ut dicit) sicut rationabiliter monstrare poterit quod in ea habere debeat, ne amplius &c. Item aliquando de pastura vicecom̄ hoc modo. Præcipimus tibi ꝙ justicies talem ꝙ justè &c. ꝑmittat talem habere communiam pasturæ suæ in terra sua in tali villa quam in ea habere debet (ut dicit) & sicut rationabiliter &c. Et eodem modo de piscaria. ¶ 4. Præcipimus tibi, ꝙ justicies talem quòd justè &c. permittat talem habere communiam piscariæ suæ in aqua sua de tali villa quam in ea habere debet & solet (ut dicit) sicut rationabiliter &c. Breve autem de habendo rationabile estoverium vicecom̄ directum ꝙ justiciet ut supra. Breve autem de conventione vicecom̄ directum ꝙ justiciet infra. Officium verò vicecom̄ est in hac parte, ꝙ in præsentia partium convenire faciat hundredum sive wapentakium. Et inprimis videat in cujus fundo sive tenemento illud opus novum factum fuerit, & si in fundo illius de quo queritur inveniatur factum injustè & ad nocumentum liberi ten̄ti querentis, si hoc constiterit per juratam, vicecom̄ amovere faciat per visum recognitorum id ꝙ nocet ad custū delinquentis, & illud fieri faciat sicut esse solet & debet. ¶ 5. Rex vicecom̄ salutem. Questus est nobis talis, ꝙ talis injustè &c. levavit quoddam fossatum vel quædam alia (ut supra) in primo bene per ordinem in tali villa ad nocumentum liberi tenementi sui in eadem villa vel in alia post ultimum reditum &c. Et ideò tibi præcipimus, quòd si idem talis fecerit te securum &c. Tunc facias duodecim liberos & legales homines de visineto illo videre fossatum illud, vel alia superius nominata, & tentum illud & nomina eorum inbreviari. Et sumoneas eosdem per bonos sumonitores, ꝙ sint corā Justiciariis nostris ad proximam assisam &c. parati inde facere recognitionem. Et pone per vadium & salvos plegios præfatum talem vel ballivum ejus &c. ut supra de nova disseysina de libero tenemento. ¶ 6. De officio vicecom̄ & aliis fiat ut suprà de assisa novæ disseysinæ de libero tenemento, præterquàm de visu juratoribus faciendo. In quo casu, querens faciat visum juratoribus de eo quod nocet qualecunq; sit illud, vel quantum vel ꝑ quas metas, ut certa res in judicium deducat, & ut scire poterit utrū plus posuerit in visu suo vel minùs quàm noceat, vel etiam nihil, ut inde certificari possunt Justiciarii cùm inde fuerint

requi-

Writs of Justicies to the Sheriff. Quod permittat.

a Quære if something is not wanting here to introduce this writ; which comes in here very abruptly.

requisiti. Item utrum nocumentum justum sit vel injuriosum, magnum vel minimum vel omninò nullum licet damnosum, ut per hoc scire possint utrum querela pertineat ad querentem vel non. Item videre oportet tenementum cui injuriosè nocitum est, quia cùm querens tenementum non habeat cui nocere possit, non valebit querela, vel ille de quo quæritur tenementum habeat quod noceat. In adventu verò Justiciariorum faciendæ sunt plures interrogationes, ut sciri possit utrum ad querentem pertineat actio vel non, quo casu, cùm intentionem fundaverit querens, excipere poterit ille de quo queritur contra intentionem querentis multis modis, secundùm quod respondetur supra in assisa novæ disseysinæ. ¶ 7. Continetur enim in brevi. Questus est nobis talis, quòd talis; & eadem fiat responsio ut sit supra de libero tenemento, ut si dicat quòd fossatum non levavit vel quid aliud, sed aliàs non procedet assisa, maximè quoad pœnam & per hoc breve, quia hæredes & succedentes non tenentur ad pœnam ex delicto aliorum, licet teneantur ad restitutionem status, quod res ad statum pristinum deducatur etiam sine pœna ut supra, & non quia injuriam fecerunt, sed quia tenent rem quæ nocet, ad similitudinem ejus quod dicitur de tigno injuncto, quod quis teneatur actioni de tigno injuncto non solùm ille qui tignum injunxit, sed ille qui tignum habet injunctū. Et simili modo videtur de eo dicendum qui fossatum, vel stagnum, vel alia quæq; prostraverit vel levaverit, cùm illa habeat prostrata vel levata. Et illud idem erit dicendum (ut videtur) si tempore nocumenti facti non habuit querens tenementum cui noceri potuit, & ideò quia non fuit ei injuriatum, & de injuria alteri illata nemo debet acquirere sibi, vel potest actionem vel querelam habere. Item continetur (injustè & sine judicio) & tunc fiat eodem modo quo supra de libero tenemento. Item continetur (levavit vel prostravit vel exaltavit) quo casu, responderi poterit quòd ipse non levavit sed alius, sed tamen quod alius levavit dirutum esset vel corruptum vel prostratum, etiam sine judicio ipse illud refecit & reparavit. Item ad hoc quod dicitur, ad nocumentum, responderi poterit, quòd nullum omninò est ibi nocumentum, vel si nocumentum ibi fuerit, illud non est injuriosum, nec querens jus habet prohibendi ne fiat, sicut videri poterit de molendino levato in fundo alieno, ubi vicinus prohibere non potest ne fiat, licet damnum sentiat, quia damnum illud non est injuriosum licet damnosum, & sic dici poterit de aliis nocumentis quæ damnosa sunt licet non injuriosa. Item dicitur (ad nocumentum liberi tenementi talis) unde oportet quòd ille qui queritur liberum habeat tenementum, quia nemo potest servitutem acquirere alicujus prædii vel fundi, nisi qui habeat prædium & liberum tenementum, nec quisquam debere servitutem nisi qui habet prædium & liberum tenementum.

¶ 8. Si autem nihil sit quod dici poterit contra assisam, procedat assisa, & si faciat pro querente, amoveatur id quod nocet & redigatur in pristinum statum ad custum ejus qui deliquit, & fiat per omnia sicut esse solet & debet sive fieri debeat prostratio sive demollitio, refectio sive reparatio,

 aperi-

De Assisa de Nocumento

Exceptions to the words of the writ.

num, & in hoc vicecom̃ & justiciarii faciant sicut super detentione averiorũ contra vadium plegii, propter communem utilitatem ne animalia diu inclusa pereant. Eodem modo de pastura & piscaria, & de habendo rationabile estoverium in bosco, & bruera, & in quibus non habet potestatem cognoscendi sine waranto, nisi tantùm de via, sed sine brevi, dum tamen hoc fecerit recenter flagrante delicto ad querelam, sed post longum intervallum se intromittere non debet sine waranto nec sine brevi. Nec licitum erit vicecom̃ se intromittere sine brevi ultra tempus quod conceditur disseysito, & hoc non nisi cum consensu & querela ejus cui injuriatum est. Forma brevis vicecom̃ directi de via talis est. ¶ 3. Rex vicecom̃ salutem. Præcipimus tibi ꝙ justicies talem ꝙ justè &c. permittat talem habere quandam viam in terra sua de tali villa quàm in ea habere debet & solet (ut dicit) sicut rationabiliter monstrare poterit quod in ea habere debeat, ne amplius &c. Item aliquando de pastura vicecom̃ hoc modo. Præcipimus tibi ꝙ justicies talem ꝙ justè &c. pmittat talem habere communiam pasturæ suæ in terra sua in tali villa quam in ea habere debet (ut dicit) & sicut rationabiliter &c. Et eodem modo de piscaria. ¶ 4. Præcipimus tibi, ꝙ justicies talem quòd justè &c. permittat talem habere communiam piscariæ suæ in aqua sua de tali villa quam in ea habere debet & solet (ut dicit) sicut rationabiliter &c. Breve autem de habendo rationabile estoverium vicecom̃ directum ꝙ justiciet ut supra. Breve autem de conventione vicecom̃ directum ꝙ justiciet infra. Officium verò vicecom̃ est in hac parte, ꝙ in præsentia partium convenire faciat hundredum sive wapentakium. Et inprimis videat in cujus fundo sive tenemento illud opus novum factum fuerit, & si in fundo illius de quo queritur inveniatur factum injustè & ad nocumentum liberi teñti querentis, si hoc constiterit per juratam, vicecom̃ amovere faciat per visum recognitorum id ꝙ nocet ad custũ delinquentis, & illud fieri faciat sicut esse solet & debet. ¶ 5. Rex vicecom̃ salutem. Questus est nobis talis, ꝙ talis injustè &c. levavit quoddam fossatum vel quædam alia (ut suprà) in primo bene per ordinem in tali villa ad nocumentum liberi tenementi sui in eadem villa vel in alia post ultimum reditum &c. Et ideò tibi præcipimus, quòd si idem talis fecerit te securum &c. Tunc facias duodecim liberos & legales homines de visineto illo videre fossatum illud, vel alia superiùs nominata, & tentum illud & nomina eorum inbreviari. Et sumoneas eosdem per bonos sumonitores, ꝙ sint corã Justiciariis nostris ad proximam assisam &c. parati inde facere recognitionem. Et pone per vadium & salvos plegios præfatum talem vel ballivum ejus &c. ut supra de nova disseysina de liberô tenemento. ¶ 6. De officio vicecom̃ & aliis fiat ut suprà de assisa novæ disseysinæ de libero tenemento, præterquàm de visu juratoribus faciendo. In quo casu, querens faciat visum juratoribus de eo quod nocet qualecunq; sit illud, vel quantum vel p quas metas, ut certa res in judicium deducat, & ut scire poterit utrũ plus posuerit in visu suo vel minùs quàm noceat, vel etiam nihil, ut inde certificari possunt Justiciarii cùm inde fuerint requi-

Writs of Justicies to the Sheriff.
Quod permittat.

The form of the writ [illegible]

a Clause of something is not wanting here to introduce this writ; which comes in here very abruptly.

requisiti. Item utrum nocumentum justum sit vel injuriosum, magnum vel minimum vel omninò nullum licet damnosum, ut per hoc scire possint utrum querela pertineat ad querentem vel non. Item videre oportet tenementum cui injuriosè nocitum est, quia cùm querens tenementum non habeat cui nocere possit, non valebit querela, vel ille de quo quæritur tenementum habeat quod noceat. In adventu verò Justiciariorum faciendæ sunt plures interrogationes, ut sciri possit utrum ad querentem pertineat actio vel non, quo casu, cùm intentionem fundaverit querens, excipere poterit ille de quo queritur contra intentionem querentis multis modis, secundùm quod respondetur supra in assisa novæ disseysinæ. ¶ 7. Continetur enim in brevi. Questus est nobis talis, quòd talis: & eadem fiat responsio ut fit supra de libero tenemento, ut si dicat quòd fossatum non levavit vel quid aliud, sed aliàs non procedet assisa, maximè quoad pœnam & per hoc breve, quia hæredes & succedentes non tenentur ad pœnam ex delicto aliorum, licet teneantur ad restitutionem status, quod res ad statum pristinum deducatur etiam sine pœna ut supra, & non quia injuriam fecerunt, sed quia tenent rem quæ nocet, ad similitudinem ejus quod dicitur de tigno injuncto, quod quis teneatur actioni de tigno injuncto non solùm ille qui tignum injunxit, sed ille qui tignum habet injunctũ. Et simili modo videtur de eo dicendum qui fossatum, vel stagnum, vel alia quæq; prostraverit vel levaverit, cùm illa habeat prostrata vel levata. Et illud idem erit dicendum (ut videtur) si tempore nocumenti facti non habuit querens tenementum cui noceri potuit, & ideò quia non fuit ei injuriatum, & de injuria alteri illata nemo debet acquirere sibi, vel potest actionem vel querelam habere. Item continetur (injustè & sine judicio) & tunc fiat eodem modo quo supra de libero tenemento. Item continetur (levavit vel prostravit vel exaltavit) quo casu, responderi poterit quòd ipse non levavit sed alius, sed tamen quod alius levavit dirutum esset vel corruptum vel prostratum, etiam sine judicio ipse illud refecit & reparavit. Item ad hoc quod dicitur, ad nocumentum, responderi poterit, quòd nullum omninò est ibi nocumentum, vel si nocumentum ibi fuerit, illud non est injuriosum, nec querens jus habet prohibendi ne fiat, sicut videri poterit de molendino levato in fundo alieno, ubi vicinus prohibere non potest ne fiat, licet damnum sentiat, quia damnum illud non est injuriosum licet damnosum, & sic dici poterit de aliis nocumentis quæ damnosa sunt licet non injuriosa. Item dicitur (ad nocumentum liberi tenementi talis) unde oportet quòd ille qui queritur liberum habeat tenementum, quia nemo potest servitutem acquirere alicujus prædii vel fundi, nisi qui habeat prædium & liberum tenementum, nec quisquam debere servitutem nisi qui habet prædium & liberum tenementum.

¶ 8. Si autem nihil sit quod dici poterit contra assisam, procedat assisa, & si faciat pro querente, amoveatur id quod nocet & redigatur in pristinum statum ad custum ejus qui deliquit, & fiat per omnia sicut esse solet & debet sive fieri debeat prostratio sive demollitio, refectio sive reparatio, aperi-

Exceptions to the words of the writ.

aperitio sive amensuratio. Et unde si per judicium aliqua istorum fieri debeant ad veterem formam reformantur, secundùm altitudinem & profunditatē, latitudinem, longitudinē & strictitudinem. Restitui enim debet primus status & refici. Reficit enim qui reparat & qui aperit & qui purgat, quia purgatio refectionis portio est. Sed non potest quis sub specie refectionis deterius aliquid facere, nec altius nec latius nec humilius nec longius aliquid facere. ¶. 9. Itē nō potest quis aquæ ductum ita purgare ꝑ ꝙ aqua aliter fluat quàm fluere solet. Si quis convictus fuerit per assisam ꝙ aquam diverterit vel aliquid fecerit, vel immerserit per quod aqua pressior vel altior vel rarior fluat vel rapidior, vel per quod in aliquo minuatur, vel per quod alveum fluminis mutet cum incommodo vicini. Item non solum tenetur qui aquam divertit, sed ille qui denegat ꝙ aliter aqua fluat cùm jus non habuerit. Item tenetur quis qui dolo fecerit quo magis aqua aliter fluat, quàm solet vel minùs solito. Ut si fossum in suo fecerit, vel ita aquæ ductum refecerit vel purgaverit, ꝙ modum excedat, & per hoc aquam vicino auferat in parte vel in toto. Et in quibus casibus, si in hoc præsumptum fuerit, totum ad pristinum statum per assisam reformabitur. Sed si quis cùm sibi per assisam perquirere deberet, vel cùm perquisiverit, propria autoritate (spreto judicio) seysinam suam usurpaverit quod per judicem reposcere deberet, quod sic sibi præsumpsit per judicem restituet vix imposterum audiendus super ipsa proprietate, ut coram ipso Rege apud Clarindō anno regni sui 32. in cōm South: de quadam aqua trestornata in insula de Wych inter Simonem de Vendenge querentem & Jordanum de insula. Ea quæ nunc dicta sunt sufficiant exempli causa, ut sciatur qualiter tollenda sunt nocumenta, & qualiter per assisam reformanda sint omnia & in pristinum statum reducenda. ¶ 10. Item de stagno & gurgite levato vel prostrato ad nocumentum injuriosum: Videndum erit utrum omninò *levatum sit in tenemēto ipsius querentis* cùm habeat tenementum ex utraq; parte ripæ. In quo casu . potius erit ibi disseysina de libero tenemento quàm assisa de nocumento. Si autem levatum vel prostratum omninò in tenemento illius de quo queritur, ibi erit potius assisa de nocumento quàm de libero tenemento cùm hoc totum sit in alieno. Si autem pars quædam in ꝓprio & pars quædam in alieno, ut si aqua dividatur per medium, tunc pro ea parte quæ fuerit in proprio locum habebit assisa novæ disseysinæ de libero tenemento: & pro ea parte quæ fuerit in alieno, locum habebit assisa de nocumento, & sic duæ erunt assisæ de uno facto. Et cùm onerosum sit utraq; prosequi, videndum erit quæ illarum deberet præferri ad injuriam ex toto tollēdam, ne pro una parte procedat & pro alia infecta remaneat, & si velitis corrigere per assisam novæ disseysinæ totum quod actum est de libero tenemento, hoc esse non poterit, quia assisa illa non comprehendit assisam de nocumento quod factum est in alieno. Melius est igitur ꝙ per assisam de nocumēto per quam poterit utraq; terminari, quia assisa de nocumento extendit se ad fundum alienum in eo quod nociva est & injuriosa, licet se non extendat quantum ad liberum tenementum, & sic assisa de nocumento terminat utranque,

que, s. q nocumentum tollatur & q res ad pristinum statum reducatur. Itē ex uno facto plures possunt esse disseysinæ de libero tenemento, & plura nocumenta injuriosa eodem modo. Plures disseysinæ de libero tenemento, ut si quis fossatum levaverit in fundo alieno invito domino, per hoc facit disseysinam de libero tenemento ei qui dominus est & obstructionem viæ & diversionem aquæ quæ sunt quasi nocumenta injusta (secundùm quosdam) licet in alieno. Sed omnes terminari possunt per unicam assisam de libero tenemento, cùm surgant ex uno facto per facti emendationem. Si autem una vel ambæ erigantur quæ nocent, adhuc poterit injuria remanere pro parte. Et ideò melius est quòd una assumatur quæ totum terminet negotium. Et eodem modo potest quis facere in suo ex uno facto, per quod plura nocumenta imminere possunt vicino, ut si viam obstruat fossato per quam ingredi solet ad pasturam, facit disseysinam de communia & similiter nocumentum in via & divertit aquam, & sic facit unam disseysinam de communia in proprio & duo nocumenta ex uno facto, & unde fiat ut supra. Item potest unus ex uno facto pluribus obligari & teneri ex disseysina & nocumēto, ut si quis alterius tenementum incluserit vel commune, & in quo unus habet liberum tenementum & alius communiam pasturæ unus vel plures, tertius &c. & iter & actum per medium, quartus ad aquationem in aliqua parte, & sic in infinitum: plures hic erunt disseysinæ & plura nocumenta, unde priùs recurrendum erit ad remedium quod totum terminat (si dominus tenementi voluerit) alioquin quilibet agat pro se & per se. Item si quis divertit cursum aquæ, refert in quo com̄, vel in qua villa, vel in quo loco factum fuerit id quod nocet, sicut in gurgite, stagno, & piscaria. Item refert utrum aqua, in qua id factum est quod nocet, propria sit ejus de quo queritur vel communis vel in parte propria, scilicet usq; ad filum aquæ & partim aliena. Si autem omninò propria ejus qui divertit & in eadem villa & tenementum cui nocetur in eadem villa, tunc stabit breve: cùm dicatur, quòd talis divertit cursum aquæ in tali villa ad nocumentum liberi tenementi talis in eadem villa. Si autem aqua sit communis plurium & propria, non dico tantum ad usum piscandi, tunc refert quid.

1 ¶ *Si mercatum aliquod levatum sit ad nocumentum vicini mercati.* Cap. 46.

POterit inter alia nocumenta concedi libertas ad nocumentum libertatis priùs concessæ, ut si cui concedatur libertas habendi mercatum aliquo loco certo, ita quòd non sit ad nocumentum alicujus mercati vicini: & unde inprimis videndum quale mercatum dici debeat mercatum vicinum, & quale non vicinum sive remotum. Item quale sit nocumentum, ad hoc quod sufficiat ad tollendum id quod nocet. s. utrum damnosum sit & injuriosum, vel tantum damnosum & non injuriosum, quia remotum: vel damnosum & injuriosum quia vicinum: vel si vicinum non injuriosum, quia non ad damnum sed ad commodum. Vicinum autem dici poterit mercatum & nocumentum injuriosum, quia damnosum quandoq;, ut si novum mercatum levatum sit infrà

De pert. pert. ad lib ten.

frà sex leucas & dimidium & tertiam partem dimidiæ. Et est ratio, secundùm dicta seniorum, quia omnis rationabilis dieta constat ex.xx.milliaribus. Dividatur dieta in tres partes, prima pars matutina detur euntibus versus mercatum, secunda verò detur ad emendũ & vendendũ, quæ quidem sufficere debet omnibus nisi sint fortè mercatores stellati qui merces deposuerint & exposuerint venales, quibus necessaria erit prolixior mora in mercato. Tertia verò pars relinquitur redeuntibus de mercato ad ꝓpria, & quæ quidẽ omnia necesse erit facere de die & non de nocte, propter insidias & incursum latronum, quòd omnia sint in tuto. Cùm igitur infrà talem terminum impetretur mercatum, erit prosternendum: quia nocumentum damnosum est & injuriosum, quia sic vicinum. Si autem ultra talem terminum, licet damnosum sit, non erit tamen injuriosum, quia remotũ & non vicinum. Item poterit mercatum esse vicinum infrà prædictos terminos & non injuriosum, quia non damnosum sed potiùs ad commodum, ut si illud de novo levatum sit secundo die vel tertio ad plus post diem alterius mercati. Si autem ante, secundo die vel tertio, erit injuriosum: quia damnosum. Et unde si mercatum non sit vicinum, non erit demolliendum: quia non injuriosum licet damnosum. Si autem vicinum & infrà terminum prædictum, si fuerit ad commodum, erit sustinẽdum propter verba, nisi sit ad nocumentum. Item si levatio unius sit ad nocumentum alterius, tunc videndum ꝙ ipsorum primò levatum, & ideò licet ad nocumentũ, non tamen injuriosum: q̃a primum. Item quamvis damnosum, non erit injuriosum, si de licentia querentis levatum sit.

1 ¶ *Breve de ingressu post disseysinam factam de servitutibus, & eorum pertinentiis, si una partium moriatur vel pars utraque.* *Cap. 47.*

In assisa novæ disseysinæ de communia pasturæ vel alia communia, quæ servitutes dici possunt & jura, si contingat ꝙ una partium moriatur vel ambæ, nihilominùs remanebit injuria, licet cadat assisa in eo ꝙ pœnalis est, ut supra dicitur de libero teñto, & sicut assisa illa pœnalis est & personalis & rei restitutoria, sic est ista restitutoria status q̃ntũ ad hæredes cujuscunq; ætatis fuerit & alios possidẽtes ut res ad statũ debitũ reducat̃ ꝑ breve de ingressu, sicut ibi & per tale breve. Rex vicecom salutem. Præcipe A. ꝙ justè &c. reddat B. communiam pasturæ ad tot averia, vel quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem villa secundùm modum feoffamenti. Vel sic: communiam pasturæ per totam terram suam ad tot averia vel omnimoda, in boscis, & vastis ubiq; extra blada, prata, et rationabilia defensa, vel sic: communiam bosci, brueræ vel turbariæ ad rationabile estoverium, vel communiam pessonæ. Itẽ communiam fodiendi, hauriendi, venandi, piscandi & hujusmodi secundùm omnia genera communiarum cum pertinentiis in tali villa, quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, de qua talis pater ipsius talis qui tenet vel alius antecessor (cujus hæres ipse est) injustè &c. disseysivit prædictũ talẽ ita ꝙ assisa novæ disseysinæ inde arramata fuit &c. & sic ꝑ omnia ut supra de libero tenemento, cum clausula vel sine, et secundùm ꝙ disseysitor vel disseysitus mortui fuerint vel eorum alter, q̃a hîc et ibi eadẽ ratio:

a Quære of mercatores stellati

ratio: & si visus petatur, faciat petens visum tenementi (sicut faceret querens si viveret) juratoribus, & non remaneat si dicatur fortè ꝙ jura & servitutes videri non possunt; cùm sint incorporalia & per hoc invisibilia & intangibilia, quia possunt corpora videri. s. tenementa in quibus constituunt talia jura, & etiam tenementa ad quæ dicuntur pertinere, ut sciri poterit in quibus locis & infrà quas metas contineantur, sicut fit tota die de communia pasturæ per breve de recto & per breve de quo jure. Simili modo (ut videtur) possit peti visus in jure advocationis, quamvis jus videri non possit, sufficit (ut videtur) ꝙ videatur corpus cui illud jus inest. Et revera unum est videre jus & aliud ecclesiam, sicut fit in assisa ultimæ præsentationis. Quod autem dicitur suprà de brevi de ingressu in assisis & servitutibus, illud idem dici posset de nocumentis: ut si aliquis in suo faceret aliquid injuriosè ꝙ fundo vicini noceret & super hoc arramata esset assisa, & ante captionem assisæ una pars moreretur vel ambæ, ꝙ propter hoc non remaneret injuria quoad reformationem status, quamvis non quoad pœnam, & hic eadem ratio quæ suprà, & ideò idem jus per tale breve de fossato & muro & aliis levatis injustè ꝙ prosternentur et de prostratis injustè ꝙ releventur et reparentur, et de exaltatis injustè ꝙ amensurentur, et de viis obstructis injustè ꝙ aperiantur ad usum debitum, et de aquis trestornatis ꝙ retornentur et in statum debitum reformentur. Forma brevis talis esse poterit. Rex vic. salutem. Præcipe A. ꝙ justè &c. relevari faciat et reparari quoddam fossatum in tali villa ꝙ B. pater vel alius antecessor ipsius talis (cujus hæres ipse A. est) injustè et sine judicio prostravit in eadem villa ad nocumentum liberi tenementi ipsius C. in alia villa tali vel in eadem. Et unde assisa novæ disseysinæ inde arramata fuit et visus terræ &c. et remansit assisa capienda &c. ut supra, vel sine clausula illa sic. Et unde talis obiit antequam sibi perquirere potuit per assisam, ut idem C. dicit, et nisi fecerit &c. Si tamen talis actio extendi non deberet ad hæredes in eo ꝙ pœnalis est, et valde onerosum esset alicui hæredi et sumptuosum hujusmodi nocumenta ad statum pristinum reducere. Et ideò fiat quandoq; breve sub hujusmodi verbis. Præcipe tali &c. ꝙ permittat talem relevare sive reparare &c. Eodem modo fiat si quis fossatum levaverit vel murum injuriosè ꝙ prosternatur. Et hoc sufficit exempli causa. Possit enim formari breve de hujusmodi ad similitudinem assisæ mortis antecessoris, quia continuatur seysina ab antecessore usq; ad hæredes, ut si nocumentum factum fuerit, et ille cui injuriatum sit moriatur in eodem die vel in crastino vel in tertio die, quia talis retinet possessionem civilem et statum, quamvis naturalem amiserit. Et poterit talis hæres ex tali seysina recēter ꝓsternere vel levare, sicut posset antecessor si viveret, si hoc liceat hȩredi et tūc sic: Præcipe A. ꝙ justè &c. relelevare faciat vel reparare quoddā fossatū in tali villa, ꝙ quidē B. pater ipsi⁹ A. (cuj⁹ heres ipse est) injustè ꝓstravit in eadē villa ad nocumētū &c. vel cōpetere poterit hȩredi assisa novȩ disseysinȩ de nocumēto sicut cōpeteret antecessori dum vixit, ꝓpter talem continuationem: q̄a ꝑ civilem possessionem quā antecessor retinuit, injuriatur hæredi sicut antecessori, q̄a antecessor in-

conti-

continenti possit reficere vel prosternere, nisi impediretur quasi morte præventus. Si autem negligens fuit antecessor in impetrando longè ante mortem suam, quod ita sibi per negligentiam non impetravit cùm posset, hæredi non dabitur actio per breve de ingressu propter negligentiā sui antecessoris, quia non videtur quod hæredi noceri possit quod antecessori non nocuit.

1 ¶ *Breve, Si infrà summonitionē itineris Justiciariorū cōtingat disseysinā fieri qualiter inq; C. 48.*

Contingit quandoq; disseysinam fieri infrà sumonitionem itineris justiciariorum, ubi non esset necesse recurrere ad curiam pro habendo breve, sed fiat per justiciarios in hac forma. Titius de tali loco & socii sui justiciarii itinerantes in tali com. vic. tali sal. Questus est nobis talis, quòd talis injustè &c. Et sic in omnibus ut supra, præterquam de termino & tunc dicatur. s infrà summonitionem itineris nostri. Et ideò tibi præcipimus &c. ut supra, & statim capiatur assisa cùm juratores præsentes sint & visum fecerint. Sed videndum erit utrum disseysina facta fuerit in ipso Itinere & infrà summonitionem Itineris vel ante, in parte vel in toto, ut breve conveniat cum querela & per omnia procedendum erit & respondendum ut supra.

1 ¶ *Quòd non debet fieri disseysina super disseysinam, nec assisa super assisam, nec jurata super juratam, nec convictio super convictionem. Cap. 49.*

Si quis autem disseysitus fuerit de tenemento suo vel aliquo quod ptineat ad tenementum, & coram justiciariis itinerantibus seysinam suam recuperaverit p assisam quācunq; vel p recognitionem eorum qui disseysinam fecerint, & ipse disseysitus per vic. seysinam suam habuerit: Si verò disseysitores postea post iter vel infrà, eum qui recuperavit iterum disseysiverint & inde convicti fuerint, statim capiantur, & in prisona dñi Regis detineantur quousq; per dominum regem, vel alio modo deliberentur: & fiat breve vic. directum in quo contineatur narratio de disseysina facta super disseysinam, quod tale erit. Rex vic. salutem. Monstravit nobis talis, quod cùm ipse in curia nostra &c. apud talem locum recuperasset seysinam suam versus talem de tanto terræ cum ptinentiis in tali villa, p recognitionem assisæ novæ disseysinæ ibi inde inter eos captæ, ipse talis pdictum talem de eadem terra iterum contra judicium in curia nostra factum injustè disseysivit. Et ideò tibi præcipimus, quod assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nostræ, & xii. tam militibus quàm aliis liberis & legalibus hominibus, tam de illis qui in prima assisa sive jurata fuerunt, quàm aliis in ppria psona tua accedas ad terrā illā, & p eorū sacramentum diligentem facias inde inquisitionem, & si ipsum talem iterū p prædictum talem injustè disseysitum inveneris, tunc ipsum capias, & in prisona nostra salvo custodias donec aliud inde præceperimus, & inde tali seysinam suam rehabere facias Teste &c. Talis quidē qui ita cōvictus fuerit dupliciter delinquit, contra regem quia facit disseysinam & roberiā contra pacem suam, & etiam ausu temerario irrita ea quæ in curia domini regis ritè acta sunt: & propter duplex delictum meritò sustinere debet pœnam duplicatam. Et eodem modo fiat de illis qui alios ejecerint de seysina qualitercunque, vel de quacunque re seysinam suam recuperaverint in curia domini regis

gis

This writ of redisseisin is by the Stat: Mert c. 3.

gis p assisam, recognitionem, juratam. judicium, concordiam vel alio quocūq; modo. Alia forma brevis de eodē. Rex vic. salutem. Monstravit nobis talis psona talis ecclesiæ, q cùm assisa sumonita esset coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in com. tuo, ad recognoscendū utrum tantū terræ cū pertinentiis in tali villa, esset libera eleemosina pertinens ad ecclesiam ipsius talis de tali villa, an laicum feodum talis, & idem talis recuperasset seysinam de prædicta terra, eo quod prædictus talis recognovit prædictam terram esse jus prædictæ ecclesiæ ipsius talis, vel per recognitionem ejusdem assisæ inde inter eos ibidem captam: Idem talis prædictum talem de eadem terra postea injustè disseysivit. Et ideò tibi præcipimus, q assumptis tecum &c. ut supra. Hoc breve fit secundùm qualitatem cujuslibet brevis p quod seysina recuperatur coram justiciariis, & variatur secundùm varietatem assisarum, & secundùm recordum ita. s. ut supra. Monstravit nobis talis q cùm in curia nostra &c. arramasset assisam novæ disseysinæ versus talem de quadam piscaria levata in tali loco vel de quodam stagno levato vel exaltato, vel fossato levato, & hujusmodi ad nocumentum liberi tenemēti sui in tali villa, & recognitum esset p eandē assisam q piscaria illa facta esset, vel stagnum levatum & hmodi ad nocumentum ipsius talis, & præceptum esset tibi quòd piscariam illam demolliri faceres vel stagnum prosterni & hujusmodi &c. & fieri sicut esse solet & debet, & hóc ita factum esset p præceptum eorundem justiciariorum nostrorum: Ille idem talis postea ausu temerario contra ea quæ in curia nostra acta fuerunt, piscariam illam iterum fecit in eodem loco quo priùs, vel stagnum fecit exaltari sicut priùs. Item cùm talis per judicium curiæ nostræ recuperasset tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut jus suum, vel per finem factum vel alio quocunque modo, & in seysinam positus esset, idem talis contra ea quæ in curia nostra ritè acta sunt & judicata, ipsum inde injustè disseysivit. Et ideò tibi præcipimus quòd assumptis tecum &c. in ppria psona tua accedas ad locum illum, & si ita esse inveneris tunc &c.

1 ¶ *Si contingat aliqua ratione assisam novæ disseysinæ capi extra Comitatum, tunc breve de seysina habenda* *Cap. 50.*

SI autem contingat aliquo tempore & casu q assisa novæ disseysinæ capiatᷓ extra com, vel ille cujus assisa capta fuerit in com queratᷓ q seysinā non habuit, tunc de seysina habenda in hmōdi assisa fiat tale brē. Rex vic. salutem. Scias q A. in curia nostra coram justiciariis nostris &c. recuperaverit seysinā suam versus B. de libero teñto suo in tali villa, vel si terra fuerit specificata tūc dicat: de tanta terra cum ptinentiis in tali villa p assisam novæ disseysinæ inde ibi inter eos ibidē captam. Et ideo tibi præcipimus q p visum recognitorum ejusdem assisæ eidem A. de prædicto teñto vel terra sine dilatione plenariam seysinam habere facias Teste &c. Si autē deforcians cognoverit disseysinam, tunc in brevi inseratur recordum sic: Scias q cùm A. in cur̄ nostra &c. arramasset assisam novæ disseysinæ versus B. de teñto in tali villa, idem B. venit in eadē curia nostra corā eisdem justiciariis, & cognovit disseysinam. Et ideo tibi præcipimus &c. ut supra. Et addatur hæc clausula in fine cujuslibet brevis.

Special brief of Execution in Ass. of Nov: dis:

brevis. Et etiam pro damnis ei adjudicatis infrà quindenam facias ei .x. solid. habere, ne inde clamorem audiamus pro defectu tui: vel aliter. Si coram justiciariis in com recuperavit seysinam suam & illam habere non possit propter potentiam adversarii, & tunc sic. Questus est nobis talis, quòd cùm in curia nostra &c. coram &c. recuperasset seysinam suam versus talem de tenemento in tali villa per assisam novæ disseysinæ, inter eos captam: vel aliter: per judicium curiæ nostræ de tenemento in N. & unde assisa novæ disseysinæ summonita fuit coram eisdem justiciariis &c. Idem talis non permittit eum uti seysina sua, vel sic quòd seysinam suam nondum habet, secundùm quod ei fuit adjudicata. Et ideò tibi præcipimus, quod diligenter inquiras qui fuerunt recognitores ejusdem assisæ, & per eorum visum sine dilatione plenariam seysinam ei habere facias, & ipsum in seysina sua manuteneas & defendas: vel sic, non permittas quòd talis ei molestiam inferat vel gravamen, quo minùs idem talis uti possit seysina sua, ne amplius &c.

¶ Tractatus secundus

Libri quarti in quo tractatur De Assisa ultimæ præsentationis.

1 ¶ *Cui competat hujusmodi assisa. 2. Breve de assisa ultimæ præsentationis. 3. De modo procedendi in hujusmodi placito. 4. Si deforcians vel impediens ad primum diem summonitionis non venerit qualiter sit resummonendus. 5. Breve quod vic. venire faciat juratam. 6. De essoniis & resummonitionibus & hujusmodi placitis. 7. De sacramento juratorum in assisa ultimæ præsentationis. 8. De veredicto juratorum.* Cap. 1.



Ictum est supra qualiter subveniendum est ei qui injustè & sine judicio disseysitus fuit de aliquo teīto vel de servitute aliqua quæ pertineat ad teñtum in fundo alieno, & quæ consistit in jure: Nunc autem dicendum est de pertinentiis quæ consistunt in jure & in proprio, sicut de seysina presentandi, ubi. s. quis impeditus fuerit quo minùs uti possit seysina propria vel alicujus antecessoris sui. Cùm autem presentaverint ad aliquam ecclesiam vacantem, ad quam ipse vel antecessores sui presentaverint tempore pacis (cùm propriam seysinā habere debeat quis, vel antecessoris sui qui ultimò presentaverit) nisi ille qui īpedit vel deforceat docere possit certis ratiōibus quare nō debeat, quidē decidi et determinari poterit p assisā ultimę presentationis utraq; parte vel altera tātū id in curia postulāte. Sed vidēdū est primò cui cōpetit hujusmodi

hujusmodi assisa, quia non competit cuilibet de populo, nisi ei qui semel nomine ꝓprio præsentaverit, ut hęredes nomine successionis de seysina ꝓpria vel alicujus ātecessoris sui jure hęreditario succedit, ad ꝙ ptinet advocatio. Et ꝙ dicit de uno dici poterit de pluribus & contra plures, cùm sint quasi unus hæres: quia nullus sine participe vel cohærede assisam portare poterit vel respōdere, nō magis quā in aliis assisis. Et si plures participes ꝑ assisam recuperaverit, nullus sine alio præsentabit, nec ratione æsneciæ, nec majoritatis, nec pluralitatis: q̄a aut omnes cōmunicant aut nullus. Aliis autē qui tenēt ꝑ feoffamentū & nō ꝑ descensum nunquā competit, antequā semel præsentaverint: q̄a de seysina eorū quorū hęredes nō sunt petere non possunt ꝑ assisam, nō magis quā ꝑ breve de recto. Itē nec ei qui tenet ad vitā quocūq; modo & non ꝑ descensum, sicut nomine dotis vel ad terminū. Subvenit eis tamē alio modo ut infrà dicet. ¶ 2. Rex vic. salutē. Si talis fecerit te securum de clamore suo ꝓsequēdo, tunc sūmoneas &c. xii. liberos & legales homines de visineto tali ꝙ sint corā justiciariis nostris ad ꝓximā assisam cū in partes illas venerint, vel apud Westminster immediatè, vel alibi tali die, parati sacramēto recognoscere quis advocatus tēpore pacis præsentavit ultimā ꝑsonā quæ mortua est ad ecclesiā de tali loco quæ vacat (ut dicit) & cujus advocationē idē talis dicit ad se ptinere. Et interim ecclesiā illā videāt & nomina eorum imbreviari faciāt. Et sūmoneas ꝑ bonos sūmonitores talem, qui advocationē illā ei deforceat ꝙ tunc sit ibi auditurus illā recognitionē, & habeas ibi sūmonitores & hoc breve Teste &c. Per hoc autē qd' dicit deforc. videt quibusdā ꝙ querens innuat ꝑ hoc ꝙ deforcians sit in seysina, sicut in brevi de recto, sed revera non est ita, sed satis deforceat qui possessorem uti seysina non ꝑmiserit omninò vel min⁹ cōmodè impediat præsentando, appellando, impetrando secundùm ꝙ dicit, satis facit disseysinā, qui uti non permisit possessorē vel cōmode licet omninò non expellat. ¶ 3. Ad primum diem poterit uterq; se essoniare si voluerint, si autem ambo fecerint defaltā, vacuū erit placitū & cadit breve. Si autē impediens tantū præsens sit, ꝑ judiciū recedet sine die. Si autē querēs tantum præsens sit & impediēs nō, tūc vidēdū erit inprimis an impediēs sūmonit⁹ fit vel nō. Si autē sūmonit⁹ fuit & sūmonitio testata ꝑ idoneos sūmonitores, qui examinati testentur sūmonitionē, tūc resūmoneat impediens. Si autē nō fuerit sūmonit⁹ vel sūmonitio testata vel fortè præsēs fuerit primo die & causat⁹ fuerit ꝙ nullā omninò habuit sūmonitionē vel minus ratiōabilē sūmonitionē habuerit, habeat aliū diē rationabilē. Testata igit sūmonitione vel nō dedicta ab aliquo, resūmoneat ꝑ tale breve. ¶ 4. Rex vic. sal. Sūmoneas ꝑ bonos sūmonitores A. ꝙ sit corā justiciariis nr̄is apud talē locū auditurus recognitionem ultimæ præsentationis quàm B. in eadē curia nr̄a corā eisdē justiciariis nostris versus eum arramavit qui advocatus est tēpore pacis &c. ut supra. Et ad ostēdendū quare nō fuit corā eisdē justiciariis nostris apud talē locū tali die sicut sūmonitus fuit. Et habeas ibi sūmoñ & hoc breve. Ad quem diē si venerit causari nō poterit sūmoñ quin ꝓcedat assisa sive testet prima sūmoñ sive secūda sive nulla cū diē habuerit rationabilē & sciverit se esse sūmoñ vel scire debuit.

Si

a Vid. fol. 255. of Resummons in assisa mortis Antecessoris.

Si autem omninò non venerit, tunc capiatur assisa per defaltā si juratores præsentes fuerint, & sic terminetur negotium. Si autem præsentes non fuerint, tunc præcipiatur vic. quòd habeat corpora eorum ad alium diem. Ad quem diem sive venerint sive non, ante omnia capiatur assisa cùm tantum operatur ejus absentia quàm præsentia, cùm nihil dicere possit in odium defaltæ quare assisa remaneat, nisi fortè ad certificandum juratores si chartā habeant vel aliquid tale intervenerit. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias &c. A. B. C. vel ꝙ habeas &c. corpora A. B. C. recognitorum assisæ ultimæ præsentationis quæ summonita est in curia &c. coram justiciariis &c. inter A. querentem & B. impedientem de advocatione ecclesiæ de M. & ad ostendendum quare non fuerunt &c. ad talem diem & locum sicut summoniti fuerunt, & si ulterius defaltam fecerint tunc in fine brevis ita dicatur, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. Dicatur etiam in fine brevis (si opus fuerit) & tot & tales tam milites quàm alios liberos, legales & discretos homines de ꝓximo vicineto in assisam illam ponas, & illos habeas coram præfatis justiciariis nostris ad præfatum diem, ad faciendam illam recognitionem simul cum juratoribus priùs electis, & ꝙ interim illam ecclesiam viderint, & ita ꝙ assisa illa non remaneat pro defectu recognitorum. Vel sic: & aliter. Et loco talium qui de assisa amoventur, eo ꝙ sunt certa ratione suspecti, vel quia sunt homines vel parentes talis, vel alio modo inutiles vel essoniabiles, vel loco talium qui mortui sunt, ponas tot & tales legales & discretos milites alios cùm priùs electis, & tales &c. ut supra. Et summoneas per bonos summonitores talem, si fortè absens fuerit eo die ꝙ sit coram &c. ad audiendum assisam illam, & ad ostendendum quare non fuit &c. & talis summonitio fit ex abundanti. Et habeas ibi summoñ & hoc breve &c. T. &c. Et licet ultima clausula habeat locum in omnibus assisis quæ capiendæ sunt per defaltam, sicut assisa mortis antecessoris &c. & aliæ, si ad primum diem se essoniaverint & diem habuerint per essoñ suum, & ad quem non apparuerint, capiatur assisa per defaltam statim, non jacebit resummonitio. Item si comparuerint & juratores non, semper habebit unicum essoñ quotiens in curia cōparuerit, & diem habuerit. ¶ 6. Ex præmissis satis apparet quando & quoties jacet resumonitio, quotiens assisa capitur extra coñ vel coram iiij. justiciariis ad hoc assignatis: sed coram justiciariis Itinerantibus in coñ ad omnia placita non habet locū resumonitio nec xv. dierum diffusa dilatio, ubi tenens in assisa mortis antecessoris vel impediens & deforcians, ut hic manentes sint & etiam res de qua agitur in eodem coñ tempore itinerationis non magis quàm contra minorem, sed statim capiatur assisa post primā defaltā sicut assisa novæ disseysinæ Et ꝙ nulla debet fieri resumonitio in itinere justiciariorum in prædicto casu cùm partes præsentes sint in coñ, & res de qua agit, videri poterit in itinere M. de Pateshul de ultimo Itinere suo in coñ Sussex. anno regni regis H. 10. Assisa mortis antecessoris, si Adam de N. Et ꝙ contra illum qui est infrà ætatē non jacet resumonitio, ꝓbatur in ultimo Itinere M. de P. eodē tempore in coñ Sussex. Assisa mortis antecessoris si Thoñ de Colvile.

Item

Item eadem ratione nec jacet contra minorem, cùm tantum operetur tenẽtis absentia quàm præsentia. Item propter contumaciam non jacet resummonitio ut si tenens vel impediens ad diem summonitionis comparuerit & cõtumaciter recesserit, postquam visus fuerit à justiciariis in curia qui recordũ habeant, statim capiatur assisa sine resummonitione, ut de eodem itinere ipsius M. & eodem tempore in com̃ Norff. Asisa mortis antecessoris si Bartholomeus de Waterdene. Itẽ in qualibet asisa præter asisam novæ disseysinæ primò die jacet essoñ vel resummonitio, sed ad alium diem post essoñ non jacebit resummonitio nec econtrariò essoñ post resummonitionem, sed statim per defaltã capiatur assisa (secundùm quosdã) sed tamẽ jacet essoñ de servitio domini Regis post essoñ & post resummonitionem in qualibet assisa ubi utrumq; jacuerit præterquam in assisa ultimæ præsentationis, dum tamen warantum ad diem suum habuerit. Et quòd essoñ de servitio domini regis, post essonium de malo veniendi locum habere non debeat, sed quòd statim capietur assisa post primum essoñ per defaltam: inveniri poterit de termino sancti M. anno Regis H. qui nunc est secundo. Item quòd in Itinere aliquando jacet essoñ & post essoñ resummonitio & iterum post resummonitionem essoñ, ut de servitio domini regis, dum tamen essoniatus warantum habeat breve domini regis præter assisam novæ disseysinæ & ultimæ præsentationis quæ excipitur ex certa causa & necessitate in omnibus assisis, probatur in ultimo Itinere M. de P. in com̃ Suff. Assisa mortis antecessoris si Radulphus de Wadleyham; & hoc bene potuit esse hac ratione, quia tenẽs fortè manẽs fuit extra com̃ & in servitio domini regis. Contrarium tamen inveniri poterit in com̃. Kanc. de Itinere M. de P. anno regis H. 11. incipiente 12. de termino S. M. quòd in itinere nulla jacet resummonitio. Item si semel summonitus fuit & post essoñ vel resummoñ comparuit & warantũ vocaverit, vel diem habuerit, & ad diem datum non comparuerit, nulla ibi resum̃onitio sed statim capiatur assisa ꝑ defaltã, & infrà pleniùs dicetͬ de warantis non cadendis in asisa mortis antecessoris. Et quæ hic dicta sunt de resum̃onitionibus infradict̃ sufficiant de omnibus asisis. Itẽ ꝙ in asisa ultimæ præsentationis post summonitionem & resummonitionem jacet essoñ de malo veniendi, habuit summonitus diem ꝑ essoñ suum, q̃a allocatum fuit ei essoñ suum, & tunc venit alius à latere & dixit ꝙ præsentatio non ꝑtinuit ad sum̃onitum sed ad ipsum, ut de termino S. T. anno regis H. 2. Asisa ultimæ præsentationis inter Wilh. Buk. & priorem S. N. Exoñ de ecclesia de Cheyley in com̃ Somerset. Si autem post sum̃onitiones et resum̃onitiones & esonia non venerit deforcians, vel cùm venerit, respondere noluerit vel contumaciter recesserit, capiatur asisa versus eum per defaltam, quia absentia ejus habetur pro præsentia, quia si alius ei daretur dies in odium defaltæ, recluderetur ei via dicendi cõtra asisam quare remaneret. Item cùm præsens sit & concedit asisam simpliciter, vel si aliquid dicat contra asisam, nisi dicat quare remaneat asisa, ꝓcedat asisa, hoc modo si juratores præsentes fuerint: si autem non, dabit partibus alius dies, ad quem possunt partes se esoñ si voluerint ut priùs, & habebunt

bunt alium diem ad quem procedet assisa, vel per defaltam, vel alio modo, nec poterit deforciās vocare warantum, cùm assisa generaliter faciat pro quolibet qui jus habet præsentandi. ¶ 7. Cùm autem juratores præsentes fuerint nec sit aliquid quod excipi poterit contra illos ut supra, jurare debent hoc modo. Hoc auditis justiciarii quòd veritatem dicam de assisa ista de ecclesia vel capella unde visum feci per præceptum domini regis, & pro nihilo omittā &c. ut supra. Et omnes alii juratores jurabunt ut supra. ¶ 8. Cùm autem juraverint, audire debent formam brevis, & justiciarii debent eos instruere quantum ei licitum fuerit, & prædicere eis quòd sibi provideant de veritate dicenda propter absentiam deforciantis, qui si præsens esset possit eos in multis certificare. Habito igitur inter eos juratores tractatu & deliberatione, cùm venerint coram justiciariis ad veritatem dicendam, dicere poterunt per sacramentum suum quòd talis querens præsentavit ultimam personam quæ mortua est ad prædictam ecclesiam & tempore pacis. s. talem nomine qui ultimò obiit persona in eadem ecclesia, & admissus fuit ad præsentationem suam, vel dicere possunt contrarium, quòd talis talem non præsentavit nec alium, sed alius illum præsentavit &c. Item dicere possunt omnes rationes quare præsentatio pertineret ad querentem, quas quidem ille deforcians proponere posset si præsens esset & ostendere quare injustè non deforciaret, ut si post præsentationem illam de qua agitur, ille querens vel antecessor suus qui præsentavit post præsentationem illam advocationem illā dederit per se, vel tenementum illud ad quod pertinet advocatio dederit cum omnibus pertinētiis suis sine aliqua retentione in feodo, vel donec providerit, ad vitam vel ad terminum, secundùm quod infra dicetur plenius. Item non sufficit dicere juratoribus quòd talis vel antecessor suus justè præsentavit, nisi doceant q deforcians injustè præsentationem illam deforciavit. Item non sufficit quòd justè, nisi doceant quòd deforcians injustè præsentationem illam deforciaverit. Item non sufficit quòd injustè nisi doceant juratores quòd ei deforciata sit qui queritur, ad hoc quòd aliquid capiat per assisam, licet aliis hoc prodesse possit qui jus habent, quia omnes articuli in brevi contenti possunt esse veri. Sed tamen inquirere oportet utrum deforcians justè deforciaverit vel injustè, & similiter si ad querentem pertineat querela. Item dicere possunt q nihil sciverint omninò quis illum præsentavit qui ultimò obiit persona. Et si nullo modo aliquid certum dicere sciant de eo, tunc de necessitate recurrendum erit ad seysinam alterius personæ ante eum, ut aliqua certitudo habeatur de præsentatione & de persona præsentati. Et si de tali adhuc certitudo haberi non possit, adhuc recurratur ad superiores quatenus cursus temporis hoc pmittit, quoad assisam, & cùm ulteriùs procedi non possit, tunc deinde recurratur ad proprietatem & ad breve de recto, ut per hoc terminetur proprietas & assisa. Item si juratores dubitaverint ad proprietatem, utrum talis vel antecessor suus præsentaverit an alius talis vel quis, querens per hoc nihil consequitur, quasi deficiente probatione sua, quia quotiensc unq; dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Item erit etsi personam querentis

omni-

Of the Jurors making their Recognition

omninò ignoraverint, vel si cognoverint personam ejus, nesciunt tamẽ si unquam præsentaverit, vel nesciunt licet personam ejus cognoverint, si sit filius & hæres illius qui ultimò præsentavit, & cujus seysinam petit, & perinde scire non possunt si ad ipsum pertineat actio vel querela, iis autem intellectis de facili perpendi poterit pro quo judicabitur per assisam.

1 ¶ *Cùm utraq; pars comparuerit in judicio proponat querens intentionem suam. Cap. 2.*

CUm autem uterq; præsens fuerit, querens & deforcians, & deforcians dicere velit contra assisam, oportet primò quòd querens audito brevi suo profundet intentionem suam hoc modo, & doceat quòd ad eum pertineat actio. Certa itaq; debet esse intentio & narratio, & certum fundamentum, & certa res quæ deducitur in judicium & vera probatio pro petente vel querente, vel ad minus præsumptio, cui semper standum erit, donec tenens vel deforcians excipiendo & exceptionem probando docuerit contrarium. Ille autem qui per hanc assisam ad fundandam intentionem suam, docere debet de cujus seysina profert assisam, utrum de ꝑpria seysina qualitercunq; teneat in feodo, vel ad vitam, vel ad terminum, rẽ corporalem ad quẽ ꝑtineat advocatio, vel ad ipsam advocationẽ. s. jus advocationis sine re, vel corpore cui adhæreat. Item si de seysina alicujus antecessoris, oportet illũ docere se esse hæredem illius antecessoris cujus petit seysinam separatim & ꝑ se sine aliis, vel cum aliis in cõmuni, absq; separatione ubi plures sunt quasi unus hæres, oportet ꝙ omnes nominẽtur, vel in cõmuni & separatim, & successivè: in quo casu, sufficit si ille querat ad quem ꝑtineat præsentatio eã vice, vel si jus præsentandi de seysinâ unius antecessoris pluribus descendat capitibus sed quasi uni hæredi, & facta divisione inter cohæredes hæreditatis, remaneat tota advocatio & præsentatio uni cohæredi. Item designare oportet quæ vel qualis persona ultimò obiit persona, & de qua morte, sive obierit de morte naturali sive civili: & ita facta examinatione, & sic fundata intentione, de facili perpẽdi poterit utrum præsentatio & actio ꝑtineat ad querentem separatim per se simpliciter vel in communi, vel etiam in communi cũ aliis sed vicissim & successivè.

1 ¶ *De responsione & exceptionibus de forma contra querentẽ secundùm articulos brevis. C. 3.*

CUm autem querens intentionẽ suã sic fundaverit, & docuerit ꝙ ad ipsũ ꝑtineat præsentatio, & ꝑducat ꝓbationem. s. assisam, oportet ꝙ deforciãs excipiat contra intentionẽ quare assisa debeat remanere. Sunt quidem plures exceptiones, quarum quædam dilatoriæ & quædam ꝑemptoriæ: & ꝑemptoriarum quædam sunt ꝑemptoriæ jurisdictionis & quædam brevis, sed sunt dilatoriæ judicii & non tangũt ipsam actionem nec intentionem non magis ꝙ aliæ dilatoriæ, & sunt primò & in principio proponẽdæ, secundùm ꝙ inferius dicetur de exceptionibus, & superiùs dictum est in parte, de quibus superfluũ esset hîc repetere, sicut de brevi & ꝑsonis: dum tamen exceptiones quæ generales non sunt quæ tantum tangũt assisam istam & non alias ꝓpter plures articulos in brevi contentos, de quibus ꝑ ordinem est ꝓcedendum. Cõtine-

The Intentio, or Narratio of the Complainant. P

3.

The Exceptions of the Tenant.

P

tinetur etiam in brevi(quis advocatus) Advocatus autem dici poterit ille ad quem ptinet jus advocationis alicujus ut ad ecclesiā præsentet nomine proprio & non alieno,& dicitur(quis advocatus) ad differentiā illorum q̄ præsentant nomine alieno,qualis est custos ratione custodiæ. Custos autē non est advocatus sed ille cujus nomine præsentant.Item dicitur(quis advocatus) ad differentiam eorum quodammodo qui tenent ad firmam ad terminū annorū. Item ad differentiam eorum qui tenent ad terminum vitæ quacunq; ratione, vel qui tenent p intrusionem vel disseysinam, qui nunquam præsentaverint in vita sua nec tempore quo fuerint in seysina.Cùm autem semel præsentaverint & ita sint in seysina præsentandi, sunt quasi advocati,quoad seysinā præsentandi quamdiu vixerint & fuerint in possessione rei ad quam ptinuerit rei advocatio: cùm non poterit quis priùs præsentare vel habere ptinentias,antequam habuerit corpus q̄ sequuntur ptinentiæ. Est igitur verus advocatus ad quem ptinet pprietas & seysina ex nomine pprio sibi & hęredibus suis & non alieno,ut prædictū est. Item quasi advocatus & non verus,qui creditur esse advocatus & non sit, tantum ppter seysinam præsentandi,& tenementum quod possident, licet in seysina sint nomine proprio & non alieno, & sic poterit quis esse advocatus verus imperpetuum vel non verus sed ad tempus. Sed cùm tales semel prȩsentaverint, & illi ad quos rē transtulerint semel prȩsentaverint & moriātur vel possidere desierint, qualiter subvenitur pprietario si ecclesiam vacare cōtigerit, satis ex prȩmissis trahi poterit ad exemplum. Et quod dictum est de illis qui possident nomine proprio, dici poterit de illis qui possident nomine ecclesiæ suę. Item (tempore pacis) q̄ dicitur ad differentiam eorū qui fiunt tempore belli, q̄ idem est quòd tēpore guerrino q̄ nihil differt à tempore juris & injurię. Est enim tempus injurię,cùm fuerint oppressiones violentæ,quibus resisti non potest,& disseysinę injustę.Sed omne tempus possit esse tempus guerrium,et possit esse tempus pacificum, non autem simpliciter, sed ad quosdam & non ad omnes,uti enim quidam possunt jure suo tam tempore belli sive guerrino,quàm tempore pacis, ut si cùm uti velint jus uno tempore vel alio violenter vel injuriosè non impediatur, & tunc erit tempus pacis in utroq; tempore. Et si econtrariò,tunc erit tempus belli in utroq;, tempus enim pacis videri poterit & designari hoc modo, poterit enim quis ante guerram generalē pacificè prȩsentare sine aliqua contradictione. Et eodem modo poterit tempore guerræ. Itē post guerram eodem modo & quælibet istarum præsentationū sufficiens erit quantum ad seysinam prȩsentationis & bona, quia nulla istarum dici poterit injuriosa vel violenta. Et vice versa quocunq; tempore adhibeatur violentia, talis seysina dici poterit injuriosa, & ideò quasi nulla: cùm tempore belli et non pacis sit acquisita,& sic uno & eodem tempore poterit esset tempus pacificum & guerrinum quibusdam, sic et quibusdam non,quamvis guerra dicat̄ generalis.Et etiam tempore guerrino sicut tempore pacis possunt fieri donationes & contractus de voluntate dantis & accipientis sicut tempore pacis. Et vice versa,eodem modo tempore pacis fieri possunt oppressiones injustæ, rapinæ,

rapinæ, disseysinæ injuriosæ sub specie pacis, sicut tempore guerrino. Et ideò ex iis quæ fiunt quolibet tempore, judicari debet utrumq; tempus scilicet qualiter sit quibusdam pacificum, & quibusdam guerrinum, ut ex hoc detur exceptio deforcianti, vel non detur. Item (præsentavit &c.) Refert igitur utrum talis persona præsentata admissa fuerit ad præsentationem talis vel non, quia non sufficit præsentare personam, nisi ad præsentationem admissa fuerit præsentata: quia cùm duo fuerint à diversis præsentati, oportet quòd unus admittatur, & alius recusetur. Poterit etiam esse quòd nullus eorum admittatur, licet unus præsentantium jus habeat præsentandi, cùm propter lapsum temporis de constitutione lateranensi, si partes fuerint discordes ultra sex menses, tamen propter minorem ætatem, ut si contra minorem præsentantem prolatæ fuerint chartæ antecessorum, ad quas minor ante ætatem respondere non possit. Et quo casu, pertinebit ad ordinarium collocatio, nisi partes consenserint de una persona idonea præsentanda, salvo jure cujuslibet cùm minor ad ætatem pervenerit & reservata quadam minima pensione usq; ad ætatem ut salvum sit jus pręsentandi ei qui per assisam obtinuerit, & ut illam tunc conferat cui voluerit. Item duo possunt præsentare simul, & quorum unus jus habebit & alius non, vel uterq; aliquam scintillam juris, si in clericum consentiant sine aliqua discussione juris, non erit standum juratoribus in tali pręsentatione, cùm sit incerta, sed ad seysinam illius advocati de quo haberi possit certitudo, & qui de jure sibi competente, licet cum contentione vel sine, ultimo præsentavit. Item esto quòd quis sine contradictione semel præsentavit, & alius vacante iterum ecclesia impedimentum opponat, & deinde assensum præbeat præsentationi ejus qui priùs pręsentavit: non tamen propter hoc, scilicet talem assensum mutatur status præsentantis vel minuitur, cùm iterum ecclesiam vacare contigerit, quia aliud est assentire & aliud consentire. Assentire enim potest quis per se cùm jus non habeat præsentandi nec sibi aliquid retinet tacitè vel expressè, licet dicat, salvo jure meo imposterum. Sed si sit aliquis in possessione pręsentandi & assensum præbeat ei qui proprietatem habuit vel consensum præsentandi simpliciter & sine alia protestatione, sibi præjudicat imperpetuum, & hoc potiùs dici debet consensus quàm assensus, cùm ille qui jus habet possessionis consentit cum eo qui habet proprietatem. Si autem hoc fecerit cum tali protestatione, ut si dicat, consentio præsentationi tuæ, salvo jure meo imposterum, per hoc retinet sibi totum jus quod habuit, tam super possessione, quàm super proprietate. Est enim jus possessionis & jus proprietatis, & idem erit & melius si exprimat jus utrumq;, & dicat salvo mihi jure meo imposterum, tam super possessione, quàm super proprietate. Et de hac materia inveniri poterit in itinere in comitatu Kanc. anno Regis Henrici tricesimo secundo incipiente tricesimo tertio in quindena. s. M. Assisa ultimæ præsentationis capta inter W. Bard. & hæredem de Meanton de ecclesia de Sutersege in com. Norff. Item continetur in brevi (persona quæ mortua est) personam dicit ad differentiam vicarii, quia de morte vicarii vel de vicaria non jacebit

 assisa.

assisa. Item non jacebit assisa de ecclesiis probendatis generaliter, nisi fortè firmarius intervenerit ab initio in pbendatione, si pbendata fuerit in absentia alicujus, dum fuerit agens in partibus remotis, vel infrà ætatem, vel in custodia, secundùm quod inveniri poterit in rotulo de placitis quæ sequuntur regem anno. xvi. Item non jacebit de aliqua capella quæ mero jure subjecta fuerit & pertinens ad aliam jurisdictionem matricis ecclesiæ nisi sit ita quòd querens contendat illam esse matricem ecclesiam, vel si capella gaudeat aliquo speciali privilegio, ut si sit capella domini regis quæ nulli subjecta est ecclesiæ nec ad aliquam pertinet sed ecclesia poterit esse pertinens ad capellā talem; ptinere autem poterit capella ad matricem ecclesiam, ut prædictum est, vel tantum esse pensionariam & aliquid dare in signum subjectionis, & de hujusmodi capella non competit assisa advocationis matricis ecclesiæ versus eum qui habet advocationem capellæ, sed ei competit contra omnes cùm diversi sint advocati, advocatus ecclesiæ & advocatus capellæ, secus tamen erit si utraq; unum habuerit advocatum. Item non jacebit assisa de ecclesia vel capella ubi nulla constructa est, licet aliquando fuerint & nunc ceciderint, quamvis adhuc locus sacer maneat. Item dicitur (quæ mortua est) hoc est sive morte naturali sive civili. Civili ut si se transtulerit ad religionem, vel resignaverit, vel si fecerit quod tantundem valet, ut si uxorem duxerit, vel aliquid fecerit propter quod ecclesiam retinere non possit. Item (ad talem ecclesiam quæ vacat ut dicitur) & ideò videndum quæ vacat & quæ non, ut si omninò vacet vel personatus tantum, in quo casu procedet assisa ac si omninò vacaret. Si autem aliquid inde præstetur pro bono pacis vel nomine simplicis beneficii, & ille qui hoc perceperit moriatur, propter hoc non vacat personatus nec ecclesia. Et illud idem dici poterit de vicario, qui si moriatur totum hoc accrescit personæ, quia vicaria consolidari debet cum pprietate sive personatu & hoc dico, nisi taxata fuerit per ordinarios ad rationabilem sustentationem vicarii. Item refert utrum tota ecclesia vacaverit vel aliqua pars ecclesiæ, ut si assisa proferatur de tota ecclesia non vacet nisi medietas vel tertia pars vel quarta. Et si de advocatione contentio habeatur utrum vacet vel non, super hoc erit ordinarius consulendus, episcopus vel alius qui super hoc habeat cognitionem, quia laicus de hoc cognoscere non potest, non magis quàm de matrimonio contracto vel soluto. Et quòd ad episcopum pertineat cognitio, videri poterit de termino s. T. anno regis H. 4. in cōm Wygorū de ecclesia de Eldersen de R. de Bragel. ꝙ aliunde non expedit quidem, quia ecclesia fortè incumbrata est per episcopum, vel Archidiaconum, vel alium ordinarium, vel fortè episcopus admittit clericum ad præsentationem alicujus qui jus non habet in præsentatione in præjudicium veri patroni, in quibus casibus non expedit mandare episcopis, quia de facili non rescribent veritatem, ut possint tueri factum proprium, & ideò melius est (ut videt) si dubitetur utrum vacet an non, ꝙ in hoc dubio procedet assisa, & mādetur episcopo ꝙ admittat, qui si non admiserit, sumoneatur ꝙ sit ad ostendendum quare non, et in quo casu perveniri poterit usq; ad incumbramentū

factum

The words quæ mortua est

the words ad talem ecclesiam quæ vacat, ut dicitur

The Bishop commanded to admit

factum per episcopum vel alium ordinarium tollendum. Et tunc tenetur episcopus deliberare ecclesiam, vel dare aliam præsentato equivalentem, ut satisfaciat præsentato. Debet etiam clericum admissum per episcopum compellere quod teneat ad verum patronum ut satisfaciat patrono. Et notandum quod ecclesia potest vacare de jure & non de facto (ut prædictum est) & potest de jure simul & de facto, & sic justè vacat. Item si vacaverit de jure & de facto, statim capiatur assisa. Si autem de jure vacet & non de facto quia incumbrata est, sine periculo capi poterit assisa ut inquiratur de incumbramento, & sic agat querens versus eum qui incumbravit ad tollendum: ut si episcopus instituerit clericum ante lapsum sex mensium vel ad præsentationem ejus qui non habuerit jus præsentandi. Item si clericus se intruserit propriâ autoritate sine episcopo, vel sine alio ordinario, in quo casu capiatur assisa sicut de ecclesia vacante. Institutio verò clerici in ecclesiam est quasi matrimonium spirituale, & sicut episcopus habet cognitionem de contractu matrimonii in causa bastardiæ & cognitionem, ita habebit cognitionē de dissolutione si matrimonium dissolvatur, quod quidem locum haberet in hoc casu, & ideò non pertinent cognitio ad judicem secularem, cùm multum non differant spirituale matrimonium & carnale, & unde si rex propria autoritate inquirat & judicet ecclesiam esse vacantem cùm non sit, & mandaverit quod episcopus admittat & si non admiserit, non erit episcopus propter hoc puniendus, licet non obediat, & qui dixerit illam vacare, hoc doceat per literas ordinarii quia ad episcopum pertinet cognitio de vacatione & mandato ipsius debet fides adhiberi, & secundùm hoc procedet assisa vel remanebit. Et tale mandatum episcopi non semper sufficit plenè ad probationem sine aliis adminiculis, licet sufficiat ad præsentationem, quæ quidē aliquando veram probationem admittit in contrarium. Item dicitur (advocationē cujus idem talis dicit ad se pertinere) ex quo quidem elici potest quòd oportet querentem docere quod ad ipsum pertineat actio & querela in fundatione intentionis suæ: Itē dicitur (quod talem advocationem ei deforciat) oportet querētem docere rationem in intensione sua, quare sibi impedientem habeat obligatum, quod seysinam præsentationis suæ impediverit, per hoc etiam quod dicitur quod advocationē illam ei deforciat, dicunt quidam quod per hoc innuitur impedientem esse in seysina & querentem extra, ad quod respondere poterit quod satis deforciat qui omninò uti non permittat vel modo debito, licet omninò non expellat, ad similitudinem ejus quod dicitur supra de nova disseysina qualiter sit in principio.

1 ¶ *De exceptionibus contra assisam.* 2. *Si charta proferatur oportet quod probetur per testes in charta nominatos.* 3. *Item de advocatione ecclesiæ nostræ.* 4. *De diversis usibus super hujusmodi materia de ultima præsentatione.* 5. *Breve episcopo postquam recuperaverit per assisam ultimæ præsentationis.* *Cap.* 4.

EX omnibus prædictis articulis qui in brevi continentur, plures elici possunt exceptiones ad assisam omninò perimendā vel differendā, sed si ille

P

P The words Advocationem cujus idem talis dicit ad se pert. The words advocationem ei deforciat.

Excepting to the assize

impediens omnes prædictos articulos concesserit, excipere possit contra assisam ꝙ ille qui portat assisam de seysina & præsentatione antecessorũ suorum, post præsentationẽ illam dedit advocationem illam per se vel cũ terra ad ꝙ advocatio ꝑtinet ipsi impedienti vel alicui antecessorum suorum per chartã quã proferat, & quæ hoc testatur. Et unde bene cõcedere potest ꝙ talis antecessor præsentavit justè sed de cætero præsentare non potest prædicta ratione. Et unde videndum inprimis an ille contra quem excipitur plenæ sit ætatis vel infrà ætatem: Si autẽ plenæ ætatis fuerit, benè potest cognoscere chartam & donum, sed replicare poterit contra exceptionem ꝙ post chartam illam, præsentavit ille talem N. qui ad præsentationem suam fuit admissus, & ita ꝙ charta illa vacua & donum nullum: & hoc probare poterit ꝑ assisam captam in modum juratæ & non in modum assisæ, nisi ita sit ꝙ impediens habeat pro se triplicationem, ut si dicat, ꝙ quamvis charta vacua sit & donum nullũ ꝑ secundam præsentationem ipsius donatoris, cùm post illam præsentationẽ fecerit eidẽ tali & antecessoribus suis aliam chartã de donatione novã, & ita ꝙ præsentatio ꝑtinet ad ipsum, vel dicere potest ꝙ primam chartam confirmavit & fecit eam validam ꝑ confirmationem, quæ invalida facta fuit ꝑ nõ usum & ꝑ secundã præsentationem, & hoc offerat ꝓbare ꝑ assisam & ꝑ testes in charta nominatos, si alius simpliciter negaverit chartam & confirmationem, nisi ita sit ꝙ velit quadruplicare & docere se post hæc omnia præsentasse. Si autem triplicare voluerit & concedere post primam chartam factam esse præsentationem, & chartam sic esse vacuam, sed postea impetravit super eũ breve de warantia chartæ ad ꝙ talis vel antecessor suus summonitus fuit in curia, chartam illam cognovit & donũ & ita ꝙ finis factus fuit, & cyrographũ quoddam ꝓfert ꝙ testat ꝙ prædictus talis cognovit prædictam advocationẽ esse jus suum ut illam quam habuit de dono suo. Ad ꝙ responderi poterit ꝙ finis & cyrographũ ei nocere non debet, quia omninò dependet ex donatione quadam imperfecta eo ꝙ idem talis qui cyrographum profert nullam habuit seysinam, & ideò cùm charta vacua sit & donum imperfectum quia sine seysina, & ideò petat judicium: quia cùm principale, scilicet donum non valet, nec ea quæ sequuntur & ex dono dependent valere debent, scilicet finis nec cyrographum. Item esto ꝙ quis dederit manerium cum advocatione alicui in feodo sibi & hæredibus suis, & antequam ecclesia vacaverit, ille cui donatum est, & antequam præsentavit, manerium cum pertinentiis ad aliũ trãstulerit, & tunc primũ ecclesiam vacare contigerit, primus donator præsentat primus donatorius similiter & secundus similiter, sed non ad omnes pertinet præsentatio, quæro igitur quis eorum alteri debeat præferri? Et sciendũ ꝙ non primus donatorius qui nunquam præsentavit nec seysinam habuit, & ꝙ non habuit ad alium transferre non potuit. Igitur est vacua donatio quantum ad primum & secundum donatorem. Remanet igĩ de necessitate cum donatore qui semper remansit in possessione præsentandi, ex quo donatorius illam ad aliũ trãstulit ante præsentationem & ante usum, & sic dici possit de pluribus usq; in infinitum. Item esto ꝙ secundus donatorius aliquo casu vellet warantum

That he made a gift thereof by charter

rimum vocare primum donatorium, non valeret vocatio, cùm secundus donatorius in possessione non sit, nec potest quis alium defendere in possessione nisi eum qui fuerit in possessione, cùm warrantia nihil aliud sit quàm possidentem defendere: sed si de facto warantisaverit & warantum ulterius vocaverit primum donatorem, nec ipse ei warantisare tenetur, tum quia non possidet, tum quia revocare non potest, nec rehabere potest secundus donatorius quod nunquam habuit nec habere potuit. Sed esto quod primus donator secundo donatorio confirmavit donum primi donatorii, adhuc non convalescit donum, propter confirmationem cùm donum sit alienum & non ipsius confirmantis, nec alicujus antecessoris sui, & quia nullum nec inceptū nec pfectū. Et si uterq; præsentaverit tam confirmans quàm ille cui confirmatur, confirmans per assisam obtinebit. Item si ille secundus donatorius præsentaverit de facto & cùm ita in seysina fuerit, advocationem ad alium transtulerit qui similiter præsentaverit, & ita fuerit in seysina præsentandi, & contingat ecclesiam vacare, et primus donator præsentaverit, et ultimus donatorius, si uterq; illorum assisam ultimæ præsentationis arramaverit, ultima seysina præferri debet primæ, nec erit assisa postmodū capienda super assisam, sed primus donator sibi perquirat (si voluerit) per breve de recto super ipsa proprietate, & sibi ipsi imputare poterit propria negligentia super ipsa possessione, et de hac materia supra de donationibus. ¶. 2. Item cùm charta proferatur (ut prædictum est) contra assisam, si omninò dedicatur, oportet quod probetur per testes in charta nominatos, et p assisam captam in modum juratæ, nisi fortè ille contra quem pfertur infrà ætatem extiterit, qui ad chartam respondere non poterit ante ætatem. Et ideò de necessitate oportet deferre assisam usq; ad ætatem, sed de consilio curiæ provideatur de pensione retinenda (sicut prædictū est) ad cautelam. Si autem nulla charta contra minorem, tunc procedet assisa in minore ætate nec remanebit assisa, si finis et cyrographum factum fuerit in curia dñi Regis, cùm minor infrà ætatem debeat ad quamlibet finem respondere. Si autem majori objiciatur charta antecessoris (ut supra dictum est) à majore vel minore si dedicatur, probetur. Si autem non concedatur, sic dicat quod vacua sit per presentationem subsequentem et apertè adversa negetur præsentatio post chartam, pcedat assisa in modū juratę de consensu partium sub iis verbis, scilicet utrum donator qui assisam portat præsentavit ad eandem ecclesiam postquam chartam illam & donum fecerat predicto tali vel non, ut idem talis dicit. Item respondere poterit quis contra assisam quod pcedere non debeat, quia ille qui pfert assisam vel aliquis antecessorū suorū tenētum (ratione cujus presentat) tali dedit et alienavit cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento quocunq; modo alienationis, ita vendidit illud ei qui non presentat vel alicui antecessorum suorum, sive fuerit in possessione presentandi sive non, sine aliqua retentione vel exceptione, vel dimisit ad terminū vitę vel annoꝝ, et id quandoq; p chartas et instrumenta declarari poterit, si in judicio pferatur: et quo casu, pcedet assisa sine die, fiat disputatio de veritate et fide instrumentorum si falsitatis arguantur, vel per assisam captam

ptam in modum juratæ si partes consentiant poterit negotium terminari. Et notandum quòd chartæ & instrumenta ante judicium sunt exhibenda, si autem post, locum habere non possunt, quia sub prætextu instrumentorum postea compertorum & exhibitorum sententia lata retrahi non debet. Item excipi poterit contra assisam, quòd ille qui profert assisam nihil habet in manu de tenemento suo ad quod pertinet advocatio, quia illud amisit per judicium vel per disseysinam, vel alio quocunque modo, quamvis jus habeat in tenemento & in pertinentiis primò recuperare debet tenementum ad quod pertinet advocatio, & tunc postea præsentet & non ante. Et de hac materia in Rotulo de termino sancti Michaelis Anno Regis H. tertio incipiente quarto in com̃ Norf. de Thom̃ Bardolf. ubi objectum fuit præsentanti quòd nullam terram habuit in villa in qua ecclesia sita fuit, ad quod responsum fuit & recognitum ab eo qui tulit assisam, quòd nullam terram habuit in villa illa sed antecessores sui qui inde fuerint disseysiti, & unde cecidit assisa quia advocatio fuit de pertinentiis, quod quidem non esset si doceri posset contrarium. Item si aliquis præsentationem suam semel retinuerit per assisam, & proprietarius petat advocationem vel tenementum ad quod advocatio pertinet per breve de recto, & pendente placito incipiat ecclesia vacare, petens ille præsentare non poterit antequam advocationem vel tenementum disrationaverit. Item contra assisam replicari poterit quòd ille qui assisam profert, nec aliquis antecessorum suorum, jus vel seysinam habuerit in advocatione, de qua agitur, nisi ad vitam tantum quacunque ratione, vel ad terminum, ita quòd nihil juris descendere poterit ad hæredes. Si mulier autem post mortem viri sui waranto suo de dote sua præsentanti & seysinam suam vel antecessorum suorum per assisam petenti respondeat, quòd præsentatio ad ipsam pertineat excipiendo ratione dotis suæ quàm habet in villa in qua ecclesia sita est. ¶. 3. Et unde impetravit super warantum suum breve Quare impedit videndum, erit inprimis qualiter sit dos constituta, ut si habuerit tertiam partem alicujus villæ, & petat quòd ratione illius partis possit præsentare saltem tertia vice, vel si de toto manerio fuerit dotata integrè nulla facta exceptione cum omnibus pertinentiis vel excepta advocatione. Si autem de toto manerio integro sine exceptione, tunc valebit ei sua actio. Si autem excepta advocatione non nisi aliquid agatur vel in contrarium ex speciali conventione. Si autem dotata fuerit de tertia parte, tunc nihil juris habet in præsentatione licet ecclesia sita sit in sua tertia parte, nisi hoc eveniat ex aliqua specialitate. s. ꝙ dotata fuerit de tertia parte cum tota advocatione in quacunq; parte ecclesia sita fuerit, sed alio modo nõ valebit ei sua actio, tũ q̃a epus non admittit clericos ad particulas, licet patiat̃ sectionẽ nec plura habeat capita sicut monstrum. Et ꝙ epus non admittit particulas, videri poterit de termino s. H. An. regis H. 14. in com̃ Suff. de Maria de Walenus, Herb. de Alez. tũ quia ratione tertiæ partis nihil juris clamare poterit omninò in Advoc. nec in parte nec in toto certis vicibus, nisi sit aliqua specialitas q̃ hoc inducat ut dict̃ est, sicut videri poterit ꝑ exemplũ. Cõstitutio enim dotis

that he has not in his hands any of the freehold, to which the present is appurtenant

dotis similis est quodammodo donationi. Esto igitur ꝙ quis habeat maneriũ cum advocatione & totum dederit diversis vel uni per particulas retenta sibi aliqua minima portione & sic dederit quamlibet partem cum omnibus pertinentiis suis, nulla facta mentione de advocatione, remaneat semper advocatio cum parte retenta cùm specialiter non transferatur secundùm quod videri poterit infrà de jure dotium. ¶. 4. Item quæri potest si marito qui per legem Angliæ tenet detur assisa ultimæ præsentationis de seysina quam simul habuerunt & ipse & uxor sua in vita uxoris, vel si competat hæredibus, & ei ꝑ consequens nomine hæredũ, videt potius ꝙ ei cõpetat breve (Quare impedit) nomine suo, cùm nunquã præsentaverit per se, quàm assisa nomine hæredum: hæredes enim bene possunt esse plenæ ætatis sicut infrà ætatem. Item si quis terram teneat de hæreditate uxoris suæ quæ hæredes habuerit de alio viro per legem Angliæ, & cùm semel per se contulerit ecclesiam & cùm ita fuerit in possessione præsentandi, advocationem illam dederit alicui loco religioso vel præsentaverit vel alio modo alienaverit, & hæres post mortem talis assisam ultimæ præsentationis de seysina antecessoris sui quàm parastri sui cadit assisa, si cognoscat præsentationem suam & donum parastri sui, propter seysinam illius talem qualem, & agendum erit de vice & proprietate. Et sic dici poterit (ut videtur) de omnibus aliis qui tenent advocationem ad terminum vitæ, cùm semel præsentaverit nomine ꝓprio: secus autem erit de eo qui præsentat nomine custodiæ, quia hoc facit nomine alieno. Item esto, quod quis tradat alicui tenementum aliquod cum advocatione donec ei provideatur, & advocationem dederit antequam provisum fuerit, & ille cui data fuit præsentaverit, & tunc deinde provisum fuerit, revocatur donatio & advocatio per breve de ingressu, sed non per assisam: quia talis dare non poterit ad remanentiam. De hac materia habetis Anno Regis. H. 7. in com̃ Bed: de Falcano de Briante & Priore de Neveham. Assisa ultimæ præsentationis, de ecclesia de Haspecle. Item esto quòd aliquis qui jus nec titulum habuerit in advocatione præsentaverit dum verus hæres fuerit infrà ætatem & in custodia alicujus, & cùm ad ætatem pervenerit ecclesia vacaverit & uterq; presentaverit & assisam portaverit, ille qui ultimò præsentavit per assisam retinebit, donec hæres sibi de jure perquisiverit, et de termino s. H. An. Regis H. nono in com̃ Lincolñ de Priore de Osneby & Conano de Weleton de ecclesia de Weleton. Item esto ꝙ quis clericum præsentaverit, qui ad præsentationem suam fuit admissus, & venit tunc quis à latere & clerico instituto moverit questionem & ipsum gravet per clericum alium, & postea inter eos convenerit ꝙ ille qui questionem moverit iterum de facto præsentet clericũ institutum episcopo loci, qui ipsum admiserit in præjudicium primi præsentãtis, & ita remaneat talis ꝑsona tota vita sua bis præsentatus, & bis institutus, si ille qui ultimò presentavit postmodum vacante ecclesia ex tali presentatione agere velit per assisam, non audietur, quia presentatio super presentationem de eodem facto & eadem re & de eadem presentatione facta non valebit: ut de termino P. Anno Regis H. nono in com̃. Norff.

Assisa

When a Quare impedit to be brought.

Observations conc. Præsentations.

Assisa ultimæ præsentationis inter Matildam de Rochesford & Robertum de Tunston de ecclesia de Tunston. Item esto quòd quis presentaverit ad ecclesiam vacantem & pendente presentatione antequam clericus admittatur contingat presentantem mori, et eo mortuo ratione custodię presentat custos alium clericum, et durante contentione inter clericum presentatum à patrono et custodem, contingat quòd heres perveniat ad ętatem & tertium presentaverit, vel se teneat ad presentationem primam antecessoris sui, videndum est cujus presentatio debet preferri, & sciendum quòd heredis presentatio, et non custodis, nec antecessoris etiam, quia ultima presentatio preferetur. Et de hac materia inveniri poterit in Itinere Abbatis de Radinge et M. de Pateshul in com Wygorñ. Assisa ultimę presentationis, de ecclesia sanctæ Mariæ de Wichio. Item alius casus in Itinere M. de Pateshul in com Kanc. inter Priorem de Lewes et Wilhelmum de Arbervil de ecclesia de Stokshyre, ubi idem Prior arramaverit Assisam ultimæ præsentationis versus eundem Wilhelmum, et idem Wilhelmus cognovit præsentationem ipsius Prioris, sed dicebat quòd fuit tempore quo pater suus fuit infrà ætatem & in custodia Archiepiscopi Cantuariensis, alterius scilicet quàm ipsius Prioris qui questus fuit. Et unde quia cognovit præsentationem Prioris in cujus custodia non fuit, quia pater suus fuit in alterius custodia quàm Prioris, recessit Prior quietus in seysina sua, salva tamen Wilhelmo questione super proprietate. Item esto quòd manerium aliquod integrè cum advocatione ecclesiæ & aliis pertinentiis suis detur ad firmam personæ ejusdem manerii, quo casu non poterit illa ecclesia conferri antequam vacaverit, nec vacare poterit nisi post mortem rectoris vel si se dimiserit, quod quidem facere non possit nisi in fraudem tradentis (ut videtur) quo casu, videndum esset si hoc faceret in fraudem vel necessitate ductus certa ratione: si autem in fraudem, non valet resignatio; si autem necessitate vel certa ratione compulsus, hoc posset sustineri. Sed quid si in vita sua alii dimiserit terminum suum & ipsum mori contingat infrà terminum suum, & hoc videndum erit utrum hoc fecerit in fraudem vel necessitate, & facta inquisitione secundùm hoc judicare oportebit. Item esto quòd in testamento suo terminum suum alicui legaverit vel illum reliquerit executoribus disponendum, videndum erit tunc si ipsi conferri possent ecclesiam & præsentare, nescio quare non, cùm ille qui ad firmam tradidit in traditione illa nihil excepit, nec traditioni legem apposuit. Item vice versa si terminus concedatur alicui alii à rectore primo, & ille firmarius postea concedit terminum suum rectori, id idem erit observandum (ut videtur) quod in primo casu. Item esto quòd terminus præteriit & infrà terminum illum inceperit ecclesia vacare, vel post terminum antequam proprietarius sibi poterit perquirere & firmarius præsentaverit, & pendente præsentatione firmarii incipiat proprietarius possidere, & tunc præsentaverit nomine suo, præsentatio sua prævalebit, quicquid autem ante factum fuerit per firmarium ratum erit, ad similitudinem custodis vel custodiæ ut supra.

supra. Eodem modo si quis seysinam antecessoris infrà ætatem petierit per assisam, pendente placito vacaverit ecclesia sive infrà ætatem sive post, si ex parte custodis nullus admittatur, præsentatus à proprietario obtinebit. Idem de termino S. M. anno Regis H. vi. in com Herford. de priore de Lantony, et Waltero Byseche de ecclesia de Pencombe quòd non capitur assisa ultimæ præsentationis in persona ejus qui est infrà ætatem & petens/ Item esto q̃ mulier dotem habens & advocationem ecclesiæ præsentaverit clericum cùm vacaverit, & qui ad præsentationem suam admissus fuerit, & hęres warantus suus de dote sua advocationem illam postmodum alicui dederit, & vivente muliere post donationem illam ecclesiam contulerit, seysinam illam transmittit ad warantum suum hæredes suos, & unde post talem seysinam necesse habebit donatorius habere novam donationem, vel prioris donationis confirmationem, quia antequam de seysina loqui poterit nunquam in causa proprietatis obtinebit/ Item si plures sint cohæredes quorum quidam plenæ ætatis in possessione hęreditatis proportione sua, quidam verò infrà ętatem & sub custodia & non sit nisi unica ecclesia quę vacaverit, quęritur quis pręferri debeat in præsentatione, vel si omnes simul præsentare debeant et consentire, vel quidam eorum præferri aliis ratione æsneciæ vel pluralitatis? videtur q̃ omnes simul p̃sentare deberent, aut nullus in clericum consentire, alioquin ordinabit episcopus sive plenæ ætatis fuerit sive non, nisi partita sit hæreditas et divisa, cùm plenæ ætatis extiterit, vel aliter convenerit inter eos, nec erit episcopo locus gratificationi, si quilibet eorum vellet clericum suum singulariter præsentare & per se: quia nullum talem recipere posset ad pręsentationem unius sine præjudicio alterius cohęredis. Aliter autem esse posset si unus qui totum jus haberet pręsentandi duos clericos vel plures simul vel diversis temporibus præsentaret. Item de una vacatione & præsentatione et ad unam ecclesiam plures possunt esse querentes & diversis rationibus, duo enim vel plures petere possunt præsentationem per assisam ratione successionis vel propriæ præsentationis. Item una vel plures ratione dotis vel alio modo tenendi ad vitam secundùm diversa genera præsentandi per breve: Quare impedit, vel Quare non permittit, vel quia aliquam partem habet villæ in qua sita est ecclesia de qua agitur, & quod vicissim & successivè debeat præsentare, et multis aliis rationibus: quas quidem omnes oportet in principio diligenter examinare per ordinem, ut sciri possit (factâ examinatione) ad quos pertineat actio et ad quos non, et de processu in persona cujuslibet, in literis ad episcopum dirigendis oportet facere mentionem per tale breve exempli causa. ¶ 5. Rex episcopo tali salutem. Sciatis quòd talis in curia nostra &c. recuperavit seysinam suam versus talem per assisam ultimæ pręsentationis &c. Sciatis etiam quòd cùm talis A. B. C. summoniti essent coram eisdem Justiciariis nostris &c. ad audiendum prędictam assisam, scilicet quis advocatus &c. prędicti A. & B. venerunt et consenserunt in pręsentationem talis vel assensum prębuerunt vel recognoverunt &c. tali pręsentationem suam et eandem ecclesiam et etiam prędictus C. recognovit coram eisdem Justi-

Letters to the Bishop

Justiciariis quod nihil juris clamat in præsentatione nisi ut procurator talium non obstante reclamatione talis, idoneam personam &c. Et in prædicta forma & modo prædicto possunt omnes formæ brevium de seysina facienda in uno brevi comprehendi, sicut infrà dicetur per particulas.

1 ¶ *Si mulier præsentaverit ratione dotis suæ. 2. De advocatione data per eum qui tenet per legem Angliæ. 3. De donatione data vel alienata antequam donator fuerit in possessione præsentandi.* Cap. 5.

SI cùm mulier dotem habens & advocationem clericum præsentaverit qui admissus fuerit ad præsentationem suam, & hæres & warantus de dote sua advocationem illam postmodùm alicui dederit vel vendiderit, & vacante ecclesia iterum in vita mulieris alia vice illam contulerit, non obstante donatione hæredis, ex præsentatione sua seysinam suam præsentandi transmittit ad warantum suum & hæredes suos, & sic erit charta vacua & donatio nulla, cùm donatorius loqui non posset de aliqua seysina. Item respondet aliquis sic contra assisam & dicat, quod iste qui assisam profert præsentare non posset propter donationem & chartam subsequentem, ut supra dictum est, si charta dedici non possit, cadit assisa, & alius seysinam suam retinebit, cùm sit quasi in possessione, post donationem & chartam confectam. Si autem omninò dedicatur, oportet quòd probetur per testes in charta nominatos, & per probos & legales homines vicinos, & ea probata ulteriùs impediri non poterit sua præsentatio. Et non est consimile de rebus incorporalibus quæ traditionem non patiuntur, ei quod est de rebus corporalibus ubi nulla est donatio, licet fiant chartæ & capiantur homagia, nisi subsequatur traditio & corporalis apprehensio ut supra. Si autem donator chartam recognoverit & dicat quòd postea præsentaret, hoc dicere oportebit per assisam, nec stabitur simplici verbo suo nec præsumptioni etiam tantum licet proferat literas ordinarii quòd clericum admiserit ad præsentationem suam, nec erit necesse procedere ad assisam de seysina donatoris, quia per hoc quod concedit chartam, excludit se à seysina & præsentatione sua, cùm nihil ostendere possit post confectionem chartæ de aliqua seysina. ¶ 2. Item si quis tenuerit ad vitam per legem Angliæ vel alio modo, cùm advocationem ecclesiæ semel contulerit, & postea advocationem dederit alicui episcopo, fortè qui illam præbendaverit, si hæres post mortem talis assisam ultimæ præsentationis arramaverit, & cognoverit præsentationem & donum illius qui tenuit ad vitam, cadit assisa sua super seysinam donatoris qualem qualem, tum quia ecclesia non vacat, & non competit ei remedium nisi super jure per breve de recto. Et de hac materia, inveniri poterit de termino s. M. anno Regis H. vi. circa principium rotuli. Ut autem sciri possit quis obtinere vel præferri possit per assisam & quis non per exemplum, videndum erit de quibusdam casibus specialibus qui evenerunt tempore Regis inter certas personas. Esto igitur quòd querens dicat se vel aliquem antecessorum suorum præsentasse certam personã, & inde posuerit se super assisam & juratores nihil inde sciverint, nec quis ultimam personam præsenta-

Case in this kings reign upon assises of last presentation

sentaverit nec aliam ante ultimam & sic nec deinceps,ut si dixerit se inde nihil scire,querens nihil capiat per assisam.De hac materia habetis de termino P.año regis H.viii.in com. K. assisa ultimæ psentationis inter prioré de Suth. & Warm.de mõte Kãs.de ecclesia de Snanth. Ad hoc etiã facit ꝙ habetis de termino P.año regis.H. x.in com.Norf. de Sim.de Nod.de ecclesia de Judlibã,ibi eñ dicit, ꝙ ubi constare non possit quis ultimã psonã psentaverit nec aliam ante ultimam, ꝙ tunc pcedat loquela super recto & super ipsa pprietate, p illud idẽ breve sine alio. Et statim fiat narratio de seysina antecessoris & de recto de descensu ad petentem, ac si ab initio placitatus esset super ipso recto & ponat se tenens(secundùm ꝙ elegerit)vel in magnam assisam,vel defendat se p duellum, & interim si voluerint consentiant in clericum, alioquin devolvetur collatio ad episcopũ, & si in una & eadem villa sint duo dominia & diversa feoda & unica ecclesia,& sciri non possit cujus antecessor ultimò præsentavit,ipse obtinebit in cujus feodo sita est ecclesia.Si autem sciri non possit quis ultimò præsentavit, nec in cujus feodo sita fuerit ecclesia, nec haberi possit certitudo de præsentatione,concordẽt inter se partes & vicissim præsentent,quia proinde oportebit eos habere æquitatem. ¶ 3. Item esto ꝙ quis habeat advocationem ecclesiæ alicujus,& cùm fuerit in possessione præsentandi illam dederit cũ tenemẽto vel sine in maritagium vel alio modo, & ipse idem antequam præsentaverit, advocationem illam alicui dederit cum teñto vel sine, & tunc primò contigerit ecclesiam vacare, & ille tertius cui ultimo data fuerit advocatio præsentaverit,& primus donator vel ejus hæres, eodem modo primus donatorius: primus donator vel ejus hæres omnibus aliis pferetur in præsentatione per assisam, tum quia primus donatorius nullam seysinam habuerit veram per quam ad alium transferre potuit advocationem, nec secundus donatorius potuit accipere ꝙ primus nõ potuit dare nec ad alium transferre,de hac materia(ut supra)& similiter de termino s. M. anno Regis H. viii. incipiente ix.in coñ Bed. de Johanne de Traylie & priore de Neveham. Assisa ultimæ præsentationis de tertia parte ecclesiæ de Sudmel, ubi prior respondit ad assisam quòd prædictus Johannes præsentare non potuit, ꝙ quidam Walterus avus ipsius Johannis qui ultimò præsentavit ad prædictam tertiam partem dedit advocationem illius tertiæ partis cuidam Falcans. de Briante, & ipse illam dedit domui de Neveham, & quia jam prior cognovit quòd prædictus Walterus fecit ultimam præsentationem, & quòd prędictus Falcas nunquam præsentavit antequam pręsentationem illam dedit prædictæ domui, consideratum fuit quòd prædictus Johannes recuperaret seysinam suam. Ad hoc etiam facit de termino s. H. anno Regis H. ix. & maxime quia primus donatorius nec secundus aliquod habuerunt tenementum in villa, in qua ecclesia fuit sita ad quod advocatio potuit pertinere. Item ad hoc quòd jam ultimo dicitur facit assisa ultimæ præsentationis in coñ Norff. de Waltero Abbate de Messendene, & Huberto de Borgo de ecclesia de Owelton,ubi idem Abbas protulit chartam cujusdam Walteri de la Penne quæ protestabatur quòd

quòd dedit &c. Sed in fine recordi, quia recognitum fuit q idem Walterus nihil habuit in manerio in quo ecclesia sita fuit, nec aliquis nomine suo nec ipse unquam præsentavit, consideratum fuit q Abbas nihil caperet. Item ad hunc ultimum casum facit expressè de termino s. H. año Regis H. vi. in coñ Staff. de Rayñ coñ Cestriæ & priore de Kenelworth de ecclesia Destoke, ubi ille qui dedit advocationem nullam seysinam habuerit præsentandi, nec aliquod tenementum in villa ubi ecclesia sita fuit. Item ad hoc facit de itinere M. de Pateshul in coñ Wygorñ anno Regis H. v. q si aliquis cui data fuerit advocatio (antequam præsentaverit) dederit, non valet. Item ad hoc facit de termino P. anno Regis H. ix. in coñ Cornub. de Richardo Wyke & priore de Trywardray, assisa ultimæ præsentationis de ecclesia de Wyke, ubi dicitur q non valet donatio facta de advocatione, ubi donator tempore donationis nullam habuerit seysinam de aliqua terra ad quam advocatio potuerit pertinere, nec ille qui dedit nec aliquis antecessor suus nunquam fuit in seysina præsentandi, licet multæ confirmationes capitalium dominorum & etiam episcoporum intervenerint, quia donatio omninò nulla, quasi nec incepta nec perfecta. Item ad hoc facit de termino P. anno Regis H. 10. in coñ Leyc. Assisa ultimæ præsentationis inter Walterum de Kedware & priorem de Sudledhe de ecclesia de Seyle, ubi dicitur quòd prædictus Walterus nihil capere potuit, quia Comes de ferariis qui manerium illud, ad quod advocatio illa pertinuit, dedit prædicto Waltero antequam pręsentaret. Item ad hoc facit de termino s. M. expressè anno Regis H. ix. incipiente. x. in comitatu Eborũ. Assisa ultimę pręsentationis inter priorem de Lewes & Adam de novo mercato de ecclesia de Hecsenur ubi sic: quòd quidam avus scilicet ipsius A. ex parte matris pręsentavit ad ecclesiam, & postea dedit manerium cum advocatione in maritagium cum quadam filia sua cuidam. Et ipse antequam ecclesia vacaret, terram ipsam cum advocatione ulteriùs dederit in maritagiũ cum quadam filia ipsorum, nec adhuc vacaverit ecclesia tempore istorum, sed tempore hęredum suorum tunc primò vacaverit, & prędictus Adam tulit assisam ultimæ præsentationis de seysina avi sui prædicti primi donatoris, & per assisam recuperaverit, non obstante donatione: quia primus donatorius nunquam seysinam habuerit præsentandi.

1 ¶ *Cùm quis summoneatur quare impedit. 2. Breve quare impedit. 3. Quid est impedire. 4. Differentia inter quare impedit, & quare non permittit. 5 Breve Quare non permittit. 6. Breve si impediens fuerit infrà ætatem.* *Cap. 6.*

NOn possunt omnes ad quos pertinet præsentatio agere de seysina propria vel antecessorum suorum in casibus præcedentibus: unde illis qui nunquam præsentaverint, cùm ex quacunque causa acquirendi jus ei competat præsentandi, sive per judicium recuperaverint, quod nunquam habuerint vel habuerint ad vitam vel imperpetuum ex causa donationis vel alio modo, competit remedium, si fuerint impediti quo minùs

In aid of cases like the foregoing the writ of Quare Impedit was contrived.

Quare Impedit et Quare non permittat.

minus præsentare possent, per breve quod tale est. ¶. 2. Rex vic. salutem. Quia A. fecit nos securos de clam &c. pone per vadium &c. ad respondendum eidem A. quare impedit eundem A. præsentare idoneam personam ad ecclesiam de M. cujus ecclesiæ advocationem idem A. nuper in curia nostra coram nobis vel coram Justiciarus nostris apud Westm̃, vel coram Justiciariis nostris ad hoc constitutis recuperavit versus eundem B. vel versus alium talem per assisam ultimæ præsentationis inde inter eos captam, vel per judicium curiæ nostræ, vel alio quocunq; modo, unde idem A. queritur q̃ prædictus B. injustè & contra coronam nostram (vel) in contemptum curiæ nostræ eum inde impedit, & habeas &c. ¶. 3. Et unde videndum est quid sit impedire, ut sciatur differentia inter breve Quare impedit, & Quare non permittit. Impedire autem est ponere pedem in jus alienum, quod quis habet in jure præsentandi, cum quasi seysina, & jure, quali quali, quia qui impedit quo minùs quis uti possit seysina sua, vel quasi imponit pedem alteri juri &c. Breve quare impedit. Et ideò locum habet. ¶ 4. Si autem nullam omninò habuerit talis præsentator seysinam vel quasi, cùm ex causa donationis vel aliunde competat ei jus præsentandi ratione tenementi quod quis tenuerit ad vitam ex casu aliquo ratione dotis, per legem Angliæ, vel firmario ratione firmæ, vel creditori ratione pignoris, cùm nulla recesserit seysina vel quasi, ponere non potuit quis pedem in jus vel quasi seysinam quam talis priùs nõ habuit. Et ideò non habet locum Quare impedit, sed breve Quare non permittit. Et proprietarius non permittit uti possidentem suo jure possessionis. Hæc est differentia inter Quare impedit, & Quare non permittit. Hæc dictio impedit componitur de in & pes pedis, & unde revera ille impedit qui nititur intus pedem ponere in jus alienum, ubi nullum jus ei competit, nec proprietatis nec possessionis: sed cùm aliquãdo jus haberet illud totũ transtulit ad alium quacunq; de causa, sed vel per judicium, cùm fortè aliquando utrũque haberet proprietatis & possessionis, jus possessionis ex quacunq; causa transtulit ad alium qui nondum seysina usus est, & cum quis uti non permittat, competit ei contra proprietarium breve. Quare non permittit, cum ratione proprietatis pedem habuerit impositum. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præcipe tali q̃ justè & sine dilatione permittat talem præsentare idoneam personã ad ecclesiam talem quæ vacat, & ad suam spectat donationem ut dicit, & unde queritur q̃ prædictus talis eum injustè impedit. Et nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum &c. tunc sum̃ &c. talem q̃ sit coram Justiciarus nostris ad talem locum vel diem ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi sum̃ &c. Et unde videtur q̃ ferè redit in idem breve Quare impedit, & Quare non permittit. Si autem talis cùm summonitus fuerit prima die non venerit nec se essoniaverit, aliquando (ante concilium Lateranense ubi nullum currebat tempus contra præsentantes) solent impedientes attachiari per plegios & meliores plegios, & tunc solet omnis solennitas attachiamentorũ observari. Nunc autem ex causa & necessitate, oportet maturiùs procedere, quia cùm illud quod aliàs licitum non esset necessitas facit licitum, propter temporis cursum, primò

Writ of Quare Impedit

Difference betw. Quare Impedit & Quod permittat

Writ of Quod permittat.

See the alterations made in this process by Stat. Merl. c. 12. which is another proof, our author wrote before that Statute. This however shews, that a practice very like it prevailed in the Court, before the Statute ordained it.

mò distringatur impediens sic, vel ꝙ vic. habeat corpus ejus vel quod distringat eum per terras & catalla, ꝙ manum non apponat vel ꝙ faciat eum venire: ut de itinere W. de Ralegh in com̃ Bed: de Huberto de Vallibus in principio rotuli: & hoc provenit non per judicium sed per consilium curiæ ad malitiam eorum reprimendam qui præsentationes malitiosè impediũt ut tempus currat. Si autem ille qui præsentationem impediverit fuerit infrà ætatem, nec habuerit per quod distringi poterit, tunc summoneatur ille in cujus manu fuerit & cujus consilio ductus, ꝙ sit & habeat tali die per tale breve. ¶6. Rex vic. salutem. Summone &c. & ibi habeas B. qui est infrà ætatem & in custodia sua, & ideò maximè ꝙ suo regitur consilio (ut dicitur) ad respondendum C, ut supra. Item videtur quibusdam ꝙ advocatus semper sum̃onendus sit & non clericus, quia clericus nihil clamat in advocatione. Sed revera videndum erit utrum clericus impediat vel patronus, poterit enim quilibet ipsorũ impedimentum imponere suo tempore, patronus. s. ante judicium, & ante jus præsentandi amiserit præsentationem de se factæ post judicium insistendo. Et unde clericus sum̃onendus erit principaliter & incidentaliter patronus ꝙ sit ad ostendendum quid juris clamet in præsentatione ꝙ semel amisit per judicium. Item si patronus qui per judicium amiserit vel cùm nullum jus ei cõpetat ad ecclesiam non vacante præsentaverit et institutum sum̃oniri faciat, quare impediat præsentare, respondere poterit inprimis ꝙ ecclesia sive capella non vacat, quo casu erit ordinarius consulendus, & secundùm mandatũ suũ terminabit negotiũ. Item dicere poterit ꝙ nihil juris clamat in advocatione, nec aliquem impedit præsentando, cùm ipse sit in possessione rei, & cùm ecclesia vel capella non vacet. Eodem modo respondere posset patronus de non vacatione, si sum̃onitus esset quare præsentationem impediret tanquam ad ecclesiam vacantem, cùm non vacaret. Cùm autem impediens comparuerit, docere poterit multipliciter ꝙ injustè non impediverit, tum quia tenet tenementum, ad ꝙ advocatio pertinet, ex alia justa causa acquirendi imperpetuum, vel ad tempus, sine alia exceptione cum advocatione & cum omnibus pertinentiis suis, ꝙ quidem multipliciter docere poterit per instrumenta, & aliis pluribus modis, secundùm ꝙ superiùs ꝑpendi poterit manifestè. Itẽ impedit patronus sive advocatus advocatum justè præsentante multis modis, injustè, ut si contra factum ꝑprium vel antecessorum suorum qui jus suum p̃sentandi dederint vel remiserint præsentanti, vel antecessoribus suis. Item injustè si contra jus com̃une, ubi quis habuerit ten̄tum ad ꝙ ꝑtinet advocatio, sine aliqua exceptione, ad tempus, vel imperpetuum, vel pendente lite donec discussum fuerit de jure, sive placitum fuerit de ipso ten̄to cum ꝑtinentiis sive tantum de ipsa advocatione. Item injustè, si contra ea quæ ritè acta sunt in curia dñi Regis ꝑ judicium vel concordiam & finem factũ. Item gravare poterit & vexare clericus clericum injustè post præsentationem à suo patrono evictam instituendum vel jam institutum, ad irritandum ea quæ in curia regis ritè acta sunt, & quibus casibus ad auxilium Regis erit recurrendum. Item poterit episcopus pendente litè ante lapsum sex mensium ecclesiam injustè

incum-

Instances of Impediment

e ad admittendum clericum.

incumbrare, & ideò fieri deberet inhibitio ne incumbraret, vel ne clericum admittet ad præsentationem alicujus, donec placitum in curia dñi Regis fuerit terminatum: et maximè ante lapsum sex mensium, ut si assisa ultimæ præsentationis arramata fuerit inter aliquos duos vel alios plures, vel placitum Quare impedit, vel placitum super recto simul & semel, vel aliquod istorum p se, non poterit ordinarius aliquem admittere ad præsentationem alicujus partis, donec placita fuerint terminata, & si cùm super jure fiat contentio et sciri non possit quis eorum ultimò præsentaverit, si autem constiterit de ultima præsentatione, tunc fiat placitum de ipso jure si ille qui in possessione fuerit præsentandi præsentaverit, tenetur episcopus clericum admittere non obstante aliqua inhibitione. Et si contentio inde habeatur, procedat assisa ultimæ præsentationis, nec impediri debet propter placitum super ipso jure, nec etiam propter placita qualiacunque.

¶ 1 *Forma brevium post seysinam recuperatam. 2. Breve episcopo vel ordinario dirigendum cùm quis seysinam recuperaverit per assisam ultimæ præsentationis. 3. Breve quòd episcopus admittat clericum non obstante reclamatione sed per judicium. 4. Ubi sunt participes in præsentatione. 5. Breve de quatuor sororibus quarum duæ habent virum & duæ non. 6. Breve si concordia fiat. 7. Breve si per judicium ratione firmæ. 8 Breve de admittendo clerico ubi partes consentiunt in clericum propter minorem qui non potest ad chartas respondere. 9. Alia forma de eodem. 10. De clerico admittendo ubi quis præsentatur de communi assensu plurium qui sunt plenæ ætatis. 11. Breve ubi unus remittit jus suum alteri ex quatuor participibus & duo consentiunt in eundem. 12. Cùm quis præsentaverit ad ecclesiam antequam recuperaverit manerium, ad quod pertinet advocatio. 13. Si episcopus non admiserit clericum ad mandatum Regis. 14. de prohibitione facienda Judicibus si clericus alium clericum implacitaverit.* Cap. 7.

Cum quis seysinam suam recuperaverit per assisam, statim habeat breve ad episcopum de admittendo idoneam personam ad præsentationem suam in hac forma. ¶ 2. Rex venerabili in Christo patri A. eadem gratia London episcopo salutem. Sciatis quod talis A. Prior in curia nostra corā Justiciariis nostris apud talem locum, recuperaverit seysinam suam de advocatione talis ecclesiæ (vel sic & melius ut videtur) scilicet seysinam præsentationis suæ ad talem ecclesiam versus talem p assisam ultimę pręsentationis inde ibi inter eos captā. Et ideò vobis mandamus, quod ad pręsentationem ipsius Prioris, idoneā psonā ad eandē ecclesiam admittatis Teste &c. Si verò contingit quod recordū debeat in brevi comprehendi, tunc dicatur sic. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cùm assisa ultimę pręsentationis sumonita esset in curia nostra corā Justiciariis nostris &c. inter A. querentē et B. deforc. quis advocatus tēpore pacis pręsentavit ultimā personā quę mortua est ad talē ecclesiam, recognitum fuit in eadem curia nostra coram eisdem Justiciariis nostris p eandē assisam, quod pręd ctus B. pręsentavit clericum suum ad eandē ecclesiam, qui ultimò obiit psona in eadē ad pręsentationē ipsius B. & ideò vobis mandamus quòd ad præsentationem pręd cti B. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Teste &c. Si verò quis recuperaverit pręsentationem suam p breve Quare impedit, vel Quare nō pmittit; tunc fiat breve episcopo in hac forma.

writs to the Bishop to admit a clerk

¶ 3. Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod A. in curia nostra coram &c. per judicium ejusdem curiæ nostræ recuperavit seysinam suam versus talem de advocatione talis ecclesiæ. Vel sic: recuperavit præsentationem suam ad talem ecclesiam versus talem. Et ideò vobis mandamus quod non obstante reclamatione ipsius B. ad præsentationem ipsius A. idoneam personam ad eandem ecclesiã admittatis Teste &c. Item si altera partium per concordiam præsentationem retinuerit, sive sumonitus fuerit ad assisã quis advocatus, vel ad breve Quare impedit, vel ad breve Quare non permittit, tunc fiat tale breve. Rex tali episcopo salut. Sciatis quod cũ assisa ultimæ præsẽtationis sumonita esset in curia nostra coram &c. inter A. querentem & B. impedientẽ quis advocatus &c. ut supra vel sic: ad breve Quare impedit, vel Quare non permittit. Sciatis quod cum A. sumonitus esset in curia nostra coram &c. ad respondendum B. quare impedivit eum injustè præsentare idoneam personam ad ecclesiam de tali loco quæ vacat & cujus advocationẽ sive præsentationem idem B. dicit ad se pertinere tali rationẽ. Idem A. venit in curia nostra eadem coram præfatis Justiciariis nostris & recognovit & concessit eidem. B. præsentationẽ suam ad prædictam ecclesiam. Vel sic: recognovit præsentationem vel advocationem illius ecclesiæ esse jus ipsius B. & illam remisit & quietum clamavit &c. Et ideò vobis mandamus quod ad præsentationem ipsius B. ad eandem ecclesiam idoneam personam admittatis Teste &c. Et sciendum quod si de vacatione unius ecclesiæ diversa brevia a diversis impetrantur, coram uno Justiciario, & diversimodè terminentur & per diversa judicia, ut si unus recuperaverit per assisam, & alius nihil capere possit per breve Quare impedit, vel Quare non permittit, vel quidã præsentationi consentiant, vel quidam nihil clamant in præsentatione nomine suo sed alieno, & qui præsentationi consentiant. Item si assisa capta fuerit per defaltã & hujusmodi, oportet de omnibus placitis in brevi quod episcopo dirigit facere mentionem, ut supra videri poterit paulò ante per exemplum. Queritur autem inter cætera, quare in brevi de admittendo clericum post captionem assisæ ultimæ præsentationis in modum assisæ, non contineat hæc clausula (non obstãte reclamatione talis) sicut continet in brevi quod mitti debet ad episcopũ, postquã quis recuperaverit præsentationem suam per breve Quare impedit, vel Quare nõ permittit: responderi poterit et sufficienter, quod breve Quare impedit, & Quare non permittit; in se continet certas personas & determinatas, inter quas vertit contentio, & inter quas stare posit judicium quod non est in assisa ultimæ præsentationis, quia licet ibi sint certæ personæ inter quas vertitur contentio, assisa tamen facit pro quolibet de populo tam pro absente quàm pro præsente, et tã pro nõ nominato in brevi, quàm pro nominato propter virtutem hujusmodi dictionis (quis) quæ distributiva est, & certas personas non complectit. Et unde non sufficeret dicere (non obstante reclamatione talis nominati in brevi) cũ posit reclamare alius quicunq; nõ nominatus si assisa faceret pro eo. Sed esto quod assisa non sit capta in modum assisæ sed in modũ Juratæ, ut si dño apponet charta, vel conventio, vel conditio, vel hmodi, tunc dicat, non obstante reclamatione talis, quia nõ dicit indeterminatè quis advocatus, ut probat in rotulo de termino S. T. & S.

of the clause non obstante reclamatione

& s. Mañio Regis. H. 3. incipiente 4. in com̃ Oxoñ inter Robertũ de Harpd. et Reginaldũ de Albo monasterio. Assisa ultimæ præsentationis, de ecclesia de Harpd. et ita fieri debet (ut videtur) in quolibet judicio ubi assisa nõ capit in modũ assisę. Item poterit esse alia forma concordię ubi contentio fuerit p assisam inter plures unũ jus habẽtes quasi unus hęres, p assisam ultimę p̃sentationis, vel p breve Quare impedit, vel Quare non permittit; Si unus ex pluribus consentire voluerit, remanebit præsentatio, et episcopus ecclesiæ providebit, nec poterit sibi vendicare privilegium, ætas, nec dignitas, nec p̃sonarum pluralitas, quia aut omnes cõsentiant aut nullus. Consentire tamen possunt multipliciter, & formetur breve semper secundùm formã consensus, consentire enim poterit unus ex pluribus tali modo. s. q̃ nunquam consentiet in clericũ quem participes p̃sentaverint priùs, sed libenter in alium consentiet quã ipsi participes sui eligent & præsentabunt, & tunc fiat breve in hac forma. ¶. 4. Rex tali episcopo salutẽ. Sciatis q̃ cùm A. sumonitus esset in curia nostra coram &c. ad respondendum B. & C. uxori suę, quare ipse impedivit eos pręsentare idoneã personã ad ecclesiam talem, quę vacat, & cujus ecclesiæ advocationis ipsi B. & C. petũt duas partes. Idẽ A. venit in eadem curia nostra, & dixit q̃ justè impedivit, quia jus p̃sentandi ad tertiam ptem ptinet ad ipsum, eo q̃ pticeps est prædictorum B. & C. Adjecit etiam q̃ nunquam in clericum quẽ ipsi B. & C. præsentaverant consentiret, eo q̃ ipse minus idoneus fuit ut dicebat, in aliũ tamen à primo ab eisdem B. & C. præsentatũ (dũ tamen idoneus esset) consentiret. Et ideò vobis mandamus, q̃ si prædicti B. & C. in unã personã idoneã consenserint, & illã vobis simul cum prædicto A. communiter præsentaverit, tunc ad præsentationẽ eorũ omnium, p̃sonã illã ad eandem ecclesiam admittatis. Si autẽ in p̃sonã talem idem A. consentire noluerit: ut cõvenit, tunc (non obstante reclamatione ipsius A.) ad pręsentationẽ ipsorũ B. & C. idoneam personã quã ipsi elegerint, ad eandẽ ecclesiam admittatis. Teste. &c. Eodẽ modo fiat de pluribus participibus si cõsenserint de p̃sentando alternis vicibus successivè, & inferatur in brevi tota forma concordiæ. Si quatuor sorores participes quarum duæ viros habeãt & duæ non, simul cum viris petierint seysinam præsentanti versus aliquos, & per assisam recuperaverint, tunc fiat breve epo in hac forma. ¶. 5. Rex tali epo salutẽ. Sciatis q̃ A. & B. uxor ejus C. & D. uxor ejus E. & F. sorores ipsarũ B. & D. in curia nostra &c. recuperaverũt seysinam præsentationis suæ versus S. & G. p assisam ultimæ præsentationis inde ibi inter eos captã præsentib⁹ H. & I. simul cũ prędicto G. cõtra assisam illã, et cõcedentib⁹ iisdẽ A. & B. C. & D. E. & F. præsentationẽ suã ad eadẽ ecclesiã, et ideò vobis mandam⁹ q̃ ad præsentationẽ prædictorũ A. & C. ratione prædictorũ B. & D. uxorũ suorũ & ad p̃sẽtationẽ prædictorũ E & F. idonea p̃sona ad eandẽ ecclesiã admittatis. Si autẽ post assisam captã cõvenerit int ptes p cõcordiã de aliqua pẽsiõe augẽda de gratia et ordinatiõe epi, tũc fiat breve in hac forma. ¶. 6. Rex tali epo vel ejus officiali salutẽ. Sciatis q̃ post assisã ultiæ p̃sẽtationis captã int A. querẽtẽ et B. ipediẽtẽ, de tali ecclesia p Justiciarios nostros ad hoc assignatos p p̃ceptũ nr̃m cõveñit

inter eosdẽ A.& B. in curia nostra corã nobis de eadem ecclesia. s. ꝙ prædict. B. recognovit advocationem illius ecclesiæ esse jus ipsius A. salva tñ eidem B. Abbati vel Priori & successoribus suis quadam annua portione. vi. marcarũ quam idem B. et predecessores sui inde percipere consueverunt, et quam predictus A. eidem B. recognovit ut idem B. dicit, et quam etiam idem A. augeri desiderat usq; ad C. s. si prędictus B. hæc (salva honestate episcopi) de gratia possit obtinere. Et ideò vobis mandamus (ꝙ non obstante reclamatione ejusdem B.) ad presentationem ipsius A. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Salva tamen eidem B. dicta portione sex marcarum cũ augmentatione prædicta, si illam de gratia vestra & cum honestate possit obtinere. Si quis per judicium recuperet presentationem ratione firmæ quam habuerit de aliquo manerio cum omnibus pertinentiis suis, nulla facta exceptione, tunc fiat breve episcopo in hac forma. ¶. 7. Rex tali episcopo salutem. Sciatis ꝙ A. in curia nostra coram Justiciariis nostris &c. per considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperavit seysinam præsentationis suæ ad talem ecclesiam, versus B. ea ratione ꝙ prædictus A. habet manerium de N. ad firmam de prædicto B. cum omnibus suis pertinentiis, nulla facta exceptione, vel quibusdam specialiter exceptis, nulla tamen mentione facta de advocatione, sicut patet manifestè per chartam ipsius B. quam idem A. in eadem curia nostra, coram eisdem Justiciariis nostris ostendit, & etiam quam idem B. in eadem curia recognovit. Et ideò vobis mandamus (quòd non obstãte reclamatione ipsius B.) ad præsentationem prædicti A. ratione prædictæ firmæ (secundum ꝙ prædictũ est) idoneam psonã ad eandem ecclesiam admittatis. T. &c. Si minor infrà ætatem assisam portaverit, & proferantur contra ipsum chartæ antecessorum suorum ad quas ipse infrà ætatem respondere non possit, vel si aliquis contra ipsum proferat breve Quare impedit, & chartam exhibeat in judicio ad quam respondere non possit minor, et ita ꝙ de necessitate oporteat placitum remanere usq; ad ætatem, proviso tamen ꝙ ei qui est infrà ætatem nihil juris depereat, & ita ꝙ de consilio curiæ eligant partes clericum, et communiter præsentent, reservata tamen quadam minima pensione (ut superius dictum est) eat breve ordinario loci in hac forma. ¶. 8. Rex tali episcopo salutem. Sciatis ꝙ cùm A. qui est infrà ætatem in curia nostra corã Justiciariis nostris &c. peteret versus B. advocationem talis ecclesiæ per assisam ultimæ præsentationis ibi inter eos summonitam, & tandem convenit inter eos ꝙ ipsi idoneam personam communiter præsentarent ad eandem ecclesiam, salvo jure utriusq; eorum, cùm idem A. qui nunc est infrà ætatem pervenerit ad ætatem. Et ideò vobis mandamus, ꝙ ad præsentationem ipsorum A. & B. salvo jure utriusq; ipsorum, cùm idem A. ad ætatem pervenerit (secũdum ꝙ prædictum est) idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. T. &c. ¶. 9. Rex tali episcopo salutem. Sciatis ꝙ cum A. custos filii & hæredis B. summonitus esset in curia nostra coram Justiciariis nostris &c. ad respondendũ tali Abbati Quare impedivit eundem Abbatem præsentare idoneam personã ad ecclesiam de N. quæ vacat, et cujus ecclesiæ advocationem idem A. dicebat

bit ad se pertinere ratione dicti heredis: Ipse Abbas venit in curia eadem, et ostendit chartas antecessoris talis dicti heredis, p quas dicebat jus advocationis ejusdem ecclesiæ ad se ptinere. Tandem verò convenit inter eosdem Abbatem & A. de cōmuni consensu ꝙ ipsi cōmuniter inter eos clericum eligant, & eundem vobis præsentent, salvo tamen unicuiq; ipsorum Abbatis et hæredis jure suo imposterum, tam super possessione q̃ super ꝓprietate, & ita ꝙ neutri ipsorum aliquid juris depereat, possessionis vel ꝓprietatis, cùm prædictus hæres ad hæreditatem pervenerit. Et ideò vobis mandamus ꝙ ad præsentationem prædictorum Abbatis et A. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis, salvo jure cujuslibet, cùm prædictus hæres ad ætatem pvenerit, secundùm ꝙ prædictum est. Teste. &c. Et ꝙ de cōmuni consensu eligi debet clericus et cōmuniter præsentari propter minorem ætatē hæredis, habetis de termino S. Michaelis, anno regis H. 14. incipiente 15. in cōm Derby assisa ultimæ præsentationis de ecclesia de Eltdene. Item aliud breve de eadem materia ubi præsentatur clericus de communi consensu eorum qui sunt plenæ ætatis, ubi placitum fuit per breve de recto. ¶. 10. Rex tali episcopo salutem. Sciatis ꝙ convenit in curia nostra coram Justiciariis &c. inter A. petentem & B. deforciantem de advocatione ecclesiæ de N. cum pertinentiis, unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet ꝙ prædicti A. & B. idoneam personam eligant ad ipsum & candē ecclesiam unanimiter presentent, salvo jure cujuslibet. Et ideò vobis mandamus ꝙ ad præsentationem ipsorum A. & B. (salvo jure cujuslibet secundùm ꝙ prædictum est) idoneam psonam ad eandem ecclesiam admittatis. Teste &c. Item retenta prima forma, si sit tertius qui remittat jus suum de eadem ecclesia tunc primò dicatur sub una et eadem forma brevis, scilicet. ¶. 11. Rex &c. Sciatis ꝙ ita convenit in curia nostra coram &c. inter A. petentem & B. deforciantem de advocatione talis ecclesiæ, unde placitum fuit inter eos &c. s. ꝙ prædictus A. remiserit & quietclamaverit D. et hæredibus suis ipsi B. et hæredibus suis totum jus & clameum &c. Convenit etiam inter eundem A. petentē & C. deforceantem de advocatione pdict ecclesiæ cum pertinentiis, & unde placit fuit inter eos &c. s. ꝙ prædicti A. & C. idoneam personam eligant cōmuniter &c. ut supra. Et ideò vobis mandamus (ꝙ non obstante reclamatione ipsius B.) ad præsentationem ipsorum A. & C. (salvo jure cujuslibet ut prædictum est) idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis. Teste &c. Si quis impedimentum apposuerit presentanti qui est in seysina manerii qualitercunq; ad quod ptinet advocatio, & similiter psentat clericum ea ratione, quia dicit se jus habere in manerio, & cū assisa ultimæ præsentationis vel judicium faciat ꝓ eo qui est in seysina, fiet epo breve in hac forma. ¶. 12. Rex tali epo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. ꝙ cum ipse teneat tale manerium cum advocatione ecclesiæ & cum omnibus aliis pertinentiis suis, & B. qui manerium illud in curia nostra. &c. clamat ut jus suum vobis clericum suum psentaverit ea ratione, ꝙ dicit se jus habere in manerio illo, licet nihil habeat in seysina de eodem manerio, nec de aliquibus ejusdem manerii ptinentiis, sicut idem

B.in cur̃ nr̃a nuper recognoverit, p̃sentationem p̃dicti A. impedit & injustè. Et quia constat nobis tum p recognitione ipsius B.tũ p hoc ꝙ petit maneriũ illud ut jus suum cum ptinentiis suis, ꝙ idem B. nullam habet inde seysinam, vobis mandamus (ꝙ non obstante reclamatione ipsius B.) ad præsentationem ipsius A. idoneam p̃sonam ad eandẽ ecclesiam admittatis. Teste &c. Quòd si episcopus ad tale mandatum clericum præsentatum minimè admiserit, fiat ei aliud breve in hac forma. ¶ 13. Rex tali episcopo salutem. Satis recolimus vobis aliàs dedisse in mandatis, ꝙ nõ obstante reclamatione B. ad præsentationem A. idoneã p̃sonam ad talẽ ecclesiam (quæ vacat) admitteretis, cujus ecclesiæ advocationem idem A. in curia nostra nuper recuperaverit versus, eundẽ B. p assisam ultimæ præsentationis &c. p judicium ejusdem curiæ nostræ. Et super hoc ostensum est nobis ex parte ipsius A. ꝙ idem B. præsentationi ipsius A. impedimentum opposuit ea ratione, ꝙ idem B. in curia nostra corã &c maneriũ illud ad ꝙ advocatio illa ptinet clamat ut jus suum, & quia idẽ B. manerium illud adhuc nondum recuperavit, nec aliquid de pertinentiis suis, et advocatio illa sit de ejus pertinentiis, vobis mandamus ꝙ non obstãte reclamatione ipsius B. &c. ¶. 14. Si clericus ab eo præsentatus qui judiciũ amiserit clericũ præsentatũ ab eo qui jus præsentandi evicit in causam traxerit coram quibuscunq; judicibus, ad impediendum ea quæ in curia domini Regis ritè acta sunt, fiat judicibus prohibitio nec procedant per tale breve.

Writs of Prohibition to the Bishop.

¶ 1 *Prohibitio si clericus ab eo implacitatus qui amisit implacitaverit clericum ejus qui per judicium recuperaverit. 2. De prohibitione dum quis fuerit infrà ætatem. 3. Cum quis per assisam recuperaverit & postea cùm fuerit implacitatus per breve de recto incipiat ecclesia vacare.* Cap. 8.

Rex tali & conjudicibus suis salutem. Ostensum est nobis ex parte A. ꝙ cùm aliquando in curia nostra coram Justiciariis nostris &c. arramasset versus C. assisam ultimæ præsentationis, quis advocatus tempore pacis &c. Ad ecclesiam talem, et idem B. non dediceret quin clericus qui ultimò obiit persona in eadem ecclesia præsentatus esset per ipsum A. & ad præsentationẽ suam admissus, & unde in eadem curia nostra consideratum fuit ꝙ prædictus A. in seysina sua remaneret, et ita ꝙ ad mandatum nostrum et ad præsentationem suam episcopus loci clericum admitteret, & admisit quendam C.D. quẽ prædictus B. qui præsentationem illam amisit aliquando præsentaverit, prædictum C. coram vobis trahat in placitum de eadem ecclesia autoritate literarum domini Papæ. Et si idem B. corã vobis obtineret in causa memorata, irritare possent ea quæ in curia nostra ritè sunt acta, & cùm hoc esset manifestè contra coronã & dignitatem nostram, vobis mandamꝰ ꝙ in causa illa non pcedatis de cætero, propter ꝙ ad vos nos capere debeamus. Teste &c. Item aliud breve de eadem materia. ¶. 2. Rex talibus Judicibus salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum coram vobis in curia Christianitatis de advocatione talis ecclesiæ et de tali ecclesia de cujus advocatione nuper placitum fuit in curia nostra coram nobis &c. Inter A. de N. querentem vel petentem & B. custodem C. filii & hæredis talis impedientem ratione talis ju-

ris

ris q idem B. dicebat eundem C. habere in advocatione illa. Et unde inter eosdem A. & B. in eadem curia nostra convenit coram nobis, ita q uterq; illorum consensit in talem clericum eo q placitum terminari non potuit, nec res in judicium deduci, cùm prædictus C. (de quo dicitur quòd jus habet in advocatione illa) adhuc sit infra ætatem, quia si placitum illud coram vobis in curia Christianitatis procederet, idem C. de advocatione illa dum sit infra ætatem posset damnum incurrere, & placita de advocationibus spectant ad coronam & dignitatem nostram. Teste &c. Qui verò si ad talem prohibitionem desistere noluerint, attachientur, vel episcopus habeat eos cùm laicum feodum non habuerint, ut infra de prohibitionibus pleniùs. Si quis semel per assisam seysinam præsentandi recuperaverit & ille versus quem recuperaverit petere inceperit advocationem per breve de recto, et pendente placito inceperit iterum vacare ecclesia, et uterq; ipsorum præsentaverit, ille præferri debet qui ultimò præsentavit, & fiat breve ad episcopum hac forma. ¶ 3. Rex tali episcopo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quòd cùm ipse nuper in curia nostra &c. recuperasset præsentationē suam ad ecclesiam talem versus B. per assisam ultimæ præsentationis inde ibi inter eos captam, & clericus ad præsentationem suam admissus esset ad ecclesiam illam ad mandatum nostrū, & idem B. cùm jam incepit placitare per breve de recto super ipsa proprietate et contigerit illam ecclesiam iterum vacare pendente placito super recto, idem B. ratione juris quod dicit sibi competere cùm nullum adhuc sciverit, clericum suum præsentat ad ecclesiam memoratam ut præsentationem ipsius impediat, de quo constat q sit in possessione præsentandi. Et ideò vobis mandamus (q non obstante præsentatione & reclamatione ipsius B. nec etiam prohibitione nostra si quam habueris, ne clericum admittatis donec placitū super recto determinetur) ad præsentationem ipsius A. idoneam personam ad eandem ecclesiam admittatis, nisi fortè sit aliquis alius à prædicto B. qui præsentationi ipsius A. legitimum impedimentum opponat. Teste &c.

P

Another writ to ye bishop to admit a clerk.

¶ 1 *Breve de summonendo episcopum qui ad mandatum domini regis clericum admittere recusavit.* 2. *Si pluries mandatum fuerit officialibus.* 3. *Si episcopus fecerit defaltam.* 4. *Cùm episcopus comparuerit.* *Cap. 9.*

SI cùm Episcopus vel alius ordinarius regiū suscepit mandatum de admittendo clericum ad ecclesiam, clericum non admiserit, ad quærelam patroni presentantis sumoneatur episcopus, q sit coram Justiciariis ad ostendendum quare non admiserit per tale breve. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo psequendo, tunc sumoneas per bonos sumonitores talem episcopum, q sit coram Justiciariis nostris tali loco, tali die, ostensurus quare ad præsentationē ipsius A. non admisit idoneam personam ad mandatū nostrū, ad talem ecclesiam, cujus ecclesiæ advocationem prædictus A. in curia nostra coram eisdem Justiciariis nostris recuperaverit versus B. per judicium ejusdem curiæ nostræ, vel p finē inter eos factum, vel per assisam ultime præsenta-

Writ of Quare non admisit

sentationis inter eos captam, vel alio quocunq; modo, et habeas ibi sumonitores et hoc breve. Teste. &c. Aliud bre de eodem. Rex vic. salutem Si A. fecerit te securum &c. tunc sumoneas talem episcopum quod sit ostensurus &c. ut supra, idoneam personam ad ecclesiam de N. quæ vacat, ut dicitur, desicut idem A. seysinam advocationis ejusdem ecclesiæ coram Justiciariis nostris ad hoc assignatis recuperaverit per assisam ultimæ præsentationis, versus B. inde ibi inter eos captam, et habeas ibi sumonitores &c. Idem de eodem. s. ubi manerium aliquod datum sit in maritagiū cum aliqua filia alicujus cum advocatione & aliis pertinentiis suis, & cùm ecclesia vacaverit, opponat impedimentum donator presentationi donatorii, et eo in curia domini regis discusso, cùm semel mandatum sit episcopo vel suis officialibus quòd ad præsentationem donatorii clericum admittant, & ipsi nihil inde fecerint, sumoneatur episcopus per tale breve. ¶ 2. Rex vicecom salutem. Sumoneas per bonos sumonitores talem episcopum quòd sit coram &c. ad respondendum A. quare ad præsentationem suam non admittat idoneam personam ad talem ecclesiam sicut semel officialibus suis & secundò eidem episcopo mandavimus, cujus ecclesiæ advocationem B. nuper in curia nostra &c. recognovit et concessit eidem A. in maritagium cum filia sua tali ut pertinet ad tale manerium quod idem B. dederit eidem A. priusquam idem B. clericum suum ad eandem ecclesiam presentasset, et per quam præsentationem idem episcopus clericum ipsius A. ad eandem ecclesiam differt admittere, ut idem A. dicit. Et habeas ibi summonitores. Teste &c. ¶ 3. Episcopus cùm sumonitus fuerit venit aut non venit, nec per se, nec se excusat per nuntium, nec per essoniatorē, quo casu procedatur ad defaltam, et attachietur, ut infrà de attachiamentis, et omnis soleñitas et ordo attachiamentorum observetur, nec erit dilatio periculosa presentato nec præsentanti, quamvis sumptuosa cùm post judicium in curia domini Regis redditum, non currit tempus sex mensium. Si autem episcopus se essoniaverit, bene jacet. ¶ 4. Cùm autem venerit, aut pretendit rationem sufficientem quare præsentatum non admisit, quo casu indemnis remanebit. Si autem minùs sufficientem vel omninò nullam, in misericordia domini Regis remanebit. Minus sufficientem, ut si dicat quòd presentatum non potuit admittere propter appellationem quam clericus illius qui amisit interposuit. Et illa ideò minùs sufficiens est, quia per literas domini Regis constare potuit episcopo, quòd ille qui appellantem presentavit, nihil juris habuit in presentatione. Sufficere autem videt, ut si dicat Episcopus quod non sit ei imputandum quod clericum non admisit sed ipsi presentanti: quia primò presentavit A. et postea mutata voluntate præsentavit B. contra quem idem A. appellavit et prosecutus est appellationem suam, & contra talem appellationem non potuit admittere prædictum B. secundò presentatum. Item dicere poterit quod ecclesia non vacat nec multo tempore vacavit ad presentationem ipsius talis, quia si assisa inde capta fuit, capta fuit per defaltam, vel in absentia veri patroni qui nihil dicere potuit cōntra assisam. Item concedere potuit quod vacavit, et quòd quidam præsentavit publicè, & quod facta fuit inquisitio post

post longum intervallum cum debita solennitate, nec fuit aliquis qui se opponeret præsentationi, præsentando nec appellando in ipsa præsentatione talis, nec in inquisitione, nec in ipsa institutione. Et quo casu, doceat querens contrarium si possit. s. quòd dolosa fuit præsentatio et clandestina inquisitio et institutio nec solennis, vel etiam doceat se semper reclamasse et appellasse in præsentatione, et in inquisitione et in ipsa institutione et inde habeat probationes et sectam sufficientem. Et si episcopus contra hoc se defendere non possit, deliberet ecclesiam vel conquerenti satisfaciat alio modo. Et ista ad præsens sufficiant exempli causa.

¶ Tractatus tertius

Libri quarti, in quo tractatur de Assisa mortis antecessoris.

¶ 1 *De prima seysina post mortem antecessoris.* 2. *Si dominus capitalis vacuam invenerit seysinam.* *Cap.* 1.



Supradictum est de seysina propria, cùm quis injustè disseysitus fuerit per violentiam omninò, vel impeditus quo minùs commodè uti possit seysina, qualiter restituatur: nunc autem dicendum de seysina aliena et propinqua. s. alicujus antecessoris præmortui, qualiter hæredibus propinquioribus acquiratur. De iis de quibus antecessor obiit seysitus ut de feodo quacunq; ratione vel quocunque titulo, sive consistant in corpore sive in jure, hæres propinquior eandem habebit seysinam quam antecessor habuit, et si plenæ ætatis extiterit, et vacuam possessionem invenerit, si tempore mortis antecessorum dominus præsens non fuerit, bene licebit ei se ponere in seysinam, dum tamen paratus sit facere domino suo capitali quod de jure & secundùm legem terræ facere debebit, cùm ipsum ad dominium recognoverit. Eodem modo si tempore mortis antecessoris in seysina inventus fuerit cùm ipso antecessore cujuscunq; ætatis extiterit, & ad hæredem recognitus fuerit, & dominorum poterit resistere violentiæ si nitantur eum ejicere cùm plenæ ætatis extiterint. Si autem minoris ætatis, tunc non priùs habebit dominus custodiam terrarum vel corporis quàm ceperit homagium hæredis. Si autem dominus capitalis, tales cùm in seysina fuerint & hæredes, contra eorum voluntatem ejecerit, sive ipsos hæredes recognoverit sive non, per assisam novæ disseysinæ seysinam suam rehabebunt, cùm plenæ ætatis extiterint. Si autem minor ejectus fuerit, habebit duo remedia, assisam videlicet novæ disseysinæ, vel mortis

tis

tis antecessoris, quamcunq; istarũ elegerit. Et si in una defecerit regressum habebit ad aliam, ordine tamen observato. Et cùm tales hæredes ita in possessione extiterint, non denegabitur domino capitali simplicem habere seysinã, ut pro dño recognoscatur, ita tamẽ ꝙ inde nihil capiat nec aliquẽ inde à possessione amoveat contra ipsorum hęredum voluntatem. Et quamvis à quibusdam dicatͧ ꝙ capitalis dominus debeat habere primam seysinam post mortẽ tenentis sui, fallit tamen in hoc casu quia primam habere non possit, licet habere possit cum hæredibus ut dictum est communem. Si autem sit hęres apparens unus vel plures unum jus habentes, et de quibus dubitetur an sint hęredes vel non, vel ad hæredes non recognoscantur, statim sibi perquirant per assisam mortis antecessoris & doceant se esse hæredes per assisam. Si autem dubitetur an præsentes qui se faciunt hæredes, hęredes sint vel non, quia hæres & frater antenatus profectus fuit in terram sanctam fortè, et nesciatur si vivus sit vel non, fiat præsentibus seysina ꝑ dñm capitalem & per assisam sub tali conditione, ꝙ si antenatus redierit, ꝙ ei restituatur hæreditas sine placito, cùm bene constat ꝙ talis sit hæres si vivus extiterit. Si autem dñs capitalis primam seysinam habuerit, duo contendant de hæredibus, quorum quilibet se gerat pro hærede. s. postnatus cum primo genito, legitimus cum bastardo, nulli eorum facienda erit hæreditatis restitutio, antequam constiterit quis eorum sit hæres propinquior vel justior, quod si fecerit, & hæredi non legitimo seysinam fecerit, & homagium suum ceperit, si contra petitionẽ legitimi hæredis vocetͧ ad warrantum, warrantizare tenetͧ de jure, licet warrantizationi sic respondeat ꝙ homagiũ talis ceperit salvo jure cujuslibet, quia malè salvat jus veri hæredis, ex quo homagium ceperit non legitimũ et ipsum induceit in seysinã ad exhęreditationem veri hęredis, cùm scit vel scire debet alium esse hæredem, vel impunẽ retinere posset seysinam donec ei de veritate constaret, ꝙ quidem locum habere posset, si dubium esset an alius hęres esset vel non, cùm nullus compareat vel contendat. ¶ 2. Si autem dñs capitalis vacuam invenerit possessionem post mortem tenentis sui, tenere se poterit in seysina absq; alicujus injuria, donec constiterit ei quis sit hæres legitimus. Et cùm constiterit ei quis sit hæres legitimus, donec ad ipsum venerit facturus ei sicut dño ꝙ de jure facere debebit, & maximè si ipsum ad dñm recognoscat, poterit enim contentio esse inter plures de jure dominii, de qua nihil ad præsens. Cùm autem dñs vacuam habuerit seysinam, ut prædictum est, hæres sine voluntate ipsius ingredi non poterit, ꝙ si fecerit super seysinam capitalis dñi, & dominus eum ejecerit: vel si ipse hæres dominum capitalem ejecerit, & ipse dominus statim eum rejecerit, ipse hæres per assisam non recuperabit, ut de libero tenemento suo, quia vacuam seysinam nõ invenit, sed si dominus capitalis hęredem ejicere non posit, ejici debet ex officio superioris, cùm per assisam recuperare non posit. Cùm autem dominus capitalis sic se posuerit in seysinam vacuam, aut constat ei quis sit hęres, aut nescit hæredẽ, vel si duo vel plures contendant de hæreditate, & nescit quis eorum sit hæres propinquior, vel si sciat quis sit propinquior, nescit tamen an sit superstes

stes necne, plenæ ætatis vel nõ, cùm hæres sit agẽs in remotis partibus si capitalis dominus nomine suo ingrediatur possessionem, statim acquiritur hæredi possessio, etiam hærede ignorante, quasi animo & corpore procuratorio. Eodem modo si hæres præsens sit, major vel minor. Si autem nullum sciat heredem, vel si sciat, nescit utrum vivus sit vel mortuus, vel si dubitaverit quis ex pluribus qui se faciunt hæredes hæres sit propinquior, nulli istorum acquirit liberum tenementum ex seysina sua, cùm nomine nullius certæ personæ ingressus sit possessionem, & in quibus casibus tenere se poterit in possessione, sine juris injuria donec ei constiterit de hærede. Et unde si nullus hæres apparuerit, possit talis hæreditas esse eschaeta sua, & si ejiciatur, recuperabit seysinam suam ut de libero tenemento suo per assisam novæ disseysinæ, donec ei constiterit de hærede/ Item esto quòd capitalis dominus in seysina invenerit fratrem postnatum vel bastardum qui se facit legitimum hæredem, quæritur an talem ejicere possit sine judicio & impune? cùm sit alius hæres apparens, & videtur quòd non, quia hoc pertinet ad hæredem & non ad dominum capitalem, quia tales cùm ejecti fuerint, assisam portabunt contra dominum capitalem, & non competit domino contra tales exceptio liberi tenementi, vel bastardiæ, de hoc nihil ad eum cùm sit hæres apparens, si autem nullus hæres appareret, hujusmodi exceptiones domino competerent pro defectu hæredis, & hæc dico, nisi tales diu in possessione extiterint per impotentiam vel negligentiam domini capitalis, quòd sine judicio ejici non possunt. Si autem verus hæres bastardum in possessione invenerit, vel hæredem propinquum, scilicet postnatum in absentia domini capitalis, statim & recenter eum ejiciat antequam longam & pacificam habeat seysinam & sic liberum tenementum ex tempore quod sufficit pro titulo, quod quidem facere non poterit post tempus, nec recuperabit per assisam novæ disseysinæ, quia jus merum quod descendit vero hæredi nõ statim conjungitur cum seysina, nec competit vero hæredi contra tales assisa mortis antecessoris post lõgam & pacificam seysinam, ad seysinam antecessoris acquirendam, cùm omnes descendant ab uno stipite, ex persona ejus qui ultimò obiit seysitus de prædicta hæreditate, sed locum habebit breve de recto, sicut inferius apparebit in tractatu de consanguinitate. Sed si verus hæres tales statim & recenter ejicere non posit, si sibi statim pquisiverit, bene jacebit assisa mortis antecessoris inter eos per diligentem impetrationem: quia sic interrumpitur eorum possessio, quia liberum tenementum habere non poterunt, & sic pares esse nõ poterunt cum propinquiore hærede quoad jus possessionis, antequam liberũ tenementum acquisierit ex tempore & longa possessione: quod quidem esse poterit cùm longam & pacificam possessionem habuerit/ Item esto ꝙ absente capitali dño frater bastardus fratrem bastardum invenerit in seysina, & si talẽ ejecerit, videndum erit an recuperare debeat p assisam non obstante exceptione de libero tenemento, quia si opponatur, locum non habebit: quia licet disseysitus bastardus sit, tamen non competit disseysitori talis exceptio, cùm sit bastardus, & maximè in odium spoliationis: sed cùm constiterit per assisam

sam quòd uterq; sit bastardus, habita hinc inde cōpensatione bastardiæ melior erit conditio primi possidentis, & maximè ejus qui causam & autoritatē habuerit à capitali domino. Cùm autem contigerit quòd dominus capitalis primam habuerit seysinam & vacuam, & sit aliqnis extra seysinam qui se facit hæredem,& capitalis dominus recognoscit eum ad hæredem,si hæres plenæ ætatis extiterit,statim capiat dominus capitalis homagium suum,& restituet ei hæreditatem, accepta securitate de relevio suo & fidelitate & sacramento de servitiis quæ ad dominum pertinent de prædicta hæreditate faciendis. Si autem infrà ætatem extiterit,statim & ante omnia homagium suum capiat, & tunc demum habeat custodiam & maritagium. Si autem talem ad hæredem non cognoverit, cujuscunq; ætatis fuerit hæres,tunc primò locum habebit assisa mortis antecessoris versus dominum capitalem, sicut versus quemlibet extraneum, & ita quòd si dum dominus capitalis primam seysinā habuerit, & de hærede constiterit & seysinam ei malitiosè facere distulerit, & vastum & destructionem fecerit, cum ipso tenemento damna restituat, sicut fieri debet in assisa novæ disseysinæ, licet non habeatur in usu ad malitiam dominorum reprimendam qui res hæreditarias per primam seysinam suam convertunt in prædicta, sicut videri poterit in custode qui custodiam habet hæreditatis cum hærede vel sine, si vastum fecerit vel destructionem, damna restituit & amittit custodiam.

¶ 1 *De impetratione brevis. 2. Breve assisæ mortis antecessoris. 3. Aliud breve de eodem qui est infrà ætatem. 4. Breve quod mixtam habet naturam cum morte antecessoris & cum consanguinitate. Quòd diversa sunt brevia de eodem.* *Cap. 2.*

CUm autem (ut prædictum est) ad hæredem non cognoscatur, statim recurrat ad superioris auxiliū, sive sit unus,sive plures participes unum jus habentes, quorum nullus sine alio assisam portare poterit, & si omnes in brevi non nominentur, pro uno tantum cadit breve,nec cùm non nominetur,non erit sum̄onendus quòd sequatur cum participibus, sicut inferiùs observatur in quibusdam casibus. Facta igitur impetratione, de officio vic. satis constare poterit per ea quæ superiùs fiunt in aliis assisis. Forma autem brevis talis est.

P ¶ 2. Rex vic. salutem. Si talis fecerit te securum de clameo suo prosequendo &c. tunc sum̄ per bonos sum̄onitores XII. liberos & legales homines de visneto de tali villa, quòd sint coram Justiciariis nostris ad primam assisam, cùm in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere, si talis pater vel mater, vel avunculus, vel amita, frater, vel soror ipsius talis, fuit seysitus vel seysita in dominico suo ut de feodo, de tanto terræ, & tanto redditu cum pertinentiis in tali villa, de quo obiit, et si obiit post ultimum reditū Regis I. patris nostri de Hibernia in Angliā (& tēpore regis Edwardi mutatus fuit terminus iste post coronationem regis H. patris ipsius regis Edwardi) a & si prædictus talis ejus hæres propinquior sit. Et interim terram illam vel teūtum unde redditus ille provenit videant, & nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores talem, qui terram illam tenet vel redditum illum unde

writs of ... ancestor

a/ An interpolation.

unde ei deforc. quòd tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, & habeas ibi summonitores & hoc breve. Teste &c. ¶ 3. Rex vic. salutem. Summone per bonos summonitores xii. liberos & legales homines de visneto de villa tali quòd sint coram Justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere si talis pater, mater, avunculus, vel amita, frater, vel soror ipsius talis fuit seysitus in dominico suo ut de feodo de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, & si idem talis propinquior hæres ejus sit, & interim terram illam videant, & nomina eorum imbreviari facias. Et summone per bonos summonitores talem qui terram illam tenet, quòd tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, & habeas ibi summonitores & hoc breve. Teste &c. Si autem antecessor ingressus fuerit religionem, & ita quòd mortuus sit seculo, vel profectus in peregrinatione, in quo itinere obiit, tunc variatur breve sic: parati sacramento recognoscere, si talis pater vel mater, avunculus vel amita, frater vel soror ipsius talis fuit seysitus vel seysita, in dominico suo ut de feodo de tanto terræ vel redditu cum pertinentiis in tali villa, die quo habitum religionis accepit, & si habitum suscepit illum post terminum ut supra. Et si idem talis &c. ut supra. Vel sic: die quo iter peregrinationis arripuerit versus terram sanctam, vel sanctum Jacobum vel alibi, in quo itinere obiit ut dicitur, & si iter illud arripuit post ultimum &c. & si idem talis propinquior hæres ejus sit &c. omnia ut supra. Item est alius modus & alia forma ubi plures participes cohæredes unum jus habentes petant per assisam, sicut plures fœminæ, quarum quædam sunt maritatæ, et quædam non, tunc dicetur hoc modo. Rex vicecom salutem. Si A. et B. uxor ejus C. et D. sorores ipsius B. fecerint te securum &c. tunc summone &c. quòd sint coram &c. parati sacramento recognoscere si talis pater ipsarum B. C. et D. fuit seysitus &c. (ut supra) de x. acris terræ cum pertinentiis in tali villa et si &c. et summoneatur tenens sive sit unus sive sit plures qui terram illam tenent, ubi plures erunt assisæ propter pluralitatem tenentium. Item notandum quòd ubi petens fuerit infrà ætatem, plegios non inveniet de prosequendo, et ideò non dicetur, Si talis qui est infrà ætatem fecerit te securum &c. Sed statim dicetur post (salutẽ.) Sum̃ &c. si A. pater talis qui est infrà ætatem fuit seysitus &c. Item nec apponendus est terminus, quia si petens sit infrà ætatẽ, manifestè apparebit quòd talis antecessor minoris obiit post terminum. Itẽ est alia forma brevis quod quasi mixtam habet naturam, habet enim in parte naturam brevis mortis antecessoris, et in parte naturam brevis de consanguinitate, ubi hæreditas descendat ab uno stipite ad duas personas, scilicet quæ sunt quasi unus hæres per diversas lineas, sicut ad filiam, ubi tenet assisa Mortis antecessoris, et ad nepotem ex alia filia, ubi locum habet consanguinitas de morte avi, et ad quem gradum assisa se nõ extendit, et unde non dicatur in forma qua prius, sed variatur ita, scilicet: Si talis pater, vel mater, avus, vel avia B. vel proavus vel antecessor, fuit seysitus in dominico &c. Et quod dicitur de seysina avi vel aviæ ex parte nepotis, dici poterit de eorum fratribus et sororibus avunculis ipsius A. et amitis et consanguineis

sive

P a Writ mixt between Mort auncestor & de consanguini:

sive antecessoribus cùm sint quasi in uno gradu cum Avo & Avia. Sed ulterius non tenet breve ascendendo in eo quod tangit assisam mortis antecessoris, quia assisa ulterius non extenditur. In eo autem quod tangit consanguinitatem ulterius extenditur descendendo quàm ad nepotem quatenus tempus assisæ assisam mortis antecessoris permiserit usque ad trinepotem, qui omnes dicuntur consanguinei. Et de hac materia dicetur infra plenius in tractatu de consanguinitate. ¶ 4. In quo casu cùm sit assisa mortis antecessoris conjungenda cum consanguinitate non erit post recurrendum ad præcipe de cõsanguinitate sed ad assisam mortis, quia persona quæ propinquior est & facit assisam & trahit ad se personam & gradum remotiorem, ut ibi potius procedat assisa quàm præcipe, quia illud quod est majus remotum non trahit ad se quod est majus junctum. Sed econtrario in omni casu, & benè poterit qualibet istarum conjungi cum alia actione, quia qualibet loquitur de seysina ejus quam habuit die quo obiit, quod non est in brevi de recto, & qualibet de possessione & non de proprietate. Item si hoc, poterit tunc adjungi assisæ mortis antecessoris quilibet antecessor & successor qui assumi poterunt in placito de consanguinitate ut si dicatur, talis frater vel soror, vel talis nepos vel ulteriùs consanguineus ut in linea infrà, vel talis frater vel soror & talis antecessor ut in linea supra & eadem erit ratio. ¶ 5. Sunt etiam alia brevia huic aliquantulum similia de morte avunculi, & de morte amitæ, & materteræ & hæreditate partibili, & ubi in omni casu conjungit nepos cum avunculo vel amita, vel matertera, in assisa mortis antecessoris ubi non est mixta cum consanguinitate, & ubi dicitur: Si A. avunculus, amita, vel matertera B. & frater vel soror C. cujus hæredes ipsi sunt fuit seysitus vel seysita in dominico suo ut de feodo &c. Si autem hæreditas partibilis non sit, & avunculus de morte patris vel matris, avunculi, amitæ vel materteræ assisam mortis antecessoris portaverit, & nepos ex fratre breve de consanguinitate versus dominum capitalem & versus extraneas personas de hæreditate non partibili, nepos semper præferetur propter juris prærogativam quod ei descendit. Et eodem modo dici poterit si uterq; assisam mortis antecessoris arramaverit versus extraneam personam nepos. s. de morte avunculi & materteræ, et avunculus ipsius de morte fratris vel sororis, cùm semper responderi possit ad assisam avunculi, quòd avunculus habet nepotem qui majus jus habet in tenemento illo quàm habeat avunculus, si terra non sit partibilis, vel tantundem si terra sit partibilis, in quibus casibus nihil capiat per assisam. Si autem aliquis ipsorum petat versus alium per assisam, vel per breve de consanguinitate hæreditatem à communi stipite descendentem, avunculus versus nepotem vel econverso, nullius tenebit actio in hoc casu, sed locum habebit breve de recto: secundùm quod inferiùs dicetur in tractatu de consanguinitate.

1 ¶ *Qualiter procedendum est post impetrationem brevis de essoniis. 2. De resummonitione, sc. quod fuit in comitatu vel extra. 3. Breve de resummonitione si assisa capienda fuerit extra comitatum.* *Cap. 3.*

Impe-

IMpetrato igitur brevi mortis anteceſſoris aliquo modorum prædictorum, cùm fuerit vicecomiti exhibitum, & electis juratoribus & facto viſu, detur dies partibus coram Juſticiariis certis die et loco, et ſum̃oneantur juratores ꝙ tunc ſint ibi ad faciendam illam recognitionem. Ad quem diem poterit ſe tenens eſſoniare ſi voluerit, unus vel plures ſeparatim, ſecundùm ꝙ ſeparatim tenuerint, & ꝑ ſe, vel ſimul, & in com̃uni, ita ꝙ quilibet eorum habeat unicũ eſſoñ de malo veniendi, ſi fuerint in ꝓvincia, & aliquando de ſervitio dñi regis, unũ vel plura. Si autem ultra mare & ante ſum̃onitionẽ, tũc de ultra mare habebunt unum diem brevem vel diffuſum ſecundùm ꝙ tenens ſe eſſoniaverit de peregrinatione verſus terram ſanctam, de ſimplici peregrinatione, vel de paſſagio generali, vel ad ſanctum Jacobum, vel citra, ad minus tamen habebit ſpatium de ultra mare quadraginta dierum & unius ebbæ et unius fluctus, ſecundùm ꝙ inferiùs dicetur pleniùs de eſſoñ. Si autem primo die non venerit nec ſe eſſoniaverit, tunc ſtatim reſum̃oneatur. Et ſi aſſiſa capi debeat in com̃, præcipiatur vicecom̃ ꝙ faciat ipſum reſum̃oniri etiam ſine brevi. ¶ 2. Et revera ubicunq; capiatur extra com̃ poſt eſſoñ, vel reſum̃oñ, vel diem datum, vel waranti vocationẽ: ſemper incipi debet in com̃, & ideò ſi fieri debet reſum̃onitio fieri debet in com̃, ſed ſi ad reſummonitionem detur dies extra com̃, tunc neceſſe erit ꝙ fiat reſummonitio per breve ut ſciri poſſit extra com̃ ꝑ breve quid vicecom̃ fecit de reſum̃onitione. Breve autem tale erit. ¶ 3. Rex vic. ſalutẽ. Sum̃one per bonos ſum̃onitores A. ꝙ ſit corã Juſticiariis &c. tali loco tali die auditurus recognitionẽ Aſſiſæ mortis anteceſſoris quæ ſummonita eſt in curia noſtra coram præfatis Juſticiariis noſtris de tanto terræ vel redditus cum pertinentiis in tali loco in tali villa, & oſtenſurus quare non fuit coram eiſdem Juſticiariis noſtris apud talem locum tali die ſicut aliàs ſum̃onitus fuit, et habeas ibi ſum̃onitores et hoc breve. Teſte &c. Sed refert quem diem habere debeat in reſum̃onitione, utrum ſcilicet quindecim dierum vel minùs ſpatium, ſed hæc terminari poterint ſecundùm ꝙ aſſiſa capi debeat in com̃ vel extra com̃: ſi autem extra com̃, continebit dilatio ſpatium quindecim dierum, ſi autem infrà non erit tam diffuſa dilatio, ſed erunt judiciæ arbitrariæ dependentes ex juſticiariorum voluntate. Poſt reſum̃onitionem verò non jacebit eſſoñ, nec poſt eſſonium reſum̃onitio: quia ꝑ eſſoñ videtur tenens concedere ſum̃onitionem. Et ubi jacet reſum̃onitio & ubi non, et in cujus perſona, habetis ſupra de aſſiſis ultimæ præſentationis pleniùs in principio. Poſt reſum̃onitionem ſive venerit tenens ſive non venerit, capiatur aſſiſa ꝑ defaltam, quia tantum operatur ſua abſentia quàm præſentia: quia ſi præſens eſſet nihil dicere poſſet in odium defaltæ quare aſſiſa remaneret, niſi fortè cùm venerit ꝓferat chartas domini Regis per quas dominus Rex ei debeat warantiſare, & ſine quo dicat ꝙ non poteſt reſpondere: et idem erit dicendum, ſi chartas aliorum proferat & eos vocaverit ad warantũ. Idẽ in aliis caſibus, ubi ſcilicet ãteceſſor ille de cujus morte ꝓfert aſſiſã petens, non tenuit terram illam niſi ad vitam ſuam per cyrographum, & ſinẽ factũ in curia domini regis, vel ſi felonia objiciatur vel alia ſimilis exceptio

peremptoria, quòd si nulla talis, statim pro pœna duarum illarum defaltarum capiatur assisa, secundùm quod fieri debet in assisa ultimæ præsentationis & aliis consimilibus, salva domino regi misericordia sua pro contemptu summonitionis.

¶ 1 *Qualiter petens debet fundare intentionem suam partibus comparentibus.* 2. *Si juratores sint absentes, breve de habendo corpora eorum.* 3. *Si capta fuerit assisa per defaltam vel si statim tenens se ponat in assisam sine alia exceptione.* *Cap.* 4.

UTroq; autem tam petente quàm tenente comparente, perlecto brevi et audito, debet petens proponere intentionem suam secundùm formam brevis & fundare eam sic: Quòd pater vel mater vel alius antecessor suus fuit seysitus vel seysita in dominico suo ut de feodo de tanto terræ vel redditus cum pertinentiis in tali villa die quo obiit, & quòd obiit, post terminum. Itẽ quòd ipse sit propinquior hæres & ostendat rationem quare sit, quæ quidem si tenens simpliciter negaverit, & ꝑ omnia vel quendam articulum prædictorum, per assisam poterit veritas declarari, vel si nihil habeat quod proponat vel cùm habuerit et nihil proposuerit, statim procedet assisa per duodecim juratores, contra quos nihil excipi possit, et nõ ꝑ pauciores, secundùm ꝙ fieri possit in assisa novæ disseysinæ per septem ad minùs, ut supra per assisam novæ disseysinæ, & ideò hic procedat assisa per duodecim ad minùs, qui nulla ratione sint recusabiles ut supra de nova disseysina. Jurare autem debent juratores in hac forma. Hoc audis, justiciarie quòd veritatem dicam de hac assisa, & de terra vel redditu, vel de tenemento unde tantus redditus provenit, qui petitur, & unde visum feci per præceptum domini regis, & pro nihilo omittam quin veritatem dicam, sicut me dominus &c. Et quilibet post alium sic: Tale sacramentum &c. ut supra. Et si quidam de novo appositi fuerint & recenter qui nunquam tenementum viderunt, jurare poterũt salvo visu. Et tunc refert utrum eodem die de novo appositi fuerint pro defectu aliorum recognitorum, vel ab initio electi & visum facere noluerint in contemptum: quo casu si recenter assumpti fuerint erit cum eis misericorditer agendum, ad plus & ad minùs secundum ordinationem justiciariorum. Si autem ab initio electi fuerint & assumpti & visum facere ad mandatum vicecomitis recusaverunt, dupliciter deliquerunt, scilicet de falso sacramento, & contemptu, & magis ut videtur quàm illi qui obediunt, licet pejeraverint. Et unde nescitur si ejusdem debet esse conditionis cujus sunt illi qui visum fecerint, cùm de jure conditionis deterioris esse deberent. Facto igitur sacramento (secundùm quod prædictum est) cùm omnes præsentes fuerint, si per omnia convenerit secundùm eorum veredictum, aut judicabitur seysina petenti aut tenenti imperpetuum, vel ad tempus à clamore petentis liberabitur per assisam, & sic absolutio vel condemnatio subsequetur, secundùm quòd juratores verum dixerint vel falsum, certum vel obscurum, ut supra de assisa. Et si falsum dixerint, inde sequetur remedium ut infrà de convictionibus.

¶ 2. Item licet partes præsentes sint & se posuerint in assisam, juratores tamen

men possunt esse absentes qui declarare deberent veritatem, & ideò de necessitate aliquando ponitur asisa in respectu pro defectu recognitorum, & ideò præcipiatur vicecom̄ quòd habeat coram Justiciariis corpora recognitorum per hoc breve. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram Justiciariis nostris apud talem locum tali die corpora A. B. C. & aliorum nominandorum, recognitorum asisæ mortis antecessoris quam talis in curia nostra coram &c. arramaverit versus talem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa ad faciendam asisam illam, et si plures fortè fecerint defaltam tunc dicatur, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. ¶ 3. Si autem per defaltam capiat asisa sive tenens præsens fuerit in ipsa captione sive non, vel si præsens concesserit asisam, & ita capiatur in modum asisæ, & non juratæ, si juratores in veredicto suo dicendo super sacramentum suum de aliqua exceptione in quam petens se non posuerit falsum dixerint, locus erit cōvictioni, quia neq; tenens sit super exceptione status, finis facti, convētionis, rei judicatæ, vel hujusmodi: vel si dixerint de aliqua exceptione verum vel falsum alia quàm in quam petens & tenens se posuerint, si falsum dixerint, locus erit convictioni: quod tamen non esset, si præsens utraq; pars de communi consensu quòd ita esset vel non esset, se poneret in asisam.

Jurors respited & writ of habeas corpora jur.

¶ 1 *De seysina facta petenti per judicium.* 2. *Breve de seysina facienda post captionem assisæ.* 3. *Breve si querens queratur quòd seysinam suam habere non possit* 4. *Breve de seysina ubi tenens gratis recognovit.* 5. *Si justiciarii propria autoritate scribant vicecom. ex parte domini regis.* 6. *Brevia de seysina per concordiam.* 7. *De extensione facienda si fortè alia terra assignanda fuerit in escambium.* *Cap. 5.*

Contingit multotiens quòd ante judicium partes terminant asisam per concordiam. Sed ante videndum est qualiter seysina fiat petenti postquam per judicium recuperaverit. Et sciendum quòd petenti fieri debet seysina per tale breve per judicium. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd A. in curia nostra recuperavit seysinam suam versus B. de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa per asisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam. Et ideò tibi præcipimus quòd prædicto A. de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seysinam habere facias. Item alia forma, ubi custos abjudicatus est de custodia sua fortè propter vastum & destructionem quam fecit in custodia sua, ideò fiat parenti illius minoris nomine minoris et ad opus minoris seysina per hoc breve, vel hoc potest esse quia tenementum fuit Socagium & pertinuit custodia ad matrem. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd A. filia N. in curia nostra coram Justiciariis nostris per judicium ejusdem curiæ nostræ recuperavit seysinam suam versus B. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, unde prædictus N. pater ipsius A. obiit seysitus ut de feodo. Et ideò tibi præcipimus quòd C. s. tali mulieri custodi ipsius A. tanquam propinquiori parenti ex parte matris, et eo quòd ipse A. est infrà

various writs of seysinam habere fac

ætatem, de prædicta terra sine dilatione plenariam seysinam habere facias. Et non permittas quòd A. capitalis dominus feodi illius habeat custodiam illius terræ vel hæredis, quia in prædicta curia nostra forisjudicatur de custodia illa, eo quòd terra illa teneri debet de Socagio. Et sub eadem forma fieri poterit breve de seysina, ubi capitalis dominus vastum fecerit et destructionē, propter quod sit foris judicatus, quod quidem fieri poterit per assisam mortis antecessoris: & tunc dicatur in fine brevis, foris judicatus est de eadē custodia propter vastum & destructionem quam fecit in eadem terra. Teste &c. Et notandum quòd in nulla assisa præterquam in magna assisa per breve de recto recuperat aliquis seysinam per defaltam, quia in aliis assisis omnib' nulla alia sequitur pœna post defaltam, post resummonitionem & essoñ, nisi quòd capiatur assisa per defaltam. Si sit aliquis qui queratur post assisam captam quòd seysinam suam habere non possit secundùm quod illam recuperaverit, tunc fiat vicecom̄ breve in hac forma. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd Justiciarii nostri qui ultimò itineraverunt in comitatu tuo recordantur quòd A recuperaverit seysinam suam versus B. de tanta terra &c. coram eisdem Justiciariis nostris apud N. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam, & unde idem A. queritur quòd idem B. adhuc ei deforceat terram illam, vel sic: quòd seysinam suam inde habere non potest sicut eam recuperaverit, vel non in pace: Et ideò tibi præcipimus quòd eidem A. sine dilatione plenariam seysinam habere facias de prædicta terra secundùm quod illam recuperavit, & ipsum in seysina sua manuteneas & defendas, ne amplius inde clamorem audiamus. Teste &c. Item alia forma si tenens sine captione assisæ recognoverit terram esse ipsius petentis. ¶ 4. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd cùm assisa mortis antecessoris summonita esset in curia nostra coram &c. inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa vel aliter. Scias quòd cùm A. in curia nostra coram &c. peteret versus B. tantam terram &c. per assisam mortis antecessoris ibi inter eos summonitam, idem B. venit in eadem curia nostra coram &c. & recognovit totam prædictam terram cum pertinentiis esse jus ipsius A. & illam ei reddidit in eadem curia: & ideò tibi præcipimus &c. ut supra, et si per tale breve seysinam suam habere non possit, vel uti seysina pacifica, solent Justiciarii super hoc scribere vicecom̄ sub nomine suo ex parte domini regis ita. ¶ 5. Talis et socii sui Justiciarii itinerantes in tali comitatu vic. salutem. Scias quòd talis in curia domini regis coram nobis recuperavit seysinam suam &c. ut supra. Et ita in aliis brevibus omnibus secundùm formam brevis: & ideò vobis mandamus ex parte domini regis &c. ut supra. Si quis per concordiam & finem factum seysinam suam recuperaverit vel in assisa mortis antecessoris, vel recognoverit terram illam in toto vel in parte esse jus petentis, vel petens econtrario remiserit & quietum clamaverit jus suum, vel alio quocunq; modo concordati fuerint, tota forma concordiæ secundùm quod inter partes convenerit inseratur in brevi de seysina facienda tali modo. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd convenit in curia nostra coram Justiciariis

a. Note this passage concerning defaults.

ciariis &c. inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa unde assisa mortis antecessoris sumonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet quòd prædictus talis remisit vel recognovit &c. Et sic inseratur tota forma concordiæ de verbo in verbum, & in fine dicatur: Et ideò tibi præcipimus quòd prædicto tali de tota prædicta terra cum pertinentiis secundùm quod prædictum est sine dilatione plenariam seysinā habere facias. Teste &c. Si autem petens totum remiserit vel tenens totum recognoverit et acceperit aliquam terram in compensationem pro remissione vel recognitione tunc dicatur. ¶ 7. Sciatis quòd convenit &c. ut supra, scilicet quòd prædictus talis recognovit vel remisit &c. & pro hac &c. idem B. concessit eidem A. viginti solidatas terræ & redditus de terra sua in tali villa. Et ideò tibi præcipimus, quòd assumptis tecum duodecim tam militibus quàm aliis liberis, legalibus & discretis hominibus de vicineto illo per quos negotium illud melius expediri poterit, in propria persona tua accedas ad manerium illud, & per eorum sacramentum extendi & appretiari facias viginti solidatas terræ & redditus in prædicto manerio loco competenti, & facta extensione & appretiatione, tunc per visum recognitorum prædictorum habere facias & assignare eidem tali prædictas viginti solidat̄ terræ & redditus cum pertinentiis per rationabilem extensionem. Et quid & ibi, & per quas particulas terram illam & redditum ei assignaveris nobis vel justic. nostris &c. tali loco & tali die, evidenter & distinctè et appertè per literas tuas sigillatas sigillo tuo et sigillis prædictorum duodecim juratorum & per duos legales homines ex illis per quorum visum illam terram & redditum ei assignaveris et habeas ibi hoc breve.

¶ 1 *De exceptionibus & responsionibus contra assisam quare debeat remanere.* 2. *Si breve originale non fuerit exhibitum quia forte deperditum quid sit agendum.* *Cap. 6.*

ITem partibus in judicio constitutis multa poterit tenens dicere contra p̄sonam justiciarii de jurisdictione. Item contra breve impetratum de errore. Item contra p̄sonam petentis, quare non possit petere. Item de minus legitima sum̄onitione. Item contra personas juratorum, et hæc sunt quasi extra assisam & non tangunt actionem neq; perimunt, sed ad tempus impediunt, secundùm quod in magna parte dictum est supra in tractatu de assisa novæ disseysinæ, sed quia superiùs minùs dictum est de sum̄onitione quia nulla est ibi sum̄onitio sed attachiamentum, hìc in parte dicendum est. Cùm igitur tenens sum̄oneatur ad certum diem q̄ sit ibi auditurus illam recognitionem, tunc aut est sum̄onitio illa legitima et rationabilis vel minus legitima, sive testata fuerit sive non testata: si autē legitima, tūc procedatur in assisa, si autē illegitima aut est calūniata aut nō calūniata. Si autē calūniata sit, inquirat̄ à sum̄onitoribus (facta examinatione separata) de die & loco & aliis circumstantiis, & si facta examinatione constiterit sum̄onitionem esse legitimam, tunc procedat̄ (ut priùs) ad assisam. Si autem constiterit illam esse illegitimā, tunc detur alius dies legitimus secundùm q̄ partes fuerint manentes infrà

comi-

P Of Summons

comitat vel extra. Ad quem diem poterit tenēs se essoniare si voluerit, si defaltam fecerit non erit resummonendus sed capiatur assisa per defaltam, quia diem datum in banco dedicere non poterit nec etiam causari post essonium factum, quia per essonium concedit summonitionem esse rationabilem. Item nec post resummonitionem, quia si sūmonitio fuerit minus rationabilis, resūmonitio & dies datus à judice dici non poterit minùs rationabilis. Item si summonitio minùs fuerit rationabilis sed tamen à tenente cùm venerit non calumniata, procedendum erit ac si esset rationabilis nec si justiciarius illam noverit esse minùs legitimam non pertinebit ad ipsum propter hoc dare tenenti exceptionem. Item cùm ambo præsentes fuerint in judicio & petatur audientia brevis & fortè fuerit deperditum per negligentiam clericorum vel vicecom, non tamen propter hoc remanebit assisa, dum tamen coram justiciariis fuerit semel recitatum & auditum vel in comitat & ita q juratores electi fuerint & visus terræ factus, si hoc fuerit coram justiciariis protestatum. ¶ 2. Item cùm justiciarius assignatus fuerit ad aliquam assisam capiendam specialiter, si breve originale fuerit deperditum, tamen non nocet si justiciarius exhibeat warantum[a], cùm in waranto contineatur originale, sed non tenet e contrario, videlicet si warantus deficiat quòd assisa procedat, nisi fortè talis sit justiciarius quasi capitalis à latere domini regis transmissus.

¶ 1 *Si tenens warantum vocaverit in assisa mortis antecessoris.* 2. *Si warantus infrà ætatem fuerit quid sit agendum.* 3. *Breve de summonendo warantum.* 4. *Breve de summonendo warantum cùm vocatus manens sit extra comitatum interlaqueatum.* 5. *De essoniis post vocationem waranti.* 6. *Si warantus defaltam fecerit, capiatur de terra sua.* 7. *Breve dum fuerit in seysina.* 8. *Aliud breve de eodem dum fuerit in seysina.* 9 *Breve de summonendo warantum ad warantizandum cùm assisa capta fuerit per defaltam waranti.* 10. *Si warantus defaltam non fecerit.* 11. *Si assisa tangat regem & dicat tenens quòd sine rege respondere non potest capiatur nihilominùs assisa, sed ponatur judicium in respectum quousq; dominus rex inde præcepit voluntatem suam.*

Cap. 7.

ITem si ambo præsentes fuerint in judicio petens & tenens, habet fortè tenens warantum[b] & defensorem qui eum defendere tenetur in seysina sua contra petentem. Quo casu, refert cùm talem tenens vocaverit ad warantū, utrum warantus plenæ ætatis fuerit vel infrà ætatem, quia si infrà ætatem oportet tenentem docere rationem quare debeat warantizare, & chartas vel homagium captum ab antecessore, vel aliud, ne frivola sit vocatio vel dolosa, q quidem est in majore, licet sine charta vocari possit ad warantum per auxilium curiæ si petatur auxilium, si autem non, qui vocavit faciat eum venire. Illud idem fiat de minore, si constiterit quòd debeat warantizare, licet cùm venerit ad chartas antecessoris sui non teneatur ante ætatem respondere. ¶ 2. Breve enim ad sūmonendum warantum si fuerit manens extra comitat tale erit, si autem infrà, sine brevi sūmoneatur. Potest item unus tenens plures vocare warantos qui sunt loco unius hæredis, sicut unum corpus, & eodem modo plures successivè de waranto in warantum, & quo casu si unus ex pluribus

[a] warrantus, here signifies, the kings commission: It signifies in other passages the writ, or commission, or authority given by the king or any one; and the person so giving it, is said warrantizare.
[b]. Here it is in the common sense - a warrantor, or person warranting the land

bus defaltam fecerit, capiatur assisa per defaltam unius ac si omnes defecissent, sive quidam illorum fuerint infrà ætatem sive non. Item plures tenentes unum possunt vocare ad warantum vel plures. Item plures tenentes plures warantos. Breve autem de summonendo warantum tale erit. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quod sit coram Justiciariis &c. itinerantibus & ad hoc specialiter constitutis, vel Justiciariis de banco tali loco, tali die ad warantizandum B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, quam C. in curia nostra coram eisdem Justiciariis nostris clamaverit, versus eundem B. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam. Et unde idem B. in eadem curia nostra coram eisdem Justiciariis nostris vocavit ipsum A. ad warantum versus prædictum C. & habeas ibi summonitores & hoc breve, teste &c. Si autem plures waranti fuerint vocati manentes in eodem comitat, tunc omnes summoneantur simul & per unum breve. Si autem in diversis com, tunc quilibet warantus habeat suum breve, ita tamen quòd sic sint interlaqueata quòd in quolibet brevi fiat mentio de omnibus warantis tali modo. ¶ 4. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit coram &c. ut supra, ad warantizandum B. simul cum C. & D. tantam terram &c. ut supra, ita quòd quodlibet breve respondeat alteri, & quòd in quolibet brevi fiat mentio de quolibet waranto. ¶ 5. Et ad diem suum poterunt se essoniare simul & semel vel vicissim, ita quòd quililibet eorum unicum habeat essonium antequam ad warantiam respondeant, nisi prima die compareant & velint gratis respondere. Si autem ad diem summonitionis comparuerint waranti, & petens & tenens non, statim procedet assisa, & capiatur per defaltam si juratores præsentes fuerint; & si non, detur alius dies, & waranti, cùm se obtulerint usque ad quartum diem, quarto die recedent quieti de warantia, nec poterit tenens ulteriùs aliquid dicere quare assisa remaneat. Sed quare non recuperat petens statim & sine assisa per defaltam tenentis? non videtur ratio quare non, sed quia articuli in brevi contenti possent esse falsi quidam vel omnes, & quamvis res prima facie desinat esse tenentis, oportet tamen petentem docere rationem & jus quare pertineat ad ipsum. Si autem petens non compareat, expectato quarto die recedet tenens quietus de brevi illo, & similiter waranti. Si autem præsentes fuerint petens & tenens & warantus defaltam fecerit, tunc ante omnia per defaltam waranti imprimis capiatur assisa, nec procedatur versus warantum ad aliquam districtionem per captionem terrarum vel alio modo ante captionem assisæ, & donec sciatur utrum tenens amiserit vel retinuerit per assisam. Si autem retinuerit, tunc non erit necesse procedere contra warantum in placito warantiæ, & unde si primò die capi non possit assisa, sed detur alius dies vel fortè plures pro defectu recognitorum vel per essonium tenentis, & ad diem illum si ante captionem assisæ venerit warantus & velit warantizare & defendere, audiri non debet antequam assisa capiatur in modum assisæ, tum quia diem non habet ad warantizandum, tum quia amisit per defaltam suam omnes ex-

Writt of summons ad warrantizandum

ceptiones & omnes defensiones suas, & ita quòd non potest defendere, tum quia nescitur ad hoc ante captionem assisæ utrum oporteat eum de necessitate defendere vel non defendere. Et quòd assisa capi debeat antequam warantus respondeat ad warantiam, postquam comparuerit post defaltam, habetur de termino S. M. año Regis H. 3. incipiente 4. in com̄ Essex. Assisa mortis antecessoris si Brianus pater Henrici, & quia petens recuperaverit per assisam, tenens processit versus warantum de excambio, & warantus warantizavit & fecit excambium, & alibi in multis locis. Et ideò non est necessaria ejus præsentia antequam venerit per districtionem, cùm tenens amiserit per assisam. Et unde cùm diem non habeat & dicat warantiso, reddo et restituo petenti tenementum, facit manifestè disseysinam tenenti, si hoc fecerit contra ipsius tenentis voluntatem, quia cùm teneatur tenementum in possessione sua defendere, nec poterit eum disseysire & petenti restituere, quia defendere & restituere contra voluntatem tenentis non possunt simul stare. ¶ 6. Si autem captio assisæ adjudicata fuerit per defaltam & assisa capta fuerit & tenēs amiserit per assisam, tunc primò procedendum erit versus warantum de warantia ꝙ capiatur de terra in manum domini regis ad valentiam terræ quàm tenens amisit et non in eo sensu ꝙ tenentem warantisare possit. i. defendere in sua seysina secundùm ꝙ warantizatio in uno sensu defensionem habet, et secundùm ꝙ in alio sensu tenetur warantus ad excambium, cùm feoffatum suum non defenderit, vel defendere non possit, distringatur hoc modo si terram habuerit in eodem comitatu, ꝙ vicecom̄ capiat in manum domini regis de terra waranti ipsius ad valentiam terræ quàm tenens amisit per hoc breve. ¶ 7. Rex vicecom̄ salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo de terra A. in balliva tua pro defectu ipsius A. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa quam B. in curia nostra coram Justiciariis &c. recuperaverit versus C. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam, et unde idem C. dum fuit inde in seysina vocavit inde ad warantum prædictum A. versus eundem B. Et summoneas per bonos summonitores prædictum A. ꝙ sit coram eisdem Justiciariis nostris in tali loco tali die ad prædictum terminum, scilicet de principali placito warantiæ et inde responsurus & ostensurus quare non fuit coram eisdem Justiciariis nostris apud talem locum tali die sicut summonitus fuit, & habeas ibi summonitores &c. Si autem terra quæ amittitur et terra quæ tenetur ad excambium fuerint in diversis comitatibus, tunc primò fiat extensio de terra quæ amittitur, ut tantundem capiatur in manum domini regis de terra waranti quæ ad excambium tenetur, secundùm quod inferius de districtione waranti pleniùs dicetur. Item si plures fuerint waranti (ut prædictum est) tunc (facta extensione) capiatur in manum domini regis de terris singulorum proportionaliter quantum ad singulos pertinebit de warantia, secundùm valorem et æstimationem terræ quam tenens amisit per assisam, quæ capta fuit per defaltam ipsius waranti. Et sic videtur quòd habere poterit excusationem de defalta propter impedimenta, vel restituetur per defensionem per legem si-

cut

tur in causa proprietatis, et ita capi non poterit assisa propter aliquam defaltam, quia nulla erit defalta quæ defendi poterit per legem, & sic non erit ille in defalta qui vocavit quia secutus est per legem terræ, ita quòd non est in culpa, nec warantus in culpa erit, quia summonitionem defendere poterit per legem terræ, et ideò qui judicaverit assisam esse capiendam per defaltam, quæ nulla est, malè aget: et iniquum erit quòd warantus responsiones suas amittit versus petentem et faciat excambium cùm defensiones habeat et non sit in culpa. Cùm autem warantus omninò non venerit, vel, cùm venerit, se excusare non poterit de defalta, tunc primò capiatur assisa per defaltam, ut sciatur an petens jus habeat petendi vel non, vel si habeat quòd habeat tenens excambium. Si autem non, quòd tenens retineat per assisam, et warantus quietus de escambio, non enim justum esset quòd tenens utrumque haberet tenementum quòd priùs tenuit & excambium, quamvis warantus defaltam fecit. Et ideò in omni casu capienda erit assisa, et semper erit necessarium petenti, quòd sciat utrum tenens justam habeat causam vocandi warantum vel non. ¶ 8. Rex vic. salutē. Cape in manum nostram per visum legalium hominum &c. de terra A. per defaltam ipsius A. ad valentiam tertiæ partis vel quartæ tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa in tali com̄, quàm B. in curia nostra &c. recuperavit versus eum per assisam mortis antecessoris, et unde idem C. dum fuit inde in seysina vocavit inde ad warantum A. & B. & D. participes suos, Et sum̄oneas per bonos sum̄onitores præfatum A. quòd sit coram eisdem Justiciariis nostris apud talem locum ad præfatum terminum inde responsurus cum prædictis B. et C. & ostensurus quare non fuit &c. ut supra. Et ad quē diem si non venerit, amittet terram captam in manum domini Regis per defaltam suam, secundùm quòd assisa fecerit pro tenente vel petente secundùm unum sensum, quidam eorum vel omnes, secundùm quod venerint vel non ad diem illum. Si venerit warantus per districtionem aut statim warantizat, vel dicit se warantizare non debere, quia nihil aliud est dicere in hoc casu nisi quòd ad escambium non teneatur secundùm unum sensum warantiæ, quia warantizare non potest secundùm alium sensum i. defendere tenentem in seysina, cùm nullus jam sit in seysina tenens quem defendat. Igitur agendum erit tantum de escambio, quo casu si se defendere possit, quietus recedet de escambio: Si autem se defendere non possit, tunc statim satisfaciat de escambio suo feoffato, nisi fortè ita sit quòd ulteriùs warantum vocare voluerit, & tunc sum̄oneatur warantus quòd sit tali die tali loco ad warantizandum tali tantam terrā per tale breve. ¶ 9. Rex vic. salutem. Summoneas per bonos sum̄onitores talem A. quòd sit &c. ad warantizandum B. tantam terram &c. quàm C. in curia nostra &c. clamavit versus D. & quam idem D. postea amisit per assisam mortis antecessoris inde inter prædictos C. & D. captam. Et unde idem D. dum fuit in seysina vocavit inde ad warantum prædictum B. et qui postea venit et terram illam A. warantizavit, & habeas ibi &c. Ad quem diem si non venerit procedatur contra ipsum ad defaltam &c. ut supra. Et deinde cùm venerit aut statim warantizat aut dicit quòd warantizare non debet quia nihil

[Handwritten marginal notes:]
Summons to the warrantor to answer concerning the land to take.
Summons ad warrantizandum to a second warrantor
Something seems wanting here to introduce this writ.

hil tenet de eo, nec servitium ei facit nec homagium. Item etsi ei warantizare teneret, tamen ipse B. ubi ipse respondisse potuit ad assisam si ad diem suum venisset, defaltam fecit, & ita quòd per defaltam suam capta fuit assisa per quam amisit exceptiones & defensiones suas contra assisam, quod sibi ipsi debet imputare. Et si idem A. gratis warantizaverit B. & ulteriùs warantum vocaverit, eadem poterit ei fieri responsio quæ facta est ipsi B. Item esto quòd warantus, cùm ad primum diem defaltam fecerit, ad alium diem ante captionem assisæ postquam semel adjudicata fuit assisa capienda, de facto warantizaverit ipsi tenenti; & per warantizationem ita consideratum fuerit, quòd si tenens amiserit quòd warantus ei faceret warantiam suam & escambium, & ille idem warantus eodem die alium warantum vocaverit, & capta sit assisa eodem die, postquam petens recuperaverit versus tenentem, statim summonitus fuit secundus warantus ad warantizandum primò: ut in Rotulo Sanctæ Trinitatis Anno eodem, ad quem diem non venit secundus warantus postquam se essoniaverit, ita quòd præceptum fuit vicecomiti quòd haberet corpus ejus. Et ad quem diem venerit secundus warantus, ut de termino Sancti Michaelis proximo sequente Anno eodem, & primus warantus petiit versus eum excambium, terræ quam tenens amisit versus petentem per assisam mortis antecessoris. Et unde idem tenens vocavit ipsum primum warantum ad warantizandum versus petentem, & qui ei warantizavit, & vocavit secundùm warantum versus petentem, & qui venit & noluit respondere ad breve suum nisi curia consideraret, quia ille primus warantus terram illam warantizaverat tenenti. Et postea per defaltam suam propriam amisit per assisam, absque eo quod ipsum secundum warantum vocasset ad warantum, dum fuit in seysina, & de sicut per defaltam suam capta fuit assisa, & ita quòd tenens amisit, & ita quòd tenens est nunc extra seysinam, quod quidem primus warantus per attornatum suum cognovit, consideratum fuit quòd secundus warantus non responderet, & quòd primus warantus in misericordia. Casus iste inveniri poterit in Rotulo de termino Sancti Hillarii Anno Regis Henrici sexto in comitatu Midd. Assisa mortis antecessoris si Aluricus Huse qui terram de Matilda de albo monasterio tenuit, & quæ vocavit ad warantum Wilhelmum de Albo monasterio. Et quod dicitur de defalta unius waranti cùm unus tantum vocetur ad warantum, illud idem dici poterit de defalta unius vel duorum ex pluribus warantis, quòd capienda est assisa si unus ex pluribus defaltam fecerit. Ex præmissis igitur patet manifestè, quòd cùm warantus defaltam fecerit prima die & adjudicatum sit quòd assisa capiatur per defaltam, & assisa eodem die capi non possit, sed differatur captio usque in alium diem, & warantus tunc venerit per districtionem, vel sine, & warantizare voluerit ante captionem, bene poterit, non tamen ad defensionem ut tenentem defendat, vel quòd aliquid dicat contra assisam sed ut excambium faciat si tenens

nens amittat per assisam, & multò fortiùs post captionem assisæ, quia tunc non erit quis in possessione quando possit defendere, tenetur tamen ad excambium propter warantiam. Et si ulteriùs per hoc quod sic warantizavit quoad excambium velit warantum vocare, non proderit ei sicut patet superiùs per exemplum, cùm ex culpâ suâ non sit in seysina nec quasi nec etiam suus feoffatus quem warantus suus possit dèfendere in seysinâ. P Et quòd assisa capi debeat per defaltam waranti statim post defaltam, habetis de termino Sancti Michaelis Anno Regis Henrici decimo secundo incipiente decimo tertio in com̃ South. Assisa mortis antecessoris si Robertus filius Cinul de tenemento de Denemede, unde Herbertus filius Richardi qui terram illam tenuit, vocavit inde ad warantum priorem de S. Lando de Bothomago, qui post essonia sua de ultra mare & citra defaltam fecit. Et unde consideratum fuit quòd assisa procederet per defaltam ipsius prioris, & quia Herbertus amisit per assisam, habuit recuperare suum versus priorem. Et unde verum est, quòd non erit assisa capienda, nisi tunc demum cùm warantus defaltam fecerit postquam warantum vocaverit, sive warantus venerit sive non, quòd capietur assisa: ut de termino Sanctæ Trinitatis Anno Regis Henrici decimo septimo in com̃ Buck. Assisa mortis antecessoris si Rogerus de Estwicham, & idem dici poterit de utroque, si warantus & tenens defaltam fecerit. Item si tenens tantum & warantus præsens sit, vel absens, non refert; quia warantus quietus de warantia, cùm non sit aliquis qui sequatur versus eum. Item esto quòd P warantus ad primum diem venerit, & se defenderit de warantia, non est aliquis ipsorum tenentis aut waranti qui dicere possit contra assisam quare remanere debeat: tenens non potuit quia defensionem suam posuit in warantum, quam quidem resumere non potest. Warantus autem non tenetur dicere contra assisam nec defendere, quia defendit se de warantia, nihil igitur superest nisi quòd per defaltam utriusque capiatur assisa. ¶. 10. P Si autem warantus defaltam non fecerit, sed primo die comparuerit post essonia & dilationes, præsentibus petente & tenente, aut statim warantizat, aut ostendit rationem quare warantizare non debet. Et si statim warantizaverit, respondere poterit contra assisam, & dicere quare remanere debeat imperpetuum, vel ad tempus, cùm omnes habeat exceptiones & defensiones quas principalis tenens haberet, (ut infrà dicetur) & fortè plures. Et cùm sit quasi tenens, cùm tenentem teneatur defendere in seysina. Et sic potest defendere statim, nisi ipse warantum unum vel plures, quem ad defensionem propriam velit nominare, petat. Potest enim warantus cùm warantizaverit, & sit quasi dominus litis, warantum ulteriùs vocare, & iste warantus cùm warantizaverit alium, & sic in infinitum successivè vocare, & qualiter summoneri debent per auxilium curiæ, vel sine, & qualis districtio sequi debeat summonitionem, facilè patet ex præmissis: hoc tamen adjecto, quòd ille qui warantizaverit, in brevibus summonitionis & districtionis

Observations concerning touching to warrant

nis semper habebitur pro tenente, et de illo cui warantizatum est nulla fiat mentio, sed domi remanebit, donec terminetur placitum inter petentem & warantum, quia subiit defensionem. Et si plures vocati fuerint de waranto in warantum, & ultimus defaltam fecerit, capi debet assisa per defaltam, et per omnia observari debet sicut superiùs dictum est. Item cùm plures sint waranti, et ultimus tenentem defendere non possit, vel si assisa per defaltam waranti capiatur, & ultimus warantus de excambio faciendo se defendere non possit, faciet excambium suo feoffato, & illud idem excambium deveniet ad primum tenentem, de manu in manum, de waranto in warantum, secundùm quod inferiùs pleniùs dicetur de warantis. Si autem unus ex pluribus warantis, vel plures, fuerit infrà ætatem, omnium illorum ætates expectabuntur. Si autem unus ex pluribus petentibus in communi ante captionem assisæ moriatur, non tamen propter hoc cadit breve, nec remanebit assisa mortis antecessoris, ut de itinere. W. de Ralegh in comitatu Warr. Assisa mortis antecessoris, circa medium Rotuli. Illud idem observari debet, ut videtur, si moriatur unus ex pluribus tenentibus simul & in communi. Si autem divisa sit hæreditas vel tenementum inter plures participes, quod priùs fuit commune, si unus moriatur, cadit assisa & breve. Et quid si vir & uxor simul vocentur de feoffamento uxoris: licet vir moriatur, non tamen propter hoc cadit breve vel econverso. Si autem petens vel tenens vel uterque moriatur, tunc cadit loquela omninò, quasi deficiente fundamento. Si autem unus warantus vel plures ex pluribus moriantur, tunc refert utrum warantizaverit vel non, si autem non warantizaverit, non cadit breve per mortem waranti, sed incipiet tenens vocare suum hæredem de novo. Si autem warantizatum fuerit, secundùm quosdam, cùm warantus sit quasi tenens & principalis, & cùm tenens posuerit in warantum defensionem suam omninò, nec illam resumere possit, quod quidem non est in primo casu, et sic quasi mortuus, & quasi ad placitum cadit breve, & sic alio brevi opus erit. Si autem warantus unus, vel unus ex pluribus, cùm plures successivè vocentur, se defenderit de warantia quòd warantizare non debeat, nulla alia subsequitur poena, nisi quòd capiatur assisa per defaltam, & semper tenens conservabitur indemnis per excambium, cùm ei fuerit semel warantizatum. Et quòd assisa sic capi debeat statim per defaltam waranti, habetis de Itinere Martini de Pateshul in comitatu Eborum, Anno Regni Regis Henrici decimo. Assisa mortis antecessoris, si Walterus Chamlenger. Ad hoc facit de Itinere Wilhelmi de Ralegh in comitatu Buckingham si Simon de Hokedes, assisa mortis antecessoris, ubi dicitur quòd si warantus warantizare non debeat, quòd nulla subsequitur poena, nisi quòd assisa capiatur. Et est ratio, quòd warantus in assisa defendere debeat contra assisam, & dicere quare debeat remanere. Sed si nihil dice-

dicere sciat, procedit assisa, et assisa aufert vel dat in causa possessionis. In causa proprietatis respondet warantus & defendet ipsum jus, & quare petens jus non habeat tenetur docere, quod si facere non possit, amittit tenens, cùm sit indefensus. ¶ 11. Item cùm quis warantum ita quasi vocaverit, & dicat quòd sine domino Rege respondere non possit, quia tenementum de quo assisa arramata est, teneat ad voluntatem domini Regis, capiatur assisa statim, & inquiratur per assisam de seysina antecessoris ipsius petentis & si petens sit hæres propinquior, ut tunc auditâ domini Regis voluntate vel statim recuperet petens, vel differatur judicium pro voluntate domini Regis, ut de Itinere M. de Pateshul in com̄ Kanc. anno Regis H. xii. Assisa mortis antecessoris si Robertus de Wylington. Item cùm warantus summonitus venerit ad warantizandum, & contentio habeatur de warantia eo quòd homagia & chartæ deducuntur, et ita quòd sine difficultate & dilatione non possit placitum de warantia terminari, quia dubium est utrum tenens possit per assisam retinere vel non, solet assisa capi, ut scire posit cum quo remanere debet seysina, ut secundùm hoc procederetur in placito warantiæ, vel non, assisa mortis antecessoris si Brianus. Item notandum quod propter incumbramentum tenentis alicujus, non tenetur dominus feoffator warantizare, si ad warantum vocetur. s. ubi antecessor ejus qui petit per assisam mortis antecessoris fuit in seysina post donum factum ab eo qui vocatus est ad warantum, sicut videri poterit. Esto quòd quis aliquem feoffaverit de x. acris & ille feoffatus suus alium feoffaverit ulterius, qui inde obierit seysitus, hærede suo infrà ætatem existente, si dominus capitalis ceperit illa. x. in manum suam, et hæredem non cognoverit ad hæredem, vel illa x. ulterius alicui dederit, & hæres assisam super eum arramaverit, & talis warantum vocaverit suum feoffatorem, non audietur propter suum proprium incumbramentum. Quis teneatur ad warantiam, & quis non infra dicetur pleniùs in tractatu de warantis, in causa proprietatis. Item esto quòd cùm dominus proprietatis vel capitalis, terram de qua assisa impetranda erit dederit ad firmam, videndum erit utrum impetrari debeat super firmarium vel super dominum capitalem. Et videtur prima facie super dominum capitalem, quia firmarius nihil habet nisi tantum usum fructum, & proprietarius habet in dominico tenementum. Et ideò quia firmarius non posit tenementum deducere in judicium, sed contra, si impetratum sit super proprietarium, et ipse amittit per assisam sic amittet fructuarius usum fructum sine regressu versus suum warantum, quod quidem esset iniquum. Re vera impetrari poterit super utrumque, sed non simul, sed per se, super proprietarium, cum protestatione tamen ante captionem assisæ, quòd fructuarius de termino suo habeat versus eum regressum. Item si impetretur super firmarium, valebit impetratio, sicut videri poterit per exemplum. Item si capitalis dominus vendat alicui custodiam alicujus terræ, si hæres cùm ad ætatem pervenerit portaverit assisam super tenentem, & cùm sit plenæ ætatis et paratus probare ætatem suam non erit tenens audiendus si velit dominum capitalem vocare ad warantum, propter aliquam

Whether an Assise is to be brought against a firmarius or Dominus Capitalis

aliquam conventionem inter eos factam, ut si dicat, quòd ei teneatur warantizare usq; ad certũ terminũ, vel ultra ætatem, & cùm talis conventio nõ tangat hæredem, procedat statim assisa, & tenens agat de convẽtione versus suum warantum, si sibi viderit expedire, quia ille qui petit assisam mortis antecessoris nihil clamat in custodia, nec venditor tenetur ei warantizare nisi custodiam tantum, & non tenementum in dominico.

¶ 1 *De exceptionibus proponendis contra assisam mortis antecessoris.* 2. *De morte quarum personarum capi debet assisa.* Cap 8.

CUm autem in assisa mortis antecessoris nullum warantum habuerit, vel, cùm habuerit, nullum vocat, quia in propria persona velit potiùs subire defensionem, & ei multæ competant responsiones ex articulis in brevi contentis, & exceptiones inprimis proponat illas, dicitur eñ inprimis si talis pater vel mater &c. Et unde inprimis videndum est de morte quarum personarum capi debeat assisa, & sciendum quòd de morte patris, & matris, fratris, & sororis, avunculi, & amitæ. ¶ 2. Et ita sicut limitatur assisa in certas personas, ita limitatur inter certos gradus, quòd superiùs ascendendo non extenditur ad avum, nec inferiùs descendendo ad nepotem, quia de morte avi nunquam tenebit assisa, nec eodem modo de morte nepotis, licet nepos habere posset assisam de morte avũculi vel amitæ. Item nunqũ tenebit assisa inter conjunctas personas fratres & sorores, nepotes & neptes, pronepotes & proneptes, & sic inferiùs descendendo, nec etiam [a] consanguinitas de aliqua hæreditate, vel de aliquo quod descendat hæreditariè de communi stipite, sed tantum breve de recto: tamen versus extraneas personas locum habebit assisa, quatenus se extendat, & [ad] quas personas assisa se non extendit locum habebit consanguinitas, quæ omninò trahit originem de assisa, sicut inferiùs pleniùs apparebit.

¶ 1 *Qualiter petens probare debet suam intentionem.* 2. *De seysina die quo obiit.* 3. *De ultima seysina.* 4. *Si quis donationem fecerit ad vitam suam alicui tantum sine hærede, vel alicui & hæredibus suis.* 5. *Quid sit dominicum.* 6. *Quid sit feodum.* 7. *Die quo obiit.* 8. *Qualiter accipitur dies.* 9. *Si de usu seysinæ in assisa queratur, de hoc non est curandum.* 10. *De termino.* 11. *De qualitate hæredum.* 12. *De hoc quod dicitur in brevi summone.as &c. tales qui tenent &c.* Cap. 9.

PRoposita autem intentione petentis, oportet eum fundare & probare, scilicet per assisam in modum assisæ, omnes brevis articulos, scilicet quòd talis antecessor cujus seysinam petit, fuit seysitus in dominico suo ut de feodo, & die quo obiit, & quòd post terminum (cum assisa ista sicut & aliæ infrà certum terminum limitatur) Et si in uno articulorum istorum defecerit, cadit assisa, ac si in omnibus defecisset. ¶ 2. Dicitur autem, si talis pater &c. fuit seysitus,

a the writ de consanguinitate. fol. 281.

seysitus, seysitus tamen poterit quis esse corpore & animo simul die quo obiit, secundùm quod seysina acquiritur corpore & animo, & ita poterit retineri corpore & animo simul, & corpore tantum sine animo post mortem, donec corpus à seysina efferatur. Item eodem modo retineri possit seysina animo sine corpore ante mortem, verbi gratia. Esto quòd quis peregrè profect⁹ sit, vel ad nundinas, nemine in possessione sua nomine suo relicto, & in itinere antequam redierit moriatur, nihilominus seysitus moritur. Item si per paupertatem possessionis dereliquerit, & ita quod dominus capitalis pro defectu servitii tenementum suum in manum suam ceperit & retinuerit, vel alio excolendum dederit, vel (quod plus est) alium feoffaverit, satis moritur tenens seysitus, quia animo retinet civiliter, licet corporaliter non fuerit in possessione naturaliter, quod tamen non esset, si ei offerenti, scilicet domino capitali servitium cum arreragiis dum vixit seysina esset ei denegata, tūc esset disseysitus, & seysitus non moreretur. Item satis seysitus moritur, qui secundo die, vel tertio, vel ulteriùs quamdiu licuerit ei qui rejectus est recēter rejicere, vel si in tali languore fuerit constitutus, ꝙ sibi perquirere nō possit, ut si fuerit essoniatus de malo lecti, vel in tali infirmitate ꝙ memoriam amiserit, quia cum talis animo & corpore semel seysinam acquisivit, & si dum fuit in seysina talis infirmitas supervenerit, quòd memoriam amiserit, quia nunquam durante tali statu poterit desinere animo possidere, & satis moritur seysitus. Idem est, si quis donationem fecerit per chartam, & ita quòd finis & cyrographum in curia domini Regis intervenerit cum omni solennitate, si nulla subsequitur seysina, vel minùs sufficiens, ut si donator statum non mutaverit quantum ad usum in toto nec in parte cùm usus fuerit post donationem per se, vel cum donatorio, in propria persona, vel per suos & ita ꝙ donatori⁹ vacuam possessionem non habuerit. Item non refert qualem seysinam antecessor habuerit, vel per disseysinam, vel per intrusionem, vel per dominū, vel per non dominum, & ita ꝙ quasi de feodo moriatur seysitus, & unde si ejectus esset dum viveret, seysinam suam recuperare posset per assisam novæ disseysinæ, non tamen ut de libero tenemento, ut si teneret ad vitam, scilicet sibi & hæredibus suis ut de feodo, et hæc est regula generalis. Quis teneat ad vitā et quis in feodo, supra satis videri poterit pleniùs in titulo de donationibus. Item non refert utrum quis moriatur seysitus in propria persona, vel in persona tutoris, vel procuratoris, ut si procurator nomine domini sui stipulaverit et acquisiverit, et dominus suus ratam habuerit acquisitionem cùm sciverit, vel si procurator dn̄o ignorante acquisiverit, & ante seysinam moriatur dn̄s, satis moritur seysitus, quia factum procuratoris sui nunquam facere poterit irritum. Item & eodem modo ex persona tutoris sicut procuratoris mori poterit quis seysitus, ut si tutor vel custos aliquem minorem recognoverit ad hæredem, & sub nomine talis minoris se posuerit in seysinam, licet minor in propria persona sua possessionem non apprehenderit (quod plerique faciunt) satis moritur seysitus ex seysina custodis, & talem seysinam transmittit ad hæredes, & illud idem dici possit de curatore, qui sub nomine

ne

ne minoris fuerit in seysina ratione socagii, vel ratione feoffamenti. Si autem custos minorem ad hæredem non cognoverit, cùm custos in seysina fuerit hereditatis, licet jus proprietatis ad talem hæredem minorem descenderit & sic obierit, nihil aliud transmittit ad hæredes suos propinquiores nisi id quod ipse habet, scilicet jus merum & proprietatem, seysinam autem quam non habet non transmittit nec jus possessorium. Oportet igitur recurrere ad seysinā ejus, scilicet antecessoris minoris qui ultimò obiit seysitus, qa oportet de necessitate quòd seysina sequatur jus merum, & iñ fine ibi remaneat, & illud idem dici poterit de majore quod dicitur de minore. ¶ 3. Plures ita mori possunt seysiti de una et eadem re ut de feodo, ex diversis feoffamentis. Et unde si ordine debito agant hæredes, & petant quilibet per assisam, in fine redibit seysina sive possessio ad proprietatem, et sic de seysina ejus qui ultimò obiit seysitus erit incipiendum, et de assisa ultima gradatim & per ordinem usque ad primam. Item ad ultimam seysinam erit recurrendum, unius videlicet ex pluribus feoffatis simul ex una donatione, quia nullus ex taliter feoffatis de morte alterius habebit assisam, sed hæredes eorum, si talibus fiat donatio et eorum hæredibus, scilicet de morte illius tantum qui ultimus ex omnibus obiit & non de morte aliorum præmortuorum, ut videri poterit si fiat donatio viro et uxori simul & eorum hæredibus, vel concubinæ & pueris suis nominatis, vel non nominatis, et eorum hæredibus, et cùm omnes in seysina fuerint, vel quidam eorum, nullus ex persona alterius vel morte habebit assisam, quia omnes feoffati sunt simul habendi & tenendi, nec totum nec partem separatam, nec per se, sed ut quilibet ipsorum totum habeat cum aliis in communi. Et cùm unus moriatur, non descendit aliqua pars hæredi morientis, nec separata, nec in communi ante mortem omnium, sed pars illa communis per jus accrescendi accrescit superstitibus, de persona ad personam usque ad ultimum superstitem: & cùm ille ultimus obierit, tunc primò locum habebit assisa mortis antecessoris in personis hæredum, & sic ad ultimam seysinam quicunque talium præmoriatur semper ad ultimam seysinam erit recurrendum. Sed esto quòd hæres per errorem, de morte patris vel matris præmortuæ assisam portaverit cùm portare deberet de morte ejus qui ultimò obiit, quæritur an restitui possit. Et unde videndum est utrum tempestivè ante captionem se rettaxerit vel non. Si autem se retraxerit, ad aliam assisam regressum habebit. Si autem non, quia assisa super assisam, de eadem re, et de eadem morte, non erit capienda, non magis quàm assisa novæ disseysinæ, inter easdem personas, & de eodem facto, sibi ipsi imputet quia erravit. Si autem sic fiat donatio pluribus successivè, scilicet tali & hæredibus suis quos de carne sua procreatos habuerit, & si non habuerit, vel cùm habuerit & defecerint, tunc tali et hæredibus suis eodem modo, & sic de pluribus: Si primus cùm tales habuerit seysitus moriatur, statim competit assisa suis hæredibus. Si autem nullos omninò habuerit, vel cùm habuerit defecerint, tunc descendit jus ad alios feoffatos non ex causa successionis, ut locum habeat assisa mortis antecessoris, sed ex causa pri-

mæ

a. assize d'. a formedon in descender was given by 2 westm. de donis

me donationis, & per modum feoffamenti, & alio brevi opus erit. Item potest quis ita dare q̄ nec ipse nec donatorius nec hæredes ipsorum habebunt assisam mortis antecessoris, ut si quis ita dicit, do tibi talem rem ad vitam meam. Si donatorius supervixerit donatorem, hæredi donatoris non competit assisa, sed breve ad terminum qui præteriit, cum res donata sit liberum tenementum ipsius donatoris, & terminus ipsi donatorio. ¶ 4. Si autem donatorius invitâ ipsius donatoris obierit, tunc distinguendum erit utrum donatio facta fuerit donatorio tantum vel donatorio & hæredibus suis, si tantum donatorio, tunc revertitur res donata ad donatorem, ex quo hæredes sui in donatione non sunt comprehensi, quia locū nō invenit per modum donationis quòd ad alium possit descendere vel reverti quàm ad eum à quo processit. Si autem donatorio & hæredibus suis, si ipse defecerit & hæredes sui in vita donatoris, tunc fiet eodem modo quo superiùs proximo dictum est. Si autem ipse donatorius vel hæredes sui vel ambo supervixerint, tunc revertatur res donata ad donatorem vel hæredes suos per breve de ingressu ut supra. Si autem cùm donatorio & hæredibus suis facta fuerit donatio ad vitam donatoris, si donatorius præmoriatur, hæredes sui ei succedunt jure hæreditario, quamdiu donator vixerit, sicut ad feodum, & post mortem donatoris desinit esse feodum donatorii, & incipit esse feodum donatoris. Si autem sic facta sit donatio ad vitam &c. ut supra. Item dicitur in dominico suo, videndum est igitur inprimis quæ possunt haberi in dominico. Et sciendum est quòd tam tenementa quàm redditus, & omnia alia, de quibus haberi possit assisa novæ disseysinæ de libero tenemento, sive teneantur ad vitam sive in feodo: & de his quæ in feodo tenentur, sequitur assisa mortis antecessoris, & datur hæredibus quicunque fuerint in possessione. ¶ 5. Item dominicum accipitur multipliciter. Est autem dominicum quod quis habet ad mensam suam & propriè, sicut sunt Bordlandes Anglicè. Item dicitur dominicum villenagium quod traditur villanis, quod quis tempestivè & intempestivè resumere possit pro voluntate sua & revocare. Item potest dici dominicum de quo quis habet liberum tenementum, & alius usum fructum. Item dici poterit dominicum de quo quis habet liberum tenementum & alius custodiam. Eodem modo dici poterit dominicum, de quo quis habet liberum tenẽtum & alius curā, sicut dicit de custode & curatore, & unde unus datur à jure & ali⁹ ab homine. Et generaliter qualitercunq; quis feoffatus fuerit in quacunq; hora, in feodo sibi & hæredib⁹ suis, vel si ex causa successionis, ita q̄ assisā novę disseysinæ habere posset si ejectus esset dum viveret, competit hæredibus suis assisa mortis antecessoris post mortem suam si seysitus moriatur. Et sciendum quòd dominicum dicitur, ad differentiam ejus quod tenetur in servitio, & unde dicitur tota die, quòd videndum erit quid quis teneat in dominico, & quid in servitio. Et regulariter verum est, quòd dominicum dici potest, omne illud tenementum de quo antecessor obiit seysitus ut de feodo, sive cum usu fructu vel sine, & de quo si ejectus esset dum viveret, recuperare posset per assisam novæ disseysinæ licet alius inde haberet usum fructum,

ctum, & unde ad declarationem seysinæ antecessoris statim competit hæredi assisa mortis antecessoris si impeditus fuerit, ut seysinam habeat de tenemento sicut antecessor suus habuerit, & quod ad hæredem recognoscatur, salvo firmario termino suo. Et si terminus præterierit, & firmarius forte tenementum ultra terminum retinere contenderit, vel illud ad alium infrà terminum vel post transtulerit, competit hæredi assisa novæ disseysinæ si voluerit, & sic de seysina ejus qui infrà ætatem fuerit, si infrà ætatem obierit competit hæredi suo de morte sua assisa mortis antecessoris, non obstante usu fructu quem firmarius vel custos perceperit, & de quo antecessor minoris die quo obiit seysinam non habuit, nec ipse minor dum vixit, quia etsi in propria persona usus non fuit, tamen utitur per alios qui sunt in seysina nomine suo, quia iste facit, cujus nomine fit, & si non utuntur per se, utuntur per alios, sicut videri poterit de illis qui tenent in villenagio, ipsi utuntur & fruuntur, sed non nomine proprio sed domini sui, & unde licet alius usum fructum habuit die quo obiit antecessor, dici poterit quòd seysitus obiit in dominico suo ut de feodo, habito respectu ad liberum tenementum & ad feodum, & non ad usum, & ita quòd assisa non determinet usum, non magis quàm si tenementum teneretur in villenagio, & poterit quis tenere tenementum in dominico & in feodo, & alius in servitio, vel quoad usum. Item unus tenere poterit in feodo quoad servitium, sicut dominus capitalis & non in dominico, & alius in feodo & in dominico & non in servitio, sicut liberè tenens alicujus, & unde licet tenens vendat alicui tenementum suum, non tamen ille qui emit intrat in feodum domini capitalis, cùm ipse nihil inde habeat nisi tantum servitium, & nihil in dominico nisi tantum in servitio, sed tantum in feodum & dominicum tenentis, & tenens nullam injuriam fecit domino capitali, licet ei damnum faciat, quia habere poterit servitium suum & distringere feodum suum quicunque illud teneat, & ideò poterit tenens vendere tenementum suum quando voluerit & cui, nisi ab initio inter eos modus adjiciatur ne possit, alioquin faceret tenenti suo disseysinam. ¶. 6. Item dicitur (ut de feodo) quod quidem oportet petentem probare sicut alios articulos. Videndum est igitur quid teneatur in feodo & quid sit feodum. Et sciendum quod feodum est id quod quis tenet ex quacunque causa sibi & hæredibus suis, sive sit tenementum sive redditus, ita quod redditus non accipiatur sub nomine ejus qui provenit ex camera alicujus, sicut alibi plenius dictum est supra de assisa novæ disseysinæ. Item dicitur feodum alio modo ejus qui alium feoffat & quod quis tenet ab alio, ut si sit qui dicat, talis tenet de me tot feoda per servitium militare. Et unde ex præmissis colligi potest, quòd unus potest esse seysitus de aliqua terra vel redditu in dominico suo ut de feodo, & de libero tenemento simul, vel tantùm ut de feodo vel non in dominico; vel tantum ut de libero tenemento & in dominico, non tamen in feodo, sicut dici poterit de illis qui tantum tenent ad vitam quacunque ratione. Et eodem modo potest quis esse seysitus ut de feodo

feodo & de libero tenemento quoad proprietatem & in dominico, & alius ad nullum istorum sed quantum ad usum fructum, sicut firmarius sive fructuarius, qui tenet ad certum terminum annorum. Item dicitur (ut de feodo) ita quòd (ut) ponatur pro (quasi) & denotet similitudinem, vel quòd (ut) denotet ipsam veritatem. Ipsam veritatem, sicut de ipsis dici poterit qui justum habent titulum, & justam causam possidendi ab eis qui jus habent conferendi & tunc pro (sicut) ut supra. Item similitudinem, pro (quasi) sicut de illis dici poterit qui ingrediuntur sine causa & sine justo titulo vel frater postnatus antenato excluso, vel soror propria autoritate & per donationem factam à non domino. Item si per conditionem, ita quòd talium ex fortunæ insidiis dependeat seysina. Item si bastardo fiat donatio & hæredibus suis, & cùm nullum habeat de corpore suo, ingrediatur filius suus bastardus, & uxorem ducat, & hæredes habeat de corpore suo, si tales moriantur in seysina, moriuntur seysiti in dominico suo ut feodo, & ibi accipitur (ut) pro quasi.

P ¶ 7. Item dicitur die quo obiit, vel die quo habitum religionis assumpsit. Item die quo iter peregrinationis arripuit, in quo itinere obiit, unde videndum erit de die qualiter dies accipiatur. Est enim dies solaris & dies lunaris, secundùm quod Deus divisit lumen à tenebris, ex quibus duobus diebus efficitur unus dies, qui dicitur artificalis ex die præcedente & nocte subsequente, qui constat ex xxiiii. horis. Hora autem fit ex quadraginta momentis. ¶ 8. Dies autem artificialis dividitur in quatuor partes. Et est una pars quæ incipit in crepusculo, & terminatur ad mediam noctem: & alia quæ incipit a media nocte, & terminatur in aurora: & tertia quæ incipit ab aurora, & terminatur in meridie: & quarta quæ incipit à meridie & terminatur ad noctem, & qualibet pars in se continet sex horas. Et unde sive quis obierit die solari sive lunari, moritur eodem die artificiali, qui pro uno die computatur. Et unde quacunq; hora obierit quis tali die artificiali, sive die sive nocte, moritur semper quasi in die. Et unde non est necesse apponere in brevi nocte qua obiit, quia semper morit die artificiali.

die quo obiit

what Dies is.

P Ad hoc autem quod hæres seysinam antecessoris sui recuperet per assisam qualem habuit antecessor, sufficit (ut quidam dicunt) quòd talis antecessor suus aliqua hora diei illius in seysina extiterit, licet ante mortem suam aliqua hora diei tenementum illud ex causa donationis, vel alia qualicunq; ad alium transtulerit, tum propter brevem seysinam, tum quia die quo obiit aliqua hora in seysina fuit. Et unde dicunt, quòd hoc satisfactum est brevi & assisæ, nec est necesse (ut dicunt) inquirere utrum talis seysitus obierit necne, ex quo in brevi non distinguitur. Sed revera (quicquid dicatur) videndum erit utrum seysitus obierit necne, quia cùm dicat die quo obiit seysitus, oportet quòd seysitus obierit, alioquin cadit assisa, sicut videri poterit manifestè. Quia esto quòd quis in crepusculo vel aurora seysitus fuerit de aliquo tenemento ut de libero tenemento suo & in dominico suo ut de feodo, & tenementum illud dederit alicui & transtulerit

 lerit

lerit animo donandi, & ille cui datum fuerit illud recipit animo retinendi & possidendi, & jus conjunctum simul cum seysina in persona donatorii, statim facit liberum tenementum ei qui recipit & dominicum, & nihil remanet cum donatore, nisi tantum nudum dominium cùm uno tempore & una hora transferat quicquid habet ad donatorium, si talis sic feoffatus aliqua hora diei vel noctis fuerit in seysina. ¶ 9. De usu vero, si donatorius non statim utatur non est multum curandum, quia potest quis sufficientem habere seysinam, licet non statim utatur. Nec multum est de substantia, sed aliquando vestimentum probet, & post imaginariam donationem seysinam declarat, quod quidem faciat, & eodem modo captio expletiarum. Et eodem modo quo seysina juncta juri liberum facit tenementum vero hæredi, cùm descendat hæreditas ad eum statim & sine mora in ipsa conjunctione, ita facit seysina juncta cum jure statim liberum tenementum, si conjuncta transferatur ad alium per eum qui dare potest, & qui omnia habet, scilicet seysinam & jus & liberum tenementum, & qui hæc omnia habet, omnia statim transferre potest & sine mora si velit, sine aliqua retentione vel exceptione, vel quòd ei nihil remaneat præter solum nudum dominium. Et cùm ita transtulerit (facta traditione) statim quasi nudus recedit, nihil secũ portans præter nudum dominium, & donatorius (facta traditione) sic existens in possessione vacua, nihil possessioni suæ contrarium inveniens vel rebelle, statim in ipsa hora habet liberum tenementum, secundùm quod videri poterit manifestè. Esto quòd donatio facta sit mane, & donatorius in seysina usq; ad horam primam vel tertiam, & donator facta traditione recesserit, & postea pœnituerit se fecisse donationem, & statim revertatur post horam tertiam, volens ingredi non admittatur, violentiam adhibens violenter repellatur, queritur per assisam quòd injustè sine judicio sit ejectus, respondet donatorius ad assisam quòd non, quia gratis dedit, et gratis tradidit et gratis exivit, et quòd non fit ei injuriatum, quia hoc voluit. Videtur igitur quod assisa novæ disseysinæ remanere debeat, non obstante aliqua exceptione teneræ seysinæ: cùm talis exceptio contra factum proprium donatoris locum habere non debeat, quamvis in suo casu locum habeat contra factum alienum. Et unde videtur, quòd ea ratione qua cadit assisa in persona donatoris, eadem ratione tenere debet et procedere pro donatorio, ad recuperandum, si fortè donator ipsum ejiciat sine judicio in eodem casu. Sequitur ergo ex præmissis, q̃ tam modicum tempus sufficit ad habendum liberum tenementum, et q̃ de uno et eodem die possunt esse seysiti ut de feodo et diverso tempore, et quod de uno dicitur de duobus vel pluribus dici poterit, si prædicto modo quacunq; hora diei fuerint in seysina et in seysina obierint. Et unde mortuo donatore eodem die donationis, et donatorio vel pluribus donatoriis, si tenementum successivè ex causa donationis ad plures de persona in personã translatum fuerit et eodem die moriantur, et unde si omnes hæredes versus capitalem dominum seysinam antecessorum suorum petierint per assisam, videndum erit quis eorum præferatur, si dicatur quòd hæres

primi

primi donatoris, quia fuit in seysina antecessor suus aliqua hora diei, illud idem dici poterit de hærede primi donatorii & secundi, quia antecessores eorum fuerint in seysina aliqua hora diei, & sic deinceps de aliis. Ad quod responderi poterit, quòd re vera ille præferri debeat aliis cujus antecessor fuit in seysina aliqua hora diei & seysitus obiit, hoc etiam videri poterit manifestè de eo cujus antecessor fuit in seysina aliqua hora diei & obiit seysitus, aut iter peregrinationis seysitus assumpsit in quo Itinere obiit, quia poterit hodie iter arripere & eodem die de quo profectus fuerit vel in crastino, poterit dare et secundo die mori, et ideò licet aliqua hora diei quo iter assumpserit seysitus fuerit, tamen nullam seysinam transmittit ad hæredes, quia seysitus non moritur. Et hoc dico si donatorius post donationem aliqua hora diei per traditionem in seysina fuerit. Illud etiam dici poterit de eo cujus antetecessor habitum religionis assumpsit, & eodem die in seysina extiterit, & eodem die ante assumptionem habitus dederit, hæres ejus nihil capiat per assisam, quia antecessor seysitus habitum non assumpsit, & unde videtur (& verum est) quòd nullus per assisam obtinebit nisi hæres ille cujus antecessor seysitus obiit. Et sciendum quòd ille qui dat & qui dare potest, transfert jus quod habet, sive fuerit jus possessorium sive jus merum, hoc est si dederit proprium statim facit liberum tenementum, si autem alienum, non sic. Quæ autem seysina dici debeat firma & bona & quæ tenera, supra videri poterit in titulo de donationibus, ubi inveniri poterit de hac materia. ¶ 10. Item fit mentio de termino, & tunc fiant ea quæ supra in aliis assisis. Item continetur in brevi, (& si talis sit hæres propinquior) ad quod videre oportet de differentia & qualitate hæredis, de legitimo vero & bastardo pertinet ad tractatum de bastardia, ut infrà dicetur pleniùs, ubi apponitur bastardia in modum exceptionis. Item primus sive propinquior hæres dici poterit, quem nemo antecedit, supremus quem nemo sequitur. Item hæredis appellatio non solum ad proximum hæredem sed ad ulteriores refertur, nam & hæredis hæres deinceps hæredis appellatione continentur. Sed tamen hîc tangendum erit in parte qui sunt filii & hæredes, & qui filii & non hæredes, & qui nec filii nec hæredes. Et unde sciendum, quod liberorum quidam sunt filii & hæredes, sicut sunt illi qui ex justis nuptiis procreati sunt & progeniti, à patre & matre vel altero ipsorum hæreditatem habentibus, quia hæres dicitur ab hæreditate & non hæreditas ab hærede. Item econverso filii & non hæredes, ut si nulla sit hæreditas descendens, nec ex parte patris nec ex parte matris. Item poterit esse hæres ex parte patris tantum & filius cùm hæreditas tantum descendat à patre & non à matre, & sic filius matris & non hæres & econtrario: si hæreditas descendat tantum ex parte matris, si autem ex parte utriusq;, tunc erit filius & hæres utriusq;. Item sicut ab initio poterit quis esse filius et hæres unius vel utriusq; ipsorũ (ut prædictũ est) eodem modo desinere possit esse filius & hæres, ut si pater & mater, vel eorũ alter totam dederint hæreditatem, nihil relinquentes hęredi nec in dominico nec in servitio, cum is quasi sine causa hæres dicebatur cùm jam non

ſubſiſtat. Item ubi quis primò genuerit filiam quæ hæres dici poſſit propinquior, ſi maſculus ſupervenerit, deſinit eſſe hæres. Item ubi filia hæres fuerit & per ſe, aliis filiabus ſupervenientibus non erit hæres per ſe, ſed cum aliis in communi. Item hæredum quidam ſunt propinqui cum propinquioribus, ſicut frater, vel ſoror patris vel matris cum eorum filiis vel filiabus. Item propinquiores ſunt filii vel filiæ, confratres vel ſorores in linea tranſverſali, cùm ſint in linea recta deſcendente à patre vel matre, quia omnes hæredes in linea recta deſcendentes excludunt à ſucceſſione omnes tranſverſales. Item in linea recta deſcendente ſunt propinqui & propinquiores, ut ſi plures filii venientes ab eo à quo deſcendit hæreditas omnes quidem ſunt propinqui, ſed antenatus propinquior propter ætatem. ¶ 11. Item ſi unus filius vel plures, vel unus filius & plures filiæ, ſi plures filii & una filia vel plures, maſculi ſemper erunt propinqui cum primogenito, & filiæ hæredes remoti. Si autem nullus maſculus cum primogenito, ſed tantum filia vel filiæ, tunc erunt filiæ hæredes propinqui cum maſculo, & maſculus propinquior anteceſſori propter ſexum. Item ſi plures ſint filii & hæreditas deſcendens partibilis ſit, omnes ſint propinquiores hæredes ratione hæreditatis quæ in ſe habet partitionem, & ſi filiæ ſint, ſunt hæredes propinqui. Si autem nullæ, tunc frater vel ſoror anteceſſoris, ſi autem plures ſint filiæ, licet hæreditas ex ſe non habeat partitionem, tamen partitur ratione filiarum, quæ ſunt quaſi unus hæres, & in quo caſu, quælibet illarum eſt hæres propinquior anteceſſoris, frater verò & ſoror propinqui. Item ſunt propinqui & propinquiores, ita ſunt remoti & remotiores. Remoti verò poſt propinquos ſcilicet fratres, ſorores, avunculos vel amitas ſunt eorum filii vel filiæ nepotes ſcilicet & neptes, remotiores verò eorum filii vel filiæ, ſicut pronepotes & proneptes, & ſic deinceps eorum filii & filiæ in infinitum. Et ſic perpendi poterit quis ſit hæres propinquior & qua ratione. Et ſciendum quod aut ſexus, aut ætas, aut linea, aut hæreditas partibilis, aut pluralitas fœminarum facit hæredes propinquiores, quantum ad jus ſucceſſionis; non autem quantum ad jus ſanguinis, ſecundùm quod inferiùs dicetur. Item ſunt propinquiores, quantum ad jus & quantum ad ſeyſinam, quia ſeyſinam ſemper ſequi debet jus. Et eo deficiente qui propinquior eſt anteceſſori, ſive propinquior ſit per ſe, ſive cum alio, ſine hærede de corpore ſuo, & incipit poſtnatus poſt eum eſſe propinquior anteceſſori qui in ſeyſina eſt, & à quo deſcendit jus hæreditatis ad ipſum & ſic deficientibus propinquioribus ſucceſſivè, cùm ſemel inceperint eſſe quilibet poſt alterum vivente anteceſſore, ſemper incipit eſſe hæres propinquior ei qui eſt in poſſeſſione hæreditatis hæres qui fuit priùs anteceſſori propinquus, ſive in linea recta deſcendente, ſive in linea tranſverſali: ita tamen quòd linea recta ſemper excludat tranſverſalem, & ſicut ex præmiſſis perpendi poterit manifeſtè. Item ſi deſcendat hæreditas ad primogenitum non habentem hæredem ex ſe, incipiunt fratres ſui poſtnati vel ſorores ejus eſſe hæredes ſui propinqui, & deſinunt eſſe hæredes patris communis vel alterius

ante-

antecessoris. Sed tamen primogenitus post eum incipit esse propinquior, quia senior. Et generaliter verum est, quòd ille propinquior est hæres in omni casu ad quem jus merum descendit, sive sit verus hæres sive pro hærede, sive loco hæredis, sicut est dominus propter feloniam tenentis sui, quia nullus potuit esse propinquior qui jus merum habuit. Et eodem modo tenendum erit de remotis hæredibus in infinitum, sicut dicitur de propinquis, de quibus infrà pleniùs dicetur de successoribus. ¶ 12. Dicitur etiam in brevi. Sũmoneas &c. talem vel tales qui terram illam vel reddituũ tenent. &c. Et unde videndum an totum teneant sicut antecessor tenuit vel ejus partem & non totum, secundùm quòd antecessor tenuit cujus seysinam ipsi hæredes petunt. Et sciendum quòd multipliciter poterit esse illud totum, vel potest peti illud totum sub uno toto, ut si quis petat aliquod manerium cum pertinentiis vel alio modo, vel decem libratas terræ cum pertinentiis, vel unam carucatam terræ cum pertinentiis vel alio modo, & non refert utrum hoc faciat, an per simile. Et unde cùm petens visum facere debeat juratoribus, oportet ꝙ juratores videant quid, & quantum posuerit in visu suo, & utrum totum ꝙ ipse antecessor tenuit, & secundùm ꝙ tenuit, vel non, quia totum debet petere ꝑ assisam ꝙ antecessor tenuit, & secundùm ꝙ tenuit, vel excipere si aliquid inde alienatum fuerit post seysinam antecessoris, vel translatum, alioquin de jure debet cadere breve. Si autem petat hæres seysinam antecessoris sui versus unum per plures particulas, sive particulæ illæ sint diversi generis sive unius, quælibet particula per se habet suum totum per se, sive fuerint in uno loco sive in diversis, et si aliquam particularum istarum nõ teneat tenens integrè, cadit breve quoad illud totum illius particulæ, & tenet quoad alias ꝑticulas integras, ꝙ licet sit unica persona quæ petat, & unica quæ teneat, tamen diversæ erunt actiones & plures, licet consimiles, propter plures particulas, ac si esset si quis peteret unam rem divisam inter plures, plures erunt actiones, propter plures particulas, & plures personas. Si autem petat quis versus unum unam particulam per plures particulas numero, sicut unam carucatam ex pluribus, per plures virgatas, vel unam virgatam per plures acras, si totum non tenuit tenens, cadit breve. Item quod dictum est de parte dici poterit de toto, vel quia nunquam tenuit inde aliquid, vel si tenuit, rem ad alium transtulit, & ita desiit tenere; & quo casu, videndum erit quo tempore desiit tenere, & quando ad alium res translata fuerit, utrum viz. ante impetrationem brevis, vel post, quia si ante, tunc non erit tenens in dolo, & sic nec in culpa. Si autem post impetrationem diligentem & prosecutionem timens futuram litem & controversiam motam, ne cum ipso agatur mutandi judicii causa rem ad alium transtulerit, nihilominus pro possessore judicabitur, & non solum ille qui transtulit sed ille ad quem transfertur pro voluntate ipsius petentis, unus scilicet eorum vel uterque. Si autem petens negligens fuerit vel in impetratione vel in prosecutione, hoc erit ei imputandum, de negligentia vero vie. non erit ita quoad

 summoni-

summonitionem & officium vic. Si autem sit dominus capitalis qui teneat, licet totam rem non teneat, sed aliquam partem, procedet assisa contra ipsum, pro ea parte quam tenet: ut de itinere M. de P. in com̄ warr̄ anno regis H. 5. Et quòd assisa cadere debeat ratione plus petitionis, ubi petens plus petierit quàm tenens tenuerit: habetis in itinere W. de Ralegh. in com̄ Leyc. de Humfredo de Leyc. & Juliana uxore ejus, circa finem rotuli. Item esto quòd tenens dicat, ꝙ totum tenementum non teneat & juratores quæsiti nesciant utrum teneat vel non, cadit assisa propter incertitudinem, ut de ultimo itinere W. de Ralegh. in com̄ North. de Wilhelmo de camera.

¶ *1 De responsione tenentis ad articulos brevis. 2. Ad hoc quod dicitur in brevi si talis antecessor &c. & quòd non jaceat exceptio.* *Cap. 10.*

PRoposita igitur intentione petentis, & fundata sic super quolibet articulo brevis ut prædictum est: oportebit tenentem cùm warantum non habuerit nec defensorē, ad singulos articulos respondere ꝑ ordinem, & excipere contra omnes vel quosdam, quare actio vel assisa procedere non debeat, et docere contrarium vel diversum, & ad exceptionem suam defendendam vel probandā ponere se super assisam, & probare per assisam in modum assisæ, cùm nihil valeat excipere, nisi probetur exceptio in modum assisæ vel juratæ. Ad primum igitur articulum sic erit respondendum. ¶ 2. Dicitur enim, si talis antecessor fuit seysitus sicut pater vel mater & sic deinceps, quòd inter petentem & tenentem non poterit assisa procedere: quia tenementum de quo assisa arramata ēst descendit à prædicto antecessore quasi de communi stipite ad prædictum tenentem, & ita ꝙ assisa non jacet inter eos sicut inter convictas personas, cùm tantundem juris habeat tenens in terra sive in tenemento petito, quantum & ipse qui petit, & ideò propter paritatem juris non poterit assisa terminare seysinam, quia si tenens petat, responderi poterit ꝙ tantundem juris habet tenens in tenemento petito, quantum & petens, & ideò ꝙ alia actione opus erit scilicet per breve de recto, quod utrumq; terminat, possessionem scilicet & proprietatem, & ꝙ ideò remanere debeat assisa. Ad quam quidem exceptionem, poterit petens sic respondere replicando, ꝙ nihil juris clamat per descensum de communi stipite, immò per feoffamentum factum à com̄uni antecessore et hoc paratus sit probare ꝑ testes, & chartas vel instrumēta, secundùm ꝙ magis sibi videt expedire, & super feoffamento erit ꝓcedendum, secundùm ꝙ inferiùs pleniùs dicetur ad convincendum dictum replicantis. Triplicari autem poterit super replicationē, quòd donatio illa nulla esse debet, quia talis antecessor qui dedisse debuit, semper fuit in seysina, & nunquam exivit à seysina nec statum mutavit in aliquo quin ipse in seysina remansisset per se vel per suos nomine suo. Et tenens doceat contrarium si possit vel diversum. Infrà de hac materia pleniùs. Item si soror contra sororem vel particeps contra participem: quia locum habet breve de rationabili portione, quia quilibet est hæres propinquior propter

jus

jus quod communiter descendit omnibus, sicut uni propter unitatem juris. Et propinquior esse potest valde remotus quoad jus, licet non quoad seysinā, si non appareat alius propinquior, licet bastardus, quia filius esse non potest nec hæres.

¶ 1 *Si talis antecessor cui competit assisa mortis antecessoris.* Cap. 11.

DIcitur autem supra de morte quorum competat assisa. Nunc autem dicendum quibus personis, quia dicitur, talis antecessor talis: quia ex hoc possunt competere exceptiones tenenti & responsiones. Et sciendum ꝙ assisa competit filio vel filiæ vel filiabus si plures nascātur, de morte patris, vel matris, sed non competit nepotibus neq; neptibus ex eis de morte prædictorū, Avi vel Aviæ.s. nisi aliis ꝑsonis jungantur, in quibus tenet assisa ut supradictū est. Item competit fratri de morte fratris. Item sorori de morte fratris vel sororis. Item nepoti vel nepti de morte avunculi vel amitæ, sed non econverso & ita restringitur assisa ista infrà certos gradus & certas ꝑsonas, & ulteriùs non extenditur. Item locum habet ista assisa inter prædictas ꝑsonas et extraneas ꝑsonas quatenus se extendit, sed ubi assisa locum non habet ultra certos gradus, locum habebit inter easdem ꝑsonas consanguinitas, ascendendo usq; ad triavum et descendendo usq; ad trinepotem, quia inter quascunq; ꝑsonas locum habebit assisa infrà suos limites: inter easdem locum habebit cōsanguinitas extra. Et vice versa inter quascunq; ꝑsonas infrà suos limites locū non habet assisa, inter easdem extra nunquam locum habebit consanguinitas, sed breve de recto tantùm, sicut inter ꝑsonas prænotatas: & secundùm ꝙ inferiùs dicetur. Talibus igitur ꝑsonis de morte talium competit assisa (ut prædictum est) contra extraneas ꝑsonas: ut si dn̄s capitalis in seysina ꝓpria fuerit, vel alia quævis extranea ꝑsona, sive fuerint fratres uterini de alio patre, vel alia matre à quibus hæreditas nō descendit, quia tales sunt quasi extranei, cùm nō sunt capaces hæreditatis. Item eodem modo & multò fortiùs dici possunt extranei illegitimi et bastardi, quia licet sint uterini, tamen inter tales (secundùm quosdam) non jacet assisa cùm sint bastardi, nec ad hoc saltem ꝙ ꝑ assisam ꝓcedi possit ad ꝓbandam legitimitatem, quia ꝑ hoc terminari non poterit negotium: quia si talis cohæres se ꝓbaverit legitimum, non tamen ꝓpter hoc se ꝓbat hæredem ꝓpinquiorem, licet se ꝓbaverit hęredem. Quia si talis in causa bastardiæ se ꝓbare possit legitimum, tunc ulteriùs locū non habebit assisa, sed ad breve de recto erit recurrendum, ne sub specie possessionis terminetur ꝓprietas & jus merum, ꝙ esse non debet. Sed si bastardia contra tales ꝑsonas nominatas objiciatur à ꝑsonis extraneis, tunc in causa bastardiæ ꝓcedatur sicut inter alias quascunq; ꝑsonas. Item cùm inter easdem ꝑsonas prænominatas non habeat locum aliud breve q̃ de recto, non erit ibi duellum neq; magna assisa, sed ꝑ narrationem descensus à cōmuni stipite terminabitur tam jus possessorium q̃ jus merum quia facta computatione de facili ꝑpendi poterit quis primogenitus et hæres ꝓpinquior et hęres justior, tum

tum ꝓpter jus & ætatem, tum ꝓpter sexum & consimilem ꝓpinquitatem, tũ ꝓpter lineam rectam & transversalem. Si autem nepos prius fuerit in seysina recta linea descendendo, excludit omninò avunculum à successione si petat versus nepotem ꝑ assisam, quia non jacet. Si autem ꝑ breve de recto, excludit eum omninò tum ratione juris ꝙ ei descendit & non avunculo, tum ratione rectæ lineæ, quia omninò excludit transversalem dum aliquis reperiatur in ea, masculus vel fœmina, qui erunt ꝓpinquiores ratione prædicta, & non solũ excludit nepos vel neptis avunculum et alios remotiores ex linea transversali venientes, cùm nepos vel neptis fuerint in possessione: verùm etiam excludunt eorundem ꝓnepotes & ꝓneptes & omnes alios ex illis descendentes. Cùm autem avunculus priùs fuerit in possessione hæreditatis ꝑ intrusionem vel alio modo, et nepos petat versus eum de seysina patris, vel descensu avi, locum non habebit assisa, sed tantum breve de recto, ꝑ ꝙ si compertum fuerit ꝑ narrationem ꝙ nepos hæres fuerit ꝓpinquior et justior ꝓpter juris prærogativam, tamen nihil capiat ꝑ judicium ꝓpter casum regis, qui hucusq; se habuit in contrarium, & remanebit semper judicium in suspenso, donec contentio (si partes voluerint) ꝑ concordiam terminetur. Et unde videndum si nepos & avunculus sub eadem potestate antecessoris simul fuerint astrarii tẽpore mortis, eo ꝙ ambo reperiuntur in atrio sive in astro, et quo casu cùm videatur ꝙ uterq; habeat liberum tenementum, statim cùm quilibet eorum sit rectus hæres et ꝓpinquus: tamen ille præferri debet qui secum habet juris & ꝓprietatis prærogativam & rectæ lineæ quæ excludit transversalem. s. nepos, quia in ꝑsona ejus conjungitur jus & ꝓprietas cum seysina; ꝙ quidem non est in ꝑsona avunculi, qui non habet nisi tantum ea quæ sunt possessionis, & non juris. Et unde si ꝑ nepotem ejiciatur, non recuperabit ꝑ assisam novæ disseysinæ, tum ꝓpter juris prærogativam in nepote, tum quia vacuam seysinam non habuerit. Si autem avunculus ejecerit nepotem, nepos ꝑ assisam recuperabit. Et illud idem erit si nepos in seysina extiterit tempore mortis, & avunculus cum extra fuerit nepotem ejecerit, & vice versa si avunculus in seysina & nepos extra & avunculum ejecerit, avunculus ꝑ assisam recuperabit si diu in pacifica seysina extiterit & alias non, ut infrà, salvo tamen nepoti jure suo super ꝓprietate. Si autem ambo fuerint extra tempore mortis antecessoris, et sic neuter astrarius, & tunc aut possessio vacua, aut capitalis dominus, Rex, vel alius extitit in possessione. Si autem vacua, tunc refert quis eorũ se priùs posuerit in seysinam. Si autem nepos, statim habet liberum tenementum ratione prædicta, & si fuerit ejectus per avunculum, recuperabit ꝑ assisam. Si autem avunculus se priùs posuerit in seysinam, & ꝑ nepotem statim ejectus & recenter, ꝑ assisam novæ disseysinæ non recuperabit versus nepotem, licet versus alios. Sed si tempus habuerit ꝑ negligentiam nepotis vel impotentiã cùm seysina sua substantiam capiat ex tempore, si per nepotem fuerit eject9, ꝑ assisam recuperabit, quia sine judicio ejicitur licet justè. Si autem seysina vacua non fuerit cùm capitalis dominus extiterit in seysina, sine voluntate ipsius se ponat in assisam. Refert igitur quis eorum priùs autoritate dñi capitalis

talis fuerit in seysina. Si autem nepos, avunculus nunquam recuperabit versus eum, propter privilegium juris ꝙ nepos habet, si autem avunculus, nepos non recuperabit ꝑ assisam mortis antecessoris, propter paritatem juris possessorii ꝙ avunculus habet, nisi sibi statim perquisiverit ꝑ assisam, vel alio modo quòd seysinam avunculi fecerit contentiosam. Non habebit igitur remedium nepos nisi ꝑ breve de recto, & sic remanebit avuncul⁹ semper in seysina, quia judicium remanebit in suspenso propter casum regis super jure. De possessione autem & jure possessorio (ut prædictum est) semper habet avuncul⁹ paritatem. Si autem capitalis dominus neutrum illorum admiserit, donec ei cōstiterit quis eorum sit hæres justior, si uterq; petat versus eum per assisam, nepos præferri debet propter juris meri prærogativam, licet in utriusq; persona locum habeat assisa. Item cùm neuter ipsorum astrarius fuerit, & dominus capitalis diu tenementum in manu sua tenuerit, & illud postmodum avunculo ꝑ finem quem cum eo fecerit restituerit, cùm ꝑ hoc nōn sit avunculus astrarius nec in seysina nisi ꝑ factum aliorum, tunc videtur ꝙ omisso brevi de recto ꝓpter casum Regis, in ꝑsona nepotis locū habere posset breve de ingressu, cùm sit extra seysinā. Cùm autem in seysina, non poterit ei prodesse aliud breve quàm breve de nova disseysina, ꝓpter suspentionem judicii. Item extraneus dici poterit quoad assisam mortis antecessoris licet procreatus sit de eadem matre à qua descendit hæreditas, sive masculus sive fœmina ꝓpter coarctationem hæredum. Ut si terra data fuerit in maritagium tali cum tali uxore sua & hæredibus ipsorum conjunctim, omnes alii sunt extranei, & sic excludit fœmina masculum sicut jus sanguinis.

¶ 1 *De exceptionibus contra articulos brevis.* 2. *Dicitur (de tanta terra) ut si error fuerit in impetratione exceptio propter errorem.* 3. *Item dic quo obiit.* 4. *Casus Roberti de Sachc.* 5. *Propinquior hæres & alius adeò propinquus.* 6. *Exceptio super id quod dicitur quod talis tenet.* *Cap. 12.*

Redeamus ad exceptiones ꝓponendas contra articulos brevis. Dicitur enim à petente ꝙ talis antecessor fuit seysitus, ad quod poterit tenens excipere & docere contrarium vel diversum. Dicere enim poterit ꝙ nunquā fuit inde in seysina aliquo tempore, & inde se ponere super assisam, & petens ꝙ fit ut priùs, & simili modo se ponere super assisam, & sic procedat assisa, vel dicere posit tenēs ꝙ si antecessor unquā fuit in seysina, hoc fuit nomine alieno ut ꝓcurator, custos, vel curator: vel sic, si in seysina fuit, liberū tenētum habere non potuit, quia non tenuit tenētum illud nisi ad terminum annorum sicut fructuarius, vel in vadium ut creditor. Item si dicatur ꝙ seysinam habuit ex donatione, excipi posit à tenente ꝙ antecessor nunquam seysinam habuit per se nisi simul cū donatore. Et cùm multæ possunt esse exceptiones de hac materia, istæ tamen sufficiant ad presens exempli causa. Item dicere poterit tenens excipiendo ꝙ si talis antecessor seysinam habuit, nullum habuit in dominico nisi ad terminū ut firmarius, vel in vadiū ut creditor, vel hujusmodi, et alius habuit inde liberū tenētum. Item dicere poterit ꝙ si talis antecessor liberum tenementum habuerit in dominico, illud non habuit in feodo ꝙ aliquid

aliquid ei descendere potuit ut hæredi, quia non nisi ad terminum vitæ quacunq; ratione. Item si concedat tenens ꝙ in feodo, dicere poterit excipiendo ꝙ nihil potuit descendere teneti per asisam ex tali tenemento, quia tenemẽtum illud datum fuit antecessori præfato & certis hæredibus suis et coarctatis, ut si tenementum datum fuerit tali antecess... et in maritagium et hæredibus suis de corpore suo exeuntibus, vel tali cum tali uxore sua et eorum hæredibus cōmunibus & non separatis. Et idem dici poterit de eo et hæredib⁹ suis qui feoffatus fuerit ꝑ conditionem & per modum ubi coarctantur heredes. Item respondere poterit tenens & cōcedere ꝙ talis antecessor obiit seysitus ut de feodo et in dominico, sed tamen ꝑ conditionem et modum suspẽsa est talis hæredis successio quoad seysinam usq; ad tempus incertum. s. ad vitam vel usque ad certum tempus. s. ad terminum annorum, vel ad certum tempus sub conditione. s. donec conditio extiterit vel non extiterit, quam quidem exceptionem oportet tenentem probare per asisam in modum juratæ. Antecessor quidem ille teñtum illud pignori supposuit creditori ad certũ diem, sub tali conditione, ꝙ nisi pecunia tali die solveretur ꝙ tenementum illud remaneret creditori in feodo. Et unde videndum utrum dies solutionis præterierit vel nondum advenerit. Et si præterierit, tunc videndum erit utrũ solutio facta fuerit vivente debitore vel post mortem vel non. Si autem facta fuit solutio vel pecunia oblata suo die sub bonorum virorum testimonio, procedet asisa in modum juratæ de solutione facta, & recuperabit hæres per juratam. Si autem soluta non fuerit nec oblata, tunc cadit asisa, & remanebit tenementum creditori, quia non est satisfactum conditioni. Si autem dies nondum præterierit, tunc suspenditur asisa usq; ad diem, et secundùm quod solutio facta fuerit ad diem suum vel non, procedat asisa in crastino vel remanebit. Item remanere poterit asisa propter conditionem & propter modum traditionis, licet antecessor obiit seysitus ut de feodo: verbi gratia: Quidam A. tradidit quandam terram B. in vadium, quousq; idem A. redderet eidem B. Centum marcas cum tali conditione adjecta, ꝙ nisi idem A. redderet eidem B. illas centum ꝙ terra remaneret prædicto B. nulla facta mentione de hæredibus ipsius A. Moritur A. pecuniâ non solutâ, hæredes ipsius A. petunt per asisam, creditor objicit conventionem. Et quia prædictus A. non solvit in vita sua et obligatio personalis fuit, nec extenditur ad hæredes licet parati sint solvere, remanebit terra creditori et hæredibus suis. Idem erit si obligatio personalis fuerit quantum ad creditorem cum nulla mentione facta de hæredibus creditoris. Item poterit tenementum dari ad firmam creditori sub tali conditione, & ad terminum annorum, quòd si contingat debitorem mori infrà terminum, quòd tenementum remaneat creditori in feodo vel ad vitam, & tenebit conventio. Item vice versa, si teñtum detur in feodo vel ad vitam et sic convenerit quòd si creditor moriatur infrà certum terminum, & quòd id quod fuit in feodo vel ad vitam remaneat ad terminum vel in feodo alicui alteri, bene tenet conventio. Et si prima facie debitor moriatur vel creditor vel uterque, locum habeat asisa mortis

mortis antecessoris, quia debitor quodammodo moritur seysitus ut de feodo. Tamen eliditur assisa per exceptionem conventionis, ut si hæres debitoris pro se habeat assisam in modum assisæ & seysina ei concessa, creditor vel ejus hæredes habebunt contra assisam exceptionem conventionis in modum juratæ, in quā quidē si petens per assisam se ponere voluerit, denegabitur ei actio & assisa, & si tenens exceptionem conventionis à se propositam per juratam vel alio modo probare voluerit, sic seysinam amittit quia indefensus remanebit. Si autem creditor in primo casu ante diem solutionis moriatur, vel debitor, vel uterq; remanebit assisa in suspenso usq; ad diem solutionis, quo elapso aut procedet assisa secundùm quod solutio facta fuerit vel non, aut remanebit assisa per exceptionem conventionis elisa. Item si sic detur tenementum ad firmam & ad terminum sub tali conditione, quod si infrà terminum illum contingat debitorem mori, quod remaneat tenementum creditori ad vitam vel in feodo, vel vice versa, si contingat creditorem mori infrà certum terminum, id quod datum fuit in feodo remaneat hæredi creditoris ad vitam, vel id quod datum fuit creditori ad vitam, remaneat ei vel hæredi suo ad terminum, bene valebit conditio, non obstante assisa, opposita exceptione conventionis, & probata ut supra. Item excipi poterit, quòd licet talis obiit seysitus ut de feodo, tamen nihil potuit descendere ad hæredem, quia bastardus fuit, & in quo casu non est loquela mittenda ad curiam Christianitatis de bastardia convincenda, quia de eo qui mortuus est convinci non potest ad bastardum, quia respondere non potest, nec excipere, licet tamen an talis fuerit inquiri poterit per assisam an talis fuit vel non in modum juratæ captam, si utraq; pars consenserit in juratam, quod siquidem non, fiat ut supra de eo qui remaneat indefensus. Eodem modo dici poterit de bastardo qui feoffatus est tenendum sibi & hæredibus suis si absque hærede moriatur. Item responderi poterit quòd non in feodo sed ut de vadio vel custodia &c. ut supra. Item quòd non in feodo sed de vadio, sed de ballio, sed de traditione, sed ad voluntatem concedentis. ¶ 2. Item redeamus ad articulos brevis, scilicet ubi dicitur (de tanta terra cum pertinentiis in tali villa) ut si error fuerit in tali impetratione, ut si quis posuerit in brevi tenementum pro redditu vel e converso. Item si redditum pro servitiis & consuetudinibus. Item si fuerit error in quantitate tenementi, ut si quis posuerit duas carucatas, ubi antecessor non obiit seysitus nisi de una. Item si quis servitium petat sub nomine annui redditus qui datur pro homagio, cùm & servitium proveniens ex tenemento aliam habeat causam quàm annuus redditus qui datur feoffato. Item videat petens quod plus non petat quàm teneat tenens, quod si fecerit, cadit breve & differtur assisa propter plus petitionis. Si autem minùs petierit, aliud erit. Item videndum erit de possessione antecessoris, de quantitate, & qualitate, per quos terminos, & qua mensura, et utrum larga fuerit mensuratio tenementi dati antecessori, vel stricta, secundùm quod petitur per carucatas, vel libratas, vel virgatas, vel numerum acrarum, vel pro quanto tenemento antecessor tenementum illud tenuit die quo obiit, secundùm quod tunc fuit mensuratum, vel strictè, vel

lar-

largè, & ſecundùm ꝙ tunc fuit, licet ibi fuerit plus vel minus, quia ſi plus tūc fuit & tunc ſic, non cadit breve propter largam menſurationem, nec eodem modo ſi minus propter ſtrictam. Si autem non teneat tenens ſicut tunc fuit, cadit breve propter defectum, ſive tunc ibi plus fuerit ſive minus, ut ſi primò fuit plus quàm una carucata per largam menſurationem, cadit breve ſi aliquid inde deficiat, licet ibi ſit una carucata ꝑ ſtrictam menſurationem. Nec ſufficit ſi dicat petens ꝙ tenens teneat unam carucatam, niſi illam teneat ſicut anteceſſor illam tenuit, ſtrictam vel largam. Item ꝙ dicitur de tenemento, dici debet de pertinentiis, ꝙ ſicut anteceſſor tenementum illud tenuit cum pertinentiis & quas habuerit quando obiit, tales peti poſſunt, verbi gratia, ſi priùs ante mortem dedit advocationem, talis advocatio non debet nominari inter pertinentias quas habuit quando obiit. Et in hoc caſu videndum erit ſi tenens non teneat, ꝙ aliquando tenuit poſt mortem anteceſſoris, quando deſiit poſſidere utrū viz. ante impetrationē vel poſt, vel ante litem inceptam vel poſt, & ita ꝙ in mora non extiterit, excepto eo ꝙ ſi erga dominū capitalem petierit per aſſiſam, ſive totum tenuerit ſive partem, ꝓcedet aſſiſa quandocunq; deſierit poſſidere, dum tamen alius in ſeyſina ſit per ipſum de hoc ꝙ deſierit, de quo ſi dubitetur inquiri poterit per aſſiſam, ut de Itinere M. de Pateſhul in comitatu Warr̄ anno regis H. 5. Item ſi tenuit, & dolo deſiit poſſidere, mutandi judicii cauſa propter litem futuram, cùm impetratum ſit vel inceptum, pro poſſeſſore habebitur, & tam iſte quàm ille ad quem res tranſlata fuerit ſimul vel eorum alter poterit conveniri pro voluntate petentis. Et ideò cùm per talem tranſlationem poſt impetrationem non deſinat poſſidere, nunquam mutare poterit cauſam poſſidendi, nec feodum ſibi facere per tale feoffamentum, & ſemper erit ut cuſtos. Et ideò ſi poſt tale feoffamentum obierit hærede ſuo infrà ætatem exiſtente qui vocatus fuerit ad warantum, non expectabitur ætas, quia anteceſſor ſuus non mutavit cauſam poſſidendi per talem tranſlationem. Sumi poterit exemplum de brevi de ingreſſu poſt diſſeyſinam, ubi in vita diſſeyſiti aſſiſa arramata eſt, & viſus terræ facta eſt, vel ſine clauſulis illis non expectatur ætas hæredis diſſeyſitoris, ꝙ quidem fieret niſi aſſiſa arramata eſſet cùm poſſet. Et etiam quamvis aſsiſa mortis anteceſſoris arramata non eſſet erga dominum capitalem, tamen ſi alienaverit, & maximè dum hæres fuerit infrà ætatem, & inde feoffaverit aliquē, & mortuo dn̄o capitali, hæres domini capitalis vocetur ad warantum per chartam patris ſui, ꝓpter hoc nō remāebit aſsiſa capiēda, ſed capiēda erit tali modo, ꝙ ſi petens recuperaverit ſalva ſit tenenti warantia ſua, cùm hæres dn̄i capitalis ad ætatem pervenerit, ut de ultimo itinere M. de Pateſh. in comitatu Norff. anno regis H. decimo ſecundo Aſsiſa mortis anteceſſoris ſi Eudo pater Walteri, de 36. acris terræ cum pertinentiis in Eſterbergh quam terram Ranulphus de Braham tenuit, qui vocavit inde ad warantum Rogerum le Bigot qui tunc fuit infrà ætatem, & per chartam H. Bigot com̄ Norff. patris ipſius Rogeri, & ubi ideò conſideratum fuit quòd caperetur aſsiſa, et ſi jurati dicerent ꝙ Eudo ſeyſitus obiit ut de feodo & Walterus recuperaſſet ſeyſinam ſuam, et quòd

quòd Ranulphus expectaret usq; ad ætatem Rogeri, et tunc haberet recuperare suum versus Rogerum de warantia. Item dicitur (in tali villa) ad ꝙ respòdeatur ut supra, de nova dissey sina si error in brevi inveniatur. ¶ 3. Item ad hoc ꝙ dicit (die quo obiit) excipi poterit & responderi, ꝙ licet antecessor aliqua hora diei esset in seysina, tamen non obiit seysitus, quia cùm mane, vel alia hora esset in seysina, eodem die dedit terram illam tali hora tertia, & obiit hora nona. Item longè ante mortem suam dimisit se & terram illam dedit tenenti ei qui nunc tenet per chartam suam quam profert, et ita ꝙ finis factus fuit in curia domini regis, & cyrographum per breve de warantia chartæ, et ita ꝙ prædictus antecessor in curia domini regis recognovit donum et warantizavit ei terram illam sicut illam quam tenuit et habuit de dono suo. ¶ 4. Ad ꝙ potest petens replicare et dicere, ꝙ quicquid tenens dicat de donatione vel charta, nunquam seysinam habuit per donum nec per chartam illam, sed ille qui donasse debuit, semper in seysina remansit post chartam sicut ante, et nunquam statum mutavit, sed ita obiit seysitus ut de feodo, et inde ponit se super assisam. Dicere etiam poterit ꝙ finis et cyrographum ei nocere non debeant, cùm dependeant ex dono ꝙ principale esse debuit, ꝙ quidem nullum est, et cùm principale non subsistat, ea quæ sequuntur locum habere non debent. Item dicere possit et firmare intentionem suam, ꝙ breve de warantia chartæ per falsam suggestionem fuit impetratum, ꝑ hoc ꝙ dedit curiæ domini Regis intelligi, ꝙ fuit in seysina et non fuit, et unde cyrographum ꝙ subsequitur ex tali falsitate & deceptione valere non debet. Item nec recognitio facta ab eo qui donasse debuit (ꝙ talis fuit in seysina cùm non esset) valere debet, quia non convenit naturæ confessio nec veritati, et ꝙ talis ita obiit seysitus petit assisam. Ad ꝙ si tenens se tenuerit ad finem et de replicatione petentis se noluerit ponere in assisam, indefensus remanebit, et sic amittet ꝑ judicium sine jurata vel assisa, indefensus enim esse poterit petens contra tenentem quoad exceptionem. Eodem modo quo et tenens contra petentem quoad actionem, si actioni sive intentioni petentis respondere noluerit, & illud idē dici poterit de replicatione et triplicatione, et ulterius. Cùm autem tenens gratis se posuerit in assisam vel juratam, ꝓ hoc terminabitur negotium de seysina. Item dicere possit ꝙ non obiit seysitus antecessor, q̃a longè ante mortē suam fuit disseysitus et sibi ꝑquirere noluit in vita sua ꝓpter suã negligentiam, vel non potuit ꝓpter suam impotentiam, et sic cadit in assisam mortis antecessoris finis factus assisæ novæ disseysinæ. Item dicere poterit ꝙ ille de cujus morte ꝓfert assisam vivus est. ¶ 5. Itē ad hoc ꝙ dicit (ꝓpinquior heres) excipi potest et responderi ꝙ alius est ꝓpinquior licet ipse petens ꝓpinquus sit, vel ꝓpter ętatē vel sexum ut supra. Itē dicere potest ꝙ si talis sit ꝓpinquior, alius est adeò ꝓpinquus, cùm terra sit partibilis et qui non nominatur in brevi. Itē dicere potest ꝙ ille qui petit sicut hęres ꝓpinquior nō potest esse hęres ꝓpinquior nec ꝓpinquus nec remotus, quia villanus, et sic cadit in assisam mortis antecessoris quæstio status, et qualiter determinari debet illa exceptio perpendi poterit ut supra, in tractatu de nova disseysina.

Item

Item ſi quis in actione proprietatis per breve de recto petierit id ꝙ quis tenuerit in dominico in dominico, et id quod in ſervitio in ſervitio, id ꝙ ſemel in ſervitio petierit, nunquam poſtea petere poteſt in dominico. Secus tamen eſt in cauſa poſſeſſionis, ut ſi quis petat per aſsiſam mortis anteceſſoris, poterit petens corrigere errorem & non tenet talis replicatio in cauſa proprietatis. ¶ 6. Item (quam terram talis tenet) ad quod poteſt excipi & reſponderi à tenente, quod totam non teneat cum tota ab eo petatur nec in tenemento nec in ejus pertinentiis ſicut illam petit nec ſicut anteceſſor illam tenuit. Item ſi dicat quòd totum tenementum non teneat, ſed alius talis, & ex adverſo reſpondeatur ꝙ ille talis villanus ſit ipſius tenentis, & de eo teneat in villenagio, niſi ille qui hoc exceperit ſtatim habeat probationes ad manum parentes vel alias, recedet tenens quietus de hoc brevi: ut de itinere Abbatis de Rading et M. de Pateſhul in com̄ warr̄, Aſsiſa mortis, ſi Fredericus.

¶ 1 *Exceptio ſi petens remiſit vel confirmavit poſtquam jus ad eum deſcendit.* 2. *Exceptio ubi non jacet aſſiſa mortis anteceſſoris.* 3. *Vbi non jacet aſſiſa mortis anteceſſoris.* 4. *Vbi cadit aſſiſa.* 5. *Si felonia objecta fuerit.* 6. *Si duo petant per aſſiſam verſus unum.* 7. *Qualis ſeyſina habita tollit aſſiſam.* *Cap. 13.*

PRæter exceptiones & reſponſiones quæ naſcuntur ex articulis brevis, ſunt aliæ exceptiones plures quaſi extra vagantes quæ proveniunt à caſu ſive ab eventu, & quarum quædam differunt aſsiſam ad tempus & quædam breve perimunt, & quædam aſsiſam. Si autem breve perimant propter errorem tunc fiat ut ſupra in aliis aſsiſis. Videndum eſt igitur quando & ꝑ quas exceptiones cadit aſsiſa inprimis. Et ſciendum quòd reſpondere poterit tenens et excipere, ꝙ licet omnes articuli ſupradicti in brevi contenti veri ſint, tamen ille qui nunc petit ut hæres propinquior non habet actionē per aſsiſam, quia alius hæres ꝓpinquior ante ipſum petentem intercedens, & qui anteceſſorē communem (de cujus morte nunc petens ꝓfert aſsiſam) ſupervixit, licet ſeyſinam non haberet, totum jus ſuum in poſſeſſione & in proprietate quod ei deſcendit vel deſcendere potuit remiſit, & quietum clamavit prædicto tali tenenti. Et inde habeat probationem, chartam vel aſsiſam, ad quod habeat petens ſi poſsit replicationem. 2 Item poteſt tenens excipere et reſpondere, quòd ſine domino rege non debet reſpondere, quia terram illam tenet de dono domini regis ut in ſeriantia, vel de eſchaeta ſua, vel alio modo: quo caſu, requirenda erit voluntas ipſius domini regis. Item eodem modo ſi de alio teneat quàm de domino rege, ſi confirmationem habeat ipſius domini regis, dum tamen per confirmationem talem tenetur dominus Rex ad excambium ſine eo non reſpondebit. Si autem non teneatur ad excambium, ſine eo reſpondebit. Item excipere poteſt & dicere, quòd terram illam tenet de dono alicujus poſt mortem talis anteceſſoris ſicut alicujus fratris ipſius petentis antenati, ſi replicetur quòd donare non potuit: triplicetur quòd pater eorum communis dedit, & licet donum non valeret quaſi imperfectum, quia talis anteceſſor donator ſeyſitus obiit, ille frater antenatus licet ſeyſinam non haberet, illud donum patris ſui confirmavit, & quod ab initio inva-

invalidum fuit quia imperfectum, per confirmationem validum fecit & ꝑfectum, quia confirmatio supplevit defectum. Item respondere poterit ꝙ terram illam tenet de dono antecessoris de cujus morte petens ꝓfert assisam. Quo casu, si replicetur ꝙ in vita talis nunquam seysinam habuit, triplicari poterit à tenente ꝙ ille petens donum patris vel alterius antecessoris, licet non plenum vel non ꝑfectum, tamen sicut aliquod & inceptum confirmavit. Item respondere poterit ꝙ pater petentis per assisam villanus fuit, & ideò quòd hæres esse non possit. Ad ꝙ si replicetur à petente ꝙ licet talis antecessor suus villanus esset, tamē liberatus fuit à villenagio cum tota sequela sua quocūq; modo liberationis, & cum patri vel alteri antecessori suo competeret assisa novæ disseysinæ si de tenemento illo disseysitus esset & per assisam recuperare posset, eadem ratione competere deberet filio tale & hæredi vel filiæ sicut sequelæ suæ assisa mortis antecessoris de tenēto de quo pater sic obiit seysitus ut de feodo. Filii verò sive filiæ villani sub potestate domini sui sine manumissione in villenagio manentes si ꝑquisitum fecerint extra villenagium, nullum habebunt hæredem nisi dominum suum, dum tamen in vita villani in manum suam ceperit illud tenētum vel post mortem. ¶ 2. Item si soror contra sororem petat ꝑ assisam tenētum ꝙ descendat à communi stipite, excipi poterit à sorore tenente ꝙ assisa non jacet ꝓpter paritatem juris, cùm quælibet illarum quoad seysinam & quoad jus sit hæres propinquior, & ideò ꝙ agi oportet de jure ꝑ breve de propatre. Item si duæ sorores petant simul ꝑ assisam quarum una sit legitima & altera bastarda, et cùm juratores hoc testati fuerint, & ꝙ una illarum ante sponsalia nata fuit & alia post, nihilominùs ꝓcedet assisa & utraq; ꝑ assisam recuperabit, salvo jure cujuslibet imposterū, & ita ꝙ soror legitima cùm voluerit & ad ætatem pervenerit agat contra sororem ꝑ breve de recto, & opponat bastardiam sorori tenenti replicando: ut de Itinere M. de P. in com̄ Suff. assisa mortis antecessoris de quadam Mabilia & Johanna. Illud etiam dici poterit (ut videtur) de villano participe cum liberis, quia eadem ratio & idem jus, secundùm ꝙ observatur in com̄ Cornubiæ de consuetudine quæ talis est, ꝙ si liber homo ducat nativam aliquam in uxorem ad liberum tenētum & liberum thorum, si ex eis duæ ꝓcreantur filiæ, una erit libera & altera villana, quia ibi partiti sunt pueri inter liberum patrem & dn̄m uxoris villanæ, sed in hoc casu videtur ꝙ ita debeat observari ut supra. Item potest tenens respondere hæredi petenti ꝑ assisam & concedere ꝙ hæres sit, sed seysinam habere non possit usq; ad tempus: ut de itinere W. de Ralegh in com̄ Buck. assisa mortis antecessoris si Alicia. Ad ꝙ replicari poterit à petente ꝙ tenētum illud retinere non poterit ꝑ legem Angliæ, quia prolem non habuit cum uxore, & si pueros habuit, convicti sunt ad bastardos. Item si pueri mortui sunt in utero, vel nati monstruosi. Item si concedatur ꝙ talis obiit seysitus ut de feodo, tamen hæredes nihil capere poterunt per assisam, quia antecessore mortuo tenens ꝙ priùs tenuit ad terminum statim ex conventione & pacto incontinenti apposito incepit possidere ad vitam vel in feodo. Et unde si hæres inceperit ꝑ assisam petere, obstabit ei imperpetuum

vel ad tempus exceptio conventionis, quia statim et sine mora in morte ipsius antecessoris sine tempore vel aliqua solennitate incipit tenens possidere ex ipsa conventione, quia si in feodo, jus quod descendere deberet heredi statim descendit possessori. Et eodem modo dici poterit de terra data pignori quod remaneat creditori si pecunia suo die soluta non fuerit vel certæ psonæ à certa persona etiam sine die ut supra. Et etiam quòd creditor incipit possidere in feodo in ipsa morte debitoris si sine die vel in crepusculo si ad diem, cùm tota dies cedat solventi: et ita eodem modo quo priùs statim & sine mora descendit jus merum ipsi creditori. Item si quis petat per assisam versus uxorem quæ tenet nomine dotis, id quod plus teneat quàm ad ipsam pertineat tenere nomine dotis, quia ibi locum habet amensuratio. ¶ 3. Item non jacet assisa si soror petat per assisam versus nepotem filium sororis suæ, cui si replicando objectum fuerit quòd hæres esse non possit eo quòd pater suus villanus fuit, si nepos dicat quòd ipse liber sit & hæres legitimus matris suæ & etiam hæres ipsius amitæ petentis, non jacebit assisa, quia ista responsio spectat ad jus: ut de itinere Martini de Pateshull in comitat̄ Lincolniæ año regis Henrici 10. assisa mortis antecessoris si Agnes filia Evæ de Benyngworth. Item remaneat assisa, si mulieri petenti per assisam objiciatur q̄ sororem habuerit de qua sunt pueri superstites qui tantundem juris habent quantum habet illa quæ petit. Ad quod si respondeat quòd tales pueri villani sunt & ex villana progeniti, licet hoc aliquo modo constiterit, assisa remanebit, quia hoc totum pertinet ad jus, ut supra de eodem: ut de Itinere Wilhelmi de Ralegh in com̄ Buck assisa mortis antecessoris si Henricus Russell. Item impeditur assisa si petenti per assisam objiciatur quòd pater suus villanus fuit, & ipse contra, quòd statu liber fuit & statu liber obiit, & extra potestatem domini sui. Et quia petitus in servitutem perquisivit sibi breve de pace usq; ad adventum justiciariorum & pacem habuerit, sed ante adventum eorum obiit in statu libero, & sic processit assisa non obstante illa exceptione. Item si frater antenatus filium habuerit vel filiam, nepotem vel neptem, & frater postnatus de morte fratris medii petat per assisam versus extraneam personam, si filius vel alius hæres ex fratre antenato mortuo producantur, vel aliquo modo constiterit quòd talis extiterint per juratores cum sacramēto vel sine, cadit assisa. Si autem non producantur, vel constare nō possit quòd tales extiterint, vel fortè juratores dubitaverint utrum ita sit vel non, tunc inter partes procedet assisa. Item cadit assisa si tenens excipiat quòd ille qui petit vel alius hæres propinquior alia vice movit ei litem de eadem terra, & tunc remisit jus, vel si hoc fecerit sine lite non refert, dum tamen hoc probari possit quocunq; modo. Item si per judicium vel concordiam ei remansit tenementum. Item cadit assisa si ordo brevium non servetur, ut si cùm primò egerit per breve de recto, & postea agere velit per assisam. Item non jacet inter fratrem antenatum & postnatum cùm postnatus in seysina fuerit nec econtrario de morte fratris medii & ubi frater antenatus non possit esse hæres & dominus, cùm locum ibi habeat breve de recto & non assisa

mortis

mortis antecessoris: ut de itinere episcopi Dunelmens. & M. de Pateshull in comitatu Eborum anno regni regis H. quarto. Asisa mortis antecessoris si Rogerus de Maundeville. Item non jacet asisa ubi petitur per asisam tenementum in dominico ab eo qui nihil habet in dominico nisi tantum servitium: Ut de Itinere Abbatis de Rading & Mart. de Pateshull in comitatu Hereford, asisa mortis antecessoris si Wilhelmus Nowell. Item cadit asisa propter confirmationem factam ab eo qui irritare posset donum & revocare nisi ipse petens docere posit manifestè quòd antecessor suus, de cujus morte profert asisam, seysitus fuerit de terra illa & inde seysitus obierit. Item cadit asisa propter consuetudinem loci, ut in civitatibus, burgis, & villis & terris, & tenementis quæ sunt de perquisito, sicut in Civitate London & alibi de terris & tenementis quæ vendi possunt sicut catallum. De aliis verò quæ hæreditariè descendunt bene jaceret asisa, quia legari non possunt non magis quàm aliæ terræ forinsecæ in quibus jacere deberet asisa; quia legari non possunt nec videtur ratio quare non. Revera terminatum est quòd potest legari ut catallum tam hæreditas quàm perquisitum per Baroñ Londoñ, & Burgenses Oxoñ & ideò verum est quòd in Burgis non jacet asisa mortis antecessoris. Item nec in dominicis domini Regis jacet asisa mortis antecessoris nec novæ disseysinæ, quia ibi non est liberum tenementum sed villenagium privilegiatum, nec etiam breve de recto magnum, quia loco omnium accipitur parvum breve secundùm consuetudinem manerii vel aliud breve formatum, licet aliquando jaceat in membris: ut de Itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshull in comitatu Leycest. asisa mortis antecessoris si Gilbertus. ¶ 4. Item cadit asisa si petatur tenementum vel servitium per asisam ab eo qui nihil clamat in tenemento. Item si petat tenementum in dominico ab eo qui nihil tenet nisi in servitio & homagio. Item si partim petat in servitio de eo qui tenet tenementum in dominico, responderi potest quòd nihil clamat in servitio nisi tantum in tenemento. Si autem petat tenementum ubi tenens nihil habet nisi servitium, respondere potest quòd nihil clamat in tenemento nisi tantum in servitio & homagio, vel in neutro, & ideò sine die. De hac materia habetis in Itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshull in comitatu Warr, asisa mortis si Wilhelmus Turpin. Item cadit asisa si dicat petens quòd petit id quod tenens tenet in dominico in dominico, & id quod tenet in servitio in servitio, non valet; quia oportet petentem ita petere & tali modo per omnia, secundùm quod antecessor inde seysitus fuerit die quo obiit, scilicet totum in dominico secundùm formam brevis. Item cadit asisa si petens petat per asisam quod per judicium amisit, quia cadit asisa propter exceptionem rei judicatæ, & agat si voluerit de falso judicio. De hac materia invenitur in rotulo de placitis quæ sequuntur Regem anno regni regis Henrici vicesimo primo in comitatu Eborum, asisa mortis si Stephanus de Pulthorp. Item cadit asisa propter incertitudinem, ut si ille qui petat nesciat Juratoribus rem petitam ostendere vel designare, nec quid nec quantum petierit, nec

5 The Freemen. Note the sense of Baro.
6 Placita quæ sequuntur Regem, note, this the Stile of the Court coram Rege, and vid. Mag. Chart: c. Com: placita non sequantur

ubi nec in quo loco. Item remeneat assisa propter assisam quæ præcessit inter easdem personas de eodem tenemento & de eadem seysina, quia assisa super assisam capi non debet, secundùm quod inferiùs dicetur pleniùs. Sed si probari possit aliquo modo, ut si talis natus fuerit in aliquo comitatu ubi breve domini regis non currit, mittant Justiciarii de consilio curiæ ad comitatum in quo talis natus fuerit ad inquirendam veritatem super articulo illo tantum, & inquisitâ veritate procedant Justiciarii pro vel contra. Breve quidem tale est. Vicecom̃ salutem. Scias quòd cùm assisa mortis antecessoris summonita esset &c. & sic totum factum de hac materia ut supra de assisa novæ disseysinæ, & inde sine brevi poterit negotium & inquisitio fieri, si Justiciarii venerint personaliter ad comitatum illum. Et sciendum quòd primi juratores qui ignorant non dant nec auferunt, quia jus merum revertitur ad dominum capitalem cùm sit pro hærede, & ideò nullus poterit esse hæres propinquior licet propinquus quo ad seysinam; quia nulli descendit jus merum. Item cadit assisa propter plurium hæredum conjunctionem qui sunt quasi unus hæres & unum jus habentes, sive sint petentes sive tenentes si omnes in brevi non nominentur, secundùm quod inferiùs in brevi pleniùs dicetur in tractatu de exceptionibus. Item petens nihil capiat per assisam ubi juratores ipsum non cognoverint, vel si cognoverint personam, nesciunt si sit hæres vel non; vel si sciverint quòd sit hæres, nesciunt tamen utrum propinquus vel remotus, quia quotienscunque dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Et quia si juratores nihil sciverint vel dubitaverint, nihil probant dictum petentis, & sic deficit probatio licet jus non deficiat. Item si dicant juratores quòd ille qui petit, fratrem habet antenatum in partibus transmarinis (ut credunt) sed nesciant utrum mortuus fuerit vel non, sed bene dicant quòd si mortuus esset, iste qui petit esset hæres propinquior, tunc per officium judicis detur seysina petenti sub tali conditione, quòd si frater antenatus vivus redierit, quòd frater postnatus qui petit sine placito restituat ei seysinam suam cùm redierit, & sic erit in pendenti seysina fratris postnati donec de morte fratris antenati constiterit. De hac materia habetis de Itinere Wilhelmi de Ralegh in comitatu Buck. assisa mortis si Richardus Faber. Et quid si frater postnatus sic moritur seysitus relictis hæredibus infra ætatem existentibus, & tunc redeat frater antenatus vel si hæredes plenæ sint ætatis, quæritur an sine judicio possint expelli? videtur quòd bene possunt, quia pater eorum qui inde seysitus obiit nullum habuit feodum in vita fratris antenati nisi conditionale. Item casus. Filius & hæres interficit patrem, descendit jus hæredi non obstante felonia & cum eo remanet donec convincatur, & eo convicto & in seysina existente retrohabitur tempus usque ad perpetrationem feloniæ, & nihil descendet ad hæredes propter seysinam. Si autem nullam seysinam habuerit, & postnatus assisam portaverit de seysina patris communis. ¶ 5. Item cadit assisa propter feloniam objectam & convictam, ut si antecessor de cujus seysina petitur vel ille qui petit per assisam vel alius hæres intercedens qui ante-

antecessorem supervixerit, vel si utlagatus fuerit propter contumaciam licet de felonia non convictus, vel si convictus fuerit & ad pacem restituatur, cadit assisa: & quamvis quis feloniam fecerit & antequam convincatur objecerit fortè ante mortem patris vel alterius antecessoris de cujus morte assisam protulit, procedet assisa & non remanebit. ¶ 6. Item differtur assisa, ut si duo petant unum & idem tenementum versus eundem per assisam, ad ultimam assisam erit recurrendum, & differri debet prima usque ad captionem secundæ, quia non debet unus de eodem tenemento duobus simul respondere, & hoc sive petant per assisam de seysina unius antecessoris vel duorum. Et si de seysina duorum, primò debet procedere assisa de seysina ejus qui ultimo obiit seysitus: ut de Itinere Abbatis de Radinge in comitatu Hereford anno regis Henrici quinto incipiente sexto Assisa mortis antecessoris si Laurentius Galant. Item cadit assisa per seysinam alicujus hæredis habitam post mortem alicujus antecessoris cujus seysina petatur, quia si hæres cùm semel seysinam habuerit donationem fecerit, si ad assisas recurrere posset à se ritè factas irritare posset. ¶ 7. Videndum est igitur qualis seysina tollit assisam & quæ non. Et sciendum quod si seysina momentanea fuerit quòd tenens in tam modico tempore donationes fecisse non potuit & alienationes, vel si fortè infrà ætatem fuerit quòd donationes ab eo factæ tenere non debeant, vel si per modicum tempus post mortem antecessoris sui per intrusionem vel per disseysinam & postea ejectus recenter, vel cùm disseysitus recuperaverit versus ipsum per assisam novæ disseysinæ, non obstante tali seysina ipse hæres habebit assisam mortis antecessoris, quia talis seysina quam priùs habuit convicta est ad nullam, sive injuriosam, tum quia parva fuit intrusio, tum quia ea durante nulla facta fuit donatio ab hærede, nec alienatio nec possessionis mutatio. Et si aliquis inde ejectus fuerit, recuperat seysinam suam adeò plenè & integrè sicut illam amisit. Sed cùm hæres petat post talem disseysinam per assisam mortis antecessoris, & objiciatur ei quòd assisam mortis antecessoris demeruit, eo quòd sine judicio propria autoritate sibi usurpavit quod per assisam petere debuit, si obstare debeat talis exceptio? non video quare non. Si quis autem exceptionem seysinæ priùs habitæ opposuerit, oportet duo probare, quòd in seysina extiterit & quòd donationes fecerit dum fuit in seysina, & quòd talis ætatis extiterit quòd donationes factæ revocari vel irritari non possunt, alioquin non valebit exceptio. Et unde si hæres hoc negaverit, per assisam captam in modum juratæ veritas declarabitur. Si autem objiciatur seysina quam quis habuerit dum fuerit infrà ætatem, non nocebit: quia non obstante tali seysina, si infrà ætatem donationes fecerit, illas revocare poterit per assisam mortis antecessoris, vel per breve de ingressu, vel per breve de recto: secundùm quod elegerit, sive donationem fecerit custodi suo sive alii, nisi cùm plenæ ætatis extiterit donationes illas confirmaver. Assisam verò novæ disseysinæ contra tales non habebit, quamvis infrà ætatem gratis exivit. Si autem custos dederit dum hæres fuerit infrà ætatem, habebit hæres assisam novæ disseysinæ & omnia alia remedia supradicta.

prædicta. Et notandum quòd seysina præhabita tollit hæredi assisam mortis antecessoris cujuscunq; fuerit ætatis si fuerit justa, licet pareat ei assisa novæ disseysinæ, ea ratione quòd conjuncta est possessio cum ipso jure: & ideò si recenter post mortem antecessoris ejectus fuerit hæres, habebit utramq; secundùm electionem suam, quia sese compatiuntur & nulla earum excludit aliam de recenti seysina, ordine tamen servato. Si autem fuerit injuriosa non tollit assisam, quia non facit liberum tenementum hæredi; quia non possunt conjungi juri, nec valet conjunctio cùm possit seysina revocari, nec valet juncta nisi jure juncta. Igitur cùm hæres seysinam antecessoris sui injustè sibi usurpaverit per disseysinam, talis seysina nulla erit, quia non facit hæredi liberum tenementum, & ideò non tollit assisam mortis, quia judicatur ad nullam. Item si cùm justa fuerit & hæres donationem fecerit dum fuerit infrà ætatem, tunc erit donatio invalida ex quo revocari poterit ab hærede. Et ideò licet talis donatio revocari non possit per assisam novæ disseysinæ propter factum proprium quale quale, non tamen tollitur assisa mortis antecessoris ad seysinam præhabitam rehabendam. Cùm autem hæres plenæ ætatis in seysina fuerit justa, quæ revocari non possit & donationem fecerit, tenet donatio & tollit assisam. Si autem ejectus fuerit injustè, habebit assisam novæ disseysinæ & tollitur assisa mortis antecessorum propter seysinam præhabitam & justam. Si autem injuriosa fuerit (ut supra prædictum est) non tollit assisam mortis antecessoris cùm sit nulla (ut supra) & si cùm justa fuerint fiant donationes tempore congruo & locum habere possit assisa mortis antecessoris, sic posset hæres omnes donationes suas ritè factas per assisam revocare, quod esse non debet. Et hæc est causa quare seysina præhabita tollit assisam mortis antecessoris & non alia. Item cadit assisa per exceptionem villenagii, ut si villanus sub potestate domini sui constitutus terram aliquam acquisiverit pro denariis suis tenendam liberè & ita obiit seysitus, si dominus suus (sub cujus potestate moritur) se posuerit in seysinam post mortem talis; filius villani per assisam mortis antecessoris non recuperabit versus dominum suum, hoc recognito quòd pater suus villanus & sub potestate domini sui obierit, ut de ultimo Itinere M. de Pateshull in comitatu Suff. assisa mortis si Wilhelmus de Carleton, quia ubi nulla assisa novæ disseysinæ in persona antecessoris, ibi erit nulla assisa mortis antecessoris in persona hæredis sed econtrario. Sed contra esset si extra potestatem domini sui extiterit, & in statu libero & petitus in servitutem & perquisiverit sibi breve de pace & sic obierit ante iter justiciariorum. Si autem sub potestate constitutus sibi breve de pace perquisiverit, non valet: nisi procedat petitio per breve de nativis. Item cadit assisa aliquando propter incertitudinem, ut si tenens dicat quòd totam terram non teneat, & Juratores quæsiti cum sacramento vel sine, dicant quòd nesciant: ut de Itinere W. de Ralegh in comitatu North. si Wilhelmus de Camera. Item cadit assisa propter defectum naturæ vel sensus ipsius tenentis, ut si omninò audire vel loqui non posit, ut si sit surdus vel mutus naturaliter ita quòd omninò audire non posit neq; loqui, quod non est de eo qui tardè

audit

audit vel loquitur: ut de Itinere de W. de Ralegh in comitatu North. Assisa mortis antecessoris inter Radulphum Basset & Thomam de Pictesse. Si autem à casu venerit illa surditas, tunc non cadit assisa sed erit differenda quousq; status ipsius tenentis melioretur. Et quod dictum est de surdo & muto, dici poterit de furioso, secundùm quod gavisus fuerit aliquando dilucidis intervallis. Item cadit assisa propter continuationem seysinæ donatoris, verbi gratia. Pater dedit filio quandam terram & simul remanserunt in seysina, filius præmoritur vivente patre relicto hærede, si hæres petat per assisam, non valet propter seysinam patris continuatam, quàm corpore & animo retinuit: ut de ultimo Itinere M. de P. in com̃ Suff. assisa mortis antecessoris si Rogerus Battayl. Si autem pater præmoriatur, hæres ipsius obtinebit per assisam propter seysinam patris continuatam usq; ad mortem. Item cadit assisa ratione juris & æsneciæ ut si frater petentis antenatus præmortuus filium reliquerit superstitem & de quo doceri possit quòd superstes sit per juratores cum sacramento vel sine. Si autem nihil horùm doceri possit, vel si juratores dubitaverint utrum ita sit vel non, tunc procedet assisa inter eos qui præsentes sunt. Item cadit assisa si à tenente objiciatur quòd petens vel alius hæres propinquior alias movit ei litem de eadem terra, & quòd tunc remansit ei terra per judicium vel duellum vel magnam assisam, vel finem factum, recognitionem, quietam clamantiam, vel alio quocunq; modo qui probari possit per assisam captam in modum Juratæ. Item cadit assisa propter ordinem brevium non observatum, ut si priùs implacitaverit petens ipsum tenentem per breve de recto vel de ingressu ita quod visus petitus sit vel warantus vocatus: ut de Itinere Wilhelmi de Ralegh in comitatu Buck. assisa mortis si Richardus Avenel. Idem erit, si essonium intervenerit, ut de Itinere Martini de Pateshull in comitatu Kanc. anno duodecimo assisa mortis antecessoris si Manasserus de Hastings. Item cadit assisa si tenens teneat de ballivo domini regis, vel si chartam domini regis habuerit per quam dominus Rex ei teneatur ad warantum & excambium nisi petens docere possit quòd antecessor suus inde obiit seysitus post illius chartæ confectionem.

¶ *1 Exceptio si contra minorem qui est infrà ætatem petatur per assisam mortis à majore qui est plenæ ætatis. 2. Si minor contra minorem. 3. Si minor contra majorem. 4. Si minor petat contra minorem quod distinguendum de seysina mortui tenentis. Cap. 14.*

DAtur etiam exceptio tenenti propter minorem ætatem suam sive sint ibi plures tenentes sive unus. Et quandoq; major petit per assisam mortis antecessoris versus minorem, quandoq; minor contra majorem, quandoque minor contra minorem. Et sicut distinguuntur ætates & personæ, ita oportet distinguere ten̄ta, utrum. s. ten̄tum quod petitur per assisam teneatur in Socagio, vel Burgagio, vel per servitium militare. Item utrum

 ille

ille qui tenet fuerit infrà ætatem vel ille qui petit. Item videndum erit de quibus tenementis respondebit ante plenam ætatem, & de quibus non & ad quæ brevia & ad quæ non. ¶ 2. Si minor petat contra minorem per assisam mortis antecessoris & qui proximus ætati non fuerit, minor summonitus se essoniare non poterit contra minorem non magis quàm contra majorem si constiterit ipsum esse minorem, si autem non constiterit, allocatur quandoq; essonium quasi per ignorantiam, nisi sit qui causatur minorem ætatem, sed contra minorem qui petit in causa possessionis nunquam allocabitur essoniũ factum à majore nec à minore. Sed cùm ante plenam ætatem viginti & unius anni peti possit Burgagium & Socagium contra majorem, quæro an eodem modo possit contra minorem ante plenam ætatem viginti & unius anni in causa proprietatis & in causa possessionis? Non possit (ut videtur) de aliquo de quo antecessor seysitus obiit ut de feodo; secus esset si ad terminum vitæ vel annorum, vel in custodia, vel in vadio per finem vel conventionem & hujusmodi. Cùm autem comparuerit, si constiterit ipsum esse minorem nõn respondebit de aliquo tenemento in aliqua causa possessionis vel proprietatis, antequam fuerit plenæ ætatis sive illud tenementum fuerit Socagium, Burgagium, vel feodum militare, licet diversæ sint ætates ad petendam seysinam antecessoris contra minorem antequam respondebit, secundùm quod tenementa sunt diversa, & secundùm quod causa fuerit possessionis vel proprietatis, quia ante plenam ætatem viginti & unius anni, potest hæres petere seysinam antecessoris sui in causa possessionis per assisam mortis antecessoris contra majorem. In causa verò proprietatis petere non potest major nec minor contra minorem per breve de recto, qualecunq; fuerit tenementum antequam minor tenens plenam ætatem habuerit viginti & unius anni. Et cùm sic minor obtinuerit per assisam ante plenam ætatem in causa possessionis, non respondebit ad assisam in eadem causa possessionis si ab eo peteretur per assisam, scilicet in Burgagio, & Socagio ante ætatem talium. In feodo verò militari non ante plenam ætatem respondebit, scilicet viginti & unius annorum non magis quàm ei respondebitur. Si autem petat per assisam feodum militare, nec magis respondebit ad assisam in feodo militari ante plenam ætatem viginti & unius anni, quàm si peteretur per breve de recto in causa proprietatis. Item quòd minor petere non potest per assisam cum effectu antequam fuerit plenæ ætatis secundùm diversitatem tenementorum, hoc verum est si petat contra custodes, quia si ipse primâ facie habeat actionem, custos habebit contra eum exceptionem, scilicet quòd non antequam plenæ ætatis fuerit, & ita ante ætatem non respondebit. Si autem petat per assisam versus extraneas personas & versus capitalem dominum suum qui negaverit ipsum esse hæredem, bene potest petere quolibet tempore per assisam, cujuscunq; fuerit ætatis. Sed quicunq; sit qui petat versus eum & pater suus inde obierit seysitus ut de feodo, ante plenam ætatem non respondebit, secundùm quod tenementum fuerit tale vel tale, nec in causa possessionis non magis quàm in causa proprietatis. Item in assisa habenda est ratio prioritatis & posteritatis,

steritatis, secundùm quod supradictum est. Si autem capitalis dominus vel alius qui custodiam habuerit per ipsum aliquem feoffaverit de terra minoris dum fuerit infrà ætatem, & feoffatus per custodem moriatur relicto hærede infrà ætatem existente, cùm ad ætatem pervenerit primus hæres petat per assisam versus ultimum hæredem feoffati vel per aliud breve, quòd reddat tali qui plenæ ætatis est (ut dicitur) remanebit assisa quousq; ultimus hæres fuerit plenæ ætatis secundùm genus tenementi. Si autem ambo fuerint plenæ ætatis & ambo petant versus custodem per assisam vel per aliud breve q reddat tali qui plenæ ætatis est (ut dicitur) ultimus hæres priùs obtinebit, & tunc demum cadit assisa primi hæredis versus custodem, & incipiet de novo competere versus ultimum hæredem qui per assisam obtinuit; & ille tunc vocet ad warantum capitalem dominum feoffatorem suum. Et cùm ille warantizaverit, tunc procedet assisa primi hæredis versus eum, & si per assisam obtinuerit hæres, tunc faciat warantus excambium suo feoffato. Item si capitalis dominus feoffaverit & moriatur hærede suo infrà ætatem existente & hæres vocatus fuerit ad warantum per eum qui feoffatus fuit per capitalem dominum, remanebit placitum de warantia inter tenentem & hæredem domini capitalis usq; ad ætatem hæredis, sed capiatur assisa: ut de eodem Itinere ejusdem M. Anno eodem, assisa mortis antecessoris si Eudo pater Walteri, quàm terram Rogerus de Braham tenuit qui vocavit ad warantum Rogerum le Bygod filium & hæredem com̄ Hugh le Bygod, & qui tunc fuit infrà ætatem. Et ibi consideratum fuit quòd caperetur assisa non expectata ætate, & ita probatur in pluribus locis. Sed esto quòd feoffatus moriatur seysitus & hæres ejus fuerit infrà ætatem, ætas ejus expectabitur, quia antecessor suus obiit inde seysitus ut de feodo, & sic de pluribus dici poterit si terra sic data ad plures devenerit. Et quod suprà dicitur de capitali domino, dici poterit de hæredibus eorum qui moriuntur seysiti ut de feodo sed ad terminum & ut de vadio & hujusmodi. Sed quid dicetur de disseysitore & intrusore qui moriuntur seysiti quasi de feodo propter patientiam vel negligentiam disseysiti. Si autem dominus capitalis præmoriatur hærede suo infrà ætatem existente, non propter hoc remanebit assisa in persona sua, scilicet hæredis licet contra assisam respondere nō potest: ratio est ad hoc, quia antecessor suus nunquā seysitus fuit de tenemento quod warantizare debet in feodo. Et q ita sit, videri poterit in Itinere M. de P. in com̄ Suff. An. Regis H. 12, assisa mortis antecessoris si Rogerus de Gloc. Ad hoc facit in itinere ejusdē anno eodem in com̄ Norff. Item si hæres capitalis domini in seysina fuerit & infrà ætatem & venerit assisa super eum immediatè, non remanebit assisa propter ætatem: ut de Itinere M. de P. in com̄ Kanc. Anno Regis H. decimo assisa mortis antecessoris si Emma mater Rogeri. Illud idem dici poterit de quolibet hærede qui fuerit infrà ætatem de omnibus de quibus antecessor suus non obiit seysitus ut de feodo, ubi autē ut de feodo, non respondebit ad assisam ante plenam ætatem in causa possessionis sicut hic, sive illud tenementum fuerit Socagium sive feodum militare: ut de Itinere Abbatis de Radinge & M. de P.

in

in comitatu Leyeester. Assisa mortis antecessoris si Walterus filius Wilhelmi. Et eodem modo dici poterit de Burgagio, secundùm diversitatem Burgagii, nec ad breve de recto in causa proprietatis non tenentur respondere infrà ætatem (ut videtur) antequam fuerint plenæ ætatis, scilicet viginti & unius anni. Cùm autem tales qui tenuerint in Socagio vel Burgagio cùm fuerint plenæ ætatis (secundùm Socagium & Burgagium) donationes fecerint, quæritur an illas revocare possunt cùm ad majorem ætatem pervenerint, scilicet viginti & unius anni, ac si illas fecissent de feodo militari? dico quòd non in quibusdam locis, sicut videri poterit in Itinere M. de P. in comitatu Warř An. Regni Regis H. quinto in fine rotuli. Hæc autem quæ dicta sunt locùm habent in hærede masculo. De fœmina verò hærede & infrà ætatem existente non omninò sic. De quibus autem minor infrà ætatem respondere debeat dicetur pleniùs infrà, de exceptionibus. ¶ 3. Si verò minor agat contra majorem nec tunc locum habebit essonium contra minorem in persona majoris qui tenent, nec si defaltam fecerit major, locum habebit resummonitio magis quàm essonium, in primo die capiatur assisa & ideò, quia si præsens esset minor nihil dicere posset major quare assisa remaneret. Et cùm minor per assisam recuperaverit ut de feodo, de jure & proprietate, ante plenam ætatem non respondebit ad breve de recto nec majori nec minori, sicut nec de aliquo alio placito ubi posset sine recuperatione exhæredari. ¶ 4. Si autem minor petat contra minorem per assisam, bene tenebit ibi assisa in persona minoris petentis. De minore autem qui est in seysina videndum est qualiter adeptus est seysinam, utrum de facto suo proprio quòd disseysinam fecerit, vel infrà ætatem sit feoffatus de quibus infrà dicetur. Item si antecessor suus cujus seysinam habuerit obiit seysitus ut de feodo vel alio modo. Si autem ut de feodo, non respondebit ante ætatem, secundùm quod superiùs dicitur in principio si major petat contra minorem. Si autem non in feodo sed alio modo sicut in vadio, vel ad vitam, vel ad terminum, vel si minor inde feoffatus fuit: capietur assisa eodem die sive venerit sive non, quia neq; essonium habet locum neq; resummonitio. Sed qualiter & per quod breve sumoniri debeat placitum de warantia cùm hæres domini capitalis ad ætatem pervenerit videndum, breve tale erit. Summoneas per bonos summonitores A. filium & hæredem B. qui plenæ ætatis est (ut dicitur) quòd sit &c. ad warantizandum C. tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quam D. de N. in curia nostra tali apud talem locum recuperavit versus eundem C. per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos captam. Et unde idem C. dum fuit in seysina de eadem terra vocavit inde ad warantum prædictum A. & remansit placitum de warantia per judicium curiæ nostræ usq; ad ætatem prædicti A. quia priùs respondere non potuit ad warantiam. Teste, &c.

¶ 1 *Si plures sint petentes & plures tenentes in assisa mortis antecessoris.* Cap. 15.

Cùm

CUm autem plures sint tenentes in assisa mortis antecessoris & plures petentes, aut sunt omnes infrà ætatem vel quidam illorum, & tunc videndum si propter ætatem unius sive fuerit petens sive tenens debeat remanere assisa ac si omnes essent infrà ætatem. Et tunc videndum utrum participes fuerint qui petunt vel qui tenent vel extranei. Item si participes, utrum divisa sit hæreditas vel indivisa, & sive sit ibi unus hæres ex pluribus petentibus infrà ætatem vel plures vel omnes, non propter minorem ætatem petentium remanebit assisa, cùm hæreditas fuerit divisa prçterquam contra dominum capitalem, quia assisam dedicere non poterit quod quidem non erit in causa proprietatis. Si autem tenens fuerit unus vel plures & omnes infrà ætatem, & teneant in communi & pro indiviso, remanebit assisa usque ad ætatem omnium, quia sunt quasi unus hçres. Si autem teneant pro diviso & quilibet sciat partem suam, quilibet respondeat pro parte sua, sed ætas omnium ipsorum vel unius non erit expectanda, sive placitum fuerit super possessione vel super proprietate de recto: & quia sunt quasi unus hçres ea ratione quòd unum jus habent, nullus sine alio poterit respondere nec debet, si teneant simul & pro indiviso. Si autem plures sint filiç & hæredes & petant per assisam versus capitalem dominum, illæ quæ sunt plenç ætatis obtinebunt: Illç verò quç sunt infrà ætatem in custodia remanebunt, & successivè cùm ad çtatem pervenerint habeant partem suam per breve de proparte & non per assisam, versus extraneos autem si petierint, licet infrà çtatem fuerint, procedet assisa non obstante çtate. Sunt etiam plures exceptiones & responsiones contra assisam & quç sunt communes ad omnia placita, de quibus infrà pleniùs dicetur. Si autem contingat quòd plures sunt participes qui teneant & plures qui petant, & secundùm quod res quç petitur teneatur pro indiviso in communi vel pro diviso, si aliquis eorum in brevi non fuerit nominatus sive petens fuerit sive tenens, quid agendum sit in tali casu infrà dicetur pleniùs, de exceptionibus secundùm quod hçreditas divisa fuerit inter participes. Et in quo casu, non oportet in brevi nominare nisi tantùm illos qui tenent rem petitam, licet sine participibus suis respondere non teneantur, & qui per aliud breve summonendi sunt ad respondendum & sine quibus &c. Et sic dici poterit de pluribus participibus si unus petat quod sine aliis ei respondere non debeat. Sed in hoc casu, nisi omnes qui sequi debent in brevi nominentur, cadit breve & assisa. Et eodem modo si plures tenentes sint qui teneant pro indiviso, nisi omnes nominentur, cadit breve omninò. Sed quid si cùm omnes nominentur in brevi cùm teneant vel petant in communi, unus moriatur licet pars morientis per jus accrescendi accrescere debeat superstitibus cùm obtinuerint, tamen cadit breve propter partem morientis quam tenuit cum aliis in communi, & cùm pars cujuslibet ipsorum per hoc quasi ex nova successione augmentetur, alia actione & nova opus erit. Breve autem de summonendo participe inferiùs.

¶ 1 De

¶ 1 *De exceptionibus extraneis ut de exceptione feloniæ.* 2. *De diversis casibus.* 3. *Quod si antenatus fuerit in partibus transmarinis & Juratores dubitaverint utrum mortuus vel vivus fuerit fiat minori seysina sub conditione.* *Cap.* 16.

Dictum est supra de exceptionibus quæ proveniunt ex articulis brevis ubi capitur assisa in modum assisæ: Nunc autem videndum de exceptionibus quæ à casu proveniunt & aliunde, perimit autem omninò assisam mortis antecessoris objectio feloniæ, ut si pater, mater, vel alius antecessor, de morte cujus locum haberet assisa, feloniam fecerit, quia tales nihil transmittere possunt ad hæredes suos si fuerit convicta. Forisfaciunt enim suis hæredibus quicquid eis acciderit tempore feloniæ, tam jus quàm seysinam simul vel etiam jus merum per se cùm acciderit sine assisa. Item non solum quicquid ei accidit sed quicquid accidere potuit ab aliquo antecessore, sicut videri poterit manifestè. Esto quod filius & hæres in vita patris sui feloniam fecerit & obierit in vita patris, licet videatur prima facie quod alii post eum hæredes patris communis propinqui incipiant post mortem suam esse propinquiores, tum quia nihil *juris* vel seysinæ descendere potuit feloni vivente patre communi, tum quia non expectavit quod esset hæres, videtur quod tales incipiant esse hæredes propinquiores, quod est verum. Sed si contingat filium felonis vel alium hæredem de morte avi vel fratrem felonis de morte patris communis petere cùm felo liberos habuerit, vel si patrem supervixerit cùm nullus hæredum istorum poterit esse propinquior hæres nisi ratione *juris* meri ad ipsum descẽdentis sive petat per assisam mortis antecessoris, sive per breve de recto, cadit ab utroq;, cùm sic fieri debeat computatio descensus juris meri ab antecessore saltem; Et unde talis seysitus fuit ut de feodo & jure, & de tali descendit vel descendere debuit tali præmortuo. s. qui feloniam commisit, quod esse non poterit. Et unde si hæres qui feloniam fecerit in vita patris vel alterius antecessoris relictis liberis moriatur vel post, cadit omninò assisa in persona aliorum hæredum. Sed contra videtur: ut de Itinere W. de Ralegh in com̃ Kanc. Assisa mortis antecessoris si Adhelolphus, ubi dicitur quod felonia antecessoris non impedit seysinam hæredis nec successiõ. Sed hoc est speciale in com̃ Kanc. de tenementis quæ tenentur in Gavelkynd, si ille qui feloniã fecerit judicium sustinuerit, quod secus est alibi in casu supradicto: ut de ultimo Itinere M. de P. in com̃ Kanc. assisa mortis antecessoris si H. filius Yaonis de tenemento in Stronby, prędictus Henricus filius Wilhelmi nomine qui forisfecit terram, & unde fuit in seysina, quia falsavit sigillum dñi M. & sorores tulerunt assisam de morte antecessoris. s. patris cõmunis. ¶ 2. Alius casus. Quidam petiit teñtum quoddam per assisam mortis antecessoris de morte avunculi sui, responsum fuit ei ex parte adversa quod ipse petere non potuit, quia ipse avunculus suus habuit quendam fratrem superstitem qui fuit hæres propinquior. Et ipse econtrario replicando respondit, quod ipse frater avunculi sui ita fuit mente alienatus quod quendam hominẽ interfecit, ita quod fuit perpetuæ prisonæ deputatus. Et unde judiciũ petitũ fuit ex parte adversa si in vita avũculi possit petere per assisam, judiciũ positum fuit in respectum corã Rege, ubi nihil

actum

actum fuit, quia fortè mulier non fuit prosecuta: ut de itinere M. de Patesh. in com̄ Eborum an̄o Regis H. xii. Assisa mortis antecessoris si Odo filius Thorsin. Item alius casus. Frater postnatus petiit terram per assisam mortis versus fratrem antenatum de seysina fratris medii, quia frater antenatus non potuit esse hæres & dominus licet hæres propinquior, quia non potuit cum eo tenementum remanere ꝓpter homagium: ut de itinere episcopi Dunelm̄ & M. de P. in com̄ Eborum anno Regis H. 3. Assisa mortis si Rogerus de Amundevil, ubi dicitur ꝙ assisa non jacet sed habet locum breve de recto. Et notandū ꝙ fratri antenato competit assisa mortis antecessoris versus extraneas personas & non conjunctas sive ipse (quicunq; fuerit in seysina) feoffator extiterit sive aliquis antecessor communis de quo ei descendit hæreditas, non obstāte eo ꝙ ipse homagium ceperit vel antecessor com̄unis cujus hæres ipse fuerit, & ipse semper habebit primam seysinam quicunq; fuerit in seysina, conjuncta persona vel alius, dum tamen si conjuncta persona, tunc competit ei breve de recto, si extranea, assisa mortis antecessoris. Nec valet exceptio si dicatur quòd ipse non possit esse hæres & dominus, quia nulli cōpetit assisa mortis antecessoris nisi primogenito nec breve de recto, quia ille semper habet majus jus. Sed cùm ipse seysinam habuerit, tunc primò locum habebit versus eum breve de recto pro hærede propinquiore filio vel filia, fratre vel sorore, & si excipiat ꝙ ꝓpinquior hæres sit ꝓpter jus merum, replicari poterit econtrario ab hærede suo ꝓpinquiore ꝙ ipse non potest esse hæres & dominus ꝓpter homagiū. Si autem nullum homagium intervenerit, ut si filio primogenito concedatur tenementum ab antecessore com̄uni ad se sustentandum vel ꝑ servitio sive homagio, aliud erit. Item eodem modo si hæres & filius primogenitus sequi voluerit versus dominum capitalem vel extraneum cùm fuerit in seysina: Alii hæredes nunquam actionem habebunt in vita primogeniti, quia ille majus jus habet &c. Et notandum ꝙ cùm de manu sua & seysina semel fiat descensus ad propinquiores tunc existentes, nunquam propter hæredem aliquem magis propinquum supervenientem aufertur. Item casus. Soror petit per assisam mortis antecessoris versus nepotem filium sororis suæ de morte sororis, qui respondet ad assisam ꝙ fuit filius & hæres legitimus matris suæ sororis petentis per assisam, & cui fuit responsum quòd hæres esse non potuit quia pater suus fuit villanus, & quia hoc spectavit ad jus, non jacuit assisa mortis antecessoris: ut de itinere M. de P. in com̄ Linc. an̄o Regis H. x. assisa mortis si Agnes filia Eliæ de Beningwoorth. Sed quare non potuit inquiri per assisam in modum juratæ captam utrum talis esset vel non, sicut de bastardo? licet de statu alicujus post mortem suam agi non possit, bene potuit de hoc fieri inquisitio: ut de itinere ejusdem M. an̄o Regis H. x. assisa mortis antecessoris si W. de Carl. & hoc sine alia ꝓbatione. Item casus. Mulieri petenti ꝑ assisam objicit ꝙ nepotes habet ex sorore qui tantū juris habent quantum ipsa petens, replicatum fuit ex parte petentis ꝙ prædicta soror desponsata fuit cuidam villano, et ita ꝙ pueri villani sunt, si de hoc constiterit ꝑ assisam in modum juratæ captam vel confessionem puerorum, remanebit assisa:

ut

[Handwritten marginal notes:] P — Of the rule nemo pot. esse Dominus & hæres — P — Adjudged Cases upon that point of consanguinity.

Note this, as the first opening to a breach of this old rule respecting descent. vid. inf. 279.

ut de ultimo itinere W. de Ralegh in com̄ Buck. assisa mortis si Henricus Russel. Item alius casus. Petenti ꝑ assisam mortis objectum fuit ꝙ pater ejus villanus fuit, ad ꝙ fuit à petente replicatum ꝙ liber fuit quia franchiatus est, ꝙ terra quā petiit descendit ei ex parte matris quæ libera fuit, positum fuit judiciū apud W. & ibi concordati sunt: ut de ultimo itinere M. de P. in com̄ Linc. Assisa mortis si Leonata de tenemento in Weston. Si quis se cognoverit in judicio semel ad villanum, semper in omni casu pro villano judicabitur: ut de itinere M. de P. de loquela quæ fuit ad judicium in diversis com̄ anno Regis H. 3. in com̄ Dorf. de Hamelino filio Radulphi. ¶ 3. Petenti per assisam objectum fuit ꝙ habuit fratrem in partibus transmarinis antenatū, Juratores dubitant utrum mortuus sit vel non, conceditur petenti seysina sub tali conditione, ꝙ si redierit frater antenatus ꝙ sine placito habeat seysinam suam: ut de itinere W. de Ralegh in com̄ Buck. Assisa mortis si Richardus Faber. Sed esto ꝙ frater postnatus moriatur antequam antenatus redierit (hærede infrà ætatem existente) quæro an expectanda sit ætas propter factum Justiciariorum. Eodem modo si per dominum capitalem habuerit soror seysinam hæreditatis ubi nihil scitur de fratre utrum vivus sit an mortuus, & ipsa seysita moriatur (hærede infrà ætatem existente) si frater redierit, quæro an sit ætas expectanda, cùm jam constiterit (sicut in casu superiore) ꝙ antecessores talium, propinquiores hæredes non fuerint antecessorum præcedentiū. Et revera expectanda erit ætas in persona eorum, cum ipsorum antecessores seysiti obierint quasi de feodo. Sed contrarium coram Rege & consilio suo apud West. anno Regis H. 13. de hæredibus Johannis de Munmew, ꝙ ætas non expectabitur si justior hæres comparuerit, sed hoc non fuit de jure sed de consilio curiæ & ex concessione antecessoris illius minoris.

¶ 1 Quando assisa mortis antecessoris vertitur in juratam & tenet breve assisæ & cadit causa donationis in assisam. 2. Si bastardia cadat in assisam. 3. Quæstio de custodia utrum tenementum de quo assisa arramatur teneatur in socagio vel per servitium militare. 4. Exceptio venditionis. Cap. 17.

How assisa Mortis antecessoris vertitur in Juratam

Vertitur assisa mortis antecessoris multotiens in Juratam multis de causis, & eodem modo sicut assisa novæ disseysinæ, secundùm ꝙ superiùs dictum est. Quandoq; per modum donationis secundùm ꝙ poterit casus poni, & ubi per modum donationis fœmina præfertur masculo in successione, verbi gratia. A. dedit in maritagium cum B. filia sua quandam terram cuidam C. & hæredibus ipsorum communibus de ipsis duobus exeuntibus, B. habuit quandam filiā ex primo viro D. nomine, & mortuo primo viro postea nupsit alteri, de quo habuit quēdā filiū E. nōine, mortua B. & D. filia de primo viro in seysina existente, arramavit E. assisam mortis super eandem D. Ex parte cujus responsum fuit ꝙ prædictus E. nihil juris inde clamare potuit, quia terra illa data fuit in maritagium C. patri suo cum B. matre sua & hæredibus de ipsis duobus exeuntibus, responsum fuit ex adverso, quòd alio modo datum fuit in maritagium cum ipsa B. matre communi & hæredibus de ipsa B. exeunti-

per formam donationis

Note pleas held coram Rege et consilio suo.

It may be remarked here, that, tho' Bracton quotes many adjudged cases; they are all within the reign of Henry 3d.

nantibus. Quo casu, quia fuerint frater & soror de una eademq; matre quamvis diverso patre, consideratum fuit ultimo itinere M. de P. in com̃ Suff. quòd assisa non jacuit inter eos sed quòd fieret inquisitio per patriam, & non p assisam, de modo donationis, assisa mortis antecessoris si Philippa de Cokfend matre Roberti. ¶ 2. Cadit etiam in assisam bastardia, per quod vertitur assisa in juratam, ut si frater antenatus tulerit assisam super fratrem postnatum de altero viro, vel econverso de morte matris ipsorum com̃unis, & respondeatur ab antenato ꝙ ipse sit primogenitus matris ipsorum, quamvis ab altero viro, & replicetur à postnato ꝙ ipse hæres esse non possit quia pater suus matrem ipsorum com̃unem nunquam desponsavit, hoc per assisam in modum Juratæ de consensu utriusq; partis captam declarabitur, ut de itinere M. de P. in com̃ Salop. ¶ 3. Item vertitur assisa in juratam si quis assisam arramaverit versus dominum suum, & ipse respondeat ꝙ nihil clamat nisi custodiam, & replicetur contra eum ꝙ custodia ad ipsum non pertineat, eo ꝙ tenementum illud tenetur in socagio. Ad ꝙ si dominus respondeat ꝙ ipse & antecessores sui priùs inde custodiam habuerunt, super utroq; casu fiet inquisitio per assisam in modum juratæ, scilicet si terra illa sit socagium vel non, & si sit socagium, tunc de seysina talis & antecessorum suorum. ¶ 4. Item vertitur assisa in juratam propter exceptionem venditionis, ut si quis petat per assisam mortis, & excipiatur ꝙ petens habuit fratrem antenatum qui habitus fuit pro hærede & seysitus de eadem terra & illam postmodum vendidit ipsi tenenti: ut de ultimo itinere M. de P. in com̃ Suff. assisa mortis antecessoris si Walter⁹ Curteys. Si autem fiat replicatio à petente ꝙ talis qui donationem fecisse debuit nunquam fuit inde in seysina de eadem terra, vel si fuit in seysina & donationem fecit, ipse donatorius nunquam seysinam habuit in vita donatoris, vel quid tale. Item si antecessor recognoverit vel remiserit & quietum clamaverit. Item si pueri illius qui dicit se tenere per legem Angliæ convicti fuerint ad bastardos. Itẽ si quæstio ætatis, quæstio status, conventio sive convictio, finis factus, res judicata, vel quid tale quæ ꝓveniũt extra assisã & fuerit dissẽtio inter partes, ubi tenens dicit unum & petens contrariũ, de consensu partium vertitur assisa in juratam, & sic terminatur negotium & sufficit exempli causa. Item vertitur assisa mortis antecessoris quandoq; in juratam ꝓpter partum suppositum, ut si cùm verus hęres fuerit in possessione, partus suppositus, scilicet aliquis vel aliqua qui se fecerint hæredem alicujus cũ non sint, portaverint assisam super verũ hęredẽ. Eodem modo ꝓpter partum adulterinum, ut si dum maritus fuerit in remotis agens, vel tali infirmitate detentus ꝙ generare non posit, sit aliquis qui habeat accessum ad uxorem de quo pręgnãs extiterit, si maritus talem partum statim amoverit cùm æditus fuerit & illũ deadvocaverit, ex hoc nascetur vero hæredi exceptio contra assisam. Si autẽ talem deadvocaverit & aliqua ꝓ eo faciat pręsumptio ꝙ suus esse possit, licet revera non sit, ut si simul extiterint, talis ꝓ hærede judicabitur licet nõ sit. Si autẽ advocatio & confessio suæ naturæ convenire non possit, hoc est si ꝑ unũ annũ vel biennium absens fuerit & reversus parvulum invenerit ex uxore, vel

revera

Bastardy

Custody

Sale

Release, Covenant &c.

Supposititious birth &c.

revera castratus fuerit vel ita infirmus, quòd generare non possit, licet talem advocaverit, tamen veritas præferri debet confessioni quæ naturæ non convenit nec rationi, licet quidam dicunt quòd locum habere debeat breve de recto, quod verum est, secundùm quosdam.

¶ 1 *Inter quas personas non jacet assisa mortis antecessoris.* 2. *Casus quòd soror de eodem patre & eadem matre præfertur masculo de diverso patre de perquisito.* Cap. 18.

Between what persons assisa mortis antecessoris does not lie.

DIctum est supra inter quas psonas jacet assisa mortis antecessoris & de morte quarum: Nunc autem dicendum est inter quas non jacet, ne cótingat quòd per assisam non terminetur proprietas quæ locum non habet nisi tantùm in causa possessionis. Et sciendum ꝙ locum non habet inter conjunctas psonas sicut cohæredes sive sint participes. i. hæreditatis capaces de aliqua hæreditate descendẽte ab aliquo cōmuni antecessore sive non capaces. Quo casu, si capaces sint cohæredes, ut si hæreditas partibilis sit ratione plurium psonarum sicut filiarum quæ sunt quasi unus hæres, vel ratione ipsius hæreditatis quæ in se partibilis est, locũ non habebit assisa sed breve de proparte. Et si assisa impetretur, cadit opposita exceptione juris meri, cũ quilibet ipsorum sit hæres ppinquior quantum ad partem suam, respectu eorum qui sunt remotiores in alio gradu. Si autem plures sint cohæredes justi & ppinqui quoad seysinam, omnes tamen non sunt participes vel capaces sed unus eorum, propter privilegium quod habet (ut superius dictum est) & cui jus merum descendit aliis præfertur. Et in quo casu locum non habebit assisa cùm non determinet nisi possessionem, sed breve de recto ꝙ utrumq; determinat, scilicet seysinam & jus merum, & unde cùm in prædictis casibus incipiat quis agere per assisam, datur tenenti exceptio contra assisam: & de hac materia pleniùs dicetur infrà in tractatu de consanguinitate. Item sicut non jacet inter cohæredes legitimos & naturales & capaces participes, nec inter tales & non participes, ita nec inter legitimos & naturales tantum, sicut inter legitimos & bastardos si fratri naturali objiciatur ꝙ sit bastardus vel etiã villanus, cùm sciri non possit utrum se pbare possint legitimos & liberos esse vel non. Et licet se legitimos & liberos esse pbaverint, non tamen p hoc se pbant esse hæredes ppinquiores, & sic non poterit assisa mortis antecessoris terminare pprietatem, & unde alio brevi. s. de recto opus erit ad terminandam pprietatem. Et cùm fortè se legitimos & liberos esse probaverint, poterunt ulteriùs se pbare hæredes ppinquiores, ut filia de primo viro excipiat contra fratrem legitimum de secundo viro ꝙ hæres esse non possit, cùm sit quasi extraneus quoad successionem in hæreditatem maternam, quamvis filius naturalis et legitimus matris communis: quia hæreditas materna data fuit in maritagium primo viro cum matre cōmuni & hæredibus de patribus duobus pvenientibus, & ideò ꝙ hæres esse non possit quamvis frater naturalis & legitimus, & unde si frater petierit versus sororem p assisam mortis vel econtrario vel versus extraneam personam, inter eos non jacebit assisa mortis antecessoris cùm frater fortè docere posset contrarium, & hoc dico

Between Parceners & Co-heirs

Between legitimate & illegitimate children.

dico nisi cùm soror existens in seysina excipiendo statim habeat probationē ad manum, sicut instrumentum donationis vel aliam probationem. Si autem versus extraneam personam, filia præfertur fratri cum probatione tali. Si autem probationem non habuerit, cadit assisa mortis antecessoris & agi oportet per breve de recto, & procedet inter eos magna assisa per hæc verba, scilicet: Utrum ipsa quæ tenens est majus jus habeat in terra illa sicut in illa quæ data fuerit in maritagium primo viro suo cum tali matre communi & hæredibus de ipsis duobus venientibus, an talis frater de altero viro qui petit sicut in illa quæ data fuit in maritagium cum tali matre communi & hæredibus ipsius matris, & non terminabitur negotium in hoc casu per Cuntey a Cuntey sicut inter cohæredes. Et eodem modo fiet si objiciatur villenagium, vel quòd petens genitus fuit de testiculo felonis quoad hæredem maternam, secundùm quod inferiùs dicetur in tractatu per breve de recto. Inter cohæredes verò non habebit locum assisa mortis nec procedet ubi postnatus talem habuerit seysinam ex tempore quòd à seysina ejici non possit sine brevi dn̄i Regis, & in quo casu cùm per talem seysinam paritatem habuerit cum antenato hærede propinquiore quoad possessionem, de jure & proprietate agi non poterit nisi per breve de recto, nec procedet assisa mortis antecessoris cùm habeat postnatus tantundem juris quoad seysinam quantum habet antenatus, & in brevi de recto terminabitur negotium per Cuntey Cuntey. Si autem non habuerit postnatus talem seysinam longam (ut prædictum est) inter præsentes, vel longiorem inter absentes, secundùm quod antenatus agens fuit in partibus remotis vel remotioribus, sicut in terra sancta vel alia peregrinatione in partibus transmarinis longè vel longius vel in regno longè vel longius extra com̄ vel in com̄, vel in prisona, vel infirmitate gravi detentus, cùm venerit & postnatum recenter ejicere non possit, bene jacebit assisa mortis inter tales cohæredes sicut inter extraneas personas. Et quia ex quo postnatus habere non possit liberum tenementum ex tempore & longa & pacifica seysina, nunquam paritatem habebit cum antenato quoad possessionem, sed erit sicut extraneus quoad assisam mortis, quia seysina sua nulla est. Idem erit si cùm antenatus ingredi non possit, statim sibi perquisiverit breve vel statim contentionem apposuerit, & in quibus casibus interrumpitur possessio postnati quòd nunquam paritatem habebit cum antenato quoad possessionem. Et eodem modo observari poterit inter consanguineos si agatur per breve de consanguinitate inter eos. Item frater antenatus feoffat fratrem suum medium cùm sint tres fratres, aut feoffat eum sine homagio tenere sibi & hæredibus suis, si talis frater obierit sine hærede de corpore suo, b frater antenatus & feoffator erit hæres propinquior & cum eo poterit tenementum remanere. Item eodem modo si ita feoffaverit tenendi de dominis capitalibus. Item si ita fratrem medium feoffaverit tenendi sibi & hæredibus suis quos habuerit de corpore suo, si sine talibus obierit seysitus, revertetur b terra data fratri antenato sicut eschaeta pro defectu hæredis licet alios habuerit remotiores, & evanescit homagium si fortè intervenerit, quod non est

[Marginal notes, handwritten: Between Co-heirs; Between consanguinei]

a Query of this word? vid inf. fol. 282. This expression explained.
b Note here an exception to the rule, Nemo potest esse hæres et dominus - and vid sup. 277. The idea of taking as escheat seems intended to evade that rule.

in primo casu. Si autem fratrem postnatum feoffaverit tenendi sibi & hæredibus suis quibuscunq; pro homagio & servitio, ille primogenitus & feoffator erit ejus hæres propinquior, quia quamdiu fuerit aliquis ex parte antenati, ille semper aliis præfertur qui sunt in linea transversali & jus semper descendit antenato, & cum eo semper remanebit simul cum seysina, quia primā debet habere seysinam, & de manu sua ad remotiores deveniet terra sic data si sit qui petat, si autem non, semper cum eo remanebit jus & seysina cùm non sit hæres apparens, vel si appareat nihil petat nec à manu sua nec ab eo descendet jus merum per virtutem descensus, sed per necessitatem (si sit qui petat) cùm antenatus non possit esse hæres & dominus, quia sese non compatiuntur homagium & dominium, quia homagium expellit rem à manu feoffatoris usq; ad propinquiorem hæredem, scilicet ad filios vel filias si fuerint. Si autem non fuerint, vel cùm fuerint defecerint, tunc ad fratrem postnatum, non per assisam mortis sed per breve de recto, & quia frater postnatus, nec filius nec filia esse poterunt propinquiores fratri medio sed frater antenatus, & sic sui erunt hæredes alii *inferiores*, sed nihil eis descendet jure hæreditario in vita antenati nisi per necessitatem, quia non potest esse dominus & hæres, & cùm inferiores hæredes sui per judicium recuperaverint, tunc primò descendet eis jus simul cum seysina & non ante, & unde si antenatus nullum habuerit hæredem de corpore suo & postnatus incipiat petere, & antequam obtinuerit in judicio incipiat antenatus habere hæredes, cadit actio fratris postnati. Sed si tunc inceperint esse cùm judicium redditum sit pro fratre postnato nunquam ab eo auferetur seysina. Eodem modo cùm liberi fratris antenati in seysina extiterint & positi in seysinam & defecerint, vel si nunquam antenatus se dimiserit & pueri defecerint, non competit actio postnato sed antenatus semper se defendet erga postnatum in seysina sua per liberos suos, eo quòd sunt hæredes propinquiores. ¶ 2. Neptis ex sorore avunculi ex eodem patre & eadem matre, & nepos ex fratre ejusdem ex eodem patre sed diversa matre, tulerint assisam mortis antecessoris versus dominum capitalem neptis. s. ex sorore de morte avunculi, & nepos ex fratre de morte ejusdem petierunt per assisam quandam terram de seysina cujusdam avunculi Radulphi ipsorum, nepos verò ex fratre dicebat se esse hæredem propinquiorem, quia fuit filius fratris ipsius Radulphi, & neptis ex sorore ipsius Radulphi non debuit ipsi præferri, & quia ipse masculus & hæres masculi, & ipsa neptis fœmina & proveniens ex fœmina, & ideò ipse hæres propinquior, ad quod responsum fuit ex parte neptis q nepos non potuit esse hæres propinquior, quia idem nepos fuit filius fratris prædicti Radulphi, sed pater ipsius neptis & prædictus Radulphus non fuerunt fratres de uno patre & una matre, sed de uno patre & diversa matre, & q mater sua ipsius neptis. s & Radulphus fuerunt de uno patre & una matre, & terra petita fuit perquisitum ipsius Radulphi, & non hæreditas descendens ab aliquo antecessore: & quia hoc dedici non potuit, consideratum fuit q neptis fuerit hæres propinquior, quia provenit ex sorore ipsius Radulphi de eodem patre & eadem matre, & nepos

nepos quamvis ex fratre masculus & ex masculo, hæres remotior, quia ex diversa matre. Aliud fortè dicendum erit de hæreditate descendente, secundùm quosdã. Casus iste inveniri poterit in rotulo de termino P. & S. T. anno Regis H. 3. in com̃ Sussex. assisa mortis si Radul. de Rupe super Gilbertum de Aquila. Idem dici poterit de hæreditate descendente si frater obierit seysitus, quòd soror de uno patre & eadem matre hæres propinquior sit de seysina fratris, quàm masculus frater de altera uxore, & hoc ratione ventris.

¶ *1 De exceptione bastardiæ in assisa mortis antecessoris. 2. De inquisitione bastardiæ in tali assisa.* *Cap. 19.*

EXceptio bastardiæ objecta petenti vel tenenti in assisa mortis antecessoris perimit assisam, & vertit assisam quandoq; in juratam, quandoq; transmittit cognitionem ad curiam Christianitatis, secundùm quod objecta fuerit sic vel sic, & secundùm quod inferiùs pleniùs dicetur de exceptionibus, in tractatu de bastardia & ibi pleniùs, & quis possit eam opponere & cui. Sed refert inter quas personas locum habere debeat & tenere in assisa mortis antecessoris. Et sciendum quòd ubicunq; assisa locum habet, & inter quascunq; personas, ibi locum habet exceptio bastardiæ, & inter easdem personas. Item inter easdem personas ubi locum habet consanguinitas loco assisæ, & ad quas assisa se non extendit: ubi autem locum non habet assisa nec consanguinitas, ibi nec locum habebit exceptio bastardiæ, scilicet ubi agi oportet de necessitate per breve de recto, quia exceptio bastardiæ totum terminat negotium, tam super possessione quam super proprietate, quod quidem non facit assisa nec consanguinitas, nisi tantum super possessione, et unde inter conjunctas personas locum non habebit, sed tantum inter extraneas personas, licet videatur in prima facie quòd inter conjunctas personas procedi posit in cognitione bastardiæ, ad hoc quòd si ille cui objicitur se legitimum probare non posit, cadat ab actione sua & à causa, vel seysinam amittat: secundùm quod objecta fuerit petenti vel tenenti, & sic terminetur negotium secundùm quosdam &c. Sed quia poterit adeò de facili se probare legitimum et facere se conjunctam personam, et sic provenire posit in casu à quo incipere non posit asisa nec locum habere nisi tantum breve de recto, ideò non tenet exceptio bastardiæ non magis quàm asisa. Si verò bastardia objiciatur, quandoque terminatur in foro seculari, quandoq; in foro ecclesiastico: secundùm q̃ inferiùs dicetur pleniùs de eodem tractatu. Si autem cùm objecta nõ fuerit, dicant Juratores in veredicto suo quòd petens bastardus sit simpliciter, vel cum tali adjectione, q̃ natus fuit ante matrimonium, tunc non procedet asisa, quia vacua est petitio et cadit. Eodem modo dici poterit de tenente, ut de ultimo itinere M. de P. in com̃ Eborum circa finem rotuli. Item eodem modo si sic objecta fuerit q̃ petens natus fuit ante matrimonium per duos annos, vel tres, et partes inde se posuerint in Juratam, et Juratores dicant absque aliqua mentione bastardiæ quòd talis sit propinquior hæres, et quòd

antecessor suus obiit seysitus ut de feodo, & post terminum, ita quòd omnes articuli brevis concurrant, non esset ulteriùs inquirendum de bastardia, quia legitimitas sic ꝑbatur indirectè: ut de Itinere W. de Ralegh in com̄ Kanc. assisa mortis antecessoris si Adam le Gardener, nec erit in hac parte locus convictioni propter partium consensum. Si autem bastardia non objiciatur ut supra, erit contrarium. Item videndum erit in persona cujus procedere debeat inquisitio bastardiæ, quia refert utrum ille cui objicitur vel qui objicit majoris sit ætatis vel minoris. De eo autem qui est infrà ætatem & tenens non ꝑcedit inquisitio ante ætatem, ut si custos dicat ꝙ nihil tenet nisi in custodia cum tali qui est infrà ætatem, & excipiatur ꝙ talis bastardus sit: ut de itinere M. de P. in com̄ Kanc. anno regis H. xi. de termino S. M. incipiente xii. Assisa mortis antecessoris si Wilhelmus de Herst, & sic remansit inquisitio usq; ad ætatem. In eodem autem itinere videtur contrarium, in assisa mortis antecessoris si H. Paynesore, de duobus qui fuerunt infrà ætatem, & contra quos processit inquisitio super bastardia per assisam, & ubi objectum fuit quòd bastardi fuerunt, & Juratores hoc idem dixerunt, quia nati in adulterio: sed non fuit contrarium, quia hìc petentes & ibi tenentes & quòd inquisitio ꝓcedere debeat de bastardia versus petentem qui fuerit infrà ætatem, quòd pater suus super hoc nunquam desponsavit matrem suam, vel de hoc quòd natus fuit antequam mater sua esset desponsata, procedet super hoc Jurata: ut de ultimo itinere M. de P. in com̄ Salop. ¶ 2. Transmittitur quandoq; ad curiam Christianitatis inquisitio bastardiæ in suo casu, ubi scilicet matrimonium sive sponsalia omninò dedicta fuerint in assisa mortis antecessoris: secundùm ꝙ bastardia objecta fuerit petenti vel tenenti, & fiat inquisitio per tale breve: Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cùm A. in curia nostra coram &c. peteret versus B. & E. uxorem ejus tantam terram cum pertinentiis in tali villa per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam, & versus talem tantam terram cum pertinentiis in eadem villa ut jus suum, & prædicta C. diceret se esse propinquiorem hæredem A. de cujus morte idem A. tulit assisam suam: Idem A. objecit eidem C. ꝙ nullum jus habere potuit in terra illa, eo quòd bastarda est: & quoniam hujusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, vobis mandamus ꝙ convocatis coram vobis convocandis rei veritatem diligenter inquiratis, & inquisitionem quam inde feceritis nobis sciri faciatis per literas vestras patentes Teste &c. Et quid fieri debeat ulteriùs, infrà de exceptionibus pleniùs dicetur, eo adjecto ꝙ si tenens petenti objiciat bastardiam, & petens vice versa tenenti, quæritur quis eorum priùs probare debeat legitimitatem? & sciendum ꝙ ille qui petit, quia eo non probante legitimitatem remanebit possessio cum tenente, sive ipse tenēs bastardus sit sive non. Contendunt enim multotiens inter se petens & tenens (& remanebit possessio cum tenente) sive tenens bastardus sive non, & cùm contendant inter se, dicunt: Si ego sum bastardus & tu similiter, & priùs semper inquirendum erit de bastardia petentis quàm tenentis, quia si petens jus non habeat petendi, remanebit in suo loco possessio ut prædictum est.

¶ TRACTA-

¶ Tractatus quartus

Libri quarti in quo tractatur de consanguinitate.

¶ 1 *Breve de consanguinitate. Cap. 1.*



Um assisa mortis antecessoris infrà certos gradus limitetur, & locum habeat de morte certarum personarum versus certas personas, & ulteriùs non extenditur, ne semper ad ipsum jus p breve de recto recurratur de seysina quæ probari possit de proprio visu & auditu alicujus, in subsidium assisæ mortis antecessoris provisum est quoddam breve quod dicitur breve de consanguinitate, ut causam possessionis terminet in gradibus & personis, ad quos assisa se non extendit de omnibus de quibus antecessor obiit seysitus ut de feodo, & non ut de mero jure, quia hoc non agitur nisi tantum de possessione ad evitandum dubium eventum duelli & magnæ assisæ per breve de recto, quatenus tempus assisæ mortis antecessoris permiserit. Et cũ loco assisæ mortis antecessoris accipi debeat & teneri de seysinâ antecessoris: meritò sequi debet in magna parte naturam illius assisæ, cujus loco sumitur. s. in tempore, ut tempus sive terminum assisæ non excedat. Item in personis, ut locum habeat breve de consanguinitate extra terminos assisæ inter easdem personas, sive majores sint sive minores inter quas locum habet assisa infrà suos terminos & non inter alias, sicut inter conjunctas personas (ut prædictum est) ascendendo ab avo usq; ad triavum & ulteriùs si tempus permittat, qui omnes sic ascendendo rectè dici poterunt antecessores ad modum assisæ mortis antecessoris, vel descendendo à nepote usq; ad trinepotem & ulteriùs, si tempus permiserit: qui omnes rectè dici poterunt consanguinei nisi sit qui dicat sic, q omnes sunt consanguinei tam ascendentes quàm descẽdentes. Nec obstare debet q quidam dicunt q per tale breve de recto quod incipit per præcipe, amittunt curiam suam domini curiarum, quod est & esse possit contra cõmunem libertatem (ut dicunt) sed revera non est ita q tenentes ꝓpter seysinam mortis antecessorum suorum semper teneatur adire curiam dominorum, quia si plures competant actiones, unam illarum quam voluerit eligere poterit, & ea experiri. Poterit enim quis habere assisam mortis antecessoris, novę disseysinę, & breve de ingressu, & breve de recto uno & eodem tempore, & quam istarum voluerit eligere poterit nec compelli debet magis ad unam q ad aliam, nec ad breve de recto magis q ad assisam. Si autẽ agere velit per assisam novæ disseysinæ, sic tollere poterit curiam dñi sui sine injuria alicujus ad breve de recto, & sic de aliis placitis & assisis, & sic nõ fit

dñis curiarum injuria, si petens p' alia brevia agere voluerit q per breve de recto, cum ad tale breve non teneatur nisi velit. Si autẽ tempus excedat terminum assisæ mortis antecessoris, locum habebit breve de recto, cùm petẽs ꝓbare non possit seysinã de visu & auditu alicujus ꝓprio sed alieno, scilicet patris qui vidit, & hoc filio suo injunxit ꝙ testis esse possit. Breve de consanguinitate tale est. Rex vic. salutẽ. Precipe A. ꝙ justè & sine dilatione reddat B tantam terram cum ꝑtinentiis in tali villa de qua C. consanguineus ipsius B cujus hæres ipse est vel antecessor talis sine expressione, vel cum expressione. s. nepos vel avus suus fuit seysitus in dominico suo ut de feodo, die quo obiit (ut dicit) & nisi fecerit & talis fecerit te securum &c. tunc summoneas talem &c. quòd sit ostensurus quare non fecerit. Teste &c.

¶ 1 *De intentione petentis & responsione tenentis. 2. Responsio ad tale breve. 3. De exceptione paritatis quæ est in personas descendentes de eodem stipite. 4. Quid juris si postnatus & propinquus petat versus remotum sicut versus tertium fratrem. 5. Quid juris si warantus vocetur frater videlicet postnatus & warantizaverit.* *Cap. 2.*

POst essoñ verò præsentibus in judicio partibus, ꝓponat petens intentionẽ suam tali modo. A. petit versus B. tantam terram cum ꝑtinentiis in tali villa ut jus suum, & sic fundat intentionem. Et unde talis nomine antecessor vel consanguineus suus, cujus hæres ipse est (cũ expressione vel sine) fuit seysitus in dominico suo ut de feodo, die quo obiit. Et de ipso tali descendit jus prædictæ terræ cuidam tali filio & hæredi, & sic deinceps per omnia sicut per breve de recto: sicut inferius dicetur usq; ad illũ qui petit, & ꝙ tale sit jus suum & ꝙ talis antecessor ita fuit seysitus offert. &c. ¶ 2. Et B venit & defendit jus suum &c. & dicit ꝙ non debet ad hoc breve respondere ꝙ ipse tenens & petens sunt de eodem stipite, à quo descendit hæreditas petita, & ita ꝙ non valet breve de consanguinitate non magis inter eos q assisa. Sed videnda est ratio quare. ¶ 3. Poni autem poterit casus in personis trium fratrum & multis modis: ut si pater comunis moriatur seysitus de aliqua hæreditate vel alius antecessor, & postnatus se posuerit in seysinam totius hæreditatis cùm non sit partibilis, vel si pater vel alius antecessor comunis, vel frater antenatus vel extranea quævis persona feoffaverit fratrem medium, qui inde obiit seysitus sine hærede de se, & antenatus vel postnatus se ponat in seysinã, & primò: sicut E. frater postnatus ponat se in seysinam, A. frater antenatus petat versus eum per breve de consanguinitate, vel per assisam: Respondere poterit idem C. ꝙ ad breve de consanguinitate nõ tenetur respondere non magis q ad assisã, quia ipsi A. & C. antenatus & postnatus sunt de eodẽ stipite à quo descendit hæreditas, à patre vel alio antecessore comuni vel fratre medio. Et ipse C. tantundẽ juris habet in prædicta hæreditate quãtum ad seysinã, cùm extiterit in longa & pacifica seysina inter præsentes, & cùm sit justus hæres & propinquus ipsius antecessoris, & adeò propinquus sicut ille A. frater antenatus, & unde cùm pares sint in jure possessorio, non vult ei respondere ꝓpter juris paritatem: & unde si antenatus dicat se esse ꝓpinquiorem & nemo poterit esse heres ꝓpinquior nisi ratione juris meri ꝙ ei descendit, & nec assisa nec consanguinitas terminare possunt jus merũ nisi tantũ breve de

de recto: ideò de necessitate cadit assisa & cõsanguinitas, & terminabit negotiũ p breve de recto, ubi nec duellũ nec magna assisa, sed p Cunte cuntey omninò, vel q dicat in fine & ostendat quare hereditas remanere nõ possit cum antenato qui est heres ppinquior, quoad jus: qa homagiũ intervenit, ut sciatur quis ppinquior, & p hoc heres rectior. Sine prejudicio sentẽtie melioris, videt; q nõ poterit frater postnatus habere exceptionẽ paritatis cõtra fratrẽ antenatũ quãtũ ad seysinã nisi possessio sua sive seysina lõga fuerit & pacifica inter præsentes habita, quia si fuerit brevis vel interrupta, nõ valet: inter præsentes dico, qa si quis præsens dissimulaverit ad tẽpus, sibi prejudicat ppter taciturnitatẽ, cũ vigilantibus jura subveniãt. Secùs autẽ si inter absentes, ubi tẽpus nõ currit: & ideò nisi talis seysina longa fuerit & pacifica inter psentes (ut pdictũ est) nõ potest dicere postnatus q habeat tantũ juris quoad seysinã quãtũ antenatus, cùm seysina sua nulla sit vel nõ sufficiens cùm sit brevis vel lõga, tamẽ interrupta. Et unde cùm longã habuerit postnatus seysinã & pacificã inter psentes, q sine brevi ejici nõ possit quin recuperet p assisam, tũc primũ liberũ habet teñtum & cõpetit ei assisa & exceptio paritatis versus antenatũ, et sic nõ habebit antenatus actionẽ nisi p breve de recto, & ubi obstabit ei casus Regis, & anteq sic habuerit postnatus lõgã & pacificã possessionẽ, sed antenatus postnatũ recẽter ejecerit, nõ recuperabit ppter seysinã tenerã. Si autẽ ipsũ statim ejicere nõ possit & recẽter faciat rẽ cõtentiosam p interpellationẽ vel impetrationẽ diligentẽ, & sic nunq habebit postnatus pacificam seysinã & sic nunquã liberũ teñtum & p consequẽs nullã seysinã. Sic ergo nõ cõpetit ei exceptio paritatis cũ nõ sit in seysina nisi nuda pedũ positione, & ũde in hoc casu bene jacebit inter antenatũ & postnatũ assisa mortis ãtecessoris, sicut cõtra quẽlibet extraneũ. Et unde cùm talis postnatus donationẽ fecerit de comuni hæreditate & vocatus fuerit ad warantũ p feoffamentũ, videndum erit qualẽ frater postnatus ante donationẽ habuerit seysinã, secundùm q superiùs dictũ est, & secundùm hoc cùm warantizaverit, pcedet assisa versus postnatum qui warantizavit, vel remanebit q locũ habeat breve de recto, quia pvenit in eum casum &c. nec poterit aliquis dare nisi ille qui seysinam habuerit. Cùm frater postnatus in possessione fuerit hereditatis paterne & in pacifica seysina, & ita q sine judicio ejici nõ possit & feoffaverit inde aliquẽ, & cùm frater antenatus assisam mortis antecessoris inde portaverit super feoffatũ qui feoffatorẽ suum viz. fratrẽ postnatũ inde vocaverit ad warãtũ, & qui ei warãtizaverit, & postea respõdeat ad assisã, q assisa mortis antecessoris nõ jacet inter ipsũ fratrẽ ãtenatũ ppter paritatẽ juris possessorii, sed dicat q nõ jaceat inter eos assisa nisi tantũ breve de recto, cõtẽtio est inter majores utrũ pcedere debeat assisa vel nõ, dicũt enim quidã q assisa pcedere nõ debet ppter paritatẽ juris nõ magis q pcederet si aliũ nunq feoffarẽt, cùm ipse postnatus jã p warantiã effectus sit quasi dñs & tenens rei, & q pcedendum est p breve de recto, ubi nec duellũ nec magna assisa nisi tantũ narratio super descensu & ipso jure majore. Et sunt qui dicunt q p assisam pcedendũ erit, qa revera licet frater postnatus warantizaverit, & licet teneatur defendere possidentẽ in seysina, tamen ipse

vid. ant. 27[illegible] and infra in notes.

a/ This passage explains what is meant by Cunte Cuntey; from which words came the expression of Court, & Country [illegible]

b/ Quaere of this casus Regis

non possidet: quod quidem probari poterit multis rationibus. Quia tenens qui warantum vocavit licet ei warantizatum fuerit, tamen à seysina non recedit sed expectabit eventum placiti inter warantum suum et petentem, et si warantus suus eum defendere possit, remanebit in seysina, et si non, tunc primò cùm warantus suus contra se judicium habuerit, ejicietur à seysina, et incontinenti de terra waranti consequetur excambium. Et ideò videtur q frater postnatus non est in seysina, et hac ratione q versus eum procedat assisa. Sed (sine præjudicio melioris sententiæ) videtur, secundùm ultimum casum, q procedet assisa: maximè quia frater postnatus non est tenens sed defensor tenentis, & licet faciat verba defensionis pro tenente, quod videri poterit manifestiùs ex hoc quod dicitur, q assisa non jacet inter eos sed breve de recto, quia ex hoc sequitur, q si assisa cadere debet in persona postnati eo q tenens sit secundùm quosdam, per eandem viam resurgere deberet per breve de recto inter eos, per hoc quod dicitur, q non jacet assisa inter eos sed breve de recto. Sed si breve de recto contra ipsum sit impetratum, non potest procedere, quia ipse revera non tenet, unde si cadat assisa & similiter breve de recto, sic cadit actio & versus warantum & versus tenentem: quod esse non debet. Procedat igitur assisa & non breve de recto in hoc casu. Item si cadere debeat assisa inter eos & de necessitate impetretur breve de recto super tenentem, in electione tenentis erit utrum warantum vocare voluerit vel non, nec ad hoc compelli poterit contra voluntatem, & sic procedere debet breve de recto inter fratrem antenatum petentem & tenentem, sequetur ex hoc quod tenens se defendere poterit per duellum vel magnā assisam, secundùm quod voluerit, q grave esset petenti de tam recenti seysina. Si autem frater antenatus priùs se posuerit in seysinam, & postnatus petat versus eum per assisam vel consanguinitatem, ad quod respondere poterit antenatus, q ad hoc breve respondere non debet ratione supradicta, quia cum per tale breve nihil petatur nisi seysina tantum & conjuncta sit seysina cùm ipso jure in sua persona, & seysina in hoc casu à jure per se separari non possit, cùm sequi debeat jus in descensu, oportet q postnatus utrumq; petat tam jus quàm seysinam, quod quidem per tale breve facere non potest. Recurrendum est igitur ad breve de recto quod utrumq; determinat & amplectitur. Quod autem dictum est de fratre postnato petente & antenato tenente, dici debet de avunculo petente versus nepotem, & de nepote petente versus avunculum & alios remotiores hæredes fratris antenati vel postnati in linea recta descendente vel ascendente vel transversali, q contra ipsum non habet locum consanguinitas, cùm assisa mortis antecessoris locum non habeat infrà suos terminos inter fratres vel sorores, avunculum vel nepotem, quia jus non determinat.

¶ 4. Dictum est q non jacet assisa inter hæredem propinquiorem & propinquum, quicunq; eorum tenens fuerit vel petens: videndum erit quid juris, si propinquus hæres petat versus propinquum, ubi pares sunt in jure possessorio cum hærede propinquiore, scilicet ubi duo fratres postnati vivente primogenito unus petat versus alium per assisam. Et sciendum q assisa non procedit

inter

inter eos duplici ratione, tum quia quilibet eorum habet paritatem juris in possessione, tum quia frater antenatus (qui habet jus merum) propinquior est hæres, nec potest aliquis esse hæres propinquior nisi ille ad quem jus merum descendit, sive sit unus sive plures. Nec erit in personis hæredum propinquorum recurrendum ad breve de recto, quia ad nullum ipsorum descendit jus merum, & cùm in personis eorum non habeat locum assisa, ita nec consanguinitas, nec in personis hæredum ex illis provenientium. Item cùm locum non habeat inter propinquos, locum non habebit inter propinquum & remotum, sive remotissimum, nec est igitur consanguinitas. Contra extraneas verò personas possunt consanguinei petere per assisam de seysina antecessorum suorum, & in gradibus ad quos assisa mortis antecessoris se non extendit, petere possunt per breve de consanguinitate, quatenus tempus permiserit & probatio, ut prædictum est. ¶. 5. Sed esto quòd cùm conjuncta persona frater medius vel postnatus in seysina fuerit hæreditatis à communi stipite descendentis, et totam vel ejus partem transferat ad extraneum, & frater antenatus & propinquior assisam portaverit super tenentem, & ille warantum vocaverit fratrē postnatum & ipse warantizaverit, videtur prima facie quòd cadere debeat assisa, quasi pervenerit ad eum casum sicut inter fratrem antenatum hæredem propinquiorem & postnatum hæredem ꝓpinquum, & ꝙ procedi debeat per breve de recto, ac si assisa venisset super fratrem postnatum & qui inventus esset in seysina. Sed esto quòd cùm frater postnatus vel consanguineus vocetur ad warantum defaltam faciat; nonne erit assisa capienda per defaltam in persona tenentis? immò. Et eodem modo cùm warantizatum fuerit, si tenens defendi non possit in seysina, petens de seysina tenentis recuperabit, & tenens excambium de waranto. Sed revera non cadit assisa secundùm quosdā, quia tenens licet ei warantizatum sit, non recedet à seysina, sed warantus eū defendere tenetur in seysina sua, & ideò à tenente non est translata seysina, & ideò procedit assisa, nisi warantus respondere possit ad assisam & docere quare procedere non debeat, fit tamen contrarium quandoque.

¶ 1 *De exceptionibus contra breve.* *Cap. 3.*

CONtra breve de consanguinitate in suo casu responderi poterit & excipi, sicut contra assisam mortis antecessoris: ut si excipiatur ꝙ breve de consanguinitate non jacet, quia sunt cohæredes & ꝙ hæreditas descendat ab uno stipite, & ꝙ sanguinitas non jaceat magis quàm assisa, responderi poterit ad hoc à petente, ꝙ tenens non est in seysina ut hæres communis antecessoris, sed ex causa donationis à communi antecessore vel ab alio, & ꝙ donatio minùs sufficiens est, quia talis nunquam seysinam habuit in vita donatoris, sed ꝙ donator inde obiit seysitus ut de feodo, & per hoc tenebit breve & cadet assisa, sed vertetur in Juratam ad inquirendum de feoffamento & seysina. Item responderi poterit quòd ille qui in seysina est, non est cohæres sed extraneus, licet filius legitimus propter coarctationem hæredum, quia terra data fuit in maritagium cum matre petentis cum tali viro & hæredibus eorum

com-

cōmunibus, & ille qui tenet est de altero viro, licet de eadem matre, & cohæres esse non poterit nec propinquus nec remotus, propter coarctationem hæredum. Sed si dicatur quòd tenens bastardus sit vel villanus, ita quòd hæres esse non possit ibi cadit consanguinitas, sicut caderet assisa; quia talis objectio pertinet ad jus. Et unde si ille cui objicitur bastardia se probare possit legitimum, vel ille cui servitus objicitur probare se possit esse liberum, per hoc terminabitur negotium tam super jure quàm super proprietate, quod quidem fieri non poterit per breve de consanguinitate, nō magis quàm per assisam, quod non est in casibus præcedentibus, quia sicut in causa possessionis se probaverit legitimum vel liberum, non propter hoc se probat hæredem propinquiorem, & ideò recurrendum erit ad breve de recto cùm hoc tangat jus merum. Item dicere possit quòd antecessor non obiit seysitus ut de feodo, vel si obiit seysitꝰ ut de feodo, tamē ille qui petit ꝑ breve de cōsanguinitate non est in tali gradu vel linea, ꝙ aliquid ei descendere possit ratione alicujus propinquitatis, quia ex fratre talis antecessoris postnato. Et ut breviter concludatur, omnes ferè exceptiones quæ competunt contra assisam mortis antecessoris, competunt contra breve de consanguinitate, cùm sapiat naturam assisæ. Item per breve de consanguinitate possunt plures petere sicut unus, & contra plures sicut contra unum, sicut in assisa. Item poterit assisa conjungi cum consanguinitate & per unicum breve terminari, ut si soror petat de morte vel seysina patris vel matris, & nepos & neptis ex sorore vel ulteriùs. Ut si dicatur s. A. pater vel mater B. & avus vel avia, proavus vel proavia C. cujus hæredes ipsi B. & C. sunt, fuit seysitus in dominico suo ut de feodo &c. Et Forma brevis ut superiùs in principio, et qualiter per hoc breve ꝓcedendum sit, & qualiter contra breve excipiendum, satis ex præmissis sumi poterit exemplum.

Assisa & Consanguinitas might be joined

¶ I *An breve de consanguinitate verti possit in breve de recto.* Cap. 4.

ITem videndum est an breve de consanguinitate verti possit ꝑ narrationem in breve de recto, sicut potest per breve de ingressu in breve de recto, vel econtrario. Ut si dicat petens ꝑ breve de consanguinitate in narratione descensus: Et unde talis antecessor suus obiit seysitus in dominico suo ut de feodo, & postea adjiciat, & de jure. Videtur (et verum est) ꝙ sic transeat de possessione in ꝓprietatem, ꝑ hoc enim ꝙ dicit ꝙ talis obiit seysitus in dominico suo ut de feodo, deducit in judicium totum jus possessionis. Et de hoc ꝙ addit de jure, deducit in judicium jus proprietatis, et sic per consequens duo jura, possessionis viz. et proprietatis. s. jus duplicatum, quod dicitur Dreit Dreit. Sed quia breve de consanguinitate nihil determinare potest nisi jus possessorium, et petens in narratione sua ulteriùs procedit ad jus merum, ad quod consanguinitas se non extendit non magis quàm assisa mortis antecessoris, per hoc recedit de brevi suo, & cadit breve et non erit recurrendum postea nisi ad breve de recto. Nunquam enim vertitur causa possessionis in causam proprietatis per narrationem ex parte petentis ut hîc, nec econverso. Poterit enim quis habere liberum tenētum sine usu & expletiis. Et unde si quis

A writ consanguinitate cannot be turned into writ of right.

ejectus

ejectus fuerit de tali seysina & per assisam novæ disseysinæ petat restitui, nihil aliud dicit in intentione sua nisi quòd disseysitus est de libero tenemento suo. Eodem modo si seysinam petat antecessoris per assisam mortis, nihil aliud dicit nisi quòd antecessor suus seysitus fuit in dominico suo ut de feodo, die quo obiit. Et unde si mentionem faceret de expletiis captis & de jure mero, sic dicendo per assisam novæ disseysinæ, de libero tenemento meo unde fui seysitus ut de libero tenemento ut de jure, capiendo expletia ad valentiam &c. vel in assisa mortis antecessoris sic dicendo, in dominico suo ut de feodo & jure, capiendo expletia ad valentiam &c. sic caderet breve propter jus merum, ut supra dictum est. Et unde videtur manifestè quòd jus possessorium satis stare posset sine usu et expletiis, quæ tamen si intervenerint prodesse poterint et non nocere, cùm præbeant vestimenta possessioni et jus possessorium declarent. Et vice versa breve de recto nunquam vertitur per narrationem ad breve prædictum super possessione, in hoc enim proprietas et possessio nihil habent commune. Si quis enim semel cum effectu agere inceperit per breve de recto super ipso jure, nunquam redire poterit ad aliquã actionem super ipsa possessione, vel si in narratione sua aliquem articulum omittat qui locum habeat super ipso jure, et si dicat tantũ in narratione sua: Et unde talis antecessor suus seysitus fuit in dominico, vel si loquatur de seysina propria, et dicat: Et unde seysitus fui ut de libero tenemento vel in dominico ut de libero tenemento: nisi mentionem faciat de jure et de tempore regis, et de expletiis captis, non valebit: et unde videtur manifestè quòd jus proprietatis stare non possit sine usu et expletiis, sicut poterit jus possessionis, ut prædictum est. Relinquitur igitur quòd nulla istarum actionum verti possit in aliam per narrationem. In jure autem proprietatis vertitur quandoq; breve de ingressu in breve de recto (propter longissimum ingressum) de necessitate; quia non poterit quis probare ingressum de visu proprio et auditu, et vice versa vertitur quandoq; breve de ingressu in breve de recto sed non nisi de voluntate tenentis, cùm tempus hoc permiserit quòd probari possit ingressus de visu alicujus et auditu, secundùm quod inferiùs dicetur pleniùs de ingressibus.

¶ 1 *Breve de seysina antecessoris qui obiit de communia pasturæ seysitus.* 2. *Forma brevis ubi quis moritur seysitus de communia pasturæ si seysina deforcietur hæredi & de consanguinitate.* 3. *Forma brevis de recto.* Cap. 5.

Si quis moriatur seysitus de aliqua communia pasturæ ut de feodo, et pertinentem ad liberum tenementum suum ex fundo alieno, seysinam suam quam habuit die quo obiit transmittit ad hæredes suos. Et si hæres cùm in seysina fuerit uti prohibeatur, non competit ei assisa mortis antecessoris cùm sit quasi in jure possessionis, licet uti prohibeatur, et pro eo quòd uti prohibitus est, de beneficio principis subvenitur ei per breve quod tale est, per juratam et non per modum assisæ. Forma brevis talis est. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipe tali quòd justè et sine dilatione permittat talem habere communiam pasturæ suæ in terra sua de tali villa,

villa, de qua talis pater vel mater, avunculus vel amita, frater vel soror vel etiã antecessor avus vel proavus &c. vel consanguineus vel consanguinea, qui omnes dici possunt antecessores meritò, eò quòd hæredem antecedunt in jure possessorio. Et unde cùm prædictus talis (cujus hæres ipse vel ipsa est) fuit seysitus vel seysita ut de feodo tanquam pertinente ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, die quo obiit ut dicit. Et nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum &c. tunc summoneas per bonos summonitores prædictum talem quòd sit coram Justiciariis nostris ad primam assisam cùm in partes illas venerit ostensurus quare non fecit, & habeas ibi summonitores & hoc breve. Quod autem dictum est de hærede, dici poterit de successore alicujus, sicut de rectore alicujus ecclesiæ cujus prædecessor obiit seysitus de aliqua communia pasturæ tanquam pertinente ad ecclesiam suam. Forma brevis talis est. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd juste & sine dilatione permittat A. rectorem talis ecclesiæ habere communiam pasturæ suę in terra sua de tali villa, de qua B. prædecessor suus quondam rector ejusdem ecclesiæ fuit seysitus tanquam pertinente ad ecclesiam suam talem die quo obiit ut dicit, & nisi fecerit, sum &c. ut supra. Illud idem breve locum habere posset (ut videtur) in personis omnium aliorum qui petere possunt terras, tenementa, & jura nomine ecclesiæ suæ, de quibus possessores sui obierint seysiti ut de jure ecclesiæ suæ: Ut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Canonici de ecclesiis præbendatis & alii ecclesiarum rectores, nec scio rationem quare non, cùm ubiq; sit eadem ratio. Ad diem verò sumonitionis poterit se deforcians essoniare si voluerit, si autem defaltam fecerit (secundùm quosdam) procedendum erit propter defaltam, ut capiatur pastura in manum domini Regis, ac si actio esset realis, quod quidem esse non deberet (ut videtur) cùm actio potiùs sit personalis quàm realis, & ita potiùs locum habeat attachiamentum quàm captio. Sed sive sic sive non sic, qualiter procedi debeat, inferiùs satis apparebit. Sed qualitercunq; procedatur, per hoc breve nõ pervenitur ad causam proprietatis, cùm tantum locum habeat in causa possessionis, sicut superiùs videri poterit paulò ante. Et ad hoc breve responderi poterit multipliciter, sicut de assisa mortis antecessoris, & terminari poterit per juratam vel inquisitionem secundùm proposita & objecta.

¶ 1 *De brevi quo waranto.* *Cap. 6.*

Est etiam aliud breve formatum ad querelam, quod aliquantulum & in parte sapit naturam brevis mortis antecessoris, & in parte novæ disseysinæ, & quod extra com terminari poterit sine præjudicio communis libertatis, quod tale est. Si A. filius B. fecerit te securum &c. tunc summone per bonos summonitores C. quòd sit &c. ad ostendendum quo waranto se teneat in tanta terra cum pertinentiis in tali villa, quam prædictus B. pater ipsius A. (cujus hæres ipse est) in curia nostra &c. nuper recuperaverit versus eundem C. per assisam novæ disseysinæ inde ibi inter eos captam, & de qua prædictus B. fuit seysitus ut de feodo, die quo obiit

obiit, ut dicitur. Et illud idem esse poterit de communia pasturæ sic: ad ostēdendum quare non permittit talem habere communiam pasturæ suæ in terra sua in tali villa, quàm talis antecessor suus (cujus hæres ipse est) nuper in curia nostra &c. recuperavit versus talem per assisam novę disseysinę tanquam pertinentem ad tenementum suum de tali villa, & de qua prædictus talis antecessor suus fuit seysitus ut de feodo, die quo obiit ut dicitur. Et idem dici poterit de quolibet rectore & de quolibet successore, & habeas ibi &c. Teste &c.

¶ 1 *Si damna veniant in judicium in assisa mortis antecessoris.* Cap. 7.

CUm autem petens per assisam recuperaverit, videndum erit an damna veniant in judicium in assisa mortis antecessoris. Revera hucusq; venire non consueverunt, sed ad reprimendam malitiam dominorum capitalium, bonum est quòd veniant propter vastum & destructionem. Sed videndum utrum dominus capitalis vastum fecerit vel destructionem vel alius qui se intruserit vel titulum habuerit & warantum. Si autem dominus capitalis, tunc refert utrum tempore quo tenens suus & hæres fuerit infrà ætatem & in custodia sua vel plenæ ætatis, cùm dominus suus se in seysinam posuerit ut habeat primam assisam. Si autem nondum fuerit infrà ætatem & sit aliquis parens vel amicus qui de vasto sequatur pro minore, & de vasto constiterit per inquisitionem vel per visum, dominus vastum emendabit sic quòd damna restituet, sive vastum fecerit ante prohibitionem sive post, & custodiam amittet per judicium ad minus ea vice: ut inter placita quæ sequebantur Regem coram W. de Ralegh in comitatu Hunt̄ de Johanne de Daco & filio Radulphi de Bray. Si autem hæres sit plenæ ætatis & in seysina, & dominus capitalis se ponat in seysinam cum eo ratione primæ seysinæ, si tunc faciat vastum & destructionem, competit hæredi assisa novæ disseysinæ, licet à tenemento non expellatur, saltem ut pacem habeat & liberè teneat, recuperare possit per assisam cum restitutione damnorum: simplex enim seysina conceditur domino ut ad dominum recognoscatur & nullum vastum nec destructio. Si autem dominus capitalis vacuam invenerit possessionem, & cùm se posuerit in seysinam verum hæredem non cognoscat ad hæredem per malitiam, ut destructionis & vasti faciendi liberiorem habeat facultatem, si vastum fecerit, & hæres sibi per assisam perquisiverit, dominus capitalis damna restituet cum ipsa res cùm magis deliquerit quàm si vastum fecerit, dum hæres esset infrà ætatem. Si autem cùm dominus capitalis in seysina fuerit nomine hæredis aliquo modorum prædictorum alium feoffaverit, sive hæres sibi perquisiverit per assisam mortis antecessoris sive novæ disseysinæ, semper venient damna in restitutionem cum ipsa re, prædictis rationibus.

damage ... mortaunces[tor]

¶ TRACTA-

¶ Tractatus quintus
Libri quarti in quo tractatur de Assisa utrum.

¶ 1 *Vtrum tenementum sit libera eleemosyna.* *Cap. 1.*



St autem inter alias assisas quædam assisa quæ multum habet possessionis & juris, quæ utrũq; terminat, possessionem. s. et jus, nec ulteriùs quæritur de jure post talem assisam, sive faciat pro tenente sive pro petente, quamvis aliquando (si juratores malè juraverint) agi possit de perjurio et de convictione inter eos inter quos capitur assisa. Jus autem aliorum qui majus jus habent non determinat, quia agi poterit iterum de jure mero quamvis priùs actum sit de jure simulato, sicut fuit coram rege apud Woodstocke de rectore ecclesiæ beatæ Mariæ Oxoñ successore Wilhelmi Hardel, ut infrà dicetur & ponetur casus. Per assisam istam recognoscitur, utrum tenementum de quo agitur laycum sit feodum tenentis vel libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam alicujus rectoris, sive petens laycus sit sive clericus, quia in utriusq; psona locũ habere debeat sicut primò fuit observatum tempore M. de Pateshull & postea ab eodem prohibitum, & quòd locum non haberet nisi tantum in persona rectoris, cui nullum aliud competit remedium nec breve, nisi agere posset de seysina sua propria. Layco verò competere possent omnia alia remedia. s. breve de nova disseysina, mortis antecessoris, de ingressu, & de recto. Sed cùm restringendæ sunt lites potiùs quàm laxandæ, ut vitentur duella & magnæ assisæ, & placitum maturiùs terminetur, oportet hodie quòd breve istud & assisa locum teneat in persona utriusq;, tam layci quàm rectoris, secundùm quod olim fuit observatum: ut de Itinere Abbatis de Rading & M. de Pateshull in com̃ Wygorñ, Assisa utrum unum mesuagium, & quòd locum non haberet postea nisi tantum in persona rectoris, secundùm quod inveniri poterit in ultimo Itinere M. de Pateshull in comitatu Suff. anno regni regis H. 10. secundo de Roberto de Bedentone & Wilhelmo de Valle, & ubi Robertus cognovit quòd nunquam fuit in seysina terræ petitæ. Et videndum est inprimis quibus rectoribus, et quarum ecclesiarum, et de quibus tenemẽtis locum habeat assisa, & de qua libera eleemosyna. Quia ecclesiarum alia cathedralis, sicut episcoporum, alia regularis sicut Abbatum & Priorum, alia parochialis sicut ecclesiarum rectorum, et ideò videndum quibus ex prædictis competit assisa. Et sciendum quòd tantum rectoribus ecclesiarum parochialium, qui instituti sunt per episcopos & ordinarios ut personæ. Item dici possunt rectores, sicut sunt Canonici de Ecclesiis

præ-

præbendatis. Item dici possunt rectores vel quasi, Abbates, Priores et alii qui habent ecclesias ad proprios usus. Et hoc intelligendum est tam de illis qui medietatem habent alicujus ecclesiæ quæ dividitur in duas partes, ratione duorum feodorum et ratione duorum patronorum, quia quilibet per se si jura & res habeant separatas, per se et sine alio placitare poterit et implacitari. Si autem sit aliqua res quæ sit vel esse debeat inter eos, aliud erit, ut de Itinere W. de Ralegh in com̄ Leycestr̄ circa medium Rotuli, et de termino s. Trinitatis anno regni Regis H. 5. de Gerardo de Huwell et Richardo rectore medietatis ecclesiæ de Claypoll. Vicario autem nunquam competit asisa per se. Sed refert qualiter quis sit vicarius, ut si quis aliquam parvam pensionē solverit annuatim alicui domui religiosæ, sive hoc faciat nomine pensionis vel nomine simplicis beneficii, non propter hoc remanebit asisa in persona vicarii. Sed si hoc solvat privatæ personæ nomine pensionis, non competit asisa vicario sed personæ, aliquando tamen competit assisa utrique tam vicario quàm personæ simul, ut de ultimo Itinere M. de Pateshull in com̄ Suff. Asisa utrum una acra terræ &c. Item licet aliquando ecclesia divisa sit inter duos sive bona habeant communia sive separata, dum tamen unicum habeant advocatum, nullus ipsorum sine alio placitare poterit vel implacitari: ut de eodem Itinere M. de P. in com̄ Suff. anno regni Regis H. 12. de libertate Eliens. inter Thomam personam ecclesiæ de Framesdon et Robertum filium Alrici. Forma brevis talis est: Rex vicecom̄ salutem. Si talis persona ecclesiæ talis fecerit te securum &c. tunc sum̄oneas per bonos sum̄onitores xii. liberos et legales homines de visineto tali, ꝙ sint coram Iusticiariis nostris ad primam asisam &c. parati sacramento recognoscere, utrum tantum terræ cum pertinentiis in tali villa sit libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam ipsius talis de tali villa, an laycum feodum talis. Et hoc si pro Rectore, si autē pro layco, tunc sic: Si talis laycus scilicet &c. ut supra. Utrum tantum terræ cū pertinentiis in tali villa sit laycum feodum ipsius talis in tali villa, an libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam talem de tali villa. Et interim terram illam videant et nomina eorum imbreviari facias, et sum̄oneas per bonos summonitores prædictum talem qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, et habeas ibi sum̄ et hoc breve Teste &c.

the form of the Writ

¶ 1 *De modo procedendi & respondendi. 2. Ubi jacet hæc assisa ubi non. 3. Qualiter proceditur ad assisam. 4. Alia forma in modum Juratæ.* *Cap. 2.*

SUm̄onitus autem si ad diem sibi datum non venerit, nec se essoniaverit, tunc resum̄oneatur ꝙ sit ad alium diem, ut supra in asisa mortis antecessoris pleniùs. Si verò comparuerit, multipliciter respondere poterit contra asisam. Inprimis si error fuerit in impetratione ut supra. Item ꝙ ecclesia talis nunquam fuit inde in seysina aliqua si clericus petat. Eodē modo respondere poterit clericus contra laycum, si laycus petat de disseysina sua ꝓpria vel alicujus antecessoris sui, cùm sine seysina petere non posit. Item dicere poterit ꝙ nunquam fuit in seysina in dominico nisi tantum de servitio. ¶ 2. Itē ad hoc ꝙ dicit (libera eleemosyna) videndum erit quæ & qualis sit ad hoc quòd proce-

exceptions to the writ.

procedat assisa, & utrum terra data sit ecclesiis parochialibus vel aliis supradictis, & si ecclesiis parochialibus, utrum sit libera vel magis libera, secundùm quod data fuerit in dotem tempore dedicationis vel alio tempore, & in quibus casibus locum habebit assisa. Et vocari poterit warantus tam à clerico quàm à layco, & fiat per omnia ut supradictum est de waranto vocato, ut supra de assisa mortis antecessoris. Si autem terra data fuerit ecclesiis cathedralibus vel conventualibus, non jacebit assisa quamvis in liberam, puram & perpetuam eleemosinam: ut de termino P. anno regni regis H. 15 de correctione erroris R. de Leyliton in itinere suo in com̃ Sussex de Priore de Lewes & Gylberto de Aquila. Et quamvis hujusmodi terræ dentur in liberam eleemosinam, non solùm dantur ecclesiis sed & personis tenendæ in baronia, secundùm quod videri poterit per modum donationis, cùm dicitur: Talis dedit & concessit Deo & ecclesiæ tali, & tali Priori & Monachis ibidem Deo servientibus, vel tali Episcopo vel successoribus suis talem terram in liberam, puram, & perpetuam eleemosinam &c. talibus quidem competunt omnia remedia quæ layco competerent, ut si fuerint in possessione & ejecti fuerint à seysina sua propria, assisa novæ disseysinæ, de seysina verò prædecessorum suorum breve de ingressu, & breve de recto. Et cùm habeant tales personæ omnia remedia generalia, quæ quidem laycus haberet, non habebunt recursum ad singulare beneficium, quod introductum est in favore alicujus singularis personæ terram petentis nomine ecclesiæ suæ, & quæ nihil clamare poterit nisi nomine ecclesiæ suæ, quia in ecclesiis parochialibus non fit donatio personæ sed ecclesiæ, secundùm quod perpendi poterit per modum donationis. Item videndum erit de seysina cujus personæ petatur terra in dominico per assisam, & refert qualiter fuit seysitus, utrum. s. in dominico vel servitio. Item qualiter, utrùm videlicet terra data fuerit ecclesiæ parochiali in liberam eleemosinam tenenda in dominico, vel tantum per servitium. Item utrum sic data fuerit feoffato quòd omnino tenere debeat de ecclesia, vel quòd data sit ecclesiæ sub tali conditione, quòd ecclesia faciat feoffamentum tenendi de ecclesia, & secundùm hoc peti poterit servitium tantùm vel tenementum in dominico. Si autem cùm quis ita feoffatus fuerit sibi & hæredibus suis tenendum de suo feoffatore, & pro habenda warantia & tuitione de ecclesia aliquem annuum redditum dederit ecclesiæ, hoc non debet dici servitium immò quædam præstatio nomine eleemosinæ. In quo casu, nihil ampliùs peti poterit nec nomine eschaetæ nec alia ratione, & secundùm prædictam distinctionem de facili perpendi poterit, utrum persona justam causam habeat petendi in dominico tenementũ vel tantùm servitium. Item videndum erit à quo terra sic data fuit ecclesiæ. s. an ab eo qui jus habet, an ab alio qui jus non habet: in quo casu vocari poterit warantus, secundùm quod fit in aliis placitis & assisis, & si warantus defaltam fecerit, procedatur ut suprà de waranto vocato in assisa mortis antecessoris.

¶ 3. Inter alias autem exceptiones & responsiones ex præmissis elici possunt exceptiones & replicationes si partes voluerint. Si autem non sit waran-

warantus nec exceptio quę pręponitur, præsentibus in judicio partibus & juratoribus, procedat assisa in modum assisæ (secundùm quosdam) facta tamen expressione tenementi petiti propter visum quem juratores inde faciunt, secundùm quod fit in aliis assisis supradictis. Forma sacramenti in assisa ista est secundùm modum istum. Hoc auditis Justiciarii quòd veritatem dicam de assisa ista, & de una virgata terræ cum pertinentiis unde visum feci per præceptum domini regis, utrum videlicet prædicta terra cum pertinentiis sit libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam talem unde talis est persona, an laycum feodum talis; vel vice versa secundùm quod persona assisam arramaverit, vel laycus: & pro nihilo omittam &c. Et secundùm istam formam sacramenti cùm assisa capta fuerit in modum assisæ, sequatur irrotulatio talis. Assisa venit recognitura utrum &c. ¶ 4. Si autem capiatur in modum juratæ cùm assisa ista contineat in se possessionem & jus, vel cùm partes se posuerint in juratam de consensu communi propter aliquam exceptionem incidentem extra assisam, tunc fiat sacramentum sic in modum juratæ, nulla facta mentione de visu facto. Hoc auditis Justiciarii quòd veritatem dicam de hoc quod à me requiretis ex parte domini regis, & pro nihilo omittam &c. In quo casu, oportet instruere Juratores super quibus dicere debeant veritatem ita: dicetis super sacramentum vestrum, utrum tantum terræ cum pertinentiis in tali villa sit libera eleemosyna &c. & secundùm hoc fiat irrotulatio ita. Jurata venit recogñ. si &c. & secundùm veredictum juratorum procedit judicium, secundùm quod sciverint, vel ignoraverint, vel dubitaverint.

¶ 1 De remediis quæ competunt personæ sicut layco. 2. Si tenementum possit accidere ut eschaeta. 3. Breve quòd terra reddatur rectori ut eschaeta. Cap. 3.

Sunt etiam plura remedia quæ competunt personæ sicut & layco, scilicet assisa novæ disseysinæ de propria seysina, si persona fuerit disseysita. Item breve de ingressu de seysina sua propria vel alicujus prædecessoris sui. Item assisa ad recognoscendum utrum &c. hæc omnia competunt personæ sicut & layco. Sunt quædam quæ competunt layco & non personæ, sicut in causa successionis, ubi fit descensus ab antecessore ad hæredem, quod quidem esse non poterit in persona, ut si laycus petat versus personam seysinam antecessoris sui, quo casu procedendum erit sicut inter alias quascunq; personas. Item si petat per breve de recto, & tunc aut habet warantum, aut non habet. Si autem warantum habeat & ei warantizaverit, procedatur inter warantum & petentem sicut inter alias personas, & ad duellum & ad magnam assisam. Si autem warantum non habuerit, & in propria persona videre voluerit, duo habebit remedia per breve de recto & unum habere poterit quod elegerit si tempus probationis permiserit quòd quis testificari poterit de suo proprio visu & auditu, & tunc ponere se poterit in juratam (si voluerit) utrum terra petita sit libera eleemosyna &c. an laycum feodum &c. ac si ipse laycus ab initio peteret per assisam. Et propter hoc non vertitur causa proprietatis in causam

The oath.

The difference of the entry on the roll when the Assise is in modum Assise & taken in modum Jur.

possessionis, licet utramq; determinat. Si autem elegerit se defendere per duellum, vel per magnam assisam (de necessitate) cùm non possit aliquis loqui de proprio visu & auditu, propter tempus longissimum, benè licebit ei propter necessitatem, cùm per assisam non possit, si potestas ordinaria & consensus patronorum permiserint./ ¶ 2. Si quis autem tenuerit de ecclesia aliquam terram in liberam eleemosynam pro servitio, si contingat talem feloniam facere, vel mori sine hærede, tenementum illud erit eschaeta ecclesiæ, sicut cuilibet alterius privatæ personæ, propter servitium & jus merum, quod non poterit ad alium descendere, & sic evanescit homagium sicut inter alios quoscunq;. Si autem ecclesia vel persona nomine ecclesiæ nihil perceperit nisi nomine eleemosynæ, nihil petere poterunt nomine eschaetæ, sed ad eos pertinebit eschaeta qui in seysina fuerint de servitio. Sed esto quòd persona qui nomine eleemosynæ aliquid perceperit se posuerit in eschaetam, & per negligentiã veri domini, sic tenementũ illud sibi ipsi appropriaverit, vel ad alium ex quacunq; causa transtulerit, tenendum de ecclesia & pro certo servitio simul cum eleemosyna, quæritur an successor ejus personæ tenementum illud petere poterit in dominico? videtur quòd sic, propter talem ingressum prædecessoris, quamvis injuriosum, quoad verum dominum, donec ille verus dominus qui jus habet, docuerit tenementum illud esse eschaetam suam. Et quid si uterq; petat uno & eodem tempore? quæritur quis eorum alteri præferri debeat? Et revera recurrendum erit priùs ad ultimam seysinam prædecessoris (quamvis injuriosam) per asisam, & postea cùm persona obtinuerit per asisam, locum habebit breve de ingressu versus eum. Et quid si cùm tenens primò implacitatus fuerit per breve de recto, personam successorem vocaverit ad warantum? quæritur an warantizare debeat: & tunc primò videndum est an sit in seysina de homagio & servitio tenentis illius, an non: si autem sit, tunc tenetur ad warantiam, saltem vita sua perpetuo quoad vixerit, & post mortem suam successor suus habebit actionem, non obstante homagio & servitio facto suo prædecessori. Si autem homagium & servitium non accepit, non tenetur warantizare (nisi gratis velit) ex quo petiturus est tenementum in dominico./ Si autem bastardus aliquis quicunq; clericus vel laycus feoffatus fuerit tenendi de ecclesia, & hæredem non habuerit de corpore suo, nec terram nec tenementum suum alicui assignaverit in vita sua per modum donationis, & rector ecclesiæ qui post eum fuerit cùm tenementum petierit in dominico, nihil per assisam acquisiverit nisi tantum servitium, poterit terram illam petere in dominico versus quemlibet possidentem ut eschaetam suam nomine ecclesiæ suæ per tale breve. ¶ 3. Præcipe tali quòd justè &c. reddat tali rectori tantam terram cum pertinentiis &c. quàm clamat esse jus ecclesiæ suæ, & quæ ad prædictam ecclesiam suam reverti debet tanquam eschaeta sua, eo q talis quondã rector ecclesiæ suæ prædictæ per quã prædictus talis ingressum habuit in terram illam bastardus fuit & tenuit de prædicta ecclesia sua & obiit sine hærede de se, ut dicit, & nisi fecerit &c. Item in omnibus asisis & juratis generaliter, si cùm partes præsentes fuerint in judicio,

P [margin]
P [margin]
2. [illegible] a Rector to recover [illegible] fallen to him [illegible] escheat. [margin]

judicio, detur alius dies ante captionem sine suo essonio,& concedatur fortè à tenente,quòd sive venerit sive non,capiatur assisa vel jurata per defaltam, si assisa vel jurata per defaltam faciat pro petente, non præcisè procedatur ad judicium eodem die,sed detur alius dies,ad quem si non venerit tenens,tunc capiatur terra in manum domini regis pro secunda defalta, & ipse summoneatur quòd sit ad alium diem auditurus judicium suum de defalta: Ad quem diem sive venerit sive non, petens recuperabit seysinam suam,& reddatur judicium suum. Si autem ulteriùs convenerit quòd primo die, & per primam defaltam capiatur assisa & reddatur judicium:tunc primo die fiet ut convenit, nec expectabitur alius dies. Cùm autem hujusmodi assisa seysinam importet & jus, ita quòd si tenementum ad laycum feodum convincatur,ad liberam eleemosynam trahi non possit imposterum, nec econverso,quæro an locum habere debeat convictio si duodecim Juratores malè juraverint? & quòd locum habere debeat si in modum assisæ capiatur, probatur in Rotulo de Itinere Abbatis de Radinge & Martini de Pateshull anno regni regis Henrici quinto in comitatu Gloc. Assisa utrum una hyda terræ circa principium. Ad hoc etiam facit de termino sancti Hillarii anno regis Henrici duodecimo in com Buck. assisa utrum duæ virgatæ terræ, & hoc verum est nisi petatur convictio per longum intervallum post captionem assisæ: ut in eodem Itinere in comitatu Gloc. quia post longum intervallum transit judicium in autoritatem rei judicatæ, tempus tamen non est definitum. Sed in eodem itinere petebatur convictio post lapsum sexdecim annorum, quod tamen non fuit concessum. Cùm verò aliqua prædictarum assisarum capiatur in modum assisæ, videndum erit à justiciariis & diligenter examinandum quid & quantum querens posuerit in visu suo, quia ultra id quod in judicium deducitur, potestas justiciariorum non extenditur, nec etiam sacramentum juratorum,quia licet querens de majori quantitate disseysitus fuerit,& totum in visu suo non posuerit, in eo quod excedit non potest justiciarius judicare nec Jurator jurare, quia non jurat nisi de eo quod ei ostenditur à querente. Et ideò si ulteriùs extendant sacramentum, non erit locus convictioni, cùm sacramentum sit nullum, sed locus erit assisæ novæ disseysinæ contra Juratores tantum, & non contra illum qui judicatum recepit. Si autem id quod querens in visu suo proposuerit totum dederit querenti,& ipse querens ea occasione plus occupaverit, ad querelam ejus qui amisit recentem locus erit certificationi per officium justiciariorum,vel locus erit assisæ novæ disseysinæ contra eum qui occcupaverit: & hinc inde post captionem assisarum locus erit convictioni, si partes voluerint. Item de eo de quo Juratores visum fecerint, videndum erit utrum totum dederit tenenti vel abstulerit, & tunc refert utrum justè vel injustè ad hoc quòd sequatur convictio vel non. Item utrum totum vel ejus partem justè vel injustè, ut secundùm hoc remaneat unus in misericordia vel ambo.

¶ De

Whether Conviction lies agst the recognizors in this Assise.

Of Conviction.

Note the time of limitation for Convictions not allowed at 16 years.

¶ 1 De convictione juratorum qui malè juraverint. 2. Quando locus est convictioni & quando non. 3. Ad quem pertinet capere convictionem & certificationem. 4. Breve ad summonendum 24. 5. Aliud breve de assisa mortis antecessoris. 6. Breve de assisa ultimæ præsentationis. 7. Qualiter accipi debet convictio. 8. De sacramento 24. Cap. 4.

CUm verò in aliqua prædictarum assisarum contigerit quòd juratores falsum fecerint sacramentum & ita commiserint perjurium, ad querelam ejus qui per assisam amiserit convinci poterunt de perjurio multis modis, quandoq; per sacramentum 24. quandoq; ex ore proprio per examinationem judicis, & sine jurata 24. & quandoq; ex propria confessione & propria voluntate, ut si proprium delictum cognoscant & se ponant in misericordia domini regis ut dictum suum possit emendare. Sed in omnibus casibus prædictis non erit par pœna infligenda vel eadem, secundùm quod inferiùs dicetur. Si autem convincendi sint juratores per 24. videndum erit quot Juratores fuerunt in assisa, ut quilibet ad minùs duos habeat convictores, & si plures habeat non nocet, etiam ita quòd omnes sint ejusdem conditionis ad minùs cujusmodi sunt duodecim Juratores, si melioris conditionis esse non possunt. Et cùm de convictione agatur, possit esse in causa tam justiciarius quàm Jurator, & standum erit recordo justiciariorum donec per convictionem mutetur vel teneat. Igitur ante omnia, & etiam antequam jurata summoneatur, videndum erit recordum & examinandum, ut si judex fuerit in culpa, hoc Juratoribus non imputetur nec econverso, & quòd pœnam non sentiat quia culpa immunis extiterit. Judex enim sive justiciarius ad quem pertinet examinatio si minùs diligenter examinaverit occasionem præbet perjurii Juratoribus, nec Juratores à culpa liberat nec seipsum. Audito igitur recordo, perpendi poterit (& nõ priùs) utrũ assisa capta fuerit in modum assisæ vel in modũ juratæ, & secundùm hoc adjudicare convictionẽ vel nõ adjudicare. Et si in modum assisæ capiatur assisa per juratam convincatur utrum duodecim verum fecerunt sacramentum vel falsum, si autem verum, tenebit eorum veredictum, si autem falsum convincendi sunt propter perjurium. Poterit etiam sacramentum esse falsum & fatuum. Et eodem modo judicium sive justiciarii sive juratorum. Committit enim Jurator perjurium propter falsum sacramẽtum, ut si ex certa scientia aliter juraverit, quàm res in veritate se habuerit. Si autem sacramentum fatuum fuerit licet falsum, tamen non committit perjurium licet re vera res aliter se habeat quàm juraverat, & quia jurat secundùm conscientiam eo quòd non vadit contra mentem. Sunt quidam qui falsum dicũt mentiendo sed se pejerant, quia contra mentem vadunt. Sunt etiam quidam qui falsum dicant jurando sed non se pejerant, eo quòd non mentiuntur nec contra mentem vadunt, cùm credunt ita esse secundùm conscientiam, quamvis res se habeat aliter in veritate. Ut si quis interrogat quis fuit ad consilium London, & respondeat quis quòd rex & comes Richardus (ut credit) licet aliter sit in veritate quòd comes ibi non fuerit, talis non mentitur, & licet

liget juraverit quòd ita sit (ut credit) perjurium non committit. Item vice versa, dicunt quidam verum & mentiuntur & pejerant eo quòd contra mentem vadunt, quia non credunt ita esse sicut dicunt, ut si Judęus dicat Christum natum ex virgine, mentitur: quia contra mentem vadit & non credit ita esse, cùm ita sit in veritate, & si juraverit, perjurium committit. Eodem modo potest jurator falsum facere juditium & fatuum cùm judicare teneatur per verba in sacramento contenta, quæ talia sunt: quòd dicet veritatem si talis disseysivit talem, & tunc videndum utrum simpliciter dicat sine aliqua ratione dicti sui quod talis disseysivit talem, vel quòd non disseysivit, quo casu, si revera res aliter se habeat, falsum sequi poterit juditium si contra mentē jerit fatua pronuntiatio justiciarii licet non falsa, quia non examinavit. Item eodem modo fatuum poterit juditium esse juratorum, si non contra mentē jerint, et similiter fatua pronunciatio judicis. Item si dicat quòd talis disseysivit talē vel non disseisivit et rationē dicti sui assignaverit narrando veritatē per ordinem, licet expressè non judicent, faciunt tamen quod tantùdem valet. Et licet narratio fortè contraria sit sacramento et dicto præcedenti, tamen falsum non faciunt sacramētum licet faciunt fatuum juditium, quia loquitur secundum conscientiam, quia falli possunt in judiciis suis sicut ipse justitiarius. Et si justitiarius secundum eorum juditium pronunciaverit, falsum faciet pronuntiationem. Si autem aliter quàm res se habuerit narraverint, aut hæc faciunt ex certa sciencia aut justo errore ducti sunt. Et si examinati, cùm justo deducantur errore dictum suum emendaverint hoc bene facere possunt ante judicium & impunè, sed post juditium non sine poena. Si autem in falsitate permanserint et ex certa sciencia sua falsum dixerint, sed non ante judicium, ore tenus convinci possint, post juditium convinci poterunt per juratam. Item in culpa poterit esse judex sive justitiarius et non jurator, ut si cum jurator veritatem dixerit et rationem dicti sui assignaverit et justitiarius pronuntiaverit in contrarium, et hoc facit ex certa scientia. In hoc casu tenebitur ex maleficio malè pronunciando et pervertendo scienter justum judicium juratorum, et sic non erunt juratores in culpa sed justitiarius. Si autem hoc fecerit per ignorantiam vel per imperitiam, tenebitur ex quasi maleficio, sed cum eo propter imperitiam, mitiùs erit agendum quoad poenam. Examinato igitur (ut prædictum est) recordo, aut statim concedatur convictio aut penitus denegetur. Esto etiam quòd juratores minus bene examinati obscurum dixerint, vel ad interrogata non responderint plenè vel dubiè, vel justo errore ducti, veritatem non dixerint in parte vel in toto, tunc examinato recordo (ut prædictum est) locus erit potius certificationi quàm convictioni ex tali causa, ut de incerto faciant certum, et de dubio verum, et de errore revocentur ad veritatem. Cùm igitur petatur certificatio, non debet de facili concedi coram alio quàm coram ipso qui ceperit assisam et hoc nisi ex aliqua causa suspitionis. Et si coram alio capi debeat, non priùs concedatur quàm videatur recordum et examinetur: ut superius observatur de convictione, et si recordum fuerit sufficiens et planum, non erit necesse quòd fiat certificatio cùm juratores recordum

P

Where the Judge is in fault.

P

When a Certificate is necessary.

cordum suum sive dictum mutare non possit nec in dicto suo variare contra recordum justitiariorum, quod si ita esset, sic præferetur eorundem dictum & in nullo valeret recordum. Et si contingat quòd dicant contra recordum, sic se ipsos ore tenus convincunt. Supplere autem possunt in certificatione defectum, ut si minus dixerint vel obscurum, vel si justo errore ducti fatuum fecerint sacramentum, vel in narratione facti vel in juditio, dictum suum emendare poterunt ante judicium & impunè, sed post juditium non sine pœna, cùm se inde posuerint in misericordia domini Regis & pœnam perjurii non evadent quoad redemptionem, dum tamen infames non efficiantur secundum quod de illis observatur qui jurant salvo visu. Si autem omnia plana fuerint in recordo & plena, non est locus certificationi sed querens agat de convictione si voluerit. ¶ 3. Ut pleniùs autem sciatur quando sit locus convictioni & quando non, videndum erit per recordum utrum assisa capta fuerit in modum assisæ vel in modum juratæ opposita exceptione vel non opposita. Item utrum assisa capta fuerit in præsentia tenentis vel eo absente. Si autem fuerit ibi exceptio opposita, aut est peremptoria tantum brevis & non actionis, propter errorem qui provenit ex ipso nomine vel loco, sicut comitatus vel villæ, & qui non tangit assisam: hic cùm assisa & actio integra remaneat, non erit locus convictioni licet juratores falsum dixerint vel erraverint, quia non cadit nisi tantum breve durante assisa in suo statu, & de hujusmodi veritate inquiritur ita bene quandoque sine sacramento, quandoque cum sacramento. Si autem exceptio fuerit peremptoria tam assisæ quàm brevis propter errorem rei, ut si quis petat per assisam tenementum sibi ubi petere deberet redditum, si juratores dicant pro petente, locus erit convictioni, si assisa capiatur in modum assisæ secus si in modum juratæ; & sic per assisam vel juratam terminabitur actio. Si autem breve competens fuerit, & cùm querens vel petens intentionem suam proposuerit & articulos brevis, excipiat tenens contra articulos brevis & contra intentionem, & illos in toto vel in parte negaverint, tunc oportebit querentem vel petentem intentionem suam probare per assisam, quo casu, si juratores malè juraverint, locus erit convictioni, quia capitur assisa de articulis supradictis in modum assisæ. Si autem talis sit exceptio quæ non tangat aliquem articulum brevis, & si ex toto concedatur intentio querentis & querela justa videatur, tamen elidi poterit per exceptionem: ut si incidat alia actio opposita in modum exceptionis, ut si tenens dicat se esse in possessione & justè, per conventionem sive conditionem, & hoc probare paratus sit, sic eliditur actio & assisa præcedens, cùm denegari non possit. Oportet igitur probare conventionem quæ est alia actio & extra assisam, & quæ multas habet probationes: probatur enim quandoque per instrumentum & per testes, quandoque per assisam in defectu instrumentorum captam in modum juratæ & non assisæ, de consensu & voluntate utriusquè partis, quia oportet de necessitate quòd consentiant, & si proponens probare voluerit quod dicit, exceptio erit nulla, & querens obtinebit. Si autem querens se ponere voluerit in juratam, denegabitur

gabitur ei actio, in quo casu, propter consensum non erit locus omninò convictioni. Illud idem erit si status opponatur in modum exceptionis. Et stat si assisa si querens personam habeat standi in juditio & quòd petere non possit per assisam, oportet quòd tenens probet illum esse talem, & quia ex toto conceditur intentio querentis si personam habeat in judicio standi, quo probato vel non probato, terminabitur actio. Probare enim poterit tenens exceptionem suam multis modis per parentes, si illos statim habuerit ad manum, & si non, ad alium diem. Sed admitti non deberet talis probatio per parentes si contigerit postmodum quòd de statu ageretur, nisi opposita esset a domino contra servum existentem sub potestate sua, & in quo casu, uno juditio terminaretur status & assisa, quod quidem non esset si esset extra potestatem domini & juditium peteret si ponere se deberet in assisam de statu ante restitutionem, ad quod quidem compelli non deberet nisi hoc de voluntate sua procederet, cùm alia actione opus esset. Si autem nullos parentes habuerit, tunc per instrumentum exceptionis & cùm nullam aliam habuerit, tunc in fine per assisam, contra quam querens replicare poterit multis modis de libertate, & probare se liberum per parentes, vel per instrumentum manumissionis, vel per privilegium, vel quòd sit in statu libero extra potestatem dominorum, in quibus casibus, se defendere poterit si replicationem probaverit. Si autem nullam habuerit, vel cùm habuerit *illam* non proposuerit, tunc ad ultimum per assisam in modum juratæ captam judicabitur, nec per hoc ei præjudicabitur imposterum quoad statum, sive jurata faciat pro eum sive contra ipsum, nec erit locus convictioni, quia non capitur in modum assisæ, nec servitus opposita tangit assisam magis quàm conventio, sed assisa semper manet integra, licet per exceptionem elisa. Si autem capta fuerit assisa in absentia tenentis, vel si cùm præsens fuerit non exceperit sed statim se posuerit in assisam, sive juratores dicant pro uno sive pro alio in articulis brevis & falsò, vel dicant fortè conventionem intervenisse, vel quòd querens servus sit vel bastardus, cùm non sit, vel aliud quid tale quod posset esse exceptio si proponeretur a tenente, locus erit convictioni, quia capta est ista assisa, in modum assisæ & non juratæ, quasi consensu querentis sive parentis non interveniente. Si autem cùm tenens absens sit nihil dicatur contra assisam, ex providentia boni & discreti justitiarii, tenentur juratores reddere rationem dicti sui, & si postmodum de convictione agatur excusare poterit juratores justa ignorantia, & justus error. In assisis autem omnibus præter magnam assisam locus erit convictioni generalitèr, nisi vertatur assisa in juratam propter aliquam quæstionem incidentem quæ probari debeat per instrumenta & per testes vel per juratores (ut prædictum est.) Et in magna assisa ideo non jacet convictio, quia cùm petens offerat se disrationare dictum suum, oportet quòd tenens se defendat vel per duellum vel per magnam assisam per quod istorum duorum elegerit, & cùm de voluntate sua se capiat ad assisam, illam recusare non poterit, quod si

fecerit, videtur quòd defensionem suam reprobaverit sicut in assisis observatur, ubi quis se ponat in juratam aliqua ratione (ut prædictum est) non poterit juratorum dictum postmodum reprobari, q si faceret, nihil aliud esset q facere probationem suam nullam, et ideo non admittitur convictio. Et sciendum quòd sunt assisæ sive juratæ sive inquisitiones de transgressionibus et aliis. Item sunt purgationes, ut si crimen imponatur vel delictum, purgatio erit probatio innocentiæ. Item est defensio contra præsumptionem, quæ nec dicitur jurata sive inquisitio nec purgatio, scilicet ubi quis dicit aliquid esse & inde producit sectam, exinde sequitur defensio contra sectam quasi probatio contra præsumptionem, & quandoquè admittuntur plures defensiones quandoquè pauciores contra sectam, secundum quod alibi dicetur. Est tamen quędam jurata quæ aliquando admittit convictionem, ut si fiat jurata de aliquo quod tangat dominum regem et facit contra dominum regem, convinci poterunt juratores per alios: ut coram Martino de Pateshul de Henry de Movewedene, qui aliquando fuit in custodia domini regis tempore Huberti de Burgo. Jurata verò sive inquisitio non admittūt convictionem, et si calumnientur certa ratione, sequitur emendatio et mutatio juratorum vel aforciamentum. Si autem in juramento vel judicio aliquando erratum sit: videndum erit si error sit excusabilis vel crassa ignorantia ad hoc quòd mitigetur pœna, ut si factum de facili sciri non possit nisi per præsumptionem, ut si conventio vel contractus aliquis factus sit in occulto ita quòd pauci præsentes extiterint, talis error excusabilis est: Si autem in publico et palam et hoc ita quòd omnes de patria hoc sciverint, et soli juratores hoc ignoraverint vel inde dubitaverint, non excusantur à perjurio, quia talis crassa est ignorantia. Si autem juratores factum narraverint sicut veritas se habuerit, et postea factum secundùm narrationem suam judicaverint et in judicio erraverint, judicium potius erit fatuum quàm falsum, cùm credant tale judicium sequi tale factum. Et si justiciarii secundùm eorum dictum judicium pronunciaverint, falsam faciunt pronunciationem, et ideo sequi non deberent eorum dictum sed illud emendare tenerentur per diligentem examinationem. Si autem dijudicare nesciant, recurrendum erit ad majus consilium. Item est quoddam sacramentum quod defertur à parte parti in judicio vel à judice parti in quo nulla sequitur convictio. Satis est enim quòd deum expectent ultorem. Item de damnis nulla erit convictio sed potiùs locum habet certificatio, ut si juratores nimis gravaverint disseysitorem in damnis, & in quo casu possunt certificare justiciarios in quibus & de quibus tot damna provenerint, & tale sacramentum deferetur a judice juratoribus ac si dubia dicerent vel obscura.

¶. 3. Videndum est etiam cui competat querela super convictione: & sciendum q ei competit cui competit assisa, vz. qui in seysina fuit nomine proprio & non alieno, ut procurator vel familia. Item competit ei contra quem præfertur assisa. Item videndum ad quem pertinet capere convictionem & certificationem, & sciendum quòd ei qui cepit assisam, quia ipse magis noverit veritatem, & hoc nisi aliqua certa ratione suspectus habeatur, & etiam sine alio

alio brevi cùm potestatem habeat terminandi negotium, quia ad ipsum pertinet plenaria potestas judicandi in una assisa sicut in pluribus, nisi aliquid excipiatur specialiter in brevi de warãto, quia etsi aliqua causa licet simpliciter alicui delegetur, omnia videntur ei concessa sine quibus causa explicari non possit. Cùm igitur convictio & certificatio dependeant ex assisa, nec sine convictione vel certificatione plenè terminari possit assisa, meritò pertinebit ad ipsum capere convictionem & certificationem cui competit plena jurisdictio capiendi assisam. Item videndum, infra quod tempus capi debeat, & sciendum quòd statim & recenter post captionem assisæ ab eo qui cepit assisam, alioquin transibit judicium assisæ in rem judicatam, ita q sine speciali præcepto domini Regis post tempus capi non possit. Item ubi capi debeat, in cõm vel extra, secundũ quod fieri debet de assisis. Et sciendũ q pro voluntate domini Regis vel justiciarii in cõm vel extra, ubicunq; assisa capta fuerit in cõm vel extra, cùm dependeat ex assisa sicut facit certificatio. Et si ad hoc se habeat cõmunis libertas q assisæ extra cõm capi non debeant, non sequitur quòd propter hoc remaneant juratæ in cõm capiendæ, aliud enim habet privilegium assisa & aliud jurata. Breve siquidem de sũmonendo viginti quatuor ad convincendum duodecim tale est. ¶. 4. Rex vic. salutem. Si talis fecerit te securũ de clamore suo prosequendo, tunc sumoneas per bonos summonitores xxiiii. legales milites de visneto de tali villa quòd sint coram justiciariis nostris ad primam assisam cùm in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere si talis injustè et sine judicio disseisivit prædictum talẽ de libero tenemento suo in tali villa post primam coronationẽ nostram apud Westminster, unde talis queritur quòd juratores assisæ novæ disseysinæ quæ inde sumonita fuit & capta inter eos coram justiciariis nostris ultimò itinerantibus in cõm tali falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt Juratores illius assisæ, & eos habeas ad præfatam assisam coram præfatis justiciariis. Et summoneas per bonos sumonitores præfatum talem quòd tunc sit ibi auditurus illam recognitionem. Et habeas ibi summonitores & hoc breve & nomina militum. T. &c. ¶. 5. Aliquando fit hoc breve pro disseysitore, aliquando pro disseysito, aliquando pro communia pasturæ, & turbariæ, & fossato levato, & hiis similibus. Rex vic. salutem. Si talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc sumoneas per bonos sumonitores xxiiii. legales milites de visneto de tali villa, q sint coram justiciariis nostris ad primam assisam cùm in partes illas venerint, parati sacramento recognoscere si talis pater, mater, avũculus vel amita, frater vel soror prædicti talis fuit seysitus vel seysita in dominico suo ut de feodo de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa die quo obiit, & si obiit post primã coronationem H. Regis avũculi nostri, & si idẽ talis ꝓpinquior ejus hæres sit, unde ipse talis querit q juratores assisæ mortis antecessoris, quæ inde summonita fuit & capta inter ipsum talem & talem coram justiciariis nostris ultimò itinerantibus in cõm tali, falsum fecerũt sacramentũ. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt Juratores illius assisæ, & eos habeas ad præfatã assisam coram præ-

fatis

a The Commission
b altered by Stat. 1 Westm. c. 38.

Writ of Conviction

fatis justiciariis, & summoneas per bonos summonitores predictum talem q tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, & habeas ibi summonitores, & hoc breve & nomina militum. T. &c. ¶. 6. De assisa vero ultimæ presentationis sic: Si talis fecerit te securum &c. Summoneas &c. quòd sint parati sacramento recognoscere quis advocatus tempore pacis præsentavit ultimam personam &c. Et sic totam forman brevis originalis, ut suprà de aliis assisis. Si autem super asssisam ad recognoscendum utrum: eodem modo. Et per hoc q forma brevis originalis inseri debet in brevi de convictione, videtur aperte quòd convictio tantum locum habeat de articulis in brevibus assisarum contentis, ubi nulla objicitur exceptio, sed capitur in modum assisæ. Et quòd ubi excipitur de conventione vel opponatur causa status vel hujusmodi, locum non habeat convictio, quia si opponitur, tunc vertitur assisa in juratam ad inquirendum de exceptione si dedicatur, vel non fiat secundum conventionem, & eo q necessitas juris partes ad hoc compellit. Ad diem summonitionis bene se poterit essoniare ille qui summonitus est ad audiendam illam recognitionem, quia omnes quos recognitio tangit interesse debent, poterit enim summonitus multa dicere quare non debeat convictio procedere, vel si procedere debeat, dicere possit contra Juratores & alia plura proponere quare convictio remanere debeat ad tempus vel imperpetuum. Et excipi poterit per eum qui recuperaverit per assisam, ut si damna fuerint restituta in parte vel in toto, quia ante statum ejus plenè restitutum non procedet convictio sicut nec placitum aliquod motum per eum qui amisit per assisam super proprietate. Item cadit convictio si ille qui de falso sacramento queritur, autoritate propria & sine judicio se posuerit in seysinam de tota re vel ejus parte aliqua. Præsentibus itaque partibus, si viginti quatuor non venerint, dabitur alius dies, & viginti quatuor attachiëtur q sint ad illum diem. Præsentibus autem juratoribus & querente si summoniti non venerint, attachientur, si autem querens non venerit, præsentibus juratoribus & illo de quo queritur, recedet Jurata sine die (expectato tamen quarto die) & summonitores similiter, & querens & plegii sui de prosequendo in misericordia Regis. ¶. 7. Cùm autem partes in judicio comparuerint, in presentia xii. & viginti quatuor imprimis audiatur recordum assisæ secundum quod capta fuerit, & inquiratur a querente in quo vel in quibus xii. juratores falsum fecerint sacramentum, in uno articulo brevis, vel in pluribus, vel etiam in quæstionibus & exceptionibus incidentibus, si assisa capta fuerit in modum assisæ, & ubi nulla pposita fuit exceptio a tenente secundum dicta, post sacramentã juratoribus, & in quo casu locus erit convictioni si juratores malè juraverint, in exceptionibus, sicut in articulis principalibus in brevi contentis: & secundum quod ita fuit, sicut querens dicit vel non, procedat jurata per sacramentum viginti quatuor: Jurare autem debet in modum juratæ, & non in modum assisæ hoc modo. ¶. 8. Hoc auditis justiciarii quod veritatem dicam de hoc quod à me requiretis ex parte domini Regis, & pro nihilo omittam &c. Et alii post eum jurabunt

bunt sicut in aliis juratis. Et cùm juraverint, justiciarius ostendat eis formam querelæ, & super quibus dicere debeant veritatem, scilicet utrum ille qui queritur injustè fuerit disseysitus vel non, & rationem dicti sui (si necesse fuerit) tenentur assignare, & secundum quod dixerint pro una parte vel pro alia, sequetur absolutio vel condemnatio. Forma verò irrotulationis talis esse debet. Jurata viginti quatuor ad convincendum xii. venit recognitura, si A. injustè & sine judicio &c. vel alio modo, secundum diversitatem assisarum et formam brevis de convictione. Et unde talis queritur quod juratores talis assisæ nuper captæ coram justiciariis talibus falsum inde fecerunt sacramentum, eo quòd dixerunt quòd prædictus talis disseysivit talem injustè & sine judicio, & non disseysivit eum sicut alius talis dicit. Et unde idem talis dicit quòd ita fuit vel ita, et sic tota irrotulanda erit narratio respondentis et excipientis contra juratores. Et cùm xxiiii. veredictum suum dixerint, dictum suum affirment rationibus et præsumptionibus, et diligenter sunt a justiciariis examinandi, et sæpius interrogandi de veritate, eo quòd nulla sequitur convictio, et quia sæpius decipiuntur xxiiiii. sicut xii. et falsum quandoque faciunt sacramentum, vel fatuum sicut ipsi xii. et quandoque xxiiii. falsum dicunt ubi xii. verum dixerunt. In dicendo verò veredictum suum, aut omnes concordes sunt, aut quidam concordes et quidam discordes, si autem discordes, associentur eis alii pro afforciamento, ut supra dictum est de assisis. Si autem nihil sciverint nec scire possint de veritate, per interrogationes sive examinationes, sive xii. verum dixerint sive non, remanebit suo loco possessio, quia querens nihil probat. Idem erit si dubitaverint, utrum ita sit sicut querens proponit vel non, quia querens non probat: Quoties enim dubitatur an quid sit, perinde est ac si non esset illud. Si autem concordes veritatem dixerint et idem quod xii. Juratores, vel idem et plura quàm xii. dixerunt, considerandũ erit quòd xii. bene juraverunt et quòd tenens remaneat in seysina, et querens custodiatur in prisona gravi pœna pecuniaria redimendus. Si autem contraria dixerint xii. scilicet quòd talis fuit disseysitus vel non disseysit9, per hoc remanebunt convicti, et considerandũ erit quòd predicti xii. juratores malè juraverint, et quòd querens recuperet seysinam suam, & ille tenens in misericordia et juratores si præsentes fuerint custodiantur, et si absentes, capiantur. Si autem viginti quatuor juratores varia dixerint et diversa, dum tamen in principali conveniant, secundum quod pro una parte dixerint vel pro alia, validum erit eorum veredictum. Si forte duodecim concordes non fuerint in assisa capienda sed discordes, poterunt viginti quatuor quosdam liberare, et quosdam damnare, sicut accidit de Alberto Comite Somers.

1. Quæ sit pœna convictorum. 2. Qualiter excusantur. 3. Breve si cum xxiiii. acquitaverint xii. de perjurio dicant disseysiti quòd plenè non habent seysinam suam. 4. Breve cum xii. emendaverint. Cap. 5.

Pœna

Pœna autem convictorũ in prædictis assisis talis erit, ꝙ inprimis capiantur & in prisonam detrudãtur & omnes terræ suæ & catalla in manum domini Regis capiantur, donec ad voluntatẽ domini Regis redimantur, ita ꝙ nihil remaneat eis nisi tenementa sua nuda, & perpetuam infamiam incurrant, & legem terræ amittant, & ita ꝙ nunq̃ postea ad sacramentum admittantur, quia de cætero non erunt Othesworth, nec ad testimonium recipientur, quia qui semel convictus est de perjurio, præsumitur ꝙ iterum velit pejerare. ¶. 2. Excusantur tamen quoad infamiam sed non quoad pœnam redemptionis, illi qui juraverint salvo visu, & qui de novo assumpti sunt in ipsa captione assisæ, quia tales possunt non immeritò veritatem ignorare, quod quidem non est intelligendum de eis, qui primò electi sunt & summoniti ad recognitionẽ faciendam, visum facere cõtempserint, quia si hoc eis concedetur, sic possent lucrum deportare de contemptu, quod esse non debet. Item mitiùs agendum est cum eis quantum ad famam, licet non quantum ad pœnam redẽptionis illius, scilicet qui post captionem assisæ ante convictionem (quasi decepti) dictum suum emendare curaverint, ut inter placita quæ sequuntur Regem An. Regni sui vicesimo primo de assisa capta corã S. de Ropelay & sociis suis in com̃ Lync. de Lãberto filio Lamberti, & unde Jurata viginti quatuor ad convincendum xii. summonita fuit coram Rege extra com̃, & ubi ante convictionem se posuerint Juratores in misericordiam domini Regis, & ubi graviter redempti fuerunt. Item mitiùs agi poterit quàm cum prædictis Juratoribus, cum illis vz. qui sponte sine querela vel convictione læsam habent conscientiam de sacramento, cùm ducti fuerint justo errore, dictum suum correxerint, & in misericordiam se posuerint. Cùm autem capta fuerit Jurata viginti quatuor extra com̃ & illud idem dixerint viginti quatuor quod xii. vel si cùm Jurata capta fuerit in com̃, dicat querens ꝙ seysinam suam plenè non habuerit, tunc fiat ei breve de habenda seysina in hac forma. ¶. 3. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd cùm Jurata viginti quatuor militũ summonita esset in curia nostra &c. ad convincendũ xii. Juratores assisa novæ disseysinæ nuper summonitæ & captæ corã Justiciariis nostris talibus apud talẽ locum, inter A. querentem & B. tenentẽ de tanto tenemento vel tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, prædicti viginti quatuor venerint in eadem curia & super sacramentum suum illud idem dixerunt quod prædicti xii. Juratores. s. ꝙ prædictus B. disseysivit prædictum A. de tali tenemento, tanta terra vel redditu. Et quia idem. A. questus fuit ꝙ non habuit plenè seysinam suam de omnibus quæ prædicti xii. Juratores ei dederũt per assisam, tibi præcipimus ꝙ eidem tali A. plenariam seysinã de omnibus terris & tenementis & serviciis quæ prædicti xii. Juratores ei dederũt per assisam, sine dilatione habere facias. Vel sic: Et ideo tibi præcipimus quòd eidem tali A plenariã seysinã de omnibus terris, tenementis, & serviciis quæ prædicti duodecim Juratores ei dederunt per assisam illã sine dilatione &c. Et ipsum in seysina sua &c. Item si post captionem assisæ ante convictionem se posuerint duodecim Juratores in misericordia domini Regis & dictum suum emendaverint, tunc fiat tale breve

breve de seysina habenda. ¶4. Rex vicecom salutem. Scias quòd cùm Jurata 24. sumonita esset ad convincendum 12. coram Justiciariis nostris apud talem locum, ad recognoscendum utrum tantum terræ cum pertinentiis in tali villa esset laycum feodum talis de tali villa vel libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam vel capellam talem de tali villa, unde prædictus talis questus fuit, quòd Juratores assisæ quæ inde summonita fuit & capta apud talem locũ coram Justiciariis ibidem itinerantibus, falsum fecerunt sacramentum, prædicti xii. Juratores venerunt coram eisdem Justiciariis nostris, & cognoverunt quòd malè inde juraverunt, et qui pro transgressione sacramenti sui finem nobiscum fecerunt. Et super hoc venit idem pro quo fecit assisa, s. & recognovit eidem querenti totam prædictam terram cum pertinentiis tenendam per idem servitium quod inde fecerat ante captionem assisæ. Ideò tibi præcipimus quòd prædicto tali sine dilatione plenariam seysinam inde habere facias Teste &c. Si autem plures sunt querentes, tunc fiat cuilibet eorum seysina de certa parte. Et tunc dicatur quòd prædictis A.B.& C. sine dilatione plenariã seysinam inde habere facias, scilicet prædicto A. de tanto terræ & B. de tanto terræ et C. de tanto terræ Teste &c. Item possunt fieri brevia, ubiq;, et diversimode, secundùm diversitatem judiciorum et concordiæ.

Writ of ... where the 12 put themselves in misericordia regis for their perjury ... the jury of 24 ...

¶ 1 *De remediis & exceptionibus per quas differtur convictio. 2. De remedio per certificationem. 3. Breve si xii. summonendi sunt ad certificandum & similiter de assisis quibuscunque.* Cap. 6.

INter cætera verò videndum an differri possit convictio ad tempus ope alicujus exceptionis, et est verum quod sic. s. si objecerit tenens super quem venit convictio contra Juratores quod certis rationibus suspecti sunt, vel minùs idonei. Item si seysinam suam plenè non habuerit sicut illam recuperaverit coram Justiciariis suis in parte vel in toto. Item si non sit eis satisfactum de damnis suis in parte vel in toto, et multas alias habere poterit exceptiones contra convictionem si voluerit. Item impedit convictionem re disseysina, ut si ille qui per assisam amiserit iterum fecerit disseysinam versus eundem in toto vel in parte, quia sine judicio jus sibi usurpavit et ante convictionem, et ille qui sic sibi jus usurpavit de falso convincendo, querelam suam amittit. Item si quis in misericordiam inciderit pro disseysina, non remanebit misericordia exigenda si ille qui amiserit quæsiverit convictionem. Differri autem non debet: quia certum est per assisam de disseysina facta, et de sequenti misericordia: Incertum tamen est si xii. convinci possunt per juratam vel non, unde tenendum est certum et non incertum. Multi enim convictionem et certificationem requirunt, non ut per convictionem seysinam suam rehabeant, sed ut exactionem misericordiæ extinguant, vel saltem differant per cautelam. Item videndum si subsequatur remedium post veredictum xxiiii. Juratorum et post judicium inde factum. Ad quod videndum utrum ille de quo queritur et xii. Juratores convincendi in omnes Juratores consenserint vel non, vel docuerint plures certa ratione esse amovendos. quod si eis fuerit denegatum, et sub tali suspitione procedat, jurata erit omninò revocanda, quia

Exceptions to the Convictio

quia non ſit ſine juris injuria,& amoveantur ſuſpecti;& alii loco ipſorum ſubſtituantur, qui veritatem rei deponant ex integro. Et ſi in tales ab initio cõſenſum fuerit, ſed per Juſticiarios malè examinati & malè inſtructi, erit eis ſubveniendum, ut errorem ſuum corrigant & emendant, ſecundùm quod factum fuit coram ipſo domino Rege in præſentia Simonis de Segrave apud Wooſtoke in Jurata xxiiii. ad convincendum xii. in com̃ Buck. inter Galfridum de Maundevill & Adam de bono foſſato. Et unde convictio priùs capta fuit apud Windeſlore coram Egelardo de Cygony & ſociis ſuis. ¶ 2. Item ſub ſpecie certificationis, poterit aliquando adhiberi medium poſt convictionẽ, propter inſufficientem examinationem Juſticiariorum in convictione, ut prædictum eſt. Ut ſi jurata xxiiii. dubiè dixerint, vel obſcurè, vel variè, & in quo caſu, poſſunt xxiiii. ſum̃oniri ad certificandum de ſacramento quod inde fecerunt ſicut in quacunq; aſsiſa. Sed primò videndum qualiter ſum̃onendi fuerint Juratores ad certificandum in aſsiſis quibuſcunq;, & poſtea in juratis xxiiii. ad convincendum. Forma brevis de ſum̃onendo Juratores in aſsiſis ad certificandum talis eſt. ¶ 3. Rex vic. ſalutem, præcipimus tibi quòd habeas coram nobis vel Juſticiariis noſtris &c. corpora A. B. C. recognitorum novæ diſſeyſinæ ſum̃onitæ & captæ coram talibus Juſticiariis ultimò itinerantibus in com̃ tuo inter B. querentem & C. tenentem de tenemento in tali villa, vel ſic: præcipimus tibi ꝙ diligenter inquiras qui fuerunt recognitores aſsiſæ novæ diſſeyſinæ &c. (ubi ſcilicet non cõſtiterit curiæ de nominibus) & tunc totum ut ſupra: ad certificandum præfatos Juſticiarios noſtros apud Weſtm̃ de ſacramento quod inde fecerunt, vel ſic: pleniùs de aſsiſa illa, & interim prædictum tenementum in manum noſtram capias, & illud in manu noſtra ſalvo cuſtodias quouſq; aliud inde præceptum noſtrum habueris. Præcipimus etiam tibi quòd habeas coram præfatis Juſticiariis &c. corpus talis ad audiendum inde conſiderationem curiæ noſtræ, & ſimiliter judicium ſuum de pluribus defaltis, & habeas ibi nomina recognitorum, & hoc breve Teſte &c. Brevius tamen poterit fieri breve in eadem forma. In eadem forma fieri poterit de omnibus aliis aſsiſis ſicut mortis anteceſſoris, & in aliis in quibus jacet convictio per xxiiii. Et tunc ſi ſum̃oneantur primò Juſticiarii ad faciendum recordum, in fine ſum̃oniri poterunt recognitores ad audiendum recordum illud, & ſi plures fecerint defaltas, tunc ad audiendum judicium de pluribus defaltis. Et ſemper ante omnia videndum erit recordum, ut ſciri poſſit an Juratores malè juraverint, ut tunc veniat Jurata xxiiii ad convincendum. Si autem dubiè vel obſcurè, quòd tunc veniat eadem aſsiſa ad certificandum & hoc ꝓpter culpam Juratorum. Si autem fiat querela de proceſſu juſticiariorũ, tunc ſum̃oneatur recordum. Si autem ꝑveniat querela poſt cõvictionẽ de ſacramento xxiiii. Juratorum, vel ꝙ malè juraverint, vel pro certa ratione ſuſpecti & non amoti, vel minùs ſufficienter examinati, ſub ſpecie certificationis cùm non ſit locus cõvictioni, ſunt iterum ad certificãdum cõvocandi, & res ad debitum ſtatum revocetur, ſecundùm ꝙ ſuperiùs paulò ante tactũ eſt ꝑ tale breve in forma ſupradicta. ¶ 4. Præcipimus tibi ꝙ diligenter in-

inquiras qui fuerũt recognitores juratæ xxiiii. ad convincendum xii. quæ nuper sũmonita fuit & capta corã talibus Justiciariis de tanto teñto vel terræ cum ptinentiis in tali villa, & illos habeas coram nobis vel talibus Justiciariis, ad certificandũ præfatos Justiciarios nostros de sacramento quod inde fecerunt, & de quibusdam articulis convictionem illam tangentibus. Et unde talis quæritur q prædicti 24. Juratores, pro magna parte certa ratione suspecti non erant amoti, vel sic: Et unde idem talis dicit q prædicti 24. minus plene examinati fuerunt, & etiam poterit plures causas sufficientes prætendere per quas corrigi poterunt dicta Juratorum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt recognitores ejusdem assisæ &c. ut supra.

¶ 1 *Breve de novo formatum si post convictionem arramatam contingat mori aliquem partiũ inter quos assisa capta fuit. 2. Aliud de assisa mortis antecessoris ad convincendũ xii. C. 7.*

Contingit multotiens q cùm post captionẽ assisæ arramata fuerit jurata 24. ad convincendum 12. in quacunq; assisa, q ante captionẽ assisæ moriatur aliqua partium. Quo casu, durum esset querenti si convictio ppter hoc remaneret: unde de consilio provisum est, q cùm nihil sit quod querenti imputari debeat propter negligentiam vel alio modo, provideatur ei per breve quod tale est. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo &c. tunc sũmoneas per bonos sũmonitores 24. legales milites de coñ tuo de tali visneto, q sint coram Justiciariis &c. parati sacramento recognoscere, si B. pater, vel mater, vel alius antecessor C. cujus hæres idem C. est. injustè & sine judicio disseysivit ipsum A. vel D. de N. filium & hæredem ipsius A. vel non, & unde assisa novæ disseysinæ alias vel nuper sũmonita fuit & capta coram dilecto & fideli nostro tali, & per quam assisam idem B. recuperavit seysinã suam de prædicto tenemento versus prædictum A. cujus hæres idem D. est, si hæres quæratur. Et unde idem A. questus fuit q Juratores prædictæ assisæ falsum fecerunt sacramentum, ita q Jurata 24. ad convincendum 12. arramata fuit coram fideli & dilecto nostro tali, & remansit capienda eo q prædictus B. obiit ante captionem illius Juratæ, & interim diligenter inquiras qui fuerunt Juratores sive Recognitores illius assisæ, & illos habeas ad præfatam assisam coram præfatis Justiciariis. Et sũmoneas per bonos sũmonitores prædictum C. filium, vel fratrem vel sororem, vel nepotem, vel neptem prædicti B. s. si hæres teneat, vel si ille qui disseysinam fecit, vel hæredes ejus rem disseysitam ad alium transtulerint, tunc sũmoneatur tenens sic. Et sũmoneas &c. qui teñtũ illud tenet de dono ipsius B. vel de dono talis filii & heredis ipsius B. q tunc sit ibi auditurus illam recognitionem, & habeas ibi nomina militum, & hoc breve Teste &c. Si autem 12. Juratores malè juraverint in assisa mortis antecessoris, & cùm arramata fuerit jurata 24. moriatur una partium.

¶ 2. Rex vic. salutem. Si A. fecerit te securum de clamore &c. tunc summoneas &c. 24. legales milites de visneto tali quòd sint coram Justiciariis &c. parati sacramento recognoscere si B. pater C. de N. fuit seysitus in dominico suo ut de feodo, de tanto terræ &c. die quo obiit. Et si obiit post &c. Et si prædictus C. propinquior hæres ejus fuit. Et unde assisa mortis antecessoris

Summons ad artificandum in invitione.

Forms 1 of writs of invitione. when either party is dead.

foris nuper vel aliquando sumonita fuit & capta &c. Et secundùm formam istam formentur brevia de omnibus assisis de quibus locum habeat convictio, ubi una partium moriatur ante captionem illius Juratæ, & inseratur semper tota vis brevis originalis, secundùm quod superiùs videri poterit.

¶ 1 Quòd non est assisa capienda super assisam nec convictio super convictionem. 2. Ubi capi debet assisa super assisam & ubi non & ubi in assisa novæ disseysinæ. 3. Ubi in assisa mortis antecessoris. 4. Ubi in assisa ultimæ præsentationis. 5. Ubi in assisa utrũ. 6. Quòd non capitur convictio super convictionem. Cap. 8.

No assise nor dis[seisin] a second [dis]seisin but a redisseisin

NOn est assisa capienda super assisam, non magis quàm convictio super convictionem. Assisa verò novæ disseysinæ cùm semel capta fuerit inter certas personas, de certa re, sive tenemento, sive pastura, inter easdem personas de eadem re, & eodem facto, & eodem modo disseysinæ cùm petens semel recuperaverit per assisam, si iterum fiat disseysina recenter vel post longum intervallum, locus erit redisseysinæ & non assisæ novæ disseysinæ, si iterum disseysitus conqueri voluerit de redisseysina, si autem assisam impetraverit de secunda disseysina, & dicat quòd alias tenementum illud recuperavit per assisam, non erit ulteriùs assisa capienda, sed remanebit, si factum Justiciariorum & rotulos vocaverit ad warantum, quòd si nihil horum fecerit, procedet assisa, secundùm quod fuerit impetrata, & sibi imputet, qui exceptionem de assisa capta priùs non apposuit. Et quid si opposuerit, & Justiciarii exceptionem illam non admiserint, tunc injuriatum erit querenti, & ad querelam ejus factam Justiciariis rettabitur. Sed cùm non opposuerit talem exceptionem, & postea inveniatur quòd alia assisa inde priùs capta fuit, quæ quidem contraria fuit ultimæ assisæ, ut si in assisa novæ disseysinæ dicant Juratores primi quòd non disseysivit, & ultimi contrarium prima per ultimam non convincitur, quia assisa non convincit assisam, nec agitur de convictione. Sed si ille qui amisit per ultimam velit agere de perjurio & convictione, benè licebit ei, & si ille qui amisit per primam velit agere de perjurio de prima, non licebit, quia assisa illa per lapsum temporis transiit in autoritatem rei judicatæ. Item dicitur (si inter easdem personas) hoc verum est sive assisa novæ disseysinæ vel mortis antecessorum, sive alia quæcunq; ut si assisa novæ disseysinæ de tenemento, vel communia pasturæ proferatur, & unus ex pluribus cohæredibus vel participibus qui jus habuerint in cōmuni in tenemento de quo disseysina facta est, versus unum recuperaverit per assisam, & alius particeps postmodum eundem disseysivit de eodem tenemento, & disseysitus cùm impetraverit sibi per assisam, vel cùm querelam fecerit de redisseysina, non erit altera assisa ulteriùs capienda de eadem re, licet ibi sint diversa capita, quia eadem persona censentur ꝓpter unicum jus ꝙ habent, sicūt videri poterit de pluribus cohæredibus participibus, & unde sicut versus unum recuperaverit ita recuperabit versus omnes. Idem verò dici poterit de assisa novæ disseysinæ de cōmunia pasturæ, ubi plures cohæredes, sive participes sive alii tenuerint in cōmuni aliquod tenementum, in quo unus vel plures habere debeant communiam, si unus particeps disseysinam fecerit sine suis participibus.

P

[handwritten margin:] So also [of] tenants or owners.

[handwritten:] note this.

cipibus, vel sine consensu suorũ participũ, disseysitus versus illum tantum habet actionem, & non versus alios participes; & cùm semel recuperaverit versus unum per assisam, si alii participes eundem postmodum disseysiverint de eodem tenemento, non erit assisa capienda super assisam, sed sine assisa recuperabit per assisam præcedentẽ, quia omnes participes sunt quasi unica psona propter jus unũ, licet diversa capita. Et si assisa capta esset super assisam ita et de eadẽ re, et de eodem jure, et quasi inter easdem personas dicere posset secunda assisa contrarium primæ, & sic esset prima captio frivola sive nulla.

¶ 2. Poterit tamen capi assisa post assisam de eadem re, sed tamen inter diversas personas, quia ratione diversarũ personarum non erit actio una sed diversa, ut contingit sæpius in assisa novæ disseysinæ, ubi plures disseysinæ factę sint de eadem re, cum ad plures manus devenerint per plures disseysinas. Ut si A. fecerit primam disseysinam, & B. disseysiverit A. & C. disseysiverit B. et sic ulteriùs ubi plures erunt disseysinæ & disseysitores & plures assisæ propter diversas personas, & plura placita facta quamvis de eadem re. Item capi poterit assisa super assisam inter easdẽ personas de eodem facto, propter diversitatem rei, ut si quis fuerit disseysitus & p assisam recuperaverit, si occasione illius seysinæ plus occupaverit quàm ad illum pertineat & quàm recuperaret per assisam, post intervallũ capi poterit assisa, quia alia est res, & ideò diversa assisa. Si autem inde fiat querela recenter, locus erit certificationi per assisam & Juratam, ut sciatur quid & quantum ille qui recuperavit posuerit in visu suo & quantum ei dederũt. Item capi poterit assisa post aliam inter easdem personas & de eadem re, ppter diversum factum, sed tamen post longũ temporis intervallum, quia post primam disseysinam & ultimam medio tempore fieri poterit possessionis permutatio, & ille qui priùs fuerit disseysitor, per translationem fieri poterit verus possessor. Item inter easdem personas et de eadẽ re capi posit assisa super assisam, ppter diversum modũ disseysinæ, ut si quis primò omninò ejectus à possessione per assisam recuperaverit, et postea ab eodem post intervallum impeditus, quo minùs uti posit vel commodè, per eundem capi posit assisa super assisam propter diversum modũ disseysinæ. Et eodẽm modo si primus disseysitor uti voluerit in tenemento, quod tenens per assisam recuperaverit, carucatam imponendo contra voluntatem tenentis, vel averia immittendo ad pasturã, vel aliam servitutem imponendo tenemento quod liberum esse debet, de tali modo disseysinæ post intervallum capi poterit assisa super assisam.

¶ 3. In assisa verò mortis antecessoris non est assisa capienda super assisam de eadem re inter easdem personas, licet benè posit inter diversas. Duo enim hęredes portare poterunt diversas assisas de eadem re, de morte duorũ antecessorum simul & semel. Et quo casu, de ultima seysina erit judicandũ, de seysina verò duorũ antecessorũ nõ erit capienda assisa sup assisã inter easdẽ psonas de eadẽ re, ut si aliqua terra data fuerit A. & B. uxori suæ, si A. prius moriatur seysitus, adhuc non cõpetit hæredi assisa de morte A. in vita ipsius B. nec econtrariò. Sed cùm uterq; moriatur, de seysina ejus qui ultimò moritur seysitus, cõpetit hæredi assisa mortis antecesso-

ris: sed si assisa fecerit cõtra hæredem propter donationem ipsius qui ultimò obiit seysitus, non erit recurrendum ad aliam assisam de morte illius qui primò obiit. Item si terra data fuerit ita alicui in maritagium cum uxore sua, non erit assisa mortis antecessoris capienda nisi tantum de morte matris, & unde si per assisam de morte matris nihil ceperit, ad seysinam de morte patris recurrere non poterit per assisam. ¶ 4. Item in assisa ultimæ præsentationis non erit assisa capienda super assisam, si de alia captione excipiatur. Si autem per errorem capiatur cùm nulla facta sit mentio de prima, locus erit convictioni de secunda, non de prima: cùm nulli eorum sit de jure fides adhibenda. ¶ 5. In assisis verò ad recognoscendum utrum, nũquã erit assisa capienda super assisam, licet aliquando locum habeat convictio, quia jus determinat & possessionẽ, & dat exceptionem, & statim transit in autoritatem rei judicatæ. ¶ 6. Itẽ nõ erit capienda cõvictio sup convictionẽ, non magis q̃m assisa super assisam. Et unde videndũ erit si cõvictio sequatur cõvictionẽ, utrũ eadẽ sit assisa de qua priùs capta fuit convictio, & eadem res vel diversa, & utrũ ille & eædem personæ vel diversæ. Si autem una & eadem persona & eadem res, & eadem assisa, nunquã capietur cõvictio super convictionẽ, licet alio modo sequatur emẽdatio sub specie certificationis p examinationẽ, secundũ quod in captione assisarum observatur. Si autem diversæ sint personæ, & res diversæ, & assisæ diversæ (secundum ꝙ videri poterit multotiens per recorda) bene sequitur convictio super convictionem. Ex captione autem unius assisæ quandoque sequitur una convictio quandoq; duæ (ut videtur) secundum quod Juratores totam rem quam querens posuerit in visu suo parti uni dederint vel abstulerint, vel secundũ quod ejus partem quod quis posuerit in visu suo parti uni dederint, vel abstulerint, & quo casu, duæ sequuntur convictiones (ut videtur) ut si Juratores totum dedisse debuerunt vel abstulisse, ubi dederunt partẽ vel abstulerunt, secundũ ꝙ videri poterit per exemplum. A. posuit in visu suo duas carucatas terræ & Juratores dicunt ꝙ non fuit disseysitus nisi de una tantũ, A. recuperat per assisam unam tantũ versùs B. & uterq; in misericordia B. propter injustam detentionem de una carucata, & A. pro falso clamore de alia, A. postea dicit ꝙ Juratores male juraverint, eo quòd non dederunt ei duas carucatas terræ, & quærit convictionẽ, & B. similiter, eo quòd ei abstulerunt unam carucatam, cùm nullam disseysinam fecerit ut dicit, & sic videtur prima facie quòd duę convictiones sequi debeant unicã assisam & unicum veredictum, & si duæ convictiones sequi debeant, tunc videndũ erit utrum expediri debeant per unicam Juratam, vel per duas. Sed si per duas, ex hoc sequi posset quòd quilibet illatũ alteri posset esse cõtraria, & sic nunquã pduci posset negotium ad effectum. Et si examinatio interveniret, vix aut nunquã possent juratæ convenire, quia difficile est pluralitatem convenire, sicut universitatẽ. Meliùs est igitur quòd per unicã Juratam pcedat convictio, q̃m per duas, propter unicã assisam. Itẽ esto ꝙ A. portet assisam super B. de una carucata terræ. A. recuperat p assisam unã carucatã versus B. Item A occasione unius carucatæ quam recuperavit, occupat aliam quam in visu suo non posuerat,

Termine de Ass. ult. pres.

As in Ass: ultrum

So a Conviction is not to be upon a Conviction

a Case put on this point

rat, de una carucata autem competit convictio B, de qua juratores juraverũt, de alia verò occupata competit ei assisa novæ disseysinæ: & si procedat assisa novæ disseysinæ de carucata occupata, & Juratores malè juraverint de ea, cõpetit B. alia convictio: quo casu sequuntur duæ Juratæ & duæ convictiones, quia diversæ sunt assisæ, & diversa tenementa, & diversi Jurati: & bene procedunt duæ, si diversis temporibus capiantur. Et sic poterant inter easdem personas duæ sequi convictiones, dum tamen diversæ sint res, & diversæ assisæ, & diversi Jurati, si autem uno tempore capi debeant, benè poterit uterq; per Juratam unicam expediri. Contingit multotiens quòd cùm Juratores senserint & perceperint se malè jurâsse in toto vel in parte, si pœnitentia ducti veniant & velint emendare dictum suum, quæritur an possint? Ad quod erit distinguẽdum, utrum hoc fecerint ante juditium redditum, vel post: si ante, bene poterunt: ut de itinere M. de P. in com̃ Lincoln. assisa mortis si Petrus filius Wymund de terra in Hoggestorp, dicebant ibi ꝙ decepti fuerunt, sed redempti fuerunt: & hæc fuit ante juditium, quia dictum fuit ꝙ illi qui amisisse debuerunt per primum dictum suum, tenerent in pace. Si autem post juditium, non erit locus pœnitentiæ, quia stabitur juditio, & ille cõtra quem judicatum fuerit ꝑquirat sibi (si voluerit) per convictionem, & ille qui ꝑ judiciũ obtinuit, utatur seysina sua donec amiserit ꝑ convictionẽ. Si autem se abstinuerit ex secundo juditio, & perquisiverit sibi per certificationẽ, tunc si Juratores tenuerint se ad primum dictum suum, ille qui amisit per primum juditium agat de convictione. Si autem se non tenuerint ad primum dictum suum, sed ad secundum: tunc ille qui amisit per secundum juditium perquirat convictionem.

If the Jurors are willing to amend their verdict

¶ Tractatus sextus

Libri quarti, in quo tractatur de actione Dotis.

1. ¶ *Ubi actio dotis potest terminari.* 2. *Breve de dote rationabiliter constituta.*



DIctum est supra de acquirendo rerum dominio, & causis acquirendi rerum dominia: & qualiter acquiruntur res ex causa dotis, & qualiter dos constituitur, & qualiter assignetur mulieri post mortem viri, & de quibus rebus, et de quibus non, cùm fuerit dos deliberata et sine contentione: Nunc autem dicendum est si contentiosa fuerit et non deliberata, qualiter recuperanda sit dos per actionem dotis, Ideo de actione dotis videndum, ubi debeat intentari et terminari. Et sciendum, quòd actio dotis ubi mulier nihil habet, non potest alibi terminari q̃m in curia domini Regis, et ideo, quia si mulieri dotem petenti objiciatur ꝙ nunquam fuit viro (cujus

Where Action for Dower unde nihil, to be brought.

nomine

nomine dotem petit) legitimo matrimonio copulata, vel si duæ mulieres contendant inter se in dotis petitione quæ illarū sit uxor legitima, demandari debet inquisitio facienda episcopo loci vel alio ordinario, à Rege et à nullo alio, & plures possunt esse causæ aliæ. Si autem aliquam partē habuerit de dote, tunc locū habet istud breve de recto de dote, ubi nec duellum, nec magna assisa, nec essoniū de malo lecti locū habet. Si autem de dote sua nihil fuerit ei assignatum, tunc cōpetit ei actio dotis versus quoslibet possidētes, ꝙ ei restituatur dos sua cū fructibus medio tempore pceptis, & percipiendis, à tempore mortis viri sui: nisi ipse qui in possessione extiterit justam habeat causam litigandi & resistendi: ut si warantū habuerit, & cùm illum vocaverit & per judicium amiserit, escambiū suū consequetur. Et si unus vel plures deforciātes fuerint in uno com̄ degentes, omnes simul in uno brevi poterunt cōprehendi, si autem in diversis com̄, tunc fiant brevia diversa propter diversitatem comitatuū. Forma brevis talis est. ¶ 2. Rex vic. salutem, præcipe A. ꝙ justè &c. reddat B. quæ fuit uxor C. rationabilem dotem suam quæ eam cōtingit de libero tenemēto quod fuit ipsius C. quōdā viri sui in tali villa: & si plures fuerint tenentes, tūc sic. Præcipe &c. tali, ꝙ juste &c. ut supra, & ita deinceps, ut omnes qui tenentes sunt & manentes in eodem com̄ comprehendantur in brevi, & tunc dicatur: Et unde nihil habet ut dicit, & ita quòd hæc dictio (nihil) referatur ad dotem, & non ad villam nominatam, in qua dos est quæ petitur, & tunc sic: & unde queritur quòd prædictus talis ei deforciat. Et nisi fecerit, & prædicta B. fecerit te securū de clamore &c. tunc summoneas per bonos summonitores præfatū A. vel præfatos tales (si plures sint) quòd sint coram Justiciariis nostris apud West. tali die, vel ad primam assisam cùm in partes illas venerint, ostensuri quare non fecerint, & habeas ibi summonitores & hoc breve Teste &c. Et notandum quòd breve istud locum habet, tam ad dotem nominatam recuperandam q̄m non nominatam, quamvis non exprimatur in brevi, quòd nominatim inde dotata fuerit: quia hoc in narratione supplebitur. Si autem ad diem summonitionis non venerit nec se essoniaverit, capiatur terra in manum domini Regis per defaltam, secundùm quod observatur de defaltis per breve de recto. Si autem se essoniaverit ad primū diem, dabitur ei alius dies per essonium suum, ad quem diem si defaltam fecerit, fiat ut supra. Et quo casu, recuperabit mulier dotem per defaltam, sive defaltam fecerit antequàm comparuerit, sive post, per magnum cape vel per parvum. Item recuperabit mulier dotem pro defectu waranti, ubi tenens petiit auxilium curiæ, & non est secutus versus warantum: ut coram M. anno decimo de Alex. de Walepole & Gracia uxore ejus versus Johannem filium Roberti.

¶ 1. *Qualiter mulier proponere debet intentionem.* 2. *De visu petendo.* 3. *De vocatione waranti.* Cap. 2.

Cum autem partes in judicio comparuerint, proponat mulier per se vel per attornatum suum intentionem suam in hunc modum, cùm dotem petierit non nominatam. Hoc vobis ostendit B. quæ fuit uxor C. quod A.

De dote unde nihil &c.

A. injustè deforceat ei tertiam partem tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa, & ideo injustè, quia prædictus C. quondam vir suus inde eam dotavit ad ostium ecclesiæ, quando eam desponsavit, & qui inde eam dotare potuit; & si hoc cognoscere voluerit hoc gratum ei erit, et si non, habet sufficientem dirationationem vel inde producat sectam sufficientem. Formatur etiam aliter intentio mulieris in dote nominata hoc modo, scilicet, B. quæ fuit uxor C. de N. petit versus A. tale manerium vel tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut dotem suam, unde prædictus C. quondam vir suus eam nominatim dotavit ad ostiū ecclesiæ die quo eam desponsavit, et sicut ille qui eam inde dotare potuit. Et si &c. ut supra. Et ita variatur intentio & petitio dotis, licet non varietur breve. Exceptio contra mulierem quòd petere non possit per se, vel quia virum habet non sine viro, vel si cum viro petat, non habet probationem. Item quòd non sine waranto de dote sua. ¶. 2. Et ostensa taliter mulieris petentis intentione, poterit bene tenens visum petere, si velit, sic dicendo simpliciter, Peto visum: vel dicendo sic, Peto visum de tota terra unde talis petit tertiam partē in dotem. Si autem dicat, Peto visum de tertia parte quam talis petit in dotem denegabitur ei visus. Et post visum petitum, jacebit essoñ sicut in aliis placitis. ¶. 3. Et post essoñ & dilationes legitimas, poterit tenens warantum vocare si warantum habuerit, vel respondere in propria persona sua, & exceptiones proponere si quas habuerit. Si autem warantum vocaverit, tunc fiat breve de summonendo warantum in hac forma. Sed si nesciverint warantum nominare, mulier statim recuperabit dotem suam, et tenens in misericordia: ut de Itinere M. in com̄ Suff. Anno xii. de Agneta quæ fuit uxor Rufi & Rogero de Berners. Rex vic. salutem. Summoneas per bonos summonitores C. de N. quod sit coram justiciariis nostris &c. tali die ad warantizandum A. tertiam partem vel tantam terram cum pertinentiis in tali villa quam B. quæ fuit uxor C. in curia nostra coram justiciariis nostris &c. clamat in dotem versus prædictum A. Et unde idem A. in eadem curia nostra coram eisdem justiciariis nostris vocavit eundem A. ad warantum versus prædictum B. Et habeas ibi summonitores & hoc breve. Teste &c. Ad quem diem se poterit uterq; essoñ, sicut alibi de warantis.

demand of a view

Summons ad warantizand.

¶. 1. De exceptionibus generalibus contra breve si warantum non habuerit. *Cap. 4.*

SI autem tenens warantum non habuerit, tunc aut mulieri petenti restituat dotem, aut proponat exceptiones si quas sibi viderit esse competentes. Et inprimis proponat exceptiones contra breve, quæ sunt generales ad omnia placita, ut si error inveniatur & hujusmodi. Et tunc proponatur (si aliqua fuerit) specialis ad hoc breve, ut si partem dotis habuerit, cadit breve: ut de Itinere M. de P. in comitatu Eborum Anno Regni Regis Henrici tercio de Alicia quæ fuit uxor Adæ filia Petri. Ad hoc facit quod habetis in eodem Itinere de Alicia quæ fuit uxor Hugonis de Alencester & alibi per totum, ex quo continetur in brevi quòd nihil habet, quia mendax precator

Exceptions

carere debet impetratis, nec valere debet mulieri petenti talis replicatio si dicat, q nihil dotis habeat in tali villa, licet in alia, cùm hec dicto (nihil) respiciat tantum dotem in quibuscunq; villis, & non unicam partem in una villa, secundum quod probatur in ultimo Itinere M. de P. in com̄ Lync. de Helewiza, quæ fuit uxor wasæ. Sed refert utrum aliquid habuerit ante brevis impetrationem vel post. Si post impetrationem, licitè recipere poterit partem quando voluerit. Si autem ante impetrationem partem receperit ad cautelam, poterit illum qui restituerit in brevi exprimere, ac si non restituisset, & sic dicere & respondere ad exceptionem, quòd talis ei satisfecit. Si autem illum in brevi non nominaverit, obstabit exceptio & cadit breve.

¶. 1 Quòd mulieri petenti dotē non tenetur quis respondere sine waranto de dote sua, non magis quàm ipsa mulier debet respondere sine waranto suo. 2. Si warantus fuerit ad fidem Regis Frāciæ. 3. Breve ad producendum hæredem ad warantum de dote. 4. Si alium produxerit quàm verum. 5. De duabus mulieribus contendentibus de dote. Cap. 5.

The demandant not to be heard without her warrantor.

PRoposita igitur intentione mulieris, si nihil sit quod excipi poterit contra breve, tunc inprimis petatur à tenente quòd mulier dotem petens ostendat warantum suum per quem dotem petit, ut sciri possit quid juris habeat in duabus partibus, quia quicunq; mulieri dotem deforciaverit alius ab hærede, nunquàm mulieri respondebit nisi voluerit sine waranto de dote sua, non magis quàm ipsa mulier si implacitata esset de dote sua aliis sine waranto suo responderet, et inde aliquando datur custodi exceptio cōtra mulierē petentē dotē, q priùs dotem non habeat antequam hæredē pducat: ut si illum fraudulēter subtraxerit et occultaverit vel alienaverit, si hoc probari possit quòd p eam subtractus fuerit vel amotus & si inde dubitetur, veritas per patriam poterit declarari, et medio tempore actio dotis remanebit in suspenso/ Et q warantus exigi debet, ut sciri possit quid juris habuerit in duabus partibus: pbatur de termino sancti M. Anno Regis. H. xiiii. incipiēte xv. in com̄ Warr̄ de Johanne filio Elfridi, ubi dicitur quòd quędam mulier petiit dotem versus aliam mulierem de tenemento de quo vir suus feoffatus fuit per virum mulieris tenentis, cui ipsa in vita sua cōtradicere non potuit: & unde ipsa tenens recuperaverat seysinā suam erga virum mulieris petētis. Et unde ubi manifestum fuit quòd mulier petens habere non potuit dotem, quia hæres viri sui nihil juris habuit in duabus partibus/ Idem (ut videtur) dici poterit de muliere cujus vir feloniam fecerit, quia hęres felonis nihil juris habet in duabus partibus. Et quòd talis amittere debet dotem, pbatur de termino sancti Michaelis Anno Regis H. xiiii. incipiente xv. de Ernaldo de Camerin̄ in com̄ Kanc. in placito dotis, nec mulier regressum habebit de warantia versus capitalem dominum, cujus eschaeta terra illa fuerit: nec ad dotem recuperandam, quia ipse non est hæres nec tenet ut hæres, sed ut eschaetam suam pro defectu hæredis. Quod quidem dici non poterit de eschaeta de bastardo, quia ibi est capitalis dominus loco hæredis quantum ad dotem restituendā, quia si ibi sit hæredis defectus, tamen non est ibi delictum. Idem erit de terra

Therefore can't recover dower if her husband was a felon.

De dote unde nihil &c.

ra data in maritagio, licet revertatur pro defectu hæredis, uxor dotem obtinebit. ¶. 2. Item si warantus fuerit ad fidem domini Regis Franciæ, & excipiatur de waranto, remanebit dotis exactio in suspenso imperpetuum, vel ad tempus saltem, donec terræ fuerint communes. Et quòd dotem habere non debeat, inveniri poterit de termino sancti H. Anno Regis. H. xvii. in com̄ Lync. et North. de Eudone de Calethorp, quia vir suus ad idem judicabitur quantum ad duas partes, licet jus habeat. Et sicut dominus capitalis haberi debet loco hæredis & loco waranti ad quem terra revertitur pro defectu hæredis, eodem modo habere debet assignatus per modum donationis. Si mulier dotem suam habere non possit quia est in partibus transmarinis in terra sancta, expectandū erit in causa dotis, donec venerit: ut de Itinere M. de P. in com̄ Eborū Anno Regis H. tertio de Matylda quæ fuit uxor Roberti de Haywarde et Alexandro filio Radulphi. Item si tenēs sine waranto respondere noluerit, ita nec ejus warantus eum warantizabit, quia habet illud idem remediū: ut de Itinere M. de P. in com̄ Lync. anno Regis H. quarto de Dernia que fuit uxor Roberti Bryton. Cùm autē hujusmodi exceptio proponatur cōtra mulierem, non erit omni tempore in potestate sua ꝓducendi hæredem et warantū de dote sua, & ideo fiat breve vic. in hac forma. ¶. 3. Rex vic. salutem. Sūmoneas per bonos summonitores A. de N. ꝙ sit coram Justiciariis, &c. ad warantizandū B. quæ fuit uxor C. de N. dotem ipsius B. quā in eadem curia nostra &c. clamat versus D. et unde idem D. dicit ꝙ non vult ei inde respondere sine waranto suo de dote sua &c. et habeas &c. Teste. &c. Item notandū, ꝙ si aliquando competat domino capitali hujusmodi exceptio contra mulierem: ꝙ warantū ostendat de dote sua, non tamen competit ei cui ille dominus capitalis custodiam alicujus terrę dimiserit, ut de termino s. M. An. Regis H. 8. incipiēte ix. in com̄ war̄ de Johanne de Mar̄ et Eva uxore ejus et W. de Cantulupo. ¶ 4. Cùm autē objiciatur hujusmodi exceptio mulieri, et contētio habeatur inter cohęredes quis eorum rectior hæres, pendēte litigio remanebit dotis actio: et eodem modo si mulier prægnans petens vel alia (ut videtur) donec de partu constiterit, quia si falsum warantum nominaverit vel ꝓduxerit, scilicet aliū quàm verum hæredem, amittit dotem: ut de ultimo Itinere M. de P. in com̄ Eborū anno Regis H. x. de quadam Juliana quæ dotem petiit. Et quid si contentio habeatur inter cohæredes quis eorū hæres legitimus sit, remanere debet loquela de muliere dotem petente, donec discutiatur quis hæres rectior, secundū quod inveniri poterit inter placita quæ sequuntur Regem Anno Regis H. xxi. Assisa mortis Antecessoris in com̄ Bark. de Galfrido filio Johannis & Gunora de Bendenger. Item de hac materia de termino Paschæ An. Regis. H. viii. in com̄ Bark. de Gunora quę fuit uxor I. filii H. et Matylda de B. Et unde Matylda respōdit ꝙ Gunora dotē habere nō debuit, quia ꝑdict' I. fuit vir suus & non ipsius G. & unde Galfridus filius ipsius Matyldæ et ipsius Johannis, qui fuit in custodia talis, fuit warātus ejus de dote sua, & vocavit ipsum ad warantum versus prædictam Gunoram, & unde prædicta. G. dixit quòd prædicta Matylda warantum habere

Summons ad warantizand for the demandant

Suit to be settled who is legitimus hæres

non debuit, quia ipsa nunquàm fuit sponsa ipsius Ihohannis, p quod ipse Galfridus debet esse warantus suus, sed dixit ipsa Gunora quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & de eo habuit prolē talem. s. Et Matilda dixit quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & in seysina de eo tempore mortis suæ, & quod in vita ipsius Ihohannis nunquā fuit matrimoniū inter eos accusatum vel solutū. Item filius alicujus mulieris poterit esse warantus alterius mulieris de dote sua, sed mulier nullā dotē habebit, ut si divorciū factū fuerit inter aliquos propter consanguinitatē, compaternitatem, vel aliam affinitatem, vel aliam causam quācunq; : & quæ multiplex est, si vir aliam postmodum duxerit uxorem, filius primæ mulieris hæres remanebit, sed mater dotem suam non habebit, quia duæ mulieres de eadem hæreditate ratione unius viri, dotem non habebunt: nec debet hæres aliquis duabus mulieribus dotē petentibus respondere, secundū quod inferius dicetur, quia ubi nullum matrimoniū ibi nulla dos, et sic à contrario sensu ubi matrimonium ibi dos. Et ideo in prima uxore quādiu duravit matrimonium duravit dotis constitutio et exactio. Et eodē modo (ut videtur) dici poterit si mulier serva copulata sit libero et ducta in libero tenemento quod locata sit libero thoro quòd partus habebit hæreditatē, & mater nullā dotem, quia mortuo viro suo libero redit in pristinum statum servitutis, nisi hæres ei dotem fecerit de gratia: Quia dotis natura est ut durante matrimonio duret dotis exactio, soluto matrimonio solvatur, quia sine eo esse non potest, sed est divortiū et separatio thori, quia non potest quis habere duas uxores simul & semel legitimas, licet aliquando plures habeat de facto, non tamen de jure habere poterit nisi unam, cùm matrimoniū sit conjunctio viri et mulieris individuam retinens consuetudinem vitæ; non dicit virorum et mulieris nec viri & mulierum, quia nec unus vir plures mulieres, nec una mulier plures viros habere potest de jure, potest tamē de facto habere plures, & unam tantū de jure, & ita quòd aliquando nulla illarum quæ petit poterit esse legitima, quia illa quæ legitima est non est præsens vel præmortua, et unde quæ semel illegitima est nunquàm legitima fieri potest, ita quòd nulla illarum quæ petit dotem obtinebit. ¶. 5. De duabus mulieribus de dote sua ratione unius viri contendentibus, tenens neutri earum respondebit, donec in foro ecclesiastico discussum fuerit quæ illarum uxor legitima dici debeat, & quæ in petitione dotis debeat prævalere: ut inferius plenius dicetur in fine. Cùm igitur dicat tenens quòd non debeat duabus mulieribus vel pluribus respondere, inprimis videndum an sit contentio de hæreditate inter duos vel plures, qui dicunt se esse hæredes legitimos. Cùm igitur de successione & de dote simul et semel quæstio habeatur, semper præjudicialis erit actio hæreditatis, et prius terminari debet; ne si contingat mulieres ad curiam Christianitatis transmitti ad probandum quæ illarum sit legitima, et una illarum se probet esse legitimam in foro ecclesiastico, & hæres alterius mulieris in foro seculari se probaverit hæredem legitimum, sic contingeret alium esse warantum alterius mulieris de dote sua, quod esse non potest. Igitur cùm quælibet illarum ab initio dicat filium suum esse warantum de dote

Question of Mathmony to be determined in ye spiritual Court.

De dote unde nihil ha.

dote sua, ad vitandum illud inconveniens, oportet ut priùs discutiatur quis hæres legitimus et cujus mulieris debeat esse warantus de dote sua, & per hoc terminabitur quæstio dotis. Cùm autem unus hæredum fuerit in possessione hæreditatis, justè vel injustè, & mater sua in possessione dotis, & mulier quæ nihil habuerit dixerit se esse legitimam & petat dotem, ostendat primò warantum de dote sua. Et si filium vel filiam nominaverit, suspendatur dotis petitio & filius vel filia petat totam hæreditatem. s. duas partes super filium alterius mulieris, et si ipse hæreditatem obtinuerit, per consequens mater dotem obtinebit sine alia probatione. Et poterit quandóque utraq; nominare unum warantum, cùm una habuerit filium et alia nullum, ut si quis primò contraxerit cum aliqua consanguinea, vel alia affinitate conjuncta, secundum quod inferiùs dicetur, et inter eos celebrato divortio cōtraxerit cum alia, nihilominus de prima erit proles legitima, non obstante divortio. Et si prolem non habeat de secunda, vel si habuerit, semper erit warantus de dote secundæ uxori, ille qui exivit de prima, cum sit hæres legitimus defuncto patri quoad successionem, propter ignorantiam utriusquè parentum vel alterius, & infra plus de hac materia. Et ubi sunt plures mulieres dotem petentes & plures hæredes de hæreditate contendentes, priùs terminari debet quis rectus hæres, ratione supradicta, & p consequens justus warantus de dote. Et sive sit justus hæres sive non, semper judicabitur ille p waranto ad quem tertia pars reverti debet post mortem mulieris, sive sint hæredes apparentes sive non, ut si debeat hæreditas ad dominū capitalem reverti sicut eschaeta. Fallit tamen, ut si à viro feoffatus fuerit quis qui terram amiserit versus mulierem dotem petentem, & ubi excambium consequi non poterit versus hæredē, & ideo dos revertitur, quia ab eo proficiscitur, & sicut hæres legitimus dici poterit quia ex justis nuptiis procreatus est: Ita legitima uxor dici poterit ubi intervenerit legitimum matrimonium, & sic in dote præferenda.

¶. 1. Cùm proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat & ostendat quòd dotem habere non debeat vel warantum vocet. 2. Si warantus vocatus non venerit, cape per tale breve. 3. Quòd uxor recuperabit super tenentem vel super hæredem secundum quòd fuerit dotata nominatim vel non nominatim. 4. Quod non remanet actio mulieri de dote propter minorem ætatem waranti. 5. Breve de dissysina facienda mulieri cùm recuperaverit dotem. 6. Breve si de tertia parte dotis non nominatæ recuperaverit & inde feoffatus teneat in pace & hæres faciat dotem mulieri petenti. 7. Breve ubi mulier recuperavit dotem suam ut de dote nominata super hæredem, quòd ipsa recuperat & hæres faciat escābium feoffato ad valentiam. 8. Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit & de dote non nominata nisi excambium. Item expectatur quandòquè ætas in petitione dotis speciali ratione. 9. Cùm autem mulier recuperat seysinam suam sive de dote nominata sive non nominata & versus eum qui warantizat & warantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur unde possit warantizare sed in alio comitatu, ubi terram habuerit fiat tale breve. 10. Breve ubi mulier recuperat seysinam suam de dote nominata. 11. De modo assignandi dotem. 12. Quòd finis factus in curia domini regis non aufert dotem nominatam. Cap. 6.

Proposita

non debuit, quia ipsa nunquàm fuit sponsa ipsius Ihohannis, p ꝙ ipse Galfridus debet esse warantus suus, sed dixit ipsa Gunora quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & de eo habuit prolē talem. 4. Et Matilda dixit quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & in seysina de eo tempore mortis suæ, & ꝙ in vita ipsius Ihohannis nunquā fuit matrimoniū inter eos accusatum vel solutū./ Item filius alicujus mulieris poterit esse warantus alterius mulieris de dote sua, sed mulier nullā dotē habebit, ut si divorciū fact fuerit inter aliquos propter consanguinitatē, compaternitatem, vel aliam affinitatem, vel aliam causam quācunq;: & quæ multiplex est, si vir aliam postmodum duxerit uxorem, filius primæ mulieris hæres remanebit, sed mater dotem suam non habebit, quia duæ mulieres de eadem hæreditate ratione unius viri, dotem non habebunt: nec debet hæres aliquis duabus mulieribus dotē petentibus respondere, secundū quod inferius dicetur, quia ubi nullum matrimoniū ibi nulla dos, et sic à contrario sensu ubi matrimonium ibi dos. Et ideo in prima uxore quādiu duravit matrimonium duravit dotis constitutio et exactio. Et eodē modo (ut videtur) dici poterit si mulier serva copulata sit libero et ducta in libero tenemento ꝙ locata sit libero thoro quòd partus habebit hæreditatē, & mater nullā dotem, quia mortuo viro suo libero redit in pristinum statum servitutis, nisi hæres ei dotem fecerit de gratia: Quia dotis natura est ut durante matrimonio duret dotis exactio, soluto matrimonio solvatur, quia sine eo esse non potest, sed est divortiū et separatio thori, quia non potest quis habere duas uxores simul & semel legitimas, licet aliquando plures habeat de facto, non tamen de jure habere poterit nisi unam, cùm matrimoniū sit conjunctio viri et mulieris individuam retinens consuetudinem vitæ; non dicit virorum et mulieris nec viri & mulierum, quia nec unus vir plures mulieres, nec una mulier plures viros habere potest de jure, potest tamē de facto habere plures, & unam tantū de jure, & ita quòd aliquando nulla illarum quæ petit poterit esse legitima, quia illa quæ legitima est non est præsens vel præmortua, et unde quæ semel illegitima est nunquàm legitima fieri potest, ita quòd nulla illarum quæ petit dotem obtinebit./ ¶. 5. De duabus mulieribus de dote sua ratione unius viri contendentibus, tenens neutri earum respondebit, donec in foro ecclesiastico discussum fuerit quæ illarum uxor legitima dici debeat, & quæ in petitione dotis debeat prævalere: ut inferius plenius dicetur in fine. Cùm igitur dicat tenens quòd non debeat duabus mulieribus vel pluribus respondere, inprimis videndum an sit contentio de hæreditate inter duos vel plures, qui dicunt se esse hæredes legitimos. Cùm igitur de successione & de dote simul et semel quæstio habeatur, semper præjudicialis erit actio hæreditatis, et prius terminari debet; ne si contingat mulieres ad curiam Christianitatis transmitti ad probandum quæ illarum sit legitima, et una illarum se probet esse legitimam in foro ecclesiastico, & hæres alterius mulieris in foro seculari se probaverit hæredem legitimum, sic contingeret alium esse warantum alterius mulieris de dote sua, quod esse non potest. Igitur cùm quælibet illarum ab initio dicat filium suum esse warantum de dote

Question of Mathmony to be determined in ye Spiritual Court.

dote sua, ad vitandum illud inconveniens, oportet ut priùs discutiatur quis hæres legitimus et cujus mulieris debeat esse warantus de dote sua, & per hoc terminabitur quæstio dotis. Cùm autem unus hæredum fuerit in possessione hæreditatis, justè vel injustè, & mater sua in possessione dotis, & mulier quæ nihil habuerit dixerit se esse legitimam & petat dotem, ostendat primò warantum de dote sua. Et si filium vel filiam nominaverit, suspendatur dotis petitio & filius vel filia petat totam hæreditatem. s. duas partes super filium alterius mulieris, et si ipse hæreditatem obtinuerit, per consequens mater dotem obtinebit sine alia probatione. Et poterit quandóque utraq; nominare unum warantum, cùm una habuerit filium et alia nullum, ut si quis primò contraxerit cum aliqua consanguinea, vel alia affinitate conjuncta, secundum quod inferiùs dicetur, et inter eos celebrato divortio cõtraxerit cum alia, nihilominus de prima erit proles legitima, non obstante divortio. Et si prolem non habeat de secunda, vel si habuerit, semper erit warantus de dote secundæ uxori, ille qui exivit de prima, cum sit hæres legitimus defuncto patri quoad successionem, propter ignorantiam utriusquè parentum vel alterius, & infra plus de hac materia. Et ubi sunt plures mulieres dotem petentes & plures hæredes de hæreditate contendentes, priùs terminari debet quis rectus hæres, ratione supradicta, & p consequens justus warantus de dote. Et sive sit justus hæres sive non, semper judicabitur ille ꝓ waranto ad quem tertia pars reverti debet post mortem mulieris, sive sint hæredes apparentes sive non, ut si debeat hæreditas ad dominū capitalem reverti sicut eschaeta. Fallit tamen, ut si à viro feoffatus fuerit quis qui terram amiserit versus mulierem dotem petentem, & ubi excambium consequi non poterit versus hæredē, & ideo dos revertitur, quia ab eo proficiscitur, & sicut hæres legitimus dici poterit quia ex justis nuptiis procreatus est: Ita legitima uxor dici poterit ubi intervenerit legitimum matrimonium, & sic in dote præferenda.

¶. 1. Cùm proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat & ostendat quòd dotem habere non debeat vel warantum vocet. 2. Si warantus vocatus non venerit, cape per tale breve. 3. Quòd uxor recuperabit super tenentem vel super hæredem secundum quòd fuerit dotata nominatim vel non nominatim. 4. Quod non remanet actio mulieri de dote propter minorem ætatem waranti. 5. Breve de dissysina facienda mulieri cùm recuperaverit dotem. 6. Breve si de tertia parte dotis non nominatæ recuperaverit & inde feoffatus teneat in pace & hæres faciat dotem mulieri petenti. 7. Breve ubi mulier recuperavit dotem suam ut de dote nominata super hæredem, quòd ipsa recuperat & hæres faciat escābium feoffato ad valentiam. 8. Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit & de dote non nominata nisi excambium. Item expectatur quandòquè ætas in petitione dotis speciali ratione. 9. Cùm autem mulier recuperat seysinam suam sive de dote nominata sive non nominata & versus eum qui warantizat & warantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur unde possit warantizare sed in alio comitatu, ubi terram habuerit fiat tale breve. 10. Breve ubi mulier recuperat seysinam suam de dote nominata. 11. De modo assignandi dotem. 12. Quòd finis factus in curia domini regis non aufert dotem nominatam. Cap. 6.

non debuit, quia ipsa nunquàm fuit sponsa ipsius Ihohannis, p ꝙ ipse Galfridus debet esse warantus suus, sed dixit ipsa Gunora quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & de eo habuit prolē talem. ſ. Et Matilda dixit quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & in seysina de eo tempore mortis suæ, & ꝙ in vita ipsius Ihohannis nunquā fuit matrimoniū inter eos accusatum vel solutū. Item filius alicujus mulieris poterit esse warantus alterius mulieris de dote sua, sed mulier nullā dotē habebit, ut si divorciū factū fuerit inter aliquos propter consanguinitatē, compaternitatem, vel aliam affinitatem, vel aliam causam quācunq; : & quæ multiplex est, si vir aliam postmodum duxerit uxorem, filius primæ mulieris hæres remanebit, sed mater dotem suam non habebit, quia duæ mulieres de eadem hæreditate ratione unius viri, dotem non habebunt: nec debet hæres aliquis duabus mulieribus dotē petentibus respondere, secundū quod inferius dicetur, quia ubi nullum matrimoniū ibi nulla dos, et sic à contrario sensu ubi matrimonium ibi dos. Et ideo in prima uxore quādiu duravit matrimonium duravit dotis constitutio et exactio. Et eodē modo (ut videtur) dici poterit si mulier serva copulata sit libero et ducta in libero tenemento ꝙ locata sit libero thoro quòd partus habebit hæreditatē, & mater nullā dotem, quia mortuo viro suo libero redit in pristinum statum servitutis, nisi hæres ei dotem fecerit de gratia: Quia dotis natura est ut durante matrimonio duret dotis exactio, soluto matrimonio solvatur, quia sine eo esse non potest, sed est divortiū et separatio thori, quia non potest quis habere duas uxores simul & semel legitimas, licet aliquando plures habeat de facto, non tamen de jure habere poterit nisi unam, cùm matrimoniū sit conjunctio viri et mulieris individuam retinens consuetudinem vitæ; non dicit virorum et mulieris nec viri & mulierum, quia nec unus vir plures mulieres, nec una mulier plures viros habere potest de jure, potest tamē de facto habere plures, & unam tantū de jure, & ita quòd aliquando nulla illarum quæ petit poterit esse legitima, quia illa quæ legitima est non est præsens vel præmortua, et unde quæ semel illegitima est nunquàm legitima fieri potest, ita quòd nulla illarum quæ petit dotem obtinebit. ¶. 5. De duabus mulieribus de dote sua ratione unius viri contendentibus, tenens neutri earum respondebit, donec in foro ecclesiastico discussum fuerit quæ illarum uxor legitima dici debeat, & quæ in petitione dotis debeat prævalere: ut inferius plenius dicetur in fine. Cùm igitur dicat tenens quòd non debeat duabus mulieribus vel pluribus respondere, inprimis videndum an sit contentio de hæreditate inter duos vel plures, qui dicunt se esse hæredes legitimos. Cùm igitur de successione & de dote simul et semel quæstio habeatur, semper præjudicialis erit actio hæreditatis, et prius terminari debet; ne si contingat mulieres ad curiam Christianitatis transmitti ad probandum quæ illarum sit legitima, et una illarum se probet esse legitimam in foro ecclesiastico, & hæres alterius mulieris in foro seculari se probaverit hæredem legitimum, sic contingeret alium esse warantum alterius mulieris de dote sua, quod esse non potest. Igitur cùm quælibet illarum ab initio dicat filium suum esse warantum de dote

Question of Mathmony to be determined in ye Spiritual Court.

De dote unde nihil ha.

dote sua, ad vitandum illud inconveniens, oportet ut priùs discutiatur quis hæres legitimus et cujus mulieris debeat esse warantus de dote sua, & per hoc terminabitur quæstio dotis. Cùm autem unus hæredum fuerit in possessione hæreditatis, justè vel injustè, & mater sua in possessione dotis, & mulier quæ nihil habuerit dixerit se esse legitimam & petat dotem, ostendat primò warantum de dote sua. Et si filium vel filiam nominaverit, suspendatur dotis petitio & filius vel filia petat totam hæreditatem. s. duas partes super filium alterius mulieris, et si ipse hæreditatem obtinuerit, per consequens mater dotem obtinebit sine alia probatione. Et poterit quandóque utraq; nominare unum warantum, cùm una habuerit filium et alia nullum, ut si quis primò contraxerit cum aliqua consanguinea, vel alia affinitate conjuncta, secundum quod inferiùs dicetur, et inter eos celebrato divortio cótraxerit cum alia, nihilominus de prima erit proles legitima, non obstante divortio. Et si prolem non habeat de secunda, vel si habuerit, semper erit warantus de dote secundæ uxori, ille qui exivit de prima, cum sit hæres legitimus defuncto patri quoad successionem, propter ignorantiam utriusquè parentum vel alterius, & infra plus de hac materia. Et ubi sunt plures mulieres dotem petentes & plures hæredes de hæreditate contendentes, priùs terminari debet quis rectus hæres, ratione supradicta, & p consequens justus warantus de dote. Et sive sit justus hæres sive non, semper judicabitur ille p waranto ad quem tertia pars reverti debet post mortem mulieris, sive sint hæredes apparentes sive non, ut si debeat hæreditas ad dominũ capitalem reverti sicut eschaeta. Fallit tamen, ut si à viro feoffatus fuerit quis qui terram amiserit versus mulierem dotem petentem, & ubi excambium consequi non poterit versus hæredẽ, & ideo dos revertitur, quia ab eo proficiscitur, & sicut hæres legitimus dici poterit quia ex justis nuptiis procreatus est: Ita legitima uxor dici poterit ubi intervenerit legitimum matrimonium, & sic in dote præferenda.

¶. 1. Cùm proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat & ostendat quòd dotem habere non debeat vel warantum vocet. 2. Si warantus vocatus non venerit, cape per tale breve. 3. Quòd uxor recuperabit super tenentem vel super hæredem secundum quòd fuerit dotata nominatim vel non nominatim. 4. Quod non remanet actio mulieri de dote propter minorem ætatem waranti. 5. Breve de dissysina facienda mulieri cùm recuperaverit dotem. 6. Breve si de tertia parte dotis non nominatæ recuperaverit & inde feoffatus teneat in pace & hæres faciat dotem mulieri petenti. 7. Breve ubi mulier recuperavit dotem suam ut de dote nominata super hæredem, quòd ipsa recuperat & hæres faciat escãbium feoffato ad valentiam. 8. Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit & de dote non nominata nisi excambium. Item expectatur quandóquè ætas in petitione dotis speciali ratione. 9. Cùm autem mulier recuperat scysinam suam sive de dote nominata sive non nominata & versus eum qui warantizat & warantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur unde possit warantizare sed in alio comitatu, ubi terram habuerit fiat tale breve. 10. Breve ubi mulier recuperat seysinam suam de dote nominata. 11. De modo assignandi dotem. 12. Quòd finis factus in curia domini regis non aufert dotem nominatam. Cap. 6.

Proposita

non debuit, quia ipsa nunquàm fuit sponsa ipsius Ihohannis, p q ipse Galfridus debet esse warantus suus, sed dixit ipsa Gunora quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & de eo habuit prolē talem. s. Et Matilda dixit quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & in seysina de eo tempore mortis suæ, & q in vita ipsius Ihohannis nunquā fuit matrimoniū inter eos accusatum vel solutū. Item filius alicujus mulieris poterit esse warantus alterius mulieris de dote sua, sed mulier nullā dotē habebit, ut si divorciū factū fuerit inter aliquos propter consanguinitatē, compaternitatem, vel aliam affinitatem, vel aliam causam quācunq; : & quæ multiplex est, si vir aliam postmodum duxerit uxorem, filius primæ mulieris hæres remanebit, sed mater dotem suam non habebit, quia duæ mulieres de eadem hæreditate ratione unius viri, dotem non habebunt: nec debet hæres aliquis duabus mulieribus dotē petentibus respondere, secundū quod inferius dicetur, quia ubi nullum matrimoniū ibi nulla dos, et sic à contrario sensu ubi matrimonium ibi dos. Et ideo in prima uxore quādiu duravit matrimonium duravit dotis constitutio et exactio. Et eodē modo (ut videtur) dici poterit si mulier serva copulata sit libero et ducta in libero tenemento q locata sit libero thoro quòd partus habebit hæreditatē, & mater nullā dotem, quia mortuo viro suo libero redit in pristinum statum servitutis, nisi hæres ei dotem fecerit de gratia: Quia dotis natura est ut durante matrimonio duret dotis exactio, soluto matrimonio solvatur, quia sine eo esse non potest, sed est divortiū et separatio thori, quia non potest quis habere duas uxores simul & semel legitimas, licet aliquando plures habeat de facto, non tamen de jure habere poterit nisi unam, cùm matrimoniū sit conjunctio viri et mulieris individuam retinens consuetudinem vitæ; non dicit virorum et mulieris nec viri & mulierum, quia nec unus vir plures mulieres, nec una mulier plures viros habere potest de jure, potest tamē de facto habere plures, & unam tamū de jure, & ita quòd aliquando nulla illarum quæ petit poterit esse legitima, quia illa quæ legitima est non est præsens vel præmortua, et unde quæ semel illegitima est nunquàm legitima fieri potest, ita quòd nulla illarum quæ petit dotem obtinebit. ¶. 5. De duabus mulieribus de dote sua ratione unius viri contendentibus, tenens neutri earum respondebit, donec in foro ecclesiastico discussum fuerit quæ illarum uxor legitima dici debeat, & quæ in petitione dotis debeat prævalere: ut inferius plenius dicetur in fine. Cùm igitur dicat tenens quòd non debeat duabus mulieribus vel pluribus respondere, inprimis videndum an sit contentio de hæreditate inter duos vel plures, qui dicunt se esse hæredes legitimos. Cùm igitur de successione & de dote simul et semel quæstio habeatur, semper præjudicialis erit actio hæreditatis, et prius terminari debet; ne si contingat mulieres ad curiam Christianitatis transmitti ad probandum quæ illarum sit legitima, et una illarum se probet esse legitimam in foro ecclesiastico, & hæres alterius mulieris in foro seculari se probaverit hæredem legitimum, sic contingeret alium esse warantum alterius mulieris de dote sua, quod esse non potest. Igitur cùm quælibet illarum ab initio dicat filium suum esse warantum de dote

Question of Mathmony to be determined in ye Spiritual Court.

De dote unde nihil ha.

dote sua, ad vitandum illud inconveniens, oportet ut priùs discutiatur quis hæres legitimus et cujus mulieris debeat esse warantus de dote sua, & per hoc terminabitur quæstio dotis. Cùm autem unus hæredum fuerit in possessione hæreditatis, justè vel injustè, & mater sua in possessione dotis, & mulier quæ nihil habuerit dixerit se esse legitimam & petat dotem, ostendat primò warantum de dote sua. Et si filium vel filiam nominaverit, suspendatur dotis petitio & filius vel filia petat totam hæreditatem. s. duas partes super filium alterius mulieris, et si ipse hæreditatem obtinuerit, per consequens mater dotem obtinebit sine alia probatione. Et poterit quandóque utraq; nominare unum warantum, cùm una habuerit filium et alia nullum, ut si quis primò contraxerit cum aliqua consanguinea, vel alia affinitate conjuncta, secundum quod inferiùs dicetur, et inter eos celebrato divortio cótraxerit cum alia, nihilominus de prima erit proles legitima, non obstante divortio. Et si prolem non habeat de secunda, vel si habuerit, semper erit warantus de dote secundæ uxori, ille qui exivit de prima, cum sit hæres legitimus defuncto patri quoad successionem, propter ignorantiam utriusquè parentum vel alterius, & infra plus de hac materia. Et ubi sunt plures mulieres dotem petentes & plures hæredes de hæreditate contendentes, priùs terminari debet quis rectus hæres, ratione supradicta, & p consequens justus warantus de dote. Et sive sit justus hæres sive non, semper judicabitur ille p waranto ad quem tertia pars reverti debet post mortem mulieris, sive sint hæredes apparentes sive non, ut si debeat hæreditas ad dominũ capitalem reverti sicut eschaeta. Fallit tamen, ut si à viro feoffatus fuerit quis qui terram amiserit versus mulierem dotem petentem, & ubi excambium consequi non poterit versus hæredẽ, & ideo dos revertitur, quia ab eo proficiscitur; & sicut hæres legitimus dici poterit quia ex justis nuptiis procreatus est: Ita legitima uxor dici poterit ubi intervenerit legitimum matrimonium, & sic in dote præferenda.

¶. 1. Cùm proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat & ostendat quòd dotem habere non debeat vel warantum vocet. 2. Si warantus vocatus non venerit, cape per tale breve. 3. Quòd uxor recuperabit super tenentem vel super hæredem secundum quòd fuerit dotata nominatim vel non nominatim. 4. Quod non remanet actio mulieri de dote propter minorem ætatem waranti. 5. Breve de dissysina facienda mulieri cùm recuperaverit dotem. 6. Breve si de tertia parte dotis non nominatæ recuperaverit & inde feoffatus teneat in pace & hæres faciat dotem mulieri petenti. 7. Breve ubi mulier recuperavit dotem suam ut de dote nominata super hæredem, quòd ipsa recuperat & hæres faciat escãbium feoffato ad valentiam. 8. Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit & de dote non nominata nisi excambium. Item expectatur quandóquè ætas in petitione dotis speciali ratione. 9. Cùm autem mulier recuperat seysinam suam sive de dote nominata sive non nominata & versus eum qui warantizat & warantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur unde possit warantizare sed in alio comitatu, ubi terram habuerit fiat tale breve. 10. Breve ubi mulier recuperat seysinam suam de dote nominata. 11. De modo assignandi dotem. 12. Quòd finis factus in curia domini regis non aufert dotem nominatam. Cap. 6.

Proposita

non debuit, quia ipsa nunquàm fuit sponsa ipsius Ihohannis, p ꝙ ipse Galfridus debet esse warantus suus, sed dixit ipsa Gunora quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & de eo habuit prolē talem. 4. Et Matilda dixit quòd ipsa fuit sponsa ipsius Ihohannis & in seysina de eo tempore mortis suæ, & ꝙ in vita ipsius Ihohannis nunquā fuit matrimoniū inter eos accusatum vel solutū. Item filius alicujus mulieris poterit esse warantus alterius mulieris de dote sua, sed mulier nullā dotē habebit, ut si divorciū factū fuerit inter aliquos propter consanguinitatē, compaternitatem, vel aliam affinitatem, vel aliam causam quācunq; : & quæ multiplex est, si vir aliam postmodum duxerit uxorem, filius primæ mulieris hæres remanebit, sed mater dotem suam non habebit, quia duæ mulieres de eadem hæreditate ratione unius viri, dotem non habebunt: nec debet hæres aliquis duabus mulieribus dotē petentibus respondere, secundū quod inferius dicetur, quia ubi nullum matrimoniū ibi nulla dos, et sic à contrario sensu ubi matrimonium ibi dos. Et ideo in prima uxore quādiu duravit matrimonium duravit dotis constitutio et exactio. Et eodē modo (ut videtur) dici poterit si mulier serva copulata sit libero et ducta in libero tenemento ꝙ locata sit libero thoro quòd partus habebit hæreditatē, & mater nullā dotem, quia mortuo viro suo libero redit in pristinum statum servitutis, nisi hæres ei dotem fecerit de gratia: Quia dotis natura est ut durante matrimonio duret dotis exactio, soluto matrimonio solvatur, quia sine eo esse non potest, sed est divortiū et separatio thori, quia non potest quis habere duas uxores simul & semel legitimas, licet aliquando plures habeat de facto, non tamen de jure habere poterit nisi unam, cùm matrimoniū sit conjunctio viri et mulieris individuam retinens consuetudinem vitæ; non dicit virorum et mulieris nec viri & mulierum, quia nec unus vir plures mulieres, nec una mulier plures viros habere potest de jure, potest tamē de facto habere plures, & unam tantū de jure, & ita quòd aliquando nulla illarum quæ petit poterit esse legitima, quia illa quæ legitima est non est præsens vel præmortua, et unde quæ semel illegitima est nunquàm legitima fieri potest, ita quòd nulla illarum quæ petit dotem obtinebit. ¶. 5. De duabus mulieribus de dote sua ratione unius viri contendentibus, tenens neutri earum respondebit, donec in foro ecclesiastico discussum fuerit quæ illarum uxor legitima dici debeat, & quæ in petitione dotis debeat prævalere: ut inferius plenius dicetur in fine. Cùm igitur dicat tenens quòd non debeat duabus mulieribus vel pluribus respondere, inprimis videndum an sit contentio de hæreditate inter duos vel plures, qui dicunt se esse hæredes legitimos. Cùm igitur de successione & de dote simul et semel quæstio habeatur, semper præjudicialis erit actio hæreditatis, et prius terminari debet; ne si contingat mulieres ad curiam Christianitatis transmitti ad probandum quæ illarum sit legitima, et una illarum se probet esse legitimam in foro ecclesiastico, & hæres alterius mulieris in foro seculari se probaverit hæredem legitimum, sic contingeret alium esse warantum alterius mulieris de dote sua, quod esse non potest. Igitur cùm quælibet illarum ab initio dicat filium suum esse warantum de dote

Question of Mathmony to be determined in ye Spiritual Court.

De dote unde nihil ha.

dote sua, ad vitandum illud inconveniens, oportet ut priùs discutiatur quis hæres legitimus et cujus mulieris debeat esse warantus de dote sua, & per hoc terminabitur quæstio dotis. Cùm autem unus hæredum fuerit in possessione hæreditatis, justè vel injustè, & mater sua in possessione dotis, & mulier quæ nihil habuerit dixerit se esse legitimam & petat dotem, ostendat primò warantum de dote sua. Et si filium vel filiam nominaverit, suspendatur dotis petitio & filius vel filia petat totam hæreditatem. s. duas partes super filium alterius mulieris, et si ipse hæreditatem obtinuerit, per consequens mater dotem obtinebit sine alia probatione. Et poterit quandóque utraq; nominare unum warantum, cùm una habuerit filium et alia nullum, ut si quis primò contraxerit cum aliqua consanguinea, vel alia affinitate conjuncta, secundum quod inferiùs dicetur, et inter eos celebrato divortio cótraxerit cum alia, nihilominus de prima erit proles legitima, non obstante divortio. Et si prolem non habeat de secunda, vel si habuerit, semper erit warantus de dote secundæ uxori, ille qui exivit de prima, cum sit hæres legitimus defuncto patri quoad successionem, propter ignorantiam utriusquè parentum vel alterius, & infra plus de hac materia. Et ubi sunt plures mulieres dotem petentes & plures hæredes de hæreditate contendentes, priùs terminari debet quis rectus hæres, ratione supradicta, & p consequens justus warantus de dote. Et sive sit justus hæres sive non, semper judicabitur ille p waranto ad quem tertia pars reverti debet post mortem mulieris, sive sint hæredes apparentes sive non, ut si debeat hæreditas ad dominũ capitalem reverti sicut eschaeta. Fallit tamen, ut si à viro feoffatus fuerit quis qui terram amiserit versus mulierem dotem petentem, & ubi excambium consequi non poterit versus hæredẽ, & ideo dos revertitur, quia ab eo proficiscitur, & sicut hæres legitimus dici poterit quia ex justis nuptiis procreatus est: Ita legitima uxor dici poterit ubi intervenerit legitimum matrimonium, & sic in dote præferenda.

¶. 1. Cùm proposita fuerit intentio mulieris aut tenens statim restituat & ostendat quòd dotem habere non debeat vel warantum vocet. 2. Si warantus vocatus non venerit, cape per tale breve. 3. Quòd uxor recuperabit super tenentem vel super hæredem secundum quòd fuerit dotata nominatim vel non nominatim. 4. Quod non remanet actio mulieri de dote propter minorem ætatem waranti. 5. Breve de disseysina facienda mulieri cùm recuperaverit dotem. 6. Breve si de tertia parte dotis non nominatæ recuperaverit & inde feoffatus teneat in pace & hæres faciat dotem mulieri petenti. 7. Breve ubi mulier recuperavit dotem suam ut de dote nominata super hæredem, quòd ipsa recuperat & hæres faciat escãbium feoffato ad valentiam. 8. Ratio quare mulier recuperat dotem nominatam si alienata fuerit & de dote non nominata nisi excambium. Item expectatur quandòquè ætas in petitione dotis speciali ratione. 9. Cùm autem mulier recuperat seysinam suam sive de dote nominata sive non nominata & versus eum qui warantizat & warantus non habeat terram in comitatu illo in quo petitur unde possit warantizare sed in alio comitatu, ubi terram habuerit fiat tale breve. 10. Breve ubi mulier recuperat seysinam suam de dote nominata. 11. De modo assignandi dotem. 12. Quòd finis factus in curia domini regis non aufert dotem nominatam. Cap. 6.

Proposita

PRoposita intentione mulieris, & habito visu (ut prædictũ est) tenens cùm comparuerit aut statim dotem restituat, vel excipiat, & ostẽdat quòd mulier dotem habere non debeat, vel vocet warantum, si viderit expedire, & sic fiat irrotulatio. A. quæ fuit uxor B. petit versus C. tertiam partem tantæ terræ cũ ptinentiis in tali villa, vel tantum terræ si dos fuerit nominata ut dotem suam, unde prædictus B. quõdã vir suus eã inde dotavit vel nominatim dotavit &c. & tunc summoneas warantũ p breve supradictum quòd sit ad certum diẽ, ad quẽ diem se poterit essoniare sicut in aliis placitis. Si autem non venerit nec se essoniaverit, testata summonitione, capiatur de terra ipsius warãti ad valentiã terræ petitæ, in manum domini regis p tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutẽ. Cape in manum nostram p visum legalium hominum de com tuo de terra tali p defectu talis ad valentiã tantæ terræ cum ptinentiis in tali villa, quã A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. clamat in dotẽ versus C. & unde idem C. in eadem curia &c. vocavit ipsum talem ad warantũ versus prædictũ C. & diem captionis &c. ut supra. Et summoneas &c. prædictum talem q sit ad talem diem &c. ut supra. Teste &c. Ad quem diẽ si nõ venerit, mulier recuperabit seysinam suam, & tenens escambiũ de terra waranti. Et licet venerit, si defaltam sanare non poterit, amittet eodẽ modo. Sed si cùm venerit statim warantizaverit, extunc pcedat placitum inter ipsum warantum & mulierem petentẽ, & tenens domi remaneat cũ seysina sua, donec constiterit de placito principali, & secundũ hoc retinebit tenens vel amittet. ¶ 3. Et si justam causam resistendi non habuerit, tunc necesse habebit recognoscere terram petitam esse dotem mulieris, & si mulier inde nominatim dotata fuerit, tenebitur ille qui amisit dotẽ illam deliberare de manu tenentis de cujuscũq; feodo fuerit, & tenens escambiũ ad valentiam habebit. Si autẽ non fuerit nominata tũc teneat tenens in pace, & mulier de terra waranti habebit ad valentiam, sive sit hæres sive alius, & si contentio fiat utrum dos nominata fuerit vel non nominata, fiat inde inquisitio: & secundũ inquisitionem inde factã judicet. ¶ 4. Et sciendũ q raro expectatur ætas in petitione dotis. Et unde si hæres infra ætatẽ existens vocatus fuerit ad warantũ, & p chartarũ ostensionẽ vel alio modo constare possit q ille contra quẽ dos petitur, feoffatus fuerit ab antecessorib' ipsius minoris, sive mulier dotata fuerit nominatim vel non nominatim, statim pcedet judiciũ, non obstante ætate, sicut pcederet versus majorẽ quẽcunq;. Et cùm mulier sic recuperaverit, fiat ei breve de seysina habenda in hac forma de dote nominanda. ¶ 5. H. Dei gratia &c. Scias q cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. peteret versus C. tantũ terræ cum pertinẽtiis in tali villa, ut dotẽ suã nominatã: Idẽ C. venit in eadẽ curia, & vocavit inde ad warantũ D. filiũ & hæredẽ prædicti B. viri ipsi' A. qui est infra ætatẽ, et qui venit et warãtizavit, et nihil ostẽdit quare dotẽ suã habere nõ debuit. Et unde cõsideratũ est in eadẽ curia nostra q prædicta A. recuperaret seysinã suã versus eundẽ B. de prædicta terra cũ ptinentiis, ut de dote sua nominata, et q prædicta C. habeat de terra ipsius D. ad valentiã. Et ideò tibi præcipim' q eidẽ A. de pdicta terra cũ ptinentiis sine dilatione plenariã seysinã habere facias

acias et eidē C. de terra ipsius D. excambiū ad valentiam, p visum legalium hominū & per rationabilem extēsionem sine dilatione assignari facias. Si autem hæres non fuerit infra ætatē sed plenæ ætatis, tunc variatur breve in parte ista. s. Scias quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. peteret in dotem versus C. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, & unde prædictus B. eam nominatim dotavit. Idem C. venit in eadem curia nostra, & vocavit inde ad warantū D. filium, vel fratrem, vel alium hæredem prædicti B. p quem ipse clamat dotem suam, vel sic: D. filium et hæredem, vel fratrem, vel alium hæredem ipsius B. ad warantum ipsius A. de dote sua, qui venit in eadem curia, et eidem C. terram illam warantizavit, & nihil ostendit quare prędicta A. terram illam non haberet ut dotem suam nominatam, et unde consideratum est in eadem curia nostra &c. Per omnia ut supra. Et ita in primo casu remanebit quilibet eorum taliter in seysina, quousq; idem minor ad ætatem pvenerit, & ipse tunc deliberet si possit ipsi tenenti terram suam quam mulier recuperavit, et si illam deliberavit, rehabeat terram suam quam dedit in excambium: sin autem, remaneat quilibet eorum in tali seysina tota vita ipsius mulieris. Si vero de tertia parte (dote nō nominata) seysinā recuperaverit mulier versus minorem cùm vocatus fuerit ad warantum, tenens tenebit in pace terram petitam, et mulier habebit ad valentiam de terra minoris per tale breve. ¶ 6. Rex vicecomī salutem. Scias quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. peteret versus C. tertiam partē tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa ut dotem suam, Idē C. venit in eadem curia nostra coram &c. et vocavit inde ad warantum D. filium et hæredem prædicti B. quondam viri ipsius A. qui est infra ætatem, et qui venit et ei warantizavit, et qui nihil ostendit quare dotem suam inde habere non debuit. Et unde consideratum est in eadē curia nostra coram &c. quòd prædictus C. terram petitam teneat in pace, et ꝙ prædicta A. habeat de terra ipsius D. (nomine dotis) ad valentiā prędictæ tertiæ partis. Et ideò tibi præcipimus quòd (facta prius extensione de prædicta tertia parte) eidem A. de terra ipsius B. in loco cōpetenti, ad valentiam prædictæ tertiæ partis, per visum legalium hominum (et secundum ꝙ prædictū est) sine dilatione habere facias et assignari Teste &c. Et eodē modo variatˀ bře, cùm hæres fuerit plenæ ætatis, quo variatˀ supra de dote nominata. Et additur quandoq; huic brevi clausula ista. Et unde consideratū est in eadē curia nostra quòd prædicta A. habeat de terra ipsiꝰ B. ad valentiam prędictæ tertiæ partis, si terra ipsius D. sufficiat ad valentiā prædictæ tertiæ partis. Sin autem, hoc ꝙ defecerit habeat de terra ipsius C. secundum quantitatem quæ ei defuerit, usq; ad quantitatē illius tertiæ partis quam prædicta A. clamat in dotem versus prædictū C. Et ideo præcipimus tibi quòd prius facta extēsione eidem A. &c. ut supra ad valentiā tertię partis, & eodem modo (quo prędictū est) de terra ipsius D. &c. Et notandū quòd quamvis ipse tenens principalis fuit infra ætatē, non remanebit ꝑpter hoc exactio dotis (ut prædictum est) sive dos nominata fuerit sive non nominata, et sic remanebit quilibet in seysina (secundum quod prædictum est) usquē ad ætatem waranti minoris.

Et

Ad habere facias to have recompense ad valen.

Et cùm ad ætatem pervenerit, tunc deliberet terram quam warantizavit si possit, & rehabeat excambium suum, vel aliter breve de seysina de eodem. ¶ 7. Rex vicecom̄ salutem. Scias quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia peteret versus C. tantū terræ cum pertinentiis in tali villa ut dotem suam unde fuit nominatim dotata, Idem C. venit in eadem curia & vocavit inde ad warantum D. filium et hæredē prædicti B. per chartam ipsius B. patris sui quam protulit. Qui quidem B. cùm præsens esset & infra ætatem constitutus, consideratum fuit quòd eadem A. recuperaret seysinam suam de prædicta terra cum pertinentiis versus prædictū D. ut de dote sua nominata. Et quòd idem C. habeat de terra quę fuit ejusdem B. (quæ est in custodia ipsius A. in tali villa) excambium ad valentiā prædictæ terræ cum ꝑtinentiis usq; ad legitimam ætatem D. et idem D. tūc deliberet prædictā terrā eidem C. in prædicta tali villa, & recipiat prędictū excambium si possit. Sin autem, prędicta A. teneat prædictam terram tota vita sua. Et ideò tibi pręcipimus ꝙ assumptis tecū xii. &c. in ꝑpria ꝑsona tua &c. et ꝑ eorum sacramentum &c. et per visum eorūdem de terra ipsius D. in N. quæ est in custodia ipsius A. excambium ad valentiam prædictæ terræ eidem C. (secundum quod prædictum est) facias assignari, salvo eidem A. blado suo de hoc instanti autumpno de prędicto escambio, similiter et fœno si falcatum fuerit ante susceptionem literarum istarum, et à solo separatū, alioquin remaneat ipsi C. Teste &c. Et notādum quòd quicunq; fuerit ad warantū vocatus, cùm warantizaverit nihil habeat unde faciat excambium, sive in dote nominata sive non nominata, ꝑpter hoc non amittet mulier dotem suam, sed post mortem mulieris revertatur dos ad tenentes, nisi priùs fuerit eis satisfactum de escābio per hæredē. Notandū etiam quòd ubicūquè petitur dos versus minorē mediatè vel immediatè, semper summonend° est custos ꝙ sit et habeat hæredē per tale breve. Sed quid si custos alienaverit, ita ꝙ non sit in seysina et custodia de terra minoris die quo summonitus fuerit, sed ille cui custodiam dimiserit? hoc non nocebit ei, quia minorē vocavit ad warantū, quia cum custode nullam habet actionem, sed cum hærede quicunq; illum tenuerit, et custos semper illum habeat, et hæc vera sunt, sive unus hæres sive plures, vel unus ex pluribus hæredibus fuerit infra ætatem. Forma brevis de summonitione. Rex vicecom̄ salutem. ¶ 8. Expectatur quandóque ætas minoris in dotis petitione in casu speciali, ut supra de exceptionibus. Item ratio quarè mulier dotem nominatam recuperat ad quemcunq; ꝑvenerit talis esse poterit. s. quod ex quo dos certa cōstituta fuerit, mulier statim incipit habere jus et dominiū, & ideò ad quemcunque pervenerit, recuperabit: vir enim dotem dat & constituit, hæres autem tantum dotem assignat. Sed si dos in tertia parte fuerit constitutā, non statim incipit mulier jus habere propter incertitudinem, quia nescit quam tertiam partem habere debeat donec fuerit ei assignata, et non nisi illam quæ ei per sortem acciderit. Et ideò non statim incipit habere jus in ipsa dotis constitutione de tertia parte, sicut in dote nominata. Et ideò in uno casu recuperabit mulier terram petitā, & in alio casu non nisi escambium. Si verò mulier dotem recuperaverit

versus

q. How the form of the writ of summons is wanting.

versus aliquem warantiũ qui warantizavit, & warãtus nihil habeat in comitatu unde warantizare posit sed in alio comitatu, tunc fiat extẽsio terræ q̃m amisit, secundũ quod superius dictum est. Si autem manens sit infra aliquam libertatem & tenens qui amisit queratur quòd escambium non habuerit, tunc fiat tale breve episcopo vel Comiti cujus libertas illa fuerit. ¶ 9. Rex tali episcopo salutẽ. Sciatis quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. (ut supra) & unde prædictus C. queritur quòd idem D. nullum adhuc escambiũ ei inde fecit. Et quia prædictus D. nullum tenementum habet extra libertatem nostrã (ut audivimus) vobis mandamus quòd distringatis prædictum D. quòd sit corã Justitiariis &c. ad faciendum eidem C. escambiũ ad valẽtiam prædictæ tertiæ partis vel ad ostendendũ quare escambiũ facere non debeat Teste &c. Item cùm mulier dotem recuperaverit nominatã in aliquo certo manerio per constitutionẽ dotis sub tali conditione, ut si sufficiat pro tertia parte quòd mulieri remaneat integrè, & si minus ibi fuerit: quòd defectus ei perficiatur alibi in loco competenti, & si plus ibi fuerit, quòd surplusagium reddatur hæredi: secundùm quod inveniri poterit de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis Henrici decimoquarto in comitatu Norff. de Letitia de Eggesend, tunc (facta prius extensione manerii de valore) fiat mulieri seysina per tale breve. ¶ 10. Rex vicecom̃ salutem. Scias quòd A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. per cõsiderationem ejusdẽ curiæ nostræ recuperavit seysinam suam versus C. de toto manerio tali cum pertinentiis ut de dote sua, unde fuit dotata nominatim, ita tamen quòd si maneriũ illud sufficiat ad tertiã partem omniũ terrarũ & tenementorũ quæ prædictus B. quondam vir ipsius A. habuit die quo eandẽ A. desponsavit, tunc maneriũ illud integrè remaneat ipsi A. in dotem (secundùm quod prædictũ est) si autẽ maneriũ illud excedat valorem tertię partis omniũ prędictarũ terrarũ & tenementorũ, tunc illud superplusagiũ quod excedit reddatur eidem C. & si minus tertia parte ibi fuerit, illud quod defuerit p̃ficiatur eidem A. alibi loco competenti de terris & teñtis prædicti C. Et ideo tibi præcipimus q̃ eidem A. de prædicto manerio (secundùm quod prædictũ est) cum p̃tinentiis sine dilatione plenariam seysinam habere facias, & p̃ sacramentũ liberorũ & legaliũ hominum de com̃ tuo extendi facias & appreciari omnes terras, & omnia tenementa quæ fuerunt p̃dicti D. in com̃ tuo, die quo eandem A. desponsavit, in dominicis, villenagiis, & servitiis liberorũ hominum, & in omnibus aliis rebus quicunq; illa teneat. Et si p̃ prædictam extensionem & appreciationem inveneris quod prædictum manerium plus valeat q̃m tertia pars omniũ prædictarũ terrarũ & teñtorũ, tunc superplusagiũ quod excedit valorẽ illius tertiæ partis habere facias & assignari prædicto C. salvo tamẽ eidem A. mesuagio capitali illius manerii. ¶ 11. Et si minus ibi fuerit quam prædicta tertia pars (secundùm rationabilem extensionẽ) tunc quod defuit habere facias eidem A. de hæreditate ipsius C. alibi in loco competenti. Si autem nec plus nec minus, tunc de prædicto manerio cum pertinentiis se teneat contentam T. &c.

¶ 12. Quæritur inter alia an finis factus in cur regis auferre possit dotem nomi-

The same writ to a Lord of a liberty if warrantor has [illegible]

The same writ upon a special agreement about Dower.

A fine no bar of Dower assigned.

nominatam ? ut si vir vel alius de dote nominata fecerit alienationem quocunq; modo, & finis et cyrographum in curia domini regis intervenerit: et verum est quòd non, ut probatur de termino sanctæ Trinitatis anno regni regis H. tertio in comitatu Buck. de Alicia quæ fuit uxor Symon de Stentenham, & quendam hæredem qui dotem incumbraverit (qui etiam deliberare debuit eam si posset) et feoffato per finem illum fecit escambium ad valentiam, et mulier teneat tota vita terram illam et post mortem suam revertatur ad feoffatum et non ad hæredem nisi tantum excambium.

¶ *Exceptiones contra mulierem petentem dotem.* *Cap. 7.*

SI contra mulierem petentem dotem tenens warrantum vocare noluerit, cùm extraneus tenens, vel hæres ipse in possessione extiterit, excipere poterit multis modis contra mulierem quare dotem habere non debeat perẽptoriè, vel quare ad tẽpus differri debet actio et dotis exactio dilatoriè. Dicit enim mulier in intẽsione sua et fundatione intẽsionis, quo jure ꝑtineat ad ipsum actio dotis. Dicitur enim sic: Talis mulier N. unde inprimis erit videndum, quòd non sit error in nomine &c. ut supra. Quia pro cognomine satis sufficit quod dicitur, Talis quæ fuit uxor talis &c. De hoc autẽ quod dicitur (fuit) excipi poterit ꝙ fuit uxor et est uxor talis, et quòd dotem petere non poterit quia vir suus adhuc vivit, quo casu si hoc dedici non possit, cadit mulier a casu: quia constitutio dotis et donatio ꝓpter nuptias morte viri confirmatur. Est enim mors civilis et mors naturalis. Si autem dicatur ꝙ civiliter mortuus sit, eo quòd contulit se religioni, ex adverso responderi poterit quòd vir redire poterit ad seculum, quiâ non assumpsit nisi habitum probationis. Si autem ex parte mulieris dicatur quòd vir assumpsit habitum professionis, suspenditur actio dotis quousq; ꝑ ordinariũ loci, vz. episcopũ, abbatẽ, vel alium de veritate constiterit. Si autem dicatur à muliere ꝙ morte naturali, et ex adverso dicatur quòd vivus sit, videndũ cui incumbat ꝓbatio. Et sciendũ est quòd quandóq; mulieri, quæ dicit quòd mortuus sit, quia qui dicit ꝓbare debet, & quandóq; tenenti qui excipit quòd vivus est, quia excipiendo est quasi actor, et probare debet exceptionem suam sicut mulier actionem suam. Et quòd quandóque mulieri quæ dicit inducta est probatio de morte viri, habetis de termino sancti Michaelis añ regni regis H. nono incipiente decimo in comitatu Essex de Asselina quę fuit uxor Alani filii Jus. Et ubi datus fuit dies mulieri ad ꝓbandũ, & tenens qui excipit de vita non fuit oneratus ꝓbatione. Quandóq; vero inducitur ꝓbatio utriq; tam mulieri petenti quâm tenenti, & dabitur utriq; dies quòd mulier ꝓbet mortem & tenens vitam. Et si mulier petens ad diem sibi datũ sectam sufficientem ꝓduxit quòd vir suus mortuus sit. s. qui interfuerit ubi mortuus fuerit apud talem locũ & sepultus est apud talem ecclesiam. Et secta examinata si in omnibus bene conveniat, tũc primò respondeat tenens mulieri petenti de dote sua, nisi ita sit quòd tenens ꝓ se sectam ꝓducat validiorem quòd vivus, & quo casu præferẽda est illa ꝓbatio quę fuerit magis valida. Et si ꝓbatio mulieris magis

De lote unde nihil hz

gis valida, tunc primò respondeat tenens actioni mulieris. Sed quare non statim recuperat? videtur quòd ideo, quia bene potest esse quòd vir suus mortuus sit, et quod ipsa nihil juris habeat in petitione sua, & ideo tunc necesse habet docere de jure suo. Et quòd ita sit, habetis in secundo rotulo post guerrā de termino sanctæ Trinitatis in comitatū Sussex de Maria de Cromesham. Sed quid si ad diem eis datum unus habuerit ꝓbationem sufficientem & alius nullam, pro eo judicabitur qui ꝓbationem habuerit. Si autem ex neutra parte nisi tātum præsumptio ex semiplena ꝓbatione, tunc recuperabit mulier dotem petitam nisi alia obstiterit exceptio. Sed tamen sub tali conditione, quòd si vir redierit, restituat dotem tenenti sine placito cum fructibus medio tempore perceptis, præstita sufficienti securitate fide jussoria, alioquin remaneat tenens in seysina sua. Et quòd ita sit, videri poteri poterit de termino sancti Hillarii anñ regni regis decimoquinto in com̄ Derbi de Agnete quæ fuit uxor fuit uxor Nicholai. Et ꝙ in hac exceptione dari debeat dies rationabilis ad sectam producēdam si partes primo die sectam non habuerint, ꝓbatur de termino P. anñ regis H. xv. in com̄ Surrey de Ioetta de la Strode.

¶ *1. Exceptio quòd nunquam fuit desponsata tali viro. 2. De exceptione contra matrimonium. 3. Breve de mittendo inquisitionem ad curiam christianitatis. 4. De officio ordinarii. 5. Facta probatione in curia christianitatis & inquisitione, breve per quod summoneatur pars. 6. Breve de seysina facienda mulieri si inquisitio fecerit pro ea. 7. Si summonitus non venerit nec se essoniaverit. 8. Si probatur in curia christianitatis & dum mulier sit in veniendo versus curiam moriatur tenens.* Cap. 8.

ITem dicitur. Talis quæ fuit uxor talis, ad quod poterit tenens excipere ꝙ nunquam fuit uxor ejus, quia nunquā fuit ei despōsata, nec rem habuit cum illa. Item si rem habuit cum illa, non tenuit illam nisi ut concubinam suam. Item si desponsata, non legitimo matrimonio, quia priùs aliam duxerat de jure & istam de facto, vel si nullam priùs habuerit de jure, tamen ista petere dotem non potest, quia celebratum fuit divortiū inter eos propter consanguinitatem, compaternitatem, vel aliam affinitatem. ¶ 2. Item si matrimonium legitimū, mulier tamen tunc tēporis ita tenella fuit quòd virū sustinere nō posset, ita quòd posset dotē deservire. Itē si aliquādo fuit ibi matrimoniū, tamen desiit esse ꝓpter divortiū, et ubi ab initio nullū erat matrimoniū, nulla est dos, et ubi ab initio est matrimoniū, ibi erit dos quādiu steterit matrimoniū, sed facto divortio quacunq; occasione, desinit dos & dotis petitio. Itē si matrimoniū legitimū quantum ad hæredē & hæreditatis successionem, tamen illegitimū erit quoad dotis exactionem, cùm dos constituta fuerit alibi quàm ad ostiū ecclesiæ, ꝓpter verba in intensione mulieris contenta, & unde dotata fuit od ostiū ecclesiæ. Cùm autē talis proponatur exceptio quòd dotē habere non debeat, eo quòd non fuit tali viro (ꝑ quem petit) matrimonialiter despōsata vel legitimo matrimonio copulata, hūjusmodi inquisitio fieri nō potest nec debet in foro seculari, cum sit spiritualē, Et ideo demandet inquisitio facienda ordinario loci, sicut Archiepiscopo, epō, vel aliis privilegiatis, quibus papa hujusmodi concesserit cognitionem, sed rex nūquam scribit nisi

Uxor

Marriage

How to be tried

Note this.

writ to the bishop.

nisi archiepiscopo vel episcopo. Forma brevis talis est. ¶ 3. Rex tali archiepiscopo vel episcopo salutem. Sciatis quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. peteret versus C. tantam terram vel tertiam partem tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa ut dotem suam, unde prædictus B. quondá vir suus eam dotavit ad ostium ecclesiæ: Idē C. venit in eadem curia & objecit ei quòd inde dotem habere non debuit, quia nunquam fuit prædicto B. matrimonialiter desponsata, vel legitimo matrimonio copulata. Et quoniam hujusmodi causæ cognitio ad forū spectat ecclesiasticū, vobis mandamus (quatenùs vocatis coram vobis convocandis) rei veritatem diligenter inquiratis, & inquisitionem quam inde feceritis sciri faciatis Justitiariis nostris apud w. per litteras nostras patentes. T. &c. ¶ 4. Ordinarius verò cùm literas domini Regis acceperit (secundū considerationem Martini) ꝓcedere debet ad inquisitionē faciendam hoc modo. Et unde P. de Rupe tunc Winton episcopus consuluit eundem Martinum in hoc casu. Qui ei rescripsit quòd in quacūque dyoces. ille qui exceptionē opposuerit domicilium habuerit, fiat ei talis denunttiatio per ordinarium, quòd si voluerit veniat contra matrimonium dicturus, secundū quod ei viderit melius expedire, ad diem quā ordinarius ei præfixerit. Et sive tunc venerit sive non, testes quos tunc mulier (quæ voluerit matrimonium ꝓbare) & qui certa ratione recusari non possit, ꝓduxerit, pro se admittantur. Et præstito sacramento, dicta eorum recitentur in publico, & veritate absquè magna juris solennitate (quasi summatim) inquisita, remittatur domino Regi inquisitio vel justitiariis suis, secundum formam mandati, nec audietur quis appellans in hoc casu non magis quàm in inquisitione de bastardia, quia si talis audiretur appellans, protrahi posset negotiū in infinitū. Et sic mulier desperans in suo negotio, recederet de lite sua. Et quia solūmodo ad ꝑsonas & ordinarios in literis domini Regis cōprehensos mandatur inquisitio, non extēditur jurisdictio ad alias ꝑsonas & maximæ extra regnum, quia si episcopus ad appellationem alicujus partis ad dominum papam interpositam subsisteret nec ulteriùs inquireret, ꝑ hoc posset domino regi præjudicium generari, quia sic posset papa in hujusmodi casibus indistinctè et quasi indirectè de Layco feodo judicare ratione matrimonii, quia incidens est et non principale, sed laycum feodū. Sed quoniam dicit ubi nullum matrimoniū, ibi nulla dos, & econverso, ubi matrimonium ibi dos et si ab initio matrimoniū ibi dos durāte matrimonio, & deficiente matrimonio deficiat dotis actio. Ideo de matrimonio videndū de quo sequitur dotis exactio. Et ad hoc sciendū, quòd habet quis legitimam concubinam, et ex ea ꝓlem in concubinatu, et postmodū contrahit cum eodem clamdestinū matrimonium, et post contractū clamdestinū suscitat ab ea ꝓlem. Item postmodū contrahit cum eadem publicè et in facie ecclesiæ et dotat eam ad ostium ecclesiæ: In hoc casu erit ille legitimus qui ex clādestino matrimonio natus fuerit, dū tamē hoc ꝓbetur, et hæreditatem obtinebit. Et ille qui post solennitatem progenitus fuerit (quamvis legitimus) non erit hæres propinquior quoad successionem, sed mulier propter solennitatem & dotis constitutionem

How to be executed

Of marriage & its kinds

turtionem in facie ecclesiæ dotē obtinebit, secundum quod inferiùs dicetur de exceptione, quod non ad ostium ecclesiæ. Item sciendū quòd matrimonium aliud de jure, aliud de facto, & potest quis plures habere uxores de jure, non tamen simul & semel sed successivè: videlicet quamlibet post alteram, & ultima quæ fuerit in possessione viri mortis tempore dotem obtinebit, maximè si fuerit ad ostium ecclesiæ tempore desponsationis dotata, sive plures suscitata fuerit ab omnibus uxoribus vel quibusdā. Itē plures poterit quis habere uxores simul & semel, sed necesse est q unam tantū habeat de jure, & omnes aliæ erūt uxores de facto; & sive unā habuerit sive plures de facto, prima tamē præcipua cū qua legitimè contraxerit ad ostiū ecclesiæ vel alibi (dum tamen sponsalia probentur sive per verba de præsenti sive p verba de futuro, dū tamen carnalis subsecuta fuerit cōmixio, erit uxor legitima quantū ad successionē & cōmodum hæredū & quantū ad dotis exactionem, dū tamen ad ostiū ecclesiæ fuerit dos cōstituta. In clandestino vero matrimonio nunquā dotē consequetur, si non ad ostiū ecclesiæ si cōtra ipsam dotem petentem fuerit conceptum, secūdum quod inferius dicetur plenius in exceptione, Si ad ostiū ecclesiæ. ¶ 5. Probato igitur in curia Christianitatis matrimonio legitimo, cùm p litteras ordinarii constiterit regi vel justitiariis suis matrimonium esse probatum, statim ad instātiam mulieris fiat resummonitio loquelæ ad curiam domini regis, p tale breve: & summoneatur tenens ita. Rex vic. salutē. Summoneas p bonos summonitores C. quòd sit coram justic. nostris apud Westmonasteriū auditurus recordū & judicium suū de loquela quæ fuit in eadem curia nostra, coram justitiariis nostris &c. inter A. petentē & eundem C. tenentē de tanto terræ cum ptinentiis in tali villa, quam prædicta A. in curia nostra corā &c. clamavit in dotē versus eundē C. & inde loquela transmissa fuit ad curiam Christianitatis, eo quòd prædictus C. objecit eidem A. quòd nunquàm fuit B. legitimo matrimonio nec matrimonialiter copulata. Et habeas ibi sūmonitores, & hoc breve Teste &c. Ad quē diem bene poterit C. se essoniare (si voluerit) & si nō venerit nec se essoniaverit, statim capietur terra in manū domini regis p parvum cape, & ipse sūmoneatur quòd sit ibi auditurus judiciū suū. Et sive tunc venerit sive non, recuperabit statim A. dotē suam sine aliqua ulteriori dilatione, quia de cætero nullā poterit tenens opponere exceptionē ulteriorē per quam differatur judicium, quia nihil sequitur nisi judiciū, sive faciat p petente, sive pro tenente, sicut pbatur de termino sancti M. anno regis Henrici decimo quinto incipiente decimosexto in com South, de quadā Aldithia. Si autē p muliere faciat inquisitio, tunc fiat ei seysina p tale breve. ¶ 6. Rex vic. salutē. Scias q A. quæ fuit uxor B. in curia nostra corā justiciariis nostris &c. p judiciū ejusdē curiæ recuperavit seisinam suam versus C. de tanta terra cū ptinētiis in tali villa ut de dote sua. Et ideo tibi præcipimus q eidē A. de prædicta terra cū pertinentiis (nomine dotis) sine dilatione plenariam seysinā habere facias ¶ 7. Si autē vir cui postea nupserit & uxor debeant nominari, tunc sic. Scias q A. de N. & B.

P

P

Writ of Resummons after proof of marriage

parvum cape

Writ of Seisinam habere for the widow

uxor ejus &c. (ut supra) de tanta terra cum ptinētiis in tali villa ut de dote ipsius B. seysinā suā recuperaverint, & ideò tibi præcipimus ꝙ eisdem A. & B. de prædicta terra cum ptinentiis nomine dotis ipsius B. plenariam seysinam habere facias Teste &c. Si autē summonitus ad diem suum non venerit nec se essoniaverit, tunc capiatur terra in manū dñi regis per defaltam, et ipse summoneatur quòd sit inde auditurus judicium suum ad alium diem ꝓ parvū cape &c. ut supra. Et si tenens ad diem non venerit, mulier recuperabit seysinam suam per defaltam, et fiat ei seysina sua per tale breve. Rex vic. salutem. Scias quòd A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. recuperavit seysinam suam de tanta terra cum ptinentiis in N. ut de dote sua versus C. de N. per defaltā ipsius C. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem A. &c. ut supra. Si autem recognita ei fuerit dos sine placito per licentiam, tunc sic. Scias quòd cùm A. in curia nostra &c. peteret versus C. tantam terrā cum pertinentiis in N. ut dotē suam, idem C. venit in eadem curia & recognovit & reconcessit eidem. A. totam prædictam terram cum pertinentiis in dotem ipsius A. & ideò tibi præcipimus &c. ut supra. ¶. 8. Cùm hujusmodi inquisitio ad curiā Christianitatis transmissa fuerit facienda, ꝓbato sufficienter matrimonio, & cùm mulier in veniendo sit cum inquisitione versus curiā, supvenit impedimentum sicut guerra, vel hujusmodi, quòd judiciū non poterit executioni demandari, et antequā ad curiam venerit moritur tenens iu guerra fortè, & post guerrā impetrat mulier super hæredē vel aliū tenentem novum breve, ubi si tunc testatum fuerit quòd sic sponsalia ꝓbavit tempore illius qui obiit & quòd sic impedita fuit per guerram, sine aliqua alia ꝓbatione recuperabit seysinam suam : ut de itinere episcopi de dunelm̄ et Martini de Pateshul in comitatu Eborum anno regis tertio de Muriella quæ fuit uxor Hugonis de Haverton : Per simile videtur, ꝙ si mulier petat aliquē in virum, & sententia lata fuerit ꝓ muliere, & ab ea non sit appellatum, si vir moriatur ante executionem judicii, ipsa sine alia ꝓbatione dotem obtinebit.

¶ 1 Si dicat ubicunq; fuerit desponsata nunquam fuit ei dos constituta vel quod non ad ostiū ecclesiæ. Item ubi conceditur matrimonium & excipitur contra dotē. 2. Item dicere potest quod aliter dotata fuit ut si dicit quod non nominatim, respōderi poterit de tertia parte vel hujusmodi 3. Quòd inquiratur per patriam ubi secta defecerit & alia probatio. *Cap. 9.*

CONcedere verò poterit tenens excipiendo, ꝙ desponsata fuit ad ostium ecclesiæ vel alibi, sed nūquā fuit dos ei constituta. Quo casu, nō erit inquisitio facienda in foro ecclesiastico, sed in curia regis, cū mulier dicat cōtrariū. Itē concedere potest ꝙ desponsata fuit & dos constituta, sed non ad ostium ecclesiæ die quo desponsata fuit : quo casu, eodē modo fiat inquisitio in curia regis, quia non erit magis demandanda judici ecclesiastico, quā inquisitio de bastardia, ubi sic objecta fuerit, vz. utrū quis natus fuerit ante matrimonium vel post. Et quod mulier dotem petere non poterit, nisi dotata fuerit ad ostium ecclesiæ (si hoc ei fuerit objectum in īpetratione dotis)

probatur

Nota per licentiam

pbatur in itinere W. de Ralegh in comitat Buck. de Alicia quæ fuit uxor Baldwyn, quia si mulier in petitione dotis omiserit ista verba (et unde talis vir meus me dotavit ad ostium ecclesiæ) amittet dotē sine alqua recuperatione. Et ad hoc facit ꝙ habetis de termino S. Michaelis anno regis Henrici octavo incipiente nono in comitatu Hertford de Alicia quæ fuit uxor Rogeri de Camera. Item ad hoc facit ꝙ habetis in eodē comitatu Buck. de Isabella quæ fuit uxor Roberti. Itē ad hoc facit de termino S. Michaelis anno regis Henrici nono incipiēte decimo in comitatu Oxoñ de Alicia quæ fuit uxor Jacobi de Cardevile, ubi judiciū redditū fuit quòd mulier dotem petere non potuit, quia nō fuit desponsata ad ostiū ecclesiæ. Et in eisdem cōcordantiis reperitur ꝙ inquisitio de hujusmodi faciēda erit in curia dñi regis, & non in foro ecclesiastico. Et unde inquirēdū est à muliere ubi, & quando, & in qua ecclesia fuit desponsata. Et de inquisitione faciēda fiat tale breve. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi quòd venire facias corā te & corā custodibus placitorū coronæ nostræ in pleno comitat duodecim tam milites quàm alios liberos & legales homines de visneto tali, & p sacramentum eorum diligenter inquiras si A. de N. die quo desponsavit B. uxorem suam apud talē ecclesiam dotavit eam de tanto terræ cum ptinentiis in tali villa solēniter & ad ostium ecclesiæ sicut prædicta B. dicit, vel si illam desponsavit in lecto suo mortali absquè aliqua solennitate, & ibi eā dotavit sicut prædict⁹ talis dicit. Et inquisitionē quā inde feceris scire facias justiciariis nostris literas &c. & p duos &c. Et ita poterit esse matrimoniū legitimum, quoad p hæreditatis successionē, ubicunq; contractū fuerit, dum tamen pbatum: & illegitimū quoad dotis exactionē, nisi fuerit in facie ecclesiæ contractū, & ibi dos constituta cum solennitate, quæ tunc adhiberi potest tam tēpore interdicti quàm alio tempore. Cum autem vir dotem ad ostium ecclesiæ nominaverit (ut prædictum est) certam & nominatā, vel incertam & non nominatam, quæritur an vir postmodū mutare potest modum et constitutionē dotis, dotē augendo vel minuendo? & videtur ꝙ non; quià sicut nominata est ad ostium ecclesiæ vel non nominata, ita peti potest & non aliter, ppter verba: & unde dotata fuit ad ostium ecclesiæ. Quia istæ dictiones (ut prædictum est) semper exprimi debent in petitione dotis, & quia inde oritur exceptio tenenti quòd aliter dotata fuit ad ostium ecclesiæ. Concedere etiā poterit tenens quod mulier fuit desponsata & ad ostium ecclesiæ dos constituta. Sed excipere potest quòd postmodū fuit matrimonium solutum, & divortium celebratum inter ipsam & virum suum ppter consanguinitatem, compaternitatem, & aliam affinitatem, & quamdiu duravit matrimonium duravit dotis exactio, ea deficiente deficit dotis petitio, quod si probatum fuerit, etiam in curia regis amittit dotem. Poterit tamen replicare contra exceptionem illam, quòd si aliquando fuit matrimonium inter eos accusatum, nunquam tamen fuit in vita viri sui solutum, nec divortium celebratum: vel si aliquando fuit contra ipsum judicatum, tamen à sententia illa fuit appellatum, & in causa appellationis fuit pro ea judicatum, ita quòd

Not to be endowed unless endowed & married ad ostium eccles.

A writ of venire facias to enquire thereof.

fuit in possessione viri sui die quo obiit, vel dicere poterit ꝙ vir suus obiit antequā in causa appellationis fuit conclusū. ¶. 2. Poterit etiā tenens dicere sive sit hæres sive sit alius & cōcedere mulierē esse despōsatam & dotatā ad ostium ecclesiæ, sed aliter quàm in intensione sua ꝓponit: ut si dicat quòd dos fuit ei nominatìm cōstituta, & certo loco, excipi poterit à tenēte quòd cōstituta fuit ei per totum, & in tertia parte, quo casu mulier necesse habet ꝓbare intensionē suam, & dictum suum, ꝑ audientes & videntes, qui desponsationi interfuerint, qui præsentes incōtinenti parati sint hoc per sacramētum confirmare: & eorum stabitur ꝓbationi (si examinati cōcordēt) nisi hæres vel alius tenens ꝓbationē habuerit validiorē ad ꝓbandum contrariū. Si autem mulier nullam habuerit probationem pro se, nec sectā sufficientem, nec etiam instrumentum, tunc pro tenente judicabitur, si ꝓbationē habuerit sufficiētem & plenam sive semiplenam, propter præsumptionem: si autem omninò nullā, pro eo judicabitur propter commodum possessionis: vel si mulier habuerit sectam sufficientem, & tenens non nisi simplicem vocem suam, licet paratus sit se ponere super patriam, non audietur, sed mulier recuperabit: ut de termino sancti Hillarii anno regis Henrici nono in comitatu Devon. de Alicia quæ fuit uxor W. de Thornton & Matheo de Thornton. Item cùm ex utraq; parte ꝓducti sunt testes & una pars dicat quòd nesciat utrum ita sit vel non sit, & alia pars dicat præcisè quòd ita sit sicut ille dicit ex cujus parte ꝓducitur, judicabitur ꝓ illa ꝑte quæ scit veritatem: ut de eodē termino sancti H. anno eodē ejusdē regis in comitatu North. de Wilhelmo de Davētre quia semper oportebit mulierē ꝓducere sectam, alioquin vacua erit in omni casu petitio sua. Item si testes ꝓducti nihil ꝓbaverint, vel cognoscant ꝙ desponsationi interfuerunt, vel dicāt ꝙ nihil sciant de dote, vel ejus cōstitutione: tunc non valet ꝙ agitur, quasi deficiēte mulieris ꝓbatione, & tenens quietus recedat, sicut videri poterit in itinere M. de P. anno regis Henrici decimo in com. Eborum de de Emma quæ fuit uxor Raymeri le Franceys. Item si testes qui ꝓducti fuerint ex ꝑte mulieris plenè ꝓbaverint dictū suum, & quòd despōsationi interfuerint, & ꝙ sic dotata fuit sicut ipsa dicit, recuperabit mulier petens, secundū ꝙ inveniri poterit in itinere M. de P. in comitatu Suff. anno Regis Henrici decimo de comitissa de Oxon, & Wilhelmo Blūdo & Cecilia uxore ejus, ubi ex utraq; ꝑte ꝓducta fuit secta. Si autē neutra pars sectam habuerit, nec ꝓbationē, nec saltē præsumptionē, nec instrumentum, & utraq; pars de veritate ponat se super patriā ꝓ defectu sectæ vel alterius ꝓbationis quā ad manum non habuerit, tunc fiat inquisitio de veritate ꝑ tale breve. ¶ 3. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi ꝙ diligenter inquiras qui interfuerunt apud talē ecclesiam ubi A. desponsavit B. uxorē suam, & tam ex ipsis quā ex aliis de ꝓximo visneto talis villæ per quos &c. venire facias coram justitiariis &c. ad talem diem duodecim liberos & legales homines, ad recognoscendū (super sacramentum suum) si prædictus A. die quo ipsam B despōsavit dotavit eam nominatim de tali manerio cum pertinentiis, quod

prædictam

prædicta B. in eadē curia nostra clamat ut dotē suam versus C. & sicut prædicta B. dicit, vel si eam dotavit de tertia parte omnium terrarum & tenementorū unde fuit in seysina die quo eandem B. desponsavit, ut idē E. dicit, quia tam prædictus B. quàm prædictus C. posuerunt se &c. ut supra. Itē variari poterit breve inquisitionis multiplicitèr, secundū varietatē recordorū ita. Si prædictus A. die quo ipsam B. despōsavit dotavit eam de viginti acris terræ cum ptinentiis in N. &c. (ut supra) vel si eam dotavit de tertia parte tantæ terræ cum pertinentiis in N. &c. vel aliter: si eam dotavit de tertia parte totius hæreditatis quam tunc tenuit hæreditariè et in dominico: vel de tertia parte totius quæstus sui quem postmodum ea vivente posset acquirere: vel, si eam dotavit de tanto de terræ vel tāto de hæreditate sua quā habuit die quo prædictam B. desponsavit, ut idem C. dicit, & unde prædicta B. ad ostium ecclesiæ quando desponsata fuit, tenuit se contentam, quia tam prædicta B. quā prædictus C. posuerunt se in inquisitionem illā, & inquisitionem illā venire facias &c. T. &c. & ad hanc inquisitionem inducere poteritis omnia genera constitutionis dotis, cōtra quæ aliquo modo excipi possit. Fit autem quandoq; de constitutione dotis & modo cōstituendi pbatio p instrumenta, quæ quidē si non fuerint recognita, fides eorum multiplicitèr pbari poterit, vel per collationem signorū, vel per testes, vel per patriam, & aliis multis modis, ut supra de fide instrumentorum plenius.

¶. 1. Si de modo constitutionis dotis proferatur instrumentū in re aliena. 2. De cujus assensu fit talis constitutio dotis. 3. Si de consensu patris vel matris vel alterius amici dotata fuit. 4. De exceptione contra mulierē sic dotatā. 5. Inquerendū si dotata fuit per assensum. Cap. 10.

SEd quid si instrumentum dicat ꝙ alius à viro dotaverit uxorem? non valebit talis constitutio, nec dotis petitio, propter verba contenta in intensione, & unde talis vir suus eam dotavit &c. sed hoc verum est si tenementum illud fuerit viri sui, secùs si alienum: ut si quis uxorē suam dotaverit ad ostium ecclesiæ de re patris vel matris vel alterius parentis vel amici, quorum consensus erit requirendus, ut si dicatur: & unde talis vir suus eam dotavit per assensum patris vel matris, vel alterius amici. Et unde incogruè conficitur instrumentum ꝙ pater vel alius dotavit uxorem filii. Sed si quis diligenter vim constitutionis pspexerit, non erit ibi incongruitas, quia ad hoc ꝙ valeat constitutio dotis de re aliena, oportet ꝙ duo conveniant in constitutione, videlicet nominatio et consensus, quia neutrum illorum sufficit sine alio, quia si filius nominat & pater non consentit, non valet sine consensu: Si autem filius non nominat, licet pater consentiat, non valet consensus sine nominatione filii. Conjunctis igitur nomine & consensu fit valida constitutio. Non est igitur instumentū reprobandum cùm uterquè dotat, videlicet filius ex nominatione, & pater ex consensu. Et si donatio patris plenè non sufficiat per se, valeat tamen ad consensum cum nominatione. Sed videndum si consensus fieri possit ante constitutionem dotis, per literas, vel alio modo in absentia cōsentientis, vel si in cōstitutione dicatur

in absentia sua quòd assenserit cùm non consenserit, & si valere debeat p ratihabitionem videtur quòd valeat, facta relatione de consensu ad ostium ecclesiæ. Quòd valere nõ debeat videtur cùm absẽs non sit, si autẽ ad dotẽ bene valet. Si quia nominatio per se nõ valet, nec per se sine consensu, nec alicubi quàm ad ostium ecclesiæ, & personaliter, ita non valet consensus nisi personaliter. ¶ 2. Cùm de cõsẽsu patris, vel matris, vel parentis, vel alterius amici, possit filius dotare uxorẽ: videndũ qualiter fiat hujusmodi dotis cõstitutio, et cujus cõsensus fuerit inquirendus. Et sciendũ, quod cujuslibet de cujus assensu fuerit constituta, & tam. de assensu & voluntate matris, quã patris: ut de termino S. M. anno regis Henrici decimo septimo in comitatu Salop̃ de quadã Emma quæ petiit dotẽ, & eodem modo cujuslibet alterius cujus assensus requiritur. Et si dos taliter constituta non restituatur, consulitur ei per tale breve. ¶ 3. Rex vic. salutẽ. Præcipe A. q̧ justè & sine dilatione reddat B. quæ fuit uxor C. tantum terræ cum pertinentiis in tali villa unde idem C. quondã vir suus & hæres ipsius talis eam dotavit de volũtate prædicti talis patris sui vel matris suæ vel hujusmodi quãdo eam desposavit ad ostiũ ecclesiæ, & unde nihil habet, ut dicit, & unde queritur, q̧ prædictus A. ei deforceat & nisi fecerit, & prædicta B. fecerit te securum &c. ut supra. Sũmonitus autẽ antequam cõparuerit unicum habebit essonium (sicut superius) & de defalta, & aliis fiat, ut supra, donec comparuerit. Cùm autem comparuerit, satis perpendi poterit qualiter mulier ꝓponere debeat intentionem ex præmissis. Et ꝓposita intentione, oportet quòd habeat sectam ad ꝓbandam, vel aliam ꝓbationem ut supra ꝓbatur: & ita fiat probatio hic sicut ibi. Sed si juratores dubiè respondeant in parte, & in parte dicant quòd bene sciũt quòd talis mulier fuit desponsata, sed nesciunt si dotata fuit per assensum necne, non recuperabit, nisi ita sit fortè quòd vir suus seysinã habuerit de eadem terra aliquo tempore in vita sua, quia tunc sufficit mulieri seisina viri quoad dotis exactionẽ, licet assensus parentum non valeat: ut de termino S. Hillarii anno regis Henrici decimotertio in fine rotuli. ¶ 4. Cùm verò contra mulierem excipiatur quòd nunquàm dotata fuit per assensum & voluntatem talis antecessoris, & mulier dicat quòd sic, fiat inquisitio per breve in hac forma. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi q̧ diligentèr inquiras qui interfuerunt ubi A. desponsavit B. & tàm ex illis quã ex aliis legalibus & discretis hominibus de cõm tuo venire facias coram justic. nostris tali die duodecim, ad recognoscẽdum si idem A. die quo eandem B. desponsavit, dotavit eam per assensum & voluntatem talis vel non. De hac materia inveniri poterit in rotulo de termino S. Trinitatis annò regis Henrici quarto in comitatu Suff. de quadam Alexandria.

¶ 1. Quòd competit exceptio heredi ex pluralitate mulierum dotem petentium. 2. Quòd mulieri petenti dotem objectum fuit quod alia mulier ratione ejusdem viri habuit dotem, & quod duabus mulieribus non fuit concedenda. 3. Breve ad hoc. s. duabus mulieribus. 4. Consulti fuerunt justic. qualiter procedendum esset in tali inquisitione facienda. Cap. 11.

¶ Competit

De dote unde nihil habet

COmpetit etiam tenenti hæredi vel non hæredi exceptio ex pluralitate mulierum dotem petentium de morte unius viri, ut si duæ sint petẽtes, excipere potest quòd non debet duabus respondere, non magis (ut videtur) quã si duo unum implacitent de eadem terra, de tota vel de aliqua ejus parte, sive placitum sit super possessione, sive super ꝓprietate. Et unde inprimis videndum, utrum duæ cùm nullam dotem habuerint dotem petierint versus tenentẽ, vel cùm una dotem habuerit & alia nihil, & illa quæ nihil habet dotem petierit versus eum qui habet duas partes, & similiter versus mulierem quæ tertiam partem tenet nomine dotis, quæ postmodùm vocaverit ad warantum hæredem, vel alium de dote sua, ut sciri possit ad quem pertineat exceptio contra mulierem petentem, quia cùm warantus warantizaverit, necesse habet defendere mulierem quæ in possessione fuerit, & sic competit ei exceptio, cùm defensionem susceperis per warantiam. Excipere enim poterit sic nomine proprio, quòd mulier petens dotem habere non debeat hac ratione, quia A. cujus nomine dotem petit, habuit quandam uxorem B. nomine, quæ fuit cum A. viro suo per decem annos, tam in Anglia quàm in Hybernia, & sic in seysina fuit de prædicto A. viro suo quando obiit, & ideo assignata fuit ei dos sicut uxori legitimæ. Ad quod verò mulier petens respondit quòd tenens injustè hoc dicit, quia prædicta B. quæ se fecit uxorem prædicti A. non fuit uxor ejus, & hoc bene patuit, quia ipsa quæ nunc dotem petit aliquando petiit ipsum A. ut virum in curia Christianitatis apud talem locum, coram talibus judicibus, & per judicium in eadem curia dirationavit ipsum A. ut virum suum, præsente ipsa B. Et hoc offert se probare, & tenens econtra dicit (ut prius) quòd prædicta B. semper fuit cum eodem A. sicut uxor sua, & in vita & in morte, sine aliquo clamore vel quæstione mota à muliere quæ nunc petit. Et mulier petens quæsita ubi, & quando desponsata fuit ipsi A. & si probationem habeat de dicto suo probando? & respondit quòd sic, & unde eadem diem habuit ad probandum. Sed quia ad diem illum nullam probationem habuit, nihil recuperavit. Et de hac materia inveniri poterit anno Regis Henrici decimo in banco, de Alicia & Juliana quæ fuit uxor Thomæ de Fughelstone petentem dotem, & cui à tenente objectum fuit quòd dotem habere non debuit, quia quædam Isabella Decursum fuit uxor prædicti Thomæ, & idem Thomas de ea obiit seysitus sicut de uxore sua. Et post mortem dicti Thomæ secundum legem Kanc. plenius habuit dotem suam de toto tenemento quod fuit ipsius Thomæ, & petit judicium si debeat duabus fæminis de uno tenemento, & morte unius viri sui dotem facere. Ad quod respondit ipsa A. quòd ipsa fuit uxor prædicti Thomæ & non ipsa Isabella: Sed revera dicit quod prædicta Isabella fuit cum prædicto Thoma sicut adultera & non sicut uxor legitima. Quibus auditis, consideratum fuit ibi quod Alicia (si vellet) implacitaret ipsam Isabellam, & si posset ostendere quòd

When tenant pleads more wives than one

plea & replication

P

another plea replication & judgment

ipsa Isabella non fuit uxor ipsius Thomæ, tunc recuperaret totã terram quã ipsa Isabella tenuit nomine dotis, & tenens sine die: & sic erit placitum inter duas mulieres petentes in curia Christianitatis, ut ipsa obtineat quæ docuerit se esse uxorem legitimam. Item de eadem materia anno septimo regis Henrici coram Martino in banco de Gunora quæ fuit uxor Johannis filii Hugonis quæ petiit dotem versus Matildam de Berneres tertiam partem tertiæ partis duarum carucatarum terræ cum ptinentiis in Cidermerse ut dotem suam unde prædictus Johannes eam dotavit &c. Et Matilda respondet ꝙ tenet terram illam in dotem de dono prædicti Johannis qui fuit vir suus, & non ipsius Gunoræ, & unde dicit ꝙ Galfridus filius & hæres prædicti Johannis, & qui est in custodia talis p dominum regem, est warantus suus de dote sua, & unde vocat eum ad warantum. Et gunora dicit ꝙ non debet inde warantum habere, quia ipsa Matilda nunquã fuit sponsa prædicti Johannis, per ꝙ idem Galfridus filius & hæres suus deberet esse warantus ipsius Matildæ de dote sua, sed dicit Gunora ꝙ ipsa fuit sponsa sua, & de ea habuerit plem, scilicet quandam Julianam quæ præsens est &c. Et hoc parata est pbare sicut curia consideraverit. Et Matilda econtra dicit ꝙ ipsa fuit sponsa sua & non Gunora, & quod ipsa Matilda fuit cum prædicto Johanne quando obiit, et si eadem Gunora unquam fuit cum eo, hoc fuit in adulterio, quia non fuit ei desponsata, et hoc parata est verificare &c. et ideo sine die & Gunora habeat breve ad episcopum Wintoñ in cujus dioces. fuit desponsata. Forma brevis inferius. ¶ 2. Eadem Gunora petiit versus custodem tertiam ptem duarum partium duarum carucatarum terræ cum pertinentiis in eadem villa ut dotem suam, unde prædictus Johannes quondam vir suus eam dotavit &c. Et Petrus respondit (qui custos fuit) & dicit quod Matilda prædicta habet inde dotem suam plenè per præceptum domini Regis, et petiit judicium si debuit duabus fœminis dotem facere. Et quia eadem Gunora petit dotem suam versus eandem Matildam, remaneat loquela sine die versus Petrum custodem, donec sciatur quid fiat inter Gunoram & Matildam. Item de eadem materia coram Martino in banco, anno Regis Henrici octavi de Agnete quæ fuit uxor Roberti de Hactone, quæ petiit dotem versus Isabellam, quæ fuit uxor Aluredi de Berkings, et Isabella respondit ꝙ non debuit inde dotem habere, sed bene concedit ꝙ aliquando desponsata fuit eidẽ Roberto, sed postea p censuram ecclesiasticam partita fuit ab eo per parentelam, et facta partitione, idem Robertus postea solenniter duxit in uxorẽ prædictam Isabellam sine clamore vel contradictione ipsius Agnetis, et postea fuit cum prædicto Roberto viro suo usque ad mortẽ Roberti viri sui, & quod de ea obiit seysitus, ut de uxore sua, ad quod respondit prædicta Agnes quod nunquam partita fuit de prædicto Roberto. Et si ipsa Isabella ei desponsata fuit, hoc fuit injustè, et Agnetes quæsita ubi moram fecit toto tẽpore Roberti, quo Isabella fuit cũ eo, dicit ꝙ alibi vir suus eam posuerat, et dum vir suus alibi moram fecit: postea mandatũ fuit episcopo totũ factũ ꝙ inde veritatẽ inquireret, et iquisitionẽ mãdaret Justic.

Forma

another plea & replication

P

another plea & replication

P

De dote unde nihil habet

Forma verò brevis de facienda inquisitione talis erit. ¶ 3. Rex tali episcopo salutē. Sciatis quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra &c. peteret dotē suā versus C. de libero tenemēto prædicti B. quondā viri sui in tali villa D. de N. q similiter dotē suā petiit versus eūdē C. sub noīe ejusdē B. objecit eidē A. ꝙ nō debuit inde dotē habere quia nō fuit eidē B. (cujus nomine dotē petiit) legitimo matrimonio copulata. Sed dicebat ꝑdicta D. ꝙ ipsa fuit uxor legitima prædicti B. & eidē B. legitimè desponsata, et quoniā hujusmodi cognitio ad forū spectat ecclesiasticum, vobis mādamus ꝙ convocatis coram vobis convocādis, rei veritatē diligenter inquiratis, et de matrimonio ita diligēter discutiatis, ut sciri possit q̄ illarū sit uxor ipsius B. legitima, et q̄ illarum præferri debeat in dotis exactione. Et inquisitionē quā inde feceritis scire faciatis eisdē Justitiariis nostris, ꝑ literas vestras patentes. Et facta inquisitione, mulieri cōtra quā lata fuit sētētia sup petitione illius dotis ꝑpetuū imponatur silentiū, cùm non sit post talē inquisitionē in foro ecclesiastico locus appellationi. Cùm autem Justitiariis ad inquisitionem episcopi de veritate cōstiterit, resūmoneatur tenens ꝙ sit ad certū diē eidem A. in petitione dotis responsurus. Quia cùm contentio sit inter mulieres q̄ sit uxor legitima, discussio inter eas quæ sit legitima, extunc ꝓcedat actio inter mulierē petentē & tenentem q̄ mulier nihil habuerit, quia tunc primò ꝑsonam habet standi in judicio. Et hoc secundū quosdam, sed secūdū alios, quicunq; exceptionem apposuerit, ipsa q̄ se legitimam ꝓbaverit sine ulteriori dilatione obtinebit. Qualiter eñi ꝓcedendum sit ad hujusmodi inquisitionem faciendam ad considerationem episcopi Wigorum de consilio Martini ex parte Regis tale datum fuit responsum. ¶ 4. Rex tali episcopo salutem. Cùm inter A. petentem & B. tenentē corā Justic nostris de banco contentio dotis verteretur, & post multas altercationes ipsius ex ꝑte ipsius B. eidem A. objiceretur, quòd tali viro (cujus nomine dotē petiit) non fuisset legitimo matrimonio copulata. Et tandem ad episcopum Wigorn (in cujus dioces. dicebatur matrimoniū inter tales fuisse contractum) esset demādata inquisitio facienda. Idem episcopus nos postmodum consuluit qualiter in dicta inquisitione facienda esset ꝓcedendum: Cujus cōsultationi secundū consuetudinē regni Angliæ sic duximus respondendū, ꝙ cùm sic fuerit ei inquisitio demādata, ꝙ convocatis convocādis &c. ut supra, sic ꝓcedat, quòd inprimis denūciare faciat tenenti ꝙ sit ad certū diem certo loco contra matrimoniū dictura si voluerit. Et sive tunc venerit sive non, testes quos mulier (quæ voluerit matrimoniū ꝓbare) ꝓduxerit, admittat ob contumaciā mulieris alterius q̄ non venerit. Et veritate absq; juris magna solennitate quasi sūmatim inquisita, mandatur inquisitio d[n]o Regi, & non obstante aliqua appellatione à ꝑte adversa interposita (si forte ꝑsens fuerit) quia si aliqua ꝑte in hoc casu audiretur appellās, et dilatū esset appellationi, sic nūquā causa finē caperet, et posset negotiū ꝓtrahi in infinitū, nec debet aliqua partiū ꝑ appellationem ad alios judices recurrere, et maximè extra regnum ad papam, vel ad alios ne sic cognoscerent de layco feodo.

¶ 1. *Exceptio*

a writ to the bishop to try the marriage

The king's writ to y[e] bishop of Worcester advising him how to proceed thereon.

¶ 1. Exceptio contra mulierem si aliquando contra mulierem petentem dotem fuerit sententiatum causa matrimonii. 2. Competit exceptio contra mulierem ex taciturnitate. 3. Si duæ mulieres dotem petant non multum refert de prioritate. 4. De duabus mulieribus dotem petentibus ratione unius viri, quæ illarum in possessione fuerit tempore mortis obtinebit. Cap. 12.

Exception, of a sentence agt. the widow in the Ecclesiastical Court.

OBstabit etiam exceptio mulieri dotem petenti, si aliquando illũ, cujus nomine dotẽ petiit, petiit in virũ dum vixit & matrimonium legitimum accusavit, & contra ipsam tunc fuerit sententiatũ, ut si mulier dicat ꝙ dotem petere non possit, eo ꝙ cùm talem in virum peteret in curia Christianitatis coram talibus judicibus & contra ipsum judicatum esset, responderi posset ex adverso quòd talis vir à tali sententia appellavit ad alios judices, & ita quòd prima sententia revocata esset quasi nulla, & per hoc stetit ipsa cum viro suo usque ad mortem, & seysitus fuit de ea sicut de uxore sua. Et hoc probato mulier petens nihil recuperabit, nisi ostendere posset quòd in causa appellationis nihil actum fuerit, vel appellatio non prosecuta, & sententiatum pro appellante, sententia tamen in causa appellationis fuit ab aliis judicibus revocata, & si mulier de hoc in curia Regia probationẽ habuerit, pro ea judicabitur, vel propter difficultatem discussionis transmittatur inquisitio ad curiam Christianitatis. ¶ 2. Poterit etiam exceptio dari mulieri tenenti vel hæredi ex taciturnitate mulieris petentis, ut si mulier cùm præsens fuerit in ecclesia, vel alibi, ubi ignorare non possit, cùm Bannum & tertia denuntiatio fiat ante desponsationem tunc tacuerit, licet re vera desponsata sit, præjudicabitur ei si talem in virum petierit, quia si in virum petendo tenere non possit, multo fortius nec in dote, quasi nullo matrimonio. ¶ 3. Si autem duæ dotem petierint, non multum refert de prioritate impetrationis, sed tamen restat videre quæ illarum actrix dici debeat versus aliam. Et secundum quòd actrix dici poterit illa quæ prius ad judicium provocavit. i. illa quæ prius usa fuerit licet non prius impetraverit, nisi alia forte excipiendo actrix efficiatur, quia sicut ille qui dicit, tenetur probare actionem, ita ille qui excipit exceptionem, sive affirmando sive negando, dum tamen negativa habeat in se affirmativam implicitam, & qui excipit quodammodo actor dicitur. Et de hac materia inveniri poterit de Itinere Abbatis de Rading & M. de P. in com̃ Gloc. anno Regis Henrici quinto de Clementia de Dodewell. Et cùm transmissæ fuerint ad curiam Christianitatis, tenens semper teneat in pace, donec constiterit de illegitimitate illarum, quæ illarum legitima fuerit, & quæ non. Et utraque teneatur ad probationem. Et cum perveniatur ad probationem, una earum, licet re vera legitima sit, tamen deficere potest in probatione, cùm probatio deficere possit licet jus non deficiat, ut si quis primò unam desponsaverit in Francia vel in terra sancta, vel alibi extra regnum, & postea aliam de facto in Anglia, ipsa quæ est in Anglia obtinebit propter defectum alterius quæ probare non poterit. Item si quis in regno uxorem quandam duxerit de jure, & aliam de facto cum qua steterit, & legetima cum in regno fuerit

Note, Banns, & three askings.

rit matrimonium non accusaverit petendo talem in virum, præjudicabitur ei imperpetuum si post mortem viri sui dotem petierit, & ipsa quæ in possessione viri sui mortis tempore fuerit obtinebit. ¶ 4. Sed esto quòd talem in virum petierit cùm illegitima fuerit in possessione. Si mulier petens in vita viri moriatur, illa quæ in possessione fuerit obtinebit. Si autem vir antequàm dirationetur moriatur, per accusationem matrimonii ꝑpetuatur sua actio, quantũ ad dotem obtinendam, maximè cùm pueri sui fuerint legitimi, & obtinuerit in successione hæreditatis. Et eodem modo etiã si matrimoniũ nõ fuerit in vita viri accusatum, quia si pueri sui hæreditatẽ acquisierint, ipsa per hoc dotem obtinebit. Itẽ si cùm matrimoniũ accusaverit, & postmodũ per sentẽtiã obtinuerit, & à sentẽtia per virum fuerit appellatum, & pendente causa appellationis moriatur vir, extinguitur sua actio quantum ad virum petendum, sed si hæredes hæreditatẽ obtinuerint, & ipsa per hoc dotem obtinebit, ut supra. Si autem in causa appellationis, sententia tum sit pro appellante, & ipsa petens à tali sententia appellaverit, vel ad primos, & ipse antequam discussum fuerit in appellatione mulieris moriatur, cadit actio versus virum, sed per hæredes dotẽ obtinebit, vel non ut supra. Si autẽ à sententia appellationis appellaverit, nunquã dotem obtinebit nisi in causa successionis hæredes obtinuerint. Si autem ꝓ muliere judicatum fuerit, nec à viro appellatum, sed cùm illam recipere recusaverit post sententiam, nolens parere sententiæ moriatur, hoc mulieri sufficiat ad dotem obtinendam, si hæredes sui postmodum legitimi censeantur, sed tamen petitio dotis semper remanebit in suspenso, donec constiterit de hæredum legitimitate.

¶ 1. *Item competit exceptio ex eo quod dicitur mulier petit, respondere poterit quod petitio nulla est, quia vir suus die quo eam desponsavit nec postea aliquid juris habuit in terra illa per quod dotare posset.* 2. *Cùm contra mulierem proponatur exceptio de consuetudine civitatis vel burgi, tunc fiat breve ballivis civitatis.* 3. *Si summonitus ad respondendum in placito dotis excipiat quod nihil teneat vel nisi ad terminum vel in villenagium, vocetur warantus.* 4. *Exceptio contra mulierem si petat medietatem de feodo militari & quod non nisi de tertia.* 5. *Exceptio quòd vir suus nunquam fuit inde feoffatus quod inde eam posset dotare.* 6. *Breve ad hoc quod inde nunquam fuit seysitus quod &c.* 7. *Exceptio si tenuit in villenagio; vel hoc fuit jus alterius uxoris, vel nisi ad terminũ annorũ, vel ad vitã, vel hujusmodi.* 8. *Quòd potest cognoscere qd' seysitus fuit ut de feodo sed antequam illam desponsaret, illam dederat, ita &c.* 9. *Ad hoc responsio & replicatio.* 10. *Replicatio uxoris si ex dolo vel negligentia viri seysitus amitteret, ut uxorem defraudaret de dote habenda post mortem.* 11. *Si vir alienaverit terram suam antequam desponsaret.* 12. *Exceptio contra mulierem quod vir suus feloniam fecerit.* 13. *Responsio mulieris.* 14. *Si filius alicujus & heres ante dotis assignationem feloniam fecerit.* 15. *Contra mulierem unde nihil habet.* 16. *De replicatione mulieris.* 17. *Si terra de qua dotem petit commissa fuit ad firmam & ad terminum.* 18. *Si dos quæ petitur in confinio duorum comitatuum de qua facienda fuerit inquisitio.* *Cap.* 13.

Dicitur etiam in brevi, talis petit versus talem tantam terram ut dotem. De hoc hoc quod dicit (petit) habet tenens exceptionem, quòd petere non potest tali ratione, quia vir suus nihil juris habuit in terra illa, quia terra illa fuit jus alterius. s. primæ uxoris suæ, sicut hæreditas vel

Several Exceptions & Replications thereto of the word Tali petit.

vel maritagiũ suum, q quidem si mulier petens dedicere non possit amittet dotem: si autẽ replicaverit in contrarium, hoc p inquisitionem declarabitur. Item quia dotem suam remisit & quietam clamavit, quo pbato cadit actio sua, nisi replicare possit quòd hoc fuit per virum suum, cui in vita sua contradicere non potuit, vel coacta à quocunque per vim aut metum, & hoc per inquisitionem terminari possit. Item quòd villana est et eodẽ modo fiat ut supra, vel q docere possit contrarium, & quòd maritata fuerit libero, & libero thoro, & in libero feodo dotata, & hoc similiter per inquisitionem terminabitur. Item quòd ei satisfactum fuit per quod tenuit se contẽtam, quo pbato cadat à causa sua. Item quia machinata fuit in mortem viri sui, vel quia tale quid fecit ad exhæredationem hæredis versus quẽ petit. Item quòd petere non potest ppter consuetudinẽ civitatum. Item quòd vir suus amisit per juditium, & tenens recuperavit ut jus suum vel ut villenagium suum. Item quia vir suus feloniam fecit pro qua suspensus fuit, vel utlagatus. Item quia terra illa nunquam accidit viro suo in vita sua ita quòd eam dotare non posset. Item quia tenens aliàs recessit quietus versus eam in eodem placito per judicium vel alio modo coram tali Justitiario: quæ quidem si dedicere nõ possit, cadit à causa nisi replicare possit & ad exceptionem respondere. Ad hoc autem q dicit quòd fuit terra primæ uxoris suæ, replicare poterit uxor quòd non uxoris suæ, sed pprium tenementum ex causa successionis vel alia quacunque, q quidem terminari poterit per inquisitionem. Item ad hoc quod dicit quòd satisfactum est ei, tunc refert qualiter, vel per escambium alterius terræ, vel per aliquam summã pecuniæ, vel alio modo. Et si replicaverit quòd nunquã fuit ei de conventione satisfactum, adhuc dotem amittet, et agat de conventione. Item ad hoc quod dicit quòd machinata fuit in mortem viri sui, ad hoc replicare poterit, quòd cùm aliàs de hoc accusata fuerit, petens quieta per judicium recessit de hujusmodi. Item ad hoc quod dicit q ad exhæreditationem hæredis fecit, replicare poterit, quòd hoc fecit ad cõmodum suũ, quod pbari poterit p inquisitionem. Item de hoc quod dicit de consuetudine civitatũ, replicare poterit q alia est consuetudo quàm ipsa proponit, scilicet talis vel talis, et ideo de brevi dotis q dirigi debet ad ballivos civitatis aliquid tangendũ est, & q̃ sit diversa consuetudo civitatum et breve tale est de justitiando deforciantẽ. ¶ 2. Rex vic. Londõ, vel majori alicujus civitatis salutẽ. Præcipimus vobis quòd justicies A. q justè & sine dilatione & secundũ consuetudinẽ civitatis nostræ Londoñ (vel Eborũ) reddat B. q̃ fuit uxor C. rationabilẽ dotẽ suã quæ eam cõtingit de libero tenemẽto q fuit ipsius C. quondã viri sui in Lõdoñ (vel in alia tali civitate, vel in suburbio Lõdoñ) et unde nihil habet ut dicit. Et unde queritur q pdictus A. ei deforciat, ne amplius inde clamorẽ audiamus p defectu justitiæ. Et tunc pcedat loquela in curia civium secundũ eorũ cõsuetudinẽ. Et q in dotis petitione tenẽda sit cõsuetudo, pbatur anno Regis H. ii. corã Martino in bãco, de Isabella de Gravenel q̃ petiit dotẽ versus Thomã de Wederhal quæ dotẽ petiit de morte Walteri viri sui: qui

writ of Dower London acc. to the custom

qui respondit : ꝙ dotē habere non potuit nec debuit, quia ipsa post mortē prædicti Walteri (cujus nomine dotē clamat) cepit alium virum, & consuetudo est in partibus illis ꝙ uxores maritorū defunctorum habeant francū Bancū suum de terris sockmannorū, & teneant nomine dotis ad vitā suam: sed si post mortē virorum suorū nupserint alicui, consuetudo est in com̄ illo ꝙ dotes amittant quas habuerūt nomine primi viri. Ad ꝙ respondit Isabella ꝙ nunquā fuit in seysina illo non magis tēpore primi viri quā secūdi, secundi viri quā primi, & unde petit judiciū si possit amittere illud ꝙ nunquā habuit. Et ad ꝙ respōsum fuit & testatum, ꝙ sive in seysina fuerit sive non, si post mortē viri sui alium capiat ꝙ amittere debet dotem si in seysina fuerit : si autē extra seysinam, debet amittere clameum. Et fiat inquisitio in com̄ si talis sit cōsuetudo vel non. Est enim talis cōsuetudo in civitate Lyncolñ : ꝙ si vir vendiderit hæreditatē suā ꝓ necessitate sua, uxor dotem inde habere non debet, ut de ultimo Itinere M. de P. in com̄ Lync. Si autē invadiaverit vel ad terminum posuerit, dotē habebit, & de omnibus terris & aliis unde vir suus seysitus obiit ut de feodo. Et ita evenit inter Basiliā quæ fuit uxor Henrici filii Wareni petentis, & Basiliā uxorē Michaelis de Mūtpellers. Et ad hoc facit ꝙ habetis eodē Itinere, de Roberto de Arundel & Katharina uxore ejus, & magistrum Robertū de Craveleghe. Item est consuetudo Lyncolniæ quòd nulla mulier post mortē viri sui infra civitatem Lincolñ dotē petere poterit, nisi tantummodo de tenemētis de quibus vir seysitus fuerit ut de feodo die quo obiit. Itē consuet. est in com̄ Eborū, quòd mulier infra annum à die mortis viri sui petere debet dotē suam, alioquin postmodū non audiretur, ut de quadā Helena quæ fuit uxor Wilhelmi de Hastone & Hugonis de Seleby. ¶. 3. Continetur etiam in brevi : talis mulier petit versus talē. Ad ꝙ respondere poterit ille qui vocatus est in judiciū, quòd inde nihil tenet nec unquam aliquid inde tenuit, & poterit veritas per patriam declarari. Item cognoscere poterit quod tenet, sed non nomine ꝓprio sed alieno, ita quòd nihil de terra illa lucrari potest nec perdere : quia non tenet aliam nisi ad terminū annorū, vel nisi ad voluntatem talis, vel in villenagio, quo casu cadit breve, & impetretur super eos quorum nomine fuerit in possessione. Si autē tenuerit ad vitam vel ꝑ legē Angliæ, vel donec ꝓvisum fuerit, vel hujusmodi, quòd liberum habeat tenemētum, non cadit breve, sed vocare debet warantū sicut in aliis casibus ut supra. ¶. 4. Item si petat versus talem tantam terram cum pertinentiis, sicut medietatem tantæ terræ, vel tertiam partem, ut si medietatem, excipere poterit tenens quòd aliter dotata fuerit ad ostium ecclesiæ, scilicet de tertia parte, quia tenementum de quo dotem petit est feodum militare. Ad quod poterit mulier asserere contrarium si voluerit, ut fiat inquisitio de modo constitutionis. Item si petat tertiam partem, excipi poterit ꝙ de minori ꝑte dotata fuit, & tenuit se inde content. & hoc similit. declarandū est per inquisitionē & ꝑ patri. Itē in tali villa, tūc fiat ut supra, si erratū fuerit in noībus villarum. ¶. 5. Item, & unde vir suus eam dotavit de quo eam desponsavit,

vel maritagiũ suum, ꝙ quidem si mulier petens dedicere non possit amittet dotem: si autẽ replicaverit in contrarium, hoc ꝑ inquisitionem declarabitur. Item quia dotem suam remisit & quietam clamavit, quo ꝓbato cadit actio sua, nisi replicare possit quòd hoc fuit per virum suum, cui in vita sua contradicere non potuit, vel coacta à quocunque per vim aut metum, & hoc per inquisitionem terminari possit. Item quòd villana est et eodẽ modo fiat ut supra, vel ꝙ docere possit contrarium, & quòd maritata fuerit libero, & libero thoro, & in libero feodo dotata, & hoc similiter per inquisitionem terminabitur. Item quòd ei satisfactum fuit per quod tenuit se contẽtam, quo ꝓbato cadat à causa sua. Item quia machinata fuit in mortem viri sui, vel quia tale quid fecit ad exhæredationem hæredis versus quẽ petit. Item quòd petere non potest ꝓpter consuetudinẽ civitatum. Item quòd vir suus amisit per juditium, & tenens recuperavit ut jus suum vel ut villenagium suum. Item quia vir suus feloniam fecit pro qua suspensus fuit, vel utlagatus. Item quia terra illa nunquam accidit viro suo in vita sua ita quòd eam dotare non posset. Item quia tenens aliàs recessit quietus versus eam in eodem placito per judicium vel alio modo coram tali Justitiario: quæ quidem si dedicere nõ possit, cadit à causa nisi replicare possit & ad exceptionem respondere. Ad hoc autem ꝙ dicit quòd fuit terra primæ uxoris suæ, replicare poterit uxor quòd non uxoris suæ, sed ꝓprium tenementum ex causa successionis vel alia quacunque, ꝙ quidem terminari poterit per inquisitionem. Item ad hoc quod dicit quòd satisfactum est ei, tunc refert qualiter, vel per escambium alterius terræ, vel per aliquam summã pecuniæ, vel alio modo. Et si replicaverit quòd nunquã fuit ei de conventione satisfactum, adhuc dotem amittet, et agat de conventione. Item ad hoc quod dicit quòd machinata fuit in mortem viri sui, ad hoc replicare poterit, quòd cùm aliàs de hoc accusata fuerit, petens quieta per judicium recessit de hujusmodi. Item ad hoc quod dicit ꝙ ad exhæreditationem hæredis fecit, replicare poterit, quòd hoc fecit ad cõmodum suũ, quod ꝓbari poterit ꝑ inquisitionem. Item de hoc quod dicit de consuetudine civitatũ, replicare poterit ꝙ alia est consuetudo quàm ipsa proponit, scilicet talis vel talis, et ideo de brevi dotis ꝙ dirigi debet ad ballivos civitatis aliquid tangendũ est, & q̃ sit diversa consuetudo civitatum, et breve tale est de justitiando deforciantẽ. ¶ 2. Rex vic. Londõ, vel majori alicujus civitatis salutẽ. Præcipimus vobis quòd justicies A. ꝙ justè & sine dilatione & secundũ consuetudinẽ civitatis nostræ Londoñ (vel Eborũ) reddat B. q̃ fuit uxor C. rationabilẽ dotẽ suã quæ eam cõtingit de libero tenemẽto ꝙ fuit ipsius C. quondã viri sui in Lõdoñ (vel in alia tali civitate, vel in suburbio Lõdoñ) et unde nihil habet ut dicit. Et unde queritur ꝙ ꝑdictus A. ei deforciat, ne amplius inde clamorẽ audiamus ꝓ defectu justitiæ. Et tunc ꝓcedat loquela in curia civium secundũ eorũ cõsuetudinẽ. Et ꝙ in dotis petitione tenẽda sit cõsuetudo, ꝓbatur anno Regis H. ii. corã Martino in bãco, de Isabella de Gravenel q̃ petiit dotẽ versus Thomã de Wederhal quæ dotẽ petiit de morte Walteri viri sui: qui

P

Writ of Dower London accord. to the custom.

qui respondit : ꝙ dotē habere non potuit nec debuit, quia ipsa post mortē prædicti Walteri (cujus nomine dotē clamat) cepit alium virum, & consuetudo est in partibus illis ꝙ uxores maritorū defunctorum habeant francū Bancū suum de terris sockmannorū, & teneant nomine dotis ad vitā suam: sed si post mortē virorum suorū nupserint alicui, consuetudo est in com̄ illo ꝙ dotes amittant quas habuerūt nomine primi viri. Ad ꝙ respondit Isabella ꝙ nunquā fuit in seysina illo non magis tēpore primi viri quā secūdi, secundi viri quā primi, & unde petit judiciū si possit amittere illud ꝙ nunquā habuit. Et ad ꝙ respōsum fuit & testatum, ꝙ sive in seysina fuerit sive non, si post mortē viri sui alium capiat ꝙ amittere debet dotem si in seysina fuerit : si autē extra seysinam, debet amittere clameum. Et fiat inquisitio in com̄ si talis sit cōsuetudo vel non. Est enim talis cōsuetudo in civitate Lyncolū : ꝙ si vir vendiderit hæreditatē suā ꝓ necessitate sua, uxor dotem inde habere non debet, ut de ultimo Itinere M. de P. in com̄ Lync. Si autē invadiaverit vel ad terminum posuerit, dotē habebit, & de omnibus terris & aliis unde vir suus seysitus obiit ut de feodo. Et ita evenit inter Basiliā quæ fuit uxor Henrici filii Wareni petentis, & Basiliā uxorē Michaelis de Mūtpellers. Et ad hoc facit ꝙ habetis eodē Itinere, de Roberto de Arundel & Katharina uxore ejus, & magistrum Robertū de Craveleghe. Item est consuetudo Lyncolniæ quòd nulla mulier post mortē viri sui infra civitatem Lincolū dotē petere poterit, nisi tantummodo de tenemētis de quibus vir seysitus fuerit ut de feodo die quo obiit. Itē cons. est in com̄ Eborū, quòd mulier infra annum à die mortis viri sui petere debet dotē suam, alioquin post modū non audiretur, ut de quadā Helena quæ fuit uxor Wilhelmi de Hastone & Hugonis de Seleby. ¶. 3. Continetur etiam in brevi : talis mulier petit versus talē. Ad ꝙ respondere poterit ille qui vocatus est in judiciū, quòd inde nihil tenet nec unquam aliquid inde tenuit, & poterit veritas per patriam declarari. Item cognoscere poterit quod tenet, sed non nomine ꝓprio sed alieno, ita quòd nihil de terra illa lucrari potest nec perdere : quia non tenet aliam nisi ad terminū annorū, vel nisi ad voluntatem talis, vel in villenagio, quo casu cadit breve, & impetretur super eos quorum nomine fuerit in possessione. Si autē tenuerit ad vitam vel ꝑ legē Angliæ, vel donec ꝓvisum fuerit, vel hujusmodi, quòd liberum habeat tenemētum, non cadit breve, sed vocare debet warantū sicut in aliis casibus ut supra. ¶. 4. Item si petat versus talem tantam terram cum pertinentiis, sicut medietatem tantæ terræ, vel tertiam partem, ut si medietatem, excipere poterit tenens quòd aliter dotata fuerit ad ostium ecclesiæ, scilicet de tertia parte, quia tenementum de quo dotem petit est feodum militare. Ad quod poterit mulier asserere contrarium si voluerit, ut fiat inquisitio de modo constitutionis. Item si petat tertiam partem, excipi poterit ꝙ de minori pte dotata fuit, & tenuit se inde content. & hoc similit declarandū est per inquisitionē & ꝑ patri. Itē in tali villa, tūc fiat ut supra, si erratū fuerit in noībus villarum. ¶. 5. Item, & unde vir suus eam dotavit de quo eam desponsavit, &

The Custom of Francum Bancum

Custom of Lincoln

tenet

unde vir suus eam dotavit

& qui illã inde dotare potuit. Ad quod excipere poterit tenens contra mulierem, ꝙ talis quondam vir suus nunquàm fuit inde seysitus aliquo modo. Item ꝙ nunquam fuit ita seysitus ꝙ eam dotare posset, quia non nisi ad voluntatẽ talis, vel ut de vadio, vel in custodia, vel ad terminum annorum, & sic nomine alieno. Item si nomine ꝓprio, non nisi ad terminum vitæ cuacunq; ratione, ut de libero tenemento, & non in feodo. Item si in feodo, non tamẽ ita in feodo ꝙ eam dotare posset, quia de jure alieno, & ita ꝙ vir suus terram illã versus eum amisit per judicium. Item non nisi ꝑ disseysinam vel intrusionem, & unde vir suus terrã illam amisit per intrusionẽ vel per assisam, & infiniti sunt casus de hujusmodi, de quibus similiter petens dicat cõtrarium, si uterq; se inde posuerit super patriam, fiat inquisitio per hoc breve. ¶. 6. Rex vicecomiti salutẽ. Præcipimus tibi, quòd venire facias coram te, & coram custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno com̃ tuo xii. tam liberos quàm legales homines de visneto tali, per quos rei veritas melius sciri poterit, & ꝑ eorum sacramentum diligenter inquiras, si B. quondã vir A. die quo eandem A. desponsavit, vel unquã postea, fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de tãto terræ cum ꝑtinentiis in tali villa, ita ꝙ prædictam A. inde dotare posset vel non, quia tam ꝑdicta A. quàm C. de N. versus quã prædicta A. petit tertiã ꝑtem in dote, posuerunt se inde in Juratam illam, & inquisitionẽ quam inde feceris &c. ut supra. Et observetur ordo inquisitionum ut supra, secundũ quod fieri debeat, vel cõram Justic. vel in com̃, & multæ possunt esse causæ quare illam inde dotare non potuit, ut si forte nunquam fuit in seysina inde, vel forte fuit seysina, sed illam dedit alicui antequã uxorem suam desponsasset, vel forte non tenuit illam nisi ad vitam suam tantum, vel ad terminum sicut rem alienam, vel in custodia cum aliquo qui fuerit infra ætatẽ, vel sicut maritagium vel hæretatem primæ uxoris suæ, vel in villenagio sicut villanus, in quibus casibus nullus uxorẽ suam dotare poterit in tali seysina constitutus, unde generalis potest fieri cõstitutio secundum formã prædictam. quæ se habet ad omnes istas species, si quis in narratione sua ad aliquam istarum specierum descẽdat. ¶. 7. Sed si quis in narratione sua ad aliquã istarũ specierũ descẽdat, ut si dicat & exprimat causam suam quare talẽ uxorem suam dotare non potuit, ut si tenuit in villenagio, vel ut maritagiũ, vel de hæreditate primæ uxoris suæ, vel in custodia, vel alio modo (secundũ ꝙ prædictum est) tunc in forma inquisitionis fiat mentio de specialitate hoc modo, scilicet. Ad recognoscendũ sup sacramentũ suum si B. quondã vir A. eodẽ die quo eamdẽ A. desponsavit, vel unquã postea, fuit seysitus in dominico suo ut de feodo de tanto terræ cũ ꝑtinentiis in tali villa, ita quòd eam inde dotare potuit, vel si ꝑdictus B. antequã eãdem A. desponsasset dedit terrã illã C. de N. & chartã suam ei inde fecit vel sic: si B. quondã vir A. die quo eandẽ A. desponsavit tenuit ita liberè & in feodo tantam terram &c. ita quòd eandem A. inde dotare posset sicut ipsa dicit, vel si terram illam tenuit in villenagio et ut villanus, sicut C. versus quem prædicta A. clamat tertiã ꝑtem

Writ of Inquiry whether husband was seised so as to endow.

Writs of Inquiry in special cases of the above sort

in dotē, dicit: vel aliter: utrū illā tenuit ut jus suum & in feodo &c. vel si illā tenuit in custodia, vel ut jus primæ uxoris suæ, vel ad terminum annorum, vel ad terminū vitæ suæ tantum: quia tam prædictus B. quàm prædicta A. posuerunt se inde in Juratā illā, & interim terram illam videāt, & unde ita interim se certificent, ꝙ præfatos justiciarios nostros &c. ad pfatum diem plenius inde certificare possint; ¶ si milites Juratores venire debēt corā Rege; Si autē fieri debeant coram vic. & coronatoribus, tunc sic. Et inquisitionē quā inde feceris scire facias Justiciariis nostris tali die p literas vestras sigillatas, sigillo tuo et sigillis pdictorū Juratorū et p duos ex illis p quorū sacramētum, inquisitionē illā feceris. Et infiniti sunt casus qui redigi possunt in inquisitionē istā. ¶ 1. Item contra uxorem petentē excipere poterit, ꝙ si in seysina fuit ut de feodo, tamē terrā illam dederit antequā eam desponsaret, ita ꝙ die quo vir suus eam desponsavit, non fuit in seysina, nec unquā postea, ita ꝙ eam inde dotare posset, quia alius illam tenuit in feodo, vel ad vitā quacunq; ratione, & nunquā deliberata fuit in vita viri. Ad ꝙ respondere poterit mulier replicando, quia licet nunquā seisinam habuerit vir suus postquam eam despōsavit, tamen dotata fuit sub tali conditione ꝙ terra illa assignaretur ei in dotē cùm esset deliberata, & super hoc pcedendū est ad inquisitionem. ¶ 9. Item excipere poterit contra mulierē, quòd si vir suus inde seysinam habuerit ut de feodo, tamē non ita inde ut de feodo, ꝙ eam dotare posset, quia terra illa fuit jus alienum, & illam amisit per judiciū. Ad hoc autē poterit respondere mulier, ꝙ seysitus fuit ut de feodo, ita quod eam dotare potuit, & si illam amisit p judicium, hoc fuit per fraudē ꝙ esse poterit: ut si uxor ad ostium ecclesiæ dotata fuerit nominatim, & vir postmodū dotē nominatā alienaverit aliquo titulo alienationis, et postmodum seysinam sibi resumpserit quocunq; modo, & implacitatus fuerit ratione primæ alienationis, & sic per judicium amiserit: licet postmodū mulieri dotē petenti opponatur quòd vir suus p judicium amisit, hoc non nocebit, quia ante alienationē dotata fuit & incepit jus habere, ꝙ quidē per factū viri sui mutari nō debuit. Et ꝙ mulier amittit dotem ubi vir p judicium amiserit, & de eo cōstiterit, inveniri poterit in itinere M. de P. in com Lync. anno regis. H. x. de Alicia quæ fuit uxor Ric. filii Divæ. ¶ 10. Item replicare poterit mulier ꝙ si p judicium recuperavit, hoc fuit per dolū, vel per negligentiā viri: ut si vir scienter & in odiū uxoris suæ defaltā faceret, et ita amitteret, vel alio quocunq; modo, hoc mulieri non nocebit, si ita esse pbatū fuerit. Et de hac materia habetis de termino S. M. anno Regis H. iii. incipiente, iv. in com Surrey de Margeria de Bellanallie: quia dolus vel negligentia viri non pjudicat mulieri. Et si talis petens versus virū recuperasset, tamē non fuit discussum de jure, utrū vir suus jus haberet vel non, non magis quā si petenti restitueret p concordiā. Item replicare poterit mulier contra tenentē ꝙ non p judicium sed p concordiā, quo casu distinguēdū erit, quia concordia in foro seculari idem est ꝙ transactio. Et est transactio de re dubia & lite incerta, aliquo dato vel pmisso

vel

Exceptions
That husband lost by judgment & reply thereto

vel retento, à lite transactio. Et unde cùm vir mulieris petentis ꝑ amicabilẽ compositionẽ recognoverit rem petitã esse petentis, refert utrum res petita sit propria vel aliena, vz. jus alienum vel jus ꝓprium, vel dubium utrum ꝓprium vel alienum: sed si constare possit, quòd res propria & jus ꝓprium, & forte in fraudẽ vel odium mulieris, ut prædictũ est, vel ꝓpter lucrũ habẽdũ, recognoverit esse jus alienum hoc non obstante mulier dotẽ recuperabit, ad quemcunq; res petita vel recognita pervenerit. Sed refert utrũ hoc fiat ante desponsationẽ vel post. Si autẽ res fuerit aliena & jus alienũ, licet antecessor suus seysitus ut de feodo obierit, quia ꝑ disseysinam vel intrusionem ingressum habuit, tamen non fuit ita seysitus in feodo, quòd uxorẽ dotare posset, & uxor contra ꝓprietarium ageret, dotem non recuperaret, quia alius majus jus habuit quàm vir suus. Et quia si ad judiciũ ꝓcederetur certũ esse posset ꝙ petens per judiciũ recuperaret si judiciũ ꝓcederet. Et hoc verũ est de ꝓprietario: secus autẽ si alteri recognitũ esset qui jus in recognita non haberet. Sed si vir ꝑ concordiã aliquid retinuerit de concordia, & jure alieno, sive vir illud retinuerit vel alienaverit sive non, mulier inde dotẽ habebit, ad quẽcunq; res retenta postmodũ pervenerit, ut videri poterit inter duos fratres, quorum pater moritur seisitus de tota hæreditate, & postnatus se ponat in totã hæreditatẽ, & postea concordati fuerint quòd frater postnatus tenens recognoscat totã hæreditatẽ esse jus fratris antenati petentis, & ipse postmodum scilicet frater antenatus recognoscat & concedat postnato medietatem unam illius terræ, tenendã de eo vel alio: si postnatus postmodum moriatur, uxor dotẽ habebit de illa medietate quæ viro suo recognita fuerit & concessa. Et de alia medietate nihil, quia vir suus nunquam terrã illam habuerit ita in feodo quòd uxorẽ dotare posset, quia seisina sua fuit de jure alieno. Sed quid si frater suus antenatus præmoriatur superstite postnato? uxor sua non recuperabit dotem, nisi de medietate illa quã vir suus retinuit, quia quamvis de jure totius hæreditatis facta esset recognitio, tamen de medietate rei petitæ vir suus nunquàm fuit in seysina nisi tantũ de servitio. Et si à mulieribus petentibus (sicut prædictũ est) petatur ꝙ ostendat warrantũ de dote sua, alium ostendere non possunt nisi hæred. defuncti, qui eis warantizare tenetur dotes suas. Si autẽ postnatus cùm implacitatus esset de toto, recognosceret medietatem esse jus petentis, & remitteret: uxor sua dotẽ non recuperabit, quia recognitio illa ex dolo, vel odio, vel cupiditate non ꝓcessit, sed quasi de jure alieno. Et iste casus similis esse poterit casui inter Wilhel. de Breuse filio Joh. de Breuse fratris antenati, & Reginaldũ de Breuse fratrem postnatũ, versus quem Waldebusa quæ fuit uxor Wilhelmi dotẽ petiit de medietate quæ remansit prædicto Reginaldo fratri postnato ꝑ concordiã factã inter ipsum & Wilhelmũ nepotẽ suum. Item quod dicitur de re dubia, verum est quòd dotem suam recuperabit in hoc dubio ꝓpter incertitudinẽ, quia cùm dubium sit, poterit vir recognoscere & remittere adeo bene jus suum ꝓprium sicut alienum, quod non est in casu supradicto, quia ibi remittitur & recognoscitur certũ, & hæc est causa quare

quare mulier dotē petere poterit de re recognita ꝑ concordiam, quia vir suus adeo bene remittere poterit jus ꝓprium sicut alienum, sed ꝙ ibi dicitur intelligendum est non de re certa sed incerta. ¶ 11. Concedere etiam poterit tenens ꝙ talis vir suus seysitus fuit ut de feodo & jure & in dominico, et ita ꝙ eam dotare posset, sed rem illam de qua dos petitur alienavit vir suus antequā eam desponsavit, ita ꝙ die desponsationis suæ nō fuit vir seysitus quòd eam inde dotare posset, eo quòd illā priùs dederat alicui in feodo sibi & hæredibus suis, vel alicui ad vitam quacunq; ratione, vel in feodo, sicut in liberum maritagiū sub conditione tacita vel expressa, ꝙ res data revertatur ꝓ defectu hæredum, vel sub alia conditione tacita vel expressa, qua existente remaneret, & ea deficiente res data reverteretur. Item quòd res data de qua dotem petit priùs assignata fuit alteri mulieri quæ adhuc vivit, & si mortua fuerit, non fuit in vita viri mulieris petentis deliberata, secūdū ꝙ inveniri poterit in Itinere W. de Ralegh in cō̄m Leyc. circa finē, et expressiùs in Itinere Abbatis de Radinge & M. de P. in cō̄m Hertford Anno Regni Regis Henrici v. incipiente vi. de Ascelma Pickednese. Item ꝙ tempore viri sui non evenit conditio, licet postmodū evenerit. Ad ꝙ mulier replicare poterit ꝙ licet conditio non evenerit tempore viri sui, nec dos deliberata fuerit suo tempore, tamen ipsa fuit dotata sub tali conditione, ꝙ res talis ei assignata esset pro dote sua quandocunq; existeret cōditio, vel quādocūq; dos esset deliberata, et si dicat tenens contrarium, de veritate inquirenda ꝓcedatur ad inquisitionem. Sed hoc intelligendum est ꝙ mulier dotem de terra quā tenet in Gavelkynde & hæres hæreditatis sed de feodo militari, ut de termino S. Michaelis anno Regni Regis Henrici septimo incipiente viii. de quodā Thoma de Nassendene. ¶ 12. Poterit etiam tenens concedere ꝙ vir mulieris seysitus fuit ut de feodo & jure et in dominico, et ita ꝙ eam dotare potuit, et dotavit eam ad ostium ecclesiæ, sed postea feloniam fecit, de qua convictus fuit & suspensus vel utlagatus, vel ꝙ regnum abjuravit, et licet dos rite cōstituta fuit ad ostiū ecclesiæ, tamē peti nō poterit superveniente felonia cōvicta, et licet justa videatur ab initio, tamē eliditur petitio ꝓpter exceptionē feloniæ. Et licet dos ante feloniā ꝑpetratā ritè fuerit cōstituta, tamen ꝓpter feloniam peti non poterit, ꝓpter exceptionem feloniæ: non magis quā seysina alicujus terræ datæ post mortem donatoris, de qua nullā seysinam haberet in vita donatoris, quāvis alia omnia concurrerent q̄ faciunt donationē, scilicet recognitio donationis facta cum solennitate in comitatibus, hūdredis & curiis cum charta et homagio, et omnibus aliis, quia seysina in vita donatoris habita totū operatur. Et eodem modo licet donatio facta sit à felone ante feloniam sine seysina, non valebit donatio, licet postmodū post feloniam seysinam habuerit: dum tamē felonia aliquo modo cōvincatur, secùs si ante feloniam omnia rite acta fuerint, non revocantur, nec post feloniā, ubi felonia non fuerit convicta: ut supra de donationibus de hac materia. ¶ 13. Et ita licet dos ante feloniā ritè fuerit constituta, tamen post feloniam peti non potest à muliere quòd

sit ei assignata non magis quam seysina data (ut supra) nisi in casu speciali, sicut in Kancia, ut supra dictum est pleniùs inter placita coronæ, ad quod poterit mulier replicare, vel quòd vir suus nullam feloniam fecerit, vel si fecit, non fuit ritè et secundum legem terræ utlagatus, & postea hoc probato, fuit per Regem ad omnia restitutus, quia quasi utlagaria nulla, & sic fuit hæreditas sua sibi restituta. Item quòd per voluntatem Regis et non debito modo fuit utlagatus. Item vel quòd nunquam fuit utlagatus vel convictus, per quod hæreditas sua posset esse eschaeta dominorum. Item si convictus, tamen post convictionem de licentia Regis se contulit religioni: sed ista replicatio non sufficit, cùm perfectum sit judicium licet non executum, quia de gratia Regis est quòd hujusmodi convicti habere possunt vitam, ita tamen quod se conferant religioni, vel abjurent regnum, quia in regno remanere non possunt post convictionem, sicut contigit de Johanne de Herlezim de London, qui de gratia Regis se reddidit hospitali. Sed jam videamus, quid juris si filius alicujus et hæres ante dotis assignationem feloniam fecerit, et si mulier propter hoc dotem amittere debet. ¶ 14. Item esto quòd hæres alicujus, et warantus de dote mulieris, post mortem antecessoris ante dotis assignationem feloniam fecerit, quæritur an propter hoc dotem amittere debeat? videtur prima facie quòd sic, quasi ei deficiat warantus de dote sua, & valent (ut videtur) quæ ritè facta sunt ante feloniam, sed ea quæ agenda sunt post feloniam non convalescunt. Sed revera propter hoc dotem non amittit, quia etsi talis desinat esse warantus, ille incipit esse loco hæredis & waranti ad quam hæreditas pervenerit ratione eschaetæ, et quia vir uxoris feloniam non fecit, aliud tamen dicendum est de uxore felonis. Jam videamus quid sit agendum, si cùm mulier dicat se nihil habere, constiterit quòd habeat partem dotis. ¶ 15. Ad hoc autem quod dicit mulier in intentione sua. Et unde nihil habet: si quidem partem dotis habuerit quamvis minimam, si hoc dicere non possit, vel cùm hoc probatum fuerit, cadit breve; nec de residuo quod ei defuerit poterit sibi prospicere, nisi per breve de recto de dote, de quo inferiùs dicetur suo loco. Nihil igitur recipiat de dote sua ante brevis impetrationem, ita quòd breve contineat omnes deforciantes, ubicunque fuerint, in uno comitatu, vel in diversis. Et cùm omnes contineantur, tunc primò recipiat, et si recipiat ante judicium etiam sine judicio, non obstabit ei exceptio quòd aliquid habuerit, quia respondere poterit, quòd satisfactum est ei ante judicium. Et si forte partem dotis reciperit ante impetrationem à quocunque, faciat eum nominari in brevi sicut alios, & convenire sicut alios, & tunc primò dicere poterit (si objecta fuerit exceptio) quòd talis satisfecit, nec erit multum disputandum utrum ante impetrationem vel post. Si autem talem in brevi non nominaverit, et objecta exceptione, dicat quòd exceptio ei nocere non debeat, quià nihil habet in tali villa, licet in alia tali villa, non valebit sua talis replicatio, quia id quod dicitur (unde nihil habet) non debet referri ad villas, sed ad dotem.

Et

Et unde non valet si dicat quòd nihil habet in tali villa, nisi ostendere poterit quòd nihil habeat nomine dotis ubicunque. Et cùm mulier replicando negaverit quòd nihil habuerit, non habebit defensionem per legem, sed veritas inquiratur per patriã de replicatione mulieris ut de Itinere. ¶ 16. Itẽ replicare poterit, quòd si aliquid habuerit, nihil tamen habet nomine dotis sed alio modo, sicut ratione custodiæ & hujusmodi, & si opus fuerit fiat inde inquisitio in comitatu, ubi dicitur aliquid nomine dotis recipisse, sub iis verbis, vz. Si aliquid tenuerit nomine dotis de tenemento quod fuit talis viri sui: & si aliquid habuerit, & modo non habeat, quid inde fecit, & vic. mittat inquisitionem: ut de termino Sanctæ Trinitatis Anno Regis Henrici quarto in comitatu Norff. de Isolda quæ fuit uxor. W. ¶ 17. Si autem terra de qua mulier dotem petit data fuerit ad firmam et ad terminum annorum, cùm mulier tertiam partem nomine dotis recuperaverit, per officium Judicis, retinebit firmarius duas partes ultra terminum suum, quousq; inde perceperit ad valentiam illius tertiæ partis quam amisit, ut de termino Sancti Michaelis anno Regis Henrici xiv. incipiente xv. in com̃ Suffolk et Essex de Emma quæ fuit uxor Rogeri filii Swani. Et ad hoc facit de termino Sancti Michaelis anno ix. incipiente x. in com̃ Northamptõ de Margeria quæ fuit uxor Henry de Northõ. Et in hoc casu semper oportet scire, quantum valeat tertia pars per rationabilem extensionem. Et ita fiat, nisi de tota terra illa nominatim dotata fuerit, quia tunc ipsa recuperabit totam terram illam ut dotem suam nominatam, et ipse firmarius (si charta de termino dedici non poterit) recuperabit ad valentiam terræ petitæ de terra waranti usq; ad terminum suum completum, et hoc per officium Judicis, et usq; ad ætatem waranti si warantus fuerit infra ætatem, vel si plenæ ætatis, donec deliberare possit terram quam mulier recuperavit, ut de Itinere W. de Raleghe in comitatu Bedf. de quadam Emma Bovastra. Et quid si warantus nihil habuerit, tunc expectet firmarius quousq; dos deliberata fuerit. Et quo casu reversura erit dos ad firmarium cùm deliberata fuerit, tenenda usque ad terminum suum, & tunc demùm ad hæredem, & hoc per judicium: licet regulariter verum sit, ꝙ semper reverti debeat ad hæredem, quia warantus de dote, vel ad eum qui est loco waranti qui habet duas partes sicut eschaetam, tamen ad alium quandocunq; reverti debeat, licet warantus non fuerit ꝑ judicium, ut hic ꝓpter defectum waranti, qui escambium facere non potest de termino vel feoffamento et hujusmodi, quia mulier indotata remanere non debet, et de tali reversione non semper fiat mentio in judicio & in rotulatione. Et quòd indotata non remanebit licet warantus nihil habeat unde escambium faciat tenenti suo, sive nominatim dotata fuerit sive non, inveniri poterit in com̃ Lync. de Alicia vidua quæ petiit dotem versus T. de S. Licyo. ¶ 18. Cùm autem de constitutione dotis dubitetur, & terra de qua dos petitur fuerit in cõfinio duorũ com̃, cùm inquisitio inde fieri debeat, assumantur octo milites de uno comitatu, & octo de alio ut ꝑ tales ꝓcedat inquisitio. Et cùm juratores requisiti nihil omni-

a/ Note this.
b/ Note this

Writ of Inquiry

P

P

omninò probent pro muliere, nihil capiet, et idem erit si dubiè, quasi ea nihil probante.

¶ 1. *De seysina facienda mulieri si non sit quod opponi possit quare dotem non habeat.* 2. *Si dos ei recognita fuerit & reddita in curia.* *Cap.* 14.

Cum autem nulla sit exceptio quæ opponi possit mulieri dotem petenti, nec dedici potest aliquo modo quin ita dotata sit sicut ipsa dicit, fiat ei seysina per tale breve. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd cum A. quæ fuit uxor B. in curia nostra coram &c. per ejusdem curiæ nostræ judicium (vel per defaltam talis) recuperavit seysinam suam versus C. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa ut de dote sua. Et ideò tibi præcipimus quòd eidem A. sine dilatione de prædicta terra cum pertinentiis plenariam seysinam habere facias, & similiter ei sine dilatione habere facias tot marcas quæ ei in eadem curia nostra adjudicatæ sunt pro damnis suis, quæ habuit pro injusta detentione quam prædictus C. ei fecit de prædicta terra & dote sua. Vel aliter: & de terris vel catallis prædicti B. fieri facias tot denarios, & illos sine dilatione haberi facias &c. ut supra. Teste &c. Et unde de nova constitutione provisum est quòd mulier damna recuperet cum dote sua versus quemcunque possidentem: Et maximè de terris & tenementis de quibus vir suus moritur seysitus ut de feodo, nisi ita sit quòd deforcians justam causam habeat differendi dotis exactionem, quod esse poterit, si vir forte aliquem in vita sua feoffaverit, & post mortem suam mulier petat dotem suam versus eum qui tenet, non erit mulieri injuriosa dilatio si warantum vocaverit unum vel plures, quousquè perveniatur ad hæredem warantum mulieris de dote sua, quam quidem si warantizaverit, & incontinenti restituerit, & excambium faciet tenenti, cùm sit sine culpa nulla debet refundere damna, nec tenens multo fortiùs. Si autem frivolas dilationes quæsierit, quia fraudulentus est in mora, resarcire debet damna: & eodem modo si cùm antecessor suus seysitus obierit, hæres statim alios feoffaverit p fraudem, uterque tam hæres quàm feoffatus propter fraudem damna refundet, unus propter fraudulentam alienationem, & alius propter fraudulentam detentionem. Et ideo considerandum est qualiter, & quando facta fuit alienatio sive donatio, in vita viri vel post mortem, & utrum ille qui tenetur restituere, in mora fuerit justa causa vel injusta: quia qui sine culpa est, pœnam sentire non debet. Est etiam alia forma brevis de seysina ei facienda ubi in judicio recognita est ei dos sua quæ talis est. ¶ 2. Rex vicecomiti salutem. Scias quòd cùm A. quæ fuit uxor B. in curia nostra, &c. peteret versus C. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut dotem suam, idem C. venit in eadem curia nostra coram eisdem Justiciariis nostris &c. et recognovit & reddidit eidem A. prædictam terram cum pertinentiis ut dotem suam, & ideo tibi præcipimus &c. ut supra. Et sciendum quòd in omni casu tenetur deforcians mulieri ad damna sua de terris

Writ of seisinam habere facias

with a clause of Fieri facias

of Damages

Another writ of Seis: hab: facias

a) Note: this is the first mention in Bracton, of a fieri facias; & this founded upon a Statute.

b) Stat: Merton: c. 1. Quære, if so, does not shew that Bracton wrote very soon after this statute?

ris & tenementis, de quibus vir suus moritur seysitus, si pro dote sua oportet eum placitare, nisi ipse hæres justam causam habeat resistendi, cùm statim & sine placito post mortem viri sui, & ad minus infra xl. dies fuerit ei dos assignanda, quæ die desponsationis fuit ei constituta.

¶ 1. *Qualiter mulier poterit suam dotem amittere cùm fuerit in possessione & ex quibus causis.* 2. *Qualiter dotem amittit mulier.* *Cap. 15.*

CUm verò mulier sic dotem suam obtinuerit, poterit illam amittere multis modis, vel per consuetudinem quæ in diversis locis pro lege observatur, ut si cùm fuerit ei dos assignata, vel in com̃ kanc. ante assignationem nupserit alicui, statim amittit terram quam tenet nomine dotis de Gavelkind. Idem observatur in civitate London de terris & tenementis in civitate, & alibi in pluribus locis. Et de hac materia inveniri poterit de termino S. M. anno Regis H. ii. post guerram in com̃ kanc. Et sive seysinam habuerit sive non, si post mortem viri inventa fuerit habens in utero conceptum ab alio quàm à viro suo, si nupserit, & licet nupta non sit, si vir inveniatur, vel puer, vel uterque, dotem amittet. Eodem modo dotem amittit propter feloniam vel hujusmodi. ¶ 2. Item antequam fuerit assignata amittit dotem per factum & feloniam viri sui ut supra, quia si petat, obstabit ei exceptio, quia deficit ei warantus. Item amittit dotem suam cùm fuerit ei assignata, ut si hæres implacitatus fuerit ab eo qui jus habet de duabus partibus, & mulier de tertia & mulier hæredem vocaverit ad warantum & cùm warantizaverit amiserit totum, per hoc amittit dotem nec habebit escambium, quia ex quo convictum est quòd hæres warantus suus de dote sua jus non habet in duabus partibus, nec illa per consequens in tertia parte. Item amittere poterit dotem per negligentiam, & taciturnitatem, ut si cùm fuerit disseysita injustè, tacuerit per tantum tempus quod excedit teminum disseysinæ, vel cùm fuerit disseysita injustè, tacuerit per longum tempus, & postea sine judicio seysinam suam usurpaverit, & disseysitor per hoc seysinam suam rehabuerit, et ipsa nunquam ad seysinam suam restituitur, sed postea oportet agere de propriètate per breve de recto, quod prædictum est de dote super seysina sua propria.

How a woman may lose her Dower.

¶ 1. *De recto de dote ad terram petendam quæ pertinet ad dotem cùm cessaverit breve de dote.* 2. *De formanda & proponenda intentione mulieris.* 3. *De intentione proposita.* *Cap. 16.*

SI autem aliquid sit quod ad dotem pertineat quod per breve de dote non acquiesiverit, succurritur ei per breve quod vocatur breve de recto de dote, quod clausum esse debet, et dirigi ad warantum mulieris de dote sua, in forma supradicta inter brevia de recto. Et refert utrũ ipsa aliquando in seysina fuerit, & postea disseysita fuerit, ut supra

A writ of Right of Dower

 paulò

This period of time, signified by post guerram, has been mentioned before. & vid. post 314 b

paulò antedictum est, vel si nunquam fuit in seysina. Et placitum istud deberet deduci in curia waranti., donec curia illa probetur defecisse de recto, quo ꝓbato ponetur loquela usque ad comitatū sicut de aliis placitis de recto, & sic inde ad magnam curiam pluribus de causis prænotatis. De absentia vero utriusque si non venerint, vel si se essoniaverint, qualiter procedendum erit perpendi poterit ex præmissis. Cùm vero ambo comparuerint, & mulier nunquam seysinam prius habuerit de terra petita, proponat intentionem suam per hæc verba: Peto versus talem tantam terram cum pertinentiis in tali villa, ut pertinentem ad dotem quæ me contingit de hæreditate B. quondam viri mei. Et unde me dotavit ad ostium ecclesiæ die quo me desponsavit. Et unde idem eodē die fuit seysitus & vestitus, ita quòd me inde dotare potuit. Et si hoc vellet cognoscere &c. ut supra. Et si noluerit, habet sufficientē ꝓbationem, sectam & hujusmodi. Si autem aliquando extiterit in seysina, tunc proponat intentionem suam per hæc verba. Peto versus talem tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa ut dotem meam, & ut ꝑtinentem ad terram quam teneo in eadem villa nomine dotis, vel in alia, & unde B. quondā vir meus die quo me desponsavit, tenuit totā terrā illam in feodo & in dominico suo, & me inde dotavit, & ita ꝙ post mortem prædicti B. quondam viri mei, fui inde in seysina nomine dotis, quousque prædictus talis me injustè & sine judicio disseysivit. Et quòd ita fui inde dotata & seysita habeo sufficientē disrationationem & probationem, videlicet talem sectam & talem. ¶ 3. Proposita sic intentione mulieris poterit tenens warantum vocare si warantum habuerit, secundum quod supradictum est de waranti vocatione, vel si warantum non habuerit excipere poterit contra mulierem, scilicet quòd terram illam ei sponte reddidit, vel si disseysita fuit, postea jus suum remisit & quietum clamavit, vel si disseysita fuit, postea de brevi suo se retraxit. Et unde producat sectam si habuerit, & si opus fuerit ponat se super patriam, & poterit veritas per patriam declarari. Non autem inter eos erit magna assisa vel duellum, nec ꝑ consequens essonium de malo lecti. Et cùm recurrendum ita sit ad patriam, & loquela fuerit in comitatu, videndum si cùm tenens posuerit se in inquisitionem & petens simpliciter, an comitatus habeat potestatem procedendi ad inquisitionem vel Juratam nisi hoc fuerit ei specialiter demandatum? Videtur quòd bene potest, quia cùm dicatur in brevi quòd nisi warantus hoc fecerit quòd vicecomes hoc faciat, videntur omnia esse ei concessa sine quibus loquela illa terminari non possit, & secundum quod in com̄ procedi possit ad duellum in alio brevi de recto, ita poterit in hoc brevi ad inquisitionem, sicut procedi poterit ad Juratas ubi vicecomiti demandatur quòd justiciet. Sed contra cùm in magno brevi de recto contineatur quòd nisi dominus Rex hoc fecerit vic. hoc faciat, tamen ad magnam assisam capiendam non procedit, sed pacem habebit tenens usque ad adventum Justitiariorum, si breve de pace sibi perquisiverit, & si non, in defalta esse poterit, ut supra de hac materia per breve de recto.

¶ 1. De

The Intentio

a Note, in a writ of right, not habeo hunc hominem, but habeo talem sectam, is the conclusion of the intentio.

b Note this doubt.

De amensuratione Dotis

¶. 1. De exceptionibus contra mulierem petentem & de amensuratione dotis. 2. Responderi poterit quod plene habet dotem suam & ideo oportet quod fiat extensio & inquisitio. 3. Breve de admensuratione dotis in diversis comitatibus. 4. De officio vic. & de modo procedendi. 5. Cùm partes præsentes sint, modus per quem proponat querens intentionem suam. Cap. 17.

SI autem warantus vocetur unus vel plures, cùm perventum fuerit ad hæredem warantum de dote, si hæres statim recognoscat rem illam ad dotem mulieris pertinere, mulier seysinam habeat cum damnis vel sine, secundum quod superius dictum est. Si autem exceptiones habeat, per exceptiones si possit se defendat. Poterit enim excipere multis modis; s. q terra illa ad dotē suā nō pertineat, vel si mulier inde in seysina fuit, hoc nō fuit nomine dotis sed alia ratione, vel ꝙ nunquā inde dotata fuit, sed nominatī de alia vel minore quātitate quā ꝑte tertia, et inde tenuit se contentā, et de hoc sectā ꝑducat, et ꝓbationē. Itē sive in seysina fuerit sive nō, & sive terra ꝑtinens esset ad dotē sive nō, ipsa jus suū de terra illa remisit et quietum clamavit. ¶ 2. Item ꝙ terra nō ꝑtineat ad dotē suā quia habet plenè dotē suā, secundū ꝙ ei fuit cōstituta, & plus habet in dotē q̄m ad ipsū ꝑtinet habendū secundū legē et cōsuetudinē regni. Et unde ipse hæres tulit breve ad comitatū de admēsuratione ꝙ tale est. Et ꝙ de facili in comitatu terminari nō poterit, si mulier dotē habuerit in diversis comitatibus, quia licet sciat quantū tenuerit in uno comitatu, et quātū valeat tertia pars, & quantū duæ ꝑtes, tn̄ ꝑ hoc cōstare nō poterit de valore omniū terrarū q̄ sunt in aliis comitatibꝰ, et nisi cōstiterit de valore omniū terrarū, sciri nō poterit utrū plus habuerit vel minus: ideo nō poterit fieri amēsuratio nisi sciatur ꝙ plus habeat q̄m ad ipsum ꝑtinet habēdum. Igitur ubi plures habuerit terras in diversis com, oportet ꝙ ꝓcedat amensuratio in curia dn̄i Regis, et ꝙ omnes terræ extendātur et apprecientur tam duæ ꝑtes quā tertia, et mittātur extensio et appreciatio Justiciariis: secūdū formā supra de extensionibus & appꝛeciationibus faciendis et sic fiat amēsuratio in curia dn̄i Regis. Si autē dotē non habuerit nisi in uno comitatu, vicecomes facere poterit amēsurationē, dū tamē justum et ꝑ hoc breve. ¶ 3. Rex vic. salutē. Questus est nobis A. filius vel filia, frater vel soror, nepos vel neptis, cōsanguineus vel cōsanguinea et hæres B. ꝙ C. q̄ fuit uxor B. plus habet in dotē de libero tenemēto ꝙ fuit ipsius B. quōdā viri sui in tali villa (vel in talibus villis) q̄m habere debet vel ad ipsā ꝑtinet habēdā. Et ideo tibi ꝓcipimus ꝙ justè & sine dilatione amēsurari facias totā dotē illā, ita ꝙ ꝓdicta C. nō habeat plus in dotē de hæreditate ꝓdicti A. q̄m habere debet, & ad ipsū ꝑtinet habendum secundum rationabilem dotem, & quòd prædictus A. habeat de dote illa id quod habere debet & ad ipsum pertinet habendum, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu justitiæ Teste &c. Et notandum quòd amensuratio debet esse tam de indebito, quàm superfluo: ut si per dominum capitalem mulieri assignatum fuerit capitale mesuagium, vel aliquid quod sit caput baroniæ, si aliud sit de quo dotem possit habere rationabilem, auferatur

Touching a warrantor

Exceptions

Writ of Admeasurement

Form of Writ of Admeasurement

feratur ei indebitum, & assignetur ei debitum, quia licet indebitũ assignatum sit & superfluũ, tamen sine judicio ejici non poterit, ab hærede, nec ab alio. ¶ 4. Cùm igitur vic. breve susceperit, sumonere faciat mulierem quod sit sup terram illam de qua fieri debet amensuratio coram vic. & coronatoribus si interesse possunt, & corã aliis liberis & legalibus hominibus quos vic. secum assumere voluerit. Et mulier summonita aut venit aut non venit. Si autem non venerit, non statim procedatur ad amensurationẽ, sed capietur terra in manum dñi Regis de qua fieri debet amensuratio, & ipsa interim summoneatur cum viro suo (si virum habuerit). Et quod terra capi debeat in manum domini Regis, probatur in itinere M. de P. in com̃ Lync. anno decimo Regis H. circa mediũ rotuli. Omnes enim de quorum jure agitur, præsentes esse debent in amensuratione facienda. Et si psẽtes non fuerint, quicquid actum fuerit in eorum absentia revocabitur: nisi forte per malitiam se absentaverint, ut de termino S. T. anno Regis H. secundo post guerram in com̃ Dorf. de Hamone de Halmodoston. Si autem p malitiam se absentaverint, nec venerint, nec se essoniaverint legitimo modo, post secundã summonitionem et terræ captionem in manum dñi Regis, non erit ulterius sustinendum, sed statim procedat vicecomes ad admensurationem faciendam in odium secundæ defaltæ, et facta extentione et appreciatione adjudicet unicuiq; quod habere debebit. ¶ 5. Cùm autem partes psentes fuerint, proponat querens intentionem suam versus mulierem hoc modo, secundum formam brevis A. queritur quòd B. quæ fuit uxor C. plus habet in dotem de tenemento quod fuit ipsius C. patris vel alterius antecessoris (ut supra) ipsius A. cujus hæres ipse est, quàm ad ipsam pertinet habendum. Et unde dicit quòd habet in tali villa medietatem unius carucatæ terræ, de sicut non fuit dotata nisi de tertia parte, vel quòd habet fere totum manerium, ubi non fuit dotata nisi de quadam minima parte. Et de qua tenuit se contentam vel multo plus habet in dotem quàm habere debet, ultra tertiam partem, vel medietatem, vel ultra partem, unde fuit nominatim dotata, & quòd ita fuit dotata sicut querens dicit et non aliter, si mulier negaverit, producere poterit sectam vel instrumentum, vel aliud per quod probare possit intentionem suam, cùm mulier negaverit. Et quo casu, oportebit aliquando de necessitate recurrere ad constitutionem dotis qualiter fuerit constituta, ut probato qualiter fuit constituta, procedatur in amensuratione facienda, nisi mulier exceptiones habeat & responsiones cõtra amẽsurationem quare non sit in amensuratione procedendum. Tollit enim amensurationem aliquando diuturnitas temporis imperpetuum, cùm omnis querela & omnis actio injuriarum limitata sit infra certa tempora. Tollit etiam amensurationem voluntas & consensus hæredis, qui cùm plenæ ætatis esset dotem mulieri assignavit, quia scienti & volenti non fit injuria, & sufficit semel voluisse, & scivit aut scire debuit. Item cùm dominus capitalis vel alius dotem assignaverit, hæres major factus assignationem illam ratam habuerit per consensum, tacitum vel expressum: Dum tamen

hoc

Proceedings thereon

Case & process therein

The Intentio therein

The Effect thereof

a vid ante. fol. 313.

b note. and quære what limitation in such actions

hoc ꝓbari possit. Tacitum, ꝑ dissimulationem ꝑ longum tempus: expressum, si expresse consenserit instrumento vel alio modo. Item si de amensuratione agatur, non erit estimanda melioratio mulieris quam fecit in dote sua post assignationem, tēpus enim assignationis dotis erit spectandū. Item poterit dicere ꝙ hæres injustè hoc dicit ꝙ habet plus quàm habere debeat in dotem, quia nihil plus habet quàm rationabilem dotem suam secundum legem terræ, & non plus quàm ei fuit constituta, licet in meliori quantitate quam in dote rationabili, et hoc ꝓbet ꝑ sectā, vel alio modo si possit: ut de termino S. Michaelis anno regni Regis H. decimotertio incipiente decimoquarto circa medium rotuli. Nota ꝙ habenda est ratio meliorationis in amensuratione facienda. Item dicere possit habita ratione ad meliorationem, ꝙ anno & die quo vir suus obiit, non sufficiebat terra illa quam nunc tenet in dotem plenè ad tertiā partem totius hæreditatis quæ fuit ipsius viri sui, & si postea dotem suam melioravit, non debet venire in æstimationē sua melioratio. Et si hoc ꝓbari possit, remanebit mulieri dos sua secundū ꝙ fuerit ei constituta.

¶ 1. *Quid pertineat ad mulierem facta constitutione dotis & assignatione & de vasto in dote.* 2. *Cùm mulier in dote vastum fecerit & destructionem de prohibendo ne vastum faciat.* 3. *Si non omittat quin vastum faciat, forma brevis quod fiat de attachiando mulierem.* 4. *De modo procedendi in hujusmodi placito cùm post dilationes comparuerit.* 5. *Responsio mulieris contra querelam.* 6. *Fiat visus de vasto & fiat inde inquisitio.* 7. *Item respondere potest ad vastum mulieris.* 8. *Uterquè ponere se posit in inquisitionem.* 9. *Breve de videndo vastum per vic. & patriam & remittat inquisitionem justic.* 10. *Si mulier de vasto convincatur quæ pœna sequatur.* 11. *Breve de apponendo forestario.* 12. *Refert utrum quis vastum fecerit in proprio vel alieno.* 13. *Quid est vastum & quid exilium.* *Cap.* 18.

Facta autem dotis constitutione et assignatione, nihil ꝓprietatis ꝑtinet ad mulierē, nisi tantū seysina et liberum tenementum ad vitam suam, et nihil facere potest ꝙ aliquā habeat ꝓprietatē, nisi quādiu ipsam warantizare potest, quia jus ꝓprietatis remanet cum ipso hærede, quia warantus de sua dote, vel cum alio ad quē jus ꝑvenerit, sicut nomine eschaetæ, et ratione alienationis et vēditionis. Et unde nihil clamare poterit mulier in dotē suam, nisi ꝙ uti & frui possit de rebus dotalibus, sine vasto, destructione, vel exilio. Rationabile verò estoveriū capere possit in boscis ad ædificandū, ardendū, claudendum, dum tamen in dote sua & non extra, ut si vastum, destructionē vel exiliū fecerit ultra rationabile estoveriū, hæres ꝓprietatis, vel alius ꝓprietarius, sine alicujus injuria poterit eum impedire. Nec competit mulieri assisa novæ disseysinæ si queratur ꝙ ꝑ hoc disseysita sit de libero tenēto suo quia tantum conceditur ei rationabile estoverium, quod non extendit ad vastū. Et si forte talis impediri non possit, recurrendum erit ad superiorē. s. ad regē, qui ꝑcipiet vic. ꝙ non ꝑmittet talem mulierem vastum facere. Et si propter hoc non omiserit, tunc attachietur mulier quòd sit coram Rege ad ostendendū quare vastū fecerit. Breve vic. dirigendum quòd non permittat, tale erit. ¶ 2. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd non per-

In case a woman commits waste.

Writ of Non permittat vastum

nota the secta again

permittas quod talis mulier faciat vastum vel venditionem vel exiliū de terris, hominibus, redditibus, domibus, boscis, vel gardinis quæ tenet in dotē de hæreditate talis in tali villa, ad exhæredationē ipsius talis, ne amplius &c. T. &c. Et hoc faciat tempestivè, ne per negligentiam damnum incurrat, quia melius est in tempore occurrere &c. Et si per hoc non omiserit, attachianda erit per tale breve. ¶ 3. Rex vic. salutē. Si talis fecerit te securum de clamore &c. tunc pone per vadiū & salvos plegios talem mulierē &c. quod sit coram nobis vel justiciariis nostris tali die apud talem locum, ostensura quare fecit vastū, venditionem, & exilium, de terris, hominibus, redditibus, boscis, vel gardinis quæ tenet in dotem de hæreditate talis, in tali villa, contra prohibitionē nostram, & habeas ibi nomina pleg. & hoc breve T. &c. Et ita si ad alium diem non venerit, observet ordo attachiamentorū donec venerit, dum tamē unicum habeat essoniū de malo veniēdi post primū attachiamētū si voluerit. ¶ 4. Cùm autē post dilationes cōparuerit querens, proponat intentionem suā hoc modo. Quòd talis queritur ut parens vel amicus talis minoris, quod cùm talis mulier teneat in tali villa tantam terram nomine dotis, tale facit vastū et talē destructionē, quod terrā talē vēdiderit, vel servos: domos prostraverit, tot, & boscū vendidit, gardinū extirpavit in prædicta terra ad exhæredationem talis hæredis ad valentiam tanti, et inde producit sectam &c. ¶ 5. Ad quod poterit mulier multipliciter respōdere sic: Et talis mulier venit & defendit vastum, venditionē & exilium cōtra talē, et sectam suam. Et quod nihil inde vendidit nec aliquid tale fecit ad exhæredationē talis hæredis, & cognoscere poterit quod domus ob vetustatē corruerit, et ipsa ibi construxit meliores, vel si de bosco cepit aliquid, non cepit ibi nisi rationabile estoverium suum ad ardendū, ædificandum, & claudendū in terra illa quam tenet nomine dotis, et nō extra. Et quod nihil amplius cepit, nec alio modo, poterit se ponere super inquisitionem patriæ, licet sunt quidam qui dicunt quod contra sectam quærentis poterit se defendere per legem, et sic evadere pœnā: quod esse non debet, quià cùm damnum ita factū sit in re corporali quod manifestum erit aspectibus oculorum, non poterit per legē defendere quod non sit ita, quia sic esset visus contrarius sacramento Juratorum. Melius igitur est quòd cùm mulier vastum defendat, quod fiat visus de re vastata contra prohibitionē, & qualitate facti, & quantitate. ¶ 6. Et cùm per visum & sacramentum proborū hominū & legaliū de vasto constiterit, emendetur vastum. Sed in omnibus obligationibus, & cōtractibus, & stipulationibus, quæ consensu & animo contrahuntur, sicut in conventionibus, promissionibus, donationibus, venditionibus, & hujusmodi, si tamē secta producatur, & secta examinata fuerit, et tantū præsumptionē inducat, poterit ille de quo queritur contra sectam talis se defēdere per legē, duplicatis ad minus personis juratorū, quia cùm plures sint in defensione, dicta eorū majorē faciunt præsumptionē. Et sic major præsumptio vincit minorem. Si autē querens probationem habuerit, sicut instrumenta & chartas sigillatas, contra hujusmodi probationes non erit defensio per legem. Sed si in instrumento contradicatur, fides instrumenti probabitur per

per patriam & per testes. ¶ 7. Poterit etiam mulier respondere, ꝙ si vastum ibi factum sit, non fuit factum tẽpore suo, sed tẽpore alterius, s. viri sui, custodis, vel hæredis ante assignationem dotis, ꝙ si querens negaverit, veritas inquiratur per patriam. ¶ 8. Cùm igitur necesse sit visum facere de vasto, cùm querens sectam habuerit, et mulier vastum defenderit, et uterq; se posuerit super patriã, ꝓcipietur vic. ꝙ assumptis secum militibus fieri faciat visum de vasto illo per tale breve, et ꝙ xii. milites veniant ad certũ diẽ ad certificandũ de vasto illo. ¶ 9. Rex vicecom̃ salutẽ. Præcipimus tibi ꝙ assumptis tecum tam militibus quàm aliis liberis libere tenentibus, legalibus, & discretis hominibus de visneto tali, in ꝓpria persona tua accedas ad maneriũ tale, quod A. quæ fuit uxor B. tenet in dotem de hæreditate ipsius B. et eisdem hominibus habere facias visum, de domibus, boscis, & gardinis ejusdem manerii, tam interius, quã exterius. Et unde prædictus talis queritur, ꝙ prædicta A. contra consuetudinem regni nostri vastum ibi fecit, destructionem et exilium, s. ꝙ in uno bosco tot quercus ꝓstravit et vendidit, & etiam domos ꝓstravit, et extra terram quam tenet in dotem domum ædificavit, & ꝑtereà quòd villanos manumisit, & terras & redditus vendidit & alienavit, & unde prædicta A. dicit quòd de ꝑdicto bosco nihil cepit nisi rationabile estoveriũ suum, ad ardendũ et claudendum, & tot quercus de quibus talia ædificia et talia reparavit. Et per sacramentum xii. ex ꝑdictis hominibus, qui melius sciant & velint veritatem dicere diligẽter inquiras, ꝙ vastũ & quod exilium ibi factum fuerit, et in quibus rebus, & quid, et quantum captum fuit in bosco illo, et ad quid, et ꝑ quẽ, et utrum ꝑdicta A. vastum ibi fecit postquàm boscus ille devenit in manus suas, vel si alius inde vastum fecit ante tempus suum. Et inquisitionẽ quã inde feceris scire facies justiciariis nostris, etiam tali die evidẽter, distinctè, et apertè, secundum ꝙ per sacramentum ꝑdictorum xii. hominum facta fuerit, per literas tuas sigillatas, et ꝑ quatuor legales & discretos homines, ex illis per quorum sacramẽtum inquisitionẽ illã feceris, et habeas ibi &c. Teste &c. ¶ 10. Si autẽ in bosco aliquo factum fuerit vastum & destructio, et mulier inde ꝑ inquisitionẽ convincatur, talis erit ei pœna infligenda, & in tantũ erit coarctanda, ꝙ de cætero nihil capiat in bosco illo nisi (ꝑ visum forestariorum hæredis) rationabile estoverium suum, et talis servitus illæ imponetur ad pœnã, secũdum ꝙ ꝓbatur in rotulo de termino S. Michaelis anñ regni regis H. tertio incipiente quarto in comitatu Norff. de Thoma de le Enveyse et Matilda uxore ejus, & similiter de termino P. anñ regni Regis H. nono in com̃ Norff. de Margeria de Raylie, ubi de cõsilio curię ꝓpter vastũ appositus fuit forestarius. Et ꝙ forestarius apponi debet ꝓpter vastũ et transgressionẽ mulieris, ꝓbatur in rotulo ꝑdicto, et de forestario apponendo fiat tale breve. ¶ 11. Rex vicecom̃ salutem. Scias ꝙ ꝓpter destructionẽ q̃ facta est in bosco et in terra quam A. de N. tenet in dotẽ in tali villa de hæreditate B. de N. ꝓvisum est in curia nostra corã Justic. nostris, ꝙ idem B. apponat forestarium suum ad prædictum boscum custodiendum, ita quòd prædicta

A.

De vasto

a View

Form of Writ for a View, and to Enquire of the Waste.

Punishment of Waste

Writ to appoint a Forester.

A. nō habeat in eodē bosco nisi rationabile estoveriū suū ad ardendū, ædificandū, et claudendū, tantū sup eandem terrā quam ipsa tenet in dotem de hæreditate ipsius B. in eadem villa, & hoc nullo modo nisi p visum & liberationē forestariorū ipsius B. Si autem in terris, domibus, gardinis vel pasturis incorrigibilis existat, tunc addatur clausula ista: pvisum est etiam in eadem curia nostra q pdictus B. apponat sibi servientē suū ad curam capiēdam, ne eadē A. destructionē faciat in domibus, gardinis, et pasturis, et q non capiat de hominibus ejusdē terræ nisi rationabiles exitus, & servitia, q facere debent et solent. Et ideo tibi pcipim' q non impedias pdictū B. quin possit ibi apponere forestariū suū, et servientē suū, secundū q prædictū est, ne p defectu tui inde clamorē audiamus Teste &c. ¶ 12. Et refert utrū quis vastū faciat in pprio aut alieno; et est ppriū, et magis pprium, et est alienū et magis alienū. Magis ppriū, ut si quis habeat in fundo suo jus possessionis et pprietatis, in quo si vastū faciat nō erit tale vastū alicui injuriosum, licet sibi damnosum, nisi servitus constituatur p modum donationis ne posit. Item est pprium, ut si quis teneat ad vitam suam tantum, ubi tenens habuerit liberū tenemētū tantū, et alius pprietatē, et sic utitur tenens quodāmodo in pprio quoad rationabile estoveriū ppter liberū teñtum, & sic non facit vastū, nec injuriam utendo p mensuram: Sed si mensurā excedat utendo, et capiendo ultra rationabile estoveriū suum, utitur quasi in alieno, et sic erit vastum injuriosū, nisi vastū ita modicū fuerit, ppter q non sit inquisitio facienda, ut de termino S.T. añ regis H. decimoquinto in comitatu Bed. de Petro Peyjure. Et quid debeat adjudicari ad vastū, et quid non, ppter magnitudinē et parvitē, habet qlibet patria suum modū, constitutionē, et cōsuetudinē. Est etiam quasi alienū, ut si quis fundū habuerit in manu sua ratione custodiæ, in qua quidē non habet nec jus pprietatis, nec jus possessionis, nisi tantum nudum dominium cū possessione, si vastū fecerit, facit vastū quasi in alieno. Et ideo si de vasto convincatur, amittit custodiā et restituet dāna, et det domino Regi misericordiam, q non est in muliere si de dote sua fecerit vastum, quia dotem non amittit, sed custos vel curator ei adjungatur, qui impediat ne faciat, et damna debet refundere. Et est magis alienum, ubi quis cùm nihil horū habuerit, vastum fecerit in alieno, sine licentia et voluntate eorū quorum res fuerit. Et tale vastum cum sit ita injuriosum, cùm sit quasi Roberia, vertitur in novam disseysinā, vel in transgressionem, secundū q psumptor dixerit tenementum illud esse suum vel non. ¶ 13. Item de hoc q dicit vastum et exilium, sciendum q non sunt referenda ad eundē intellectū, sed vastum et destructio fere idem sunt, quia cōvertibiliter se habent vastū et destructio, et vastum idem est q destructio, et econverso, & se habent ad omnem destructionem generaliter. Exilium verò dici poterit generaliter, ubi quid sit ad magnam deformitatē curiæ & capitalis mesuagii, ut si quis domos prostraverit et vendiderit, hoc erit ad magnam deformitatem, ut si inhabitatores mansionem habuerint derelictam. Item si arbores et pomaria crescentia in curia, vel circa domos pro-

Waste by other Tenants beside those in Dower

Difference between Vastum, Destructionem & Exilium.

Note waste so small, as not worthy an Inquisition.

prostraverit, & extirpaverit, quod erit ad grave damnum & maximam deformitatem.

¶ 1. *Si custos vastum fecerit in alieno, sicut in terra quam tenuit nomine custodiæ, breve ne faciat.* 2. *Si custos de vasto convincatur quæ pœna sequatur.* *Cap. 19.*

CUm autem custos vastum fecerit in custodia sua quasi in alieno, præcipiatur vicecomiti ꝙ non ꝑmittat talem vastum facere vel exiliũ &c. ꝑ tale breve. Rex vic. salutẽ. Præcipimus tibi quòd non permittas quòd talis vastum faciat, venditionem, vel exiliũ, de terris &c. (ut supra) quæ habet in custodia de hæreditate talis in tali villa ad exhæredationem &c. et sic fiat attachiamentum ut superius. Vel sic: Si talis fecerit te securum &c. pone her vadium &c. D. quòd sit tali die ad respondendũ B. quæ fuit uxor C. matri B. filiæ & hæredi ipsius C. quare fecit vastum &c. ut supra. Et ita observetur ordo attachiamentorum, ut supra, in actione personali. Et notandũ ꝙ ad vastum judicari debet si mulier in dote sua, vel custos in custodia sua, terras, redditus, servos, vel alias res hæreditarias vendiderit, vel alienaverit, vel si servos manumiserit, vel plus æquo talliaverit, ꝑ ꝙ destruantur. Item si domos prostraverit & alibi inde ædificaverit, vel si eas combusserit, & non casu fortuito. Item si boscum vel gardinum, in toto vel in ꝑte extirpaverit. Item quicquid inde captum fuerit, datum, venditum, vel abductum, & alibi ædificatum, & quicquid extra terram asportatum fuerit, sed refert utrum magnum fuerit vel modicum, secundum quod supradictum est. Non autem debet ad vastum judicari ꝙ captum fuerit ad reparationẽ domorum utilem & necessariam, cùm per hoc melioretur hęredis conditio. Et si quid fiat consimile. ¶ 2. Cùm autem custos vastum faciat in custodia sua & inde convincatur (non refert utrum ante prohibitionẽ vel post) talem pœnam incurret. s. inprimis amittet custodiam & in misericordia domini Regis remanebit, et damna restaurabit. Et quòd ita sit, inveniri poterit inter placita quæ sequuntur Regem anno regni sui vicesimo de Johanne de Daco & filia & hærede Johannis de Bray coram I. de Lacy in comitatu Lync. & W. de Ralegh.

¶ 1. *Mortua muliere ad quem revertitur dos.* 2. *Si hæres donationem fecerit in vita mulieris & attornaverit mulierem donatorio.* 3. *De dote data vivente uxore quæ dotem tenuit, & cujus servitium attornatum fuit donatorio & sic non ad hæredem.* *Cap. 20.*

MOrtua muliere seysita de dote sua, statim revertatur dos sua ad hæredem proprietarium, vel ad alium cui fuerit loco hæredis, nisi forte hæres dotem in vita mulieris alienaverit, vel donationem fecerit, vel venditionem de duabus partibus, & postea attornaverit emptori, vel donatorio servitium mulieris, & attornaverit eam quod sit intendens donatorio, vel emptori sicut waranto de dote sua, quo casu si attornaverit se, et servitium suũ, sequunt̃ dos et seisina sua post mortẽ ejus jus et ꝓprietatẽ q̃ sũt in donatorio vel emptore. Item nõ revertit̃ ad hæredẽ (ut supra dictũ est) in

parte:

parte, dos post mortem mulieris ubi mulier dotem nominatam vel non nominatam recuperaverit versus hæredem, qui terram warantizavit versus mulierem, & mulier recuperaverit, & hæres nihil habeat de quo escambiū facere possit ante mortem mulieris. Et ideo per judicium revertetur dos ad donatorium vel ad emptorem, & non ad hæredem, propter jus merum ꝙ ipsi habent. Si autem cùm hæres donationem fecerit de duobus partibus, & servitium mulieris attornaverit, & hæres qui dedit & vendidit se intruserit in terram illam contra chartam & donum & factum ꝓprium, consulitur emptori sive donatorio per tale breve de ingressu. ¶ 2. Rex vicecom̄ salutem, præcipe A. quòd justè & sine dilatione reddat B. tantam terram cum ꝑtinentiis in tali villa, quam clamat esse jus suum ratione doni quod idem A. ei fecit ꝑ chartam suam, ut idē B. dicit, in quam idē A. non habet ingressum nisi ꝑ hoc quòd se intrusit in terrā illam contra chartam & donum suum, post mortem talis mulieris qui terram illam tenuit in dotem de prædicto B. & servitium ei inde fecit tota vita sua, & quod ad prædictum B. reverti debuit post mortem prædictæ mulieris ratione doni ipsius A. ut idē B. dicit, vel aliter si donator obierit & donatorius, & extraneus se intruserit, & hæres donatorii petierit, fiat ei tale breve. ¶ 3. Rex vicecom̄ salutē. Præcipe A. ꝙ justè & sine dilatione reddat B. tantam terram cum ꝑtinentiis in tali villa, quā clamat esse jus suum ratione doni quod C. pater D. fecit E. patri prædicti B. cujus hæres ipse est, & in quam idem A. non habet ingressum nisi ꝑ talem mulierē, quæ se intruserit in terram illam post mortem talis alterius mulieris, q̄ terrā illam tenuit in dotē de E. patre ipsius B. cujus hæres ipse est, & servitium suū ei inde fecit tota vita sua, & quæ ad ꝓdictū B. reverti debet post mortem ꝓdictæ mulieris ratione doni ꝙ prædictus C. ei inde fecit ut idem A. dicit. Et nisi fecerit &c. et sic revertitur dos.

¶ Tractatus septimus

Libri quarti, in quo tractatur De Ingressu.

¶ 1. Ubi locum habet ista actio. 2. Breve si quis dimiserit ad terminum qui præteriit. 3. De modo procedendi in hujusmodi placito. 4. Si respondeat tenens quod non per talem nominatum in brevi sed per alium talem. 5. Breve si Juratores venire debeant coram Justiciariis. Cap. 1.



Ictum est supra de causa possessionis, quæ per assisas et recognitiones terminantur: nunc autem dicendū de causa proprietatis, quæ terminatur per Juratā ex testimonio et probatione eorum, qui probare possunt de visu suo proprio & auditu, s. ubi quis seysinam suā ꝓpriam petierit, vel alicujus antecessoris sui, quam de voluntate sua de aliqua re ad terminum annorum vel ad

ad terminũ vitæ aliis dimisit, & q̃ post terminum p̃teritum ad ipsum reverti debeat, & ubi locum non habeat assisa novæ disseysinæ, quia contra voluntatẽ suam & injustè non est disseysitus, nec etiam assisa mortis antecessoris, quia antecessor suus non obiit seysitus ut de feodo in dominico suo, quia alius inde habuit liberũ tenementũ qui rem illam tenuit ad vitam, quod quidem aliter esset si ad terminũ annorũ, quamvis centum, q̃ vitam hominum excederet. Et non solũ locum habet ista actio versus eum qui rem ita receperit ad terminum, verum etiam contra omnes qui talem habent ingressum, quatenus gradus et tempus p̃miserint. Non enim excedit tertiam gradum, nec tempus quod excedit testimoniũ de visu et auditu. Item non solũ locum habet versus eos qui per tales habent ingressum, sed locum habet versus alios qui ingrediuntur per tales, et qui rem transferre non possunt sine consensu aliorum, licet aliquod jus habet transferendi: ut canonicus sine assensu episcopi et capituli. Item si uxor sine consensu viri, et econverso si vir sine consensu uxoris, si Abbas sine consensu capituli. Item si Celerarius, Clericus, vel alius p̃curator sine consensu Abbatis vel Prioris, vel aliorum quorum cõsensus requiri debet in translatione faciendâ. /Item locũ habet hæc actio versus omnes qui ingressum habent per tales qui transferunt, et qui liberum tenementum non habent nec jus transferendi, nisi quod sunt in nuda possessione et nomine aliorum, et transferunt contra voluntatẽ dominorum, ut custos, vel ballivus, dum aliquis fuerit infra ætatem, vel absens, vel in prisona, vel non sanæ memoriæ, vel alio modo, secundũ quod inferius plenius dicetur. /Et notandũ quòd hæc dictio (terminus) largè se habet, et ad terminum vitæ, & ad terminum annorum qui p̃teriit. Et sciendum quod ille qui ad terminum annorũ dimittit, quamvis longissimum, dum tamen p̃bari possit ingressus ex testimonio visus & auditus, retinet sibi dominium, p̃prietatem, feodũ, et liberum tenemẽtum si hæc omnia priùs habuerit, vel q̃dam eorũ, secundum quod prius habuerit. Nihil enim transfert ad firmarium ad firmam nisi quod uti possit & frui, s. habere usum & p̃cipere fructum. Et unde bene poterit p̃prietarius hæc omnia ad aliũ transferre, q̃ sibi retinuit, sine injuria firmarii, quod si non fecerit, hæc omnia transfert ad hæredes suos. Item notandum quod istæ dictiones (ad terminũ qui p̃teriit) generales sunt, et terminare possunt plures casus speciales, et in narratione facti suppleri poterit quod minus dictũ est in brevi, & cùm generale sit, priùs dicatur de eo. Forma brevis talis est. ¶ 2. Rex vicecomiti salutẽ. Præcipe A. quod justè & sine dilatione reddat B. tantũ terræ cum p̃tinentiis in tali villa, quod idem B. ei dimisit ad terminũ qui p̃teriit (ut dicit) et nisi fecerit et B. fecerit te securũ de clamore suo p̃sequendo tunc summoneas p bonos summonitores p̃fatum A. quod sit corã justiciariis nostris &c. ad primã assisã cùm in p̃tes illas venerint, ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve Teste &c. ¶ 3. Qualiter autem tenens summoniri debeat, et si non venerit ad summonitionem, qualiter de falta puniri debeat, infra dicit̃ plenius in actionibus realibus. Poterit autem se essoniare si voluerit de malo veniendi,

et

Marginal manuscript notes: a; P; The sense of Terminus; P; b; P; Form of writ of Entry. ad terminum qui preterit

a/ Note the limit of a writ of Entry.
b/ Note, an estate for life called a Term, as well as, one for Years.

& non de malo lecti, quia nunquã locum habebit essoniũ de malo lecti, nisi breve de ingressu per narrationẽ vertatur in breve de recto, ꝓpter lõgissimũ ingressum, qui ꝓbari non poterit per visum ꝓprium alicujus & auditũ sed alienum, & ubi agi oportet de necessitate de mero jure ꝑ magnam assisam vel per duellum. Et cùm breve de ingressu incipiat esse alterius naturæ quã primò fuit. s. breve de recto, merito debet habere omnia quæ breve habet cujus naturam sequitur in narratione, & vice versa, si contingat ꝙ per narrationem vertatur breve de recto in breve de ingressu, desinit habere naturam brevis de recto, & sic amittet essonium de malo lecti ratione præmissa. Sed si cùm breve de recto per narrationẽ incipiat esse breve de ingressu, & petens narrationem suam ꝓposuerit & fundaverit, & paratus sit ꝓbare eam ꝑ patriam, tamen in voluntate tenentis est utrum ponere se voluerit in Juratã de ingressu tali vel non, cùm tria habeat remedia. s. defendendi se ꝑ duellum, vel ponendi se in magnam assisam de jure, vel in Juratã de ingressu. Sed cùm in voluntate tenentis sit eligendi quã istarum viarum voluerit, nõ priùs fiet breve de recto breve de ingressu, quã tenens elegerit defendere se ꝑ Juratã cõtra ingressum: ut si Abbas, prior, vel alius petierit versus aliquẽ ꝑ breve de recto aliquam terrã ut jus ecclesiæ suæ, vel alius ut jus suũ ꝑ verba de recto & ut de jure mero, & adjiciat in fine clausulam istam; Et in quam non habet ingressum nisi ꝑ talem prædecessorem vel antecessorem suum qui terrã illam ei dimisit ad certũ terminum &c. vel si aliquis dicat. Et in quam non habet ingressum nisi ꝑ talem quæ fuit uxor talis, quæ terram illã tenuit in dotem de dono talis, cujus hæres ipse petens est, & quamvis tempus brevis de ingressu hoc permiserit, non tamen ꝓpter hoc vertitur breve de recto ad breve de ingressu sed in suo statu durabit ꝑ omnia, nisi tenens gratis se posuerit in Juratã de ingressu. Veritur quandoq; econverso, ꝑ narrationẽ breve de ingressu ad breve de recto, de necessitate & non de voluntate: quandoq; ꝓpter longissimum ingressum, quandòq; ꝓpter donũ & feoffamẽtum. Propter longissimum ingressum, qui ꝓbari non possit de alicujus visu ꝓprio vel auditu, sed alieno, sicut de visu patris & auditu qui injũxit filio: quo casu ꝓpter necessitatẽ, & alterius ꝓbationis defectũ, oportet ꝙ tenens se ponat in magnam assisam, vel defendat ꝑ duellũ. Ut si ingressus longinquus sit de tempore H. regis avi vel infra usq; ad tẽpus assisæ mortis antecessoris, ut si dicatur. Et unde A. non habet ingressũ nisi ꝑ B. qui non nisi custodiam inde habuit cum C. cujus hæreditas terra illa fuit, & quæ fuit jus ꝑdictæ C. matris B. uxoris ejus qui petit, & ꝑ quã ꝑdictus talis & uxor ejus qui petunt clamant terrã illã & postea sic. Et unde ꝑdicta talis avia fuit seysita in dominico suo ut de feodo & jure tẽpore talis Regis capiendo inde expletia &c. et de tali descendit jus &c. sicut ꝑ breve de recto. Et quo casu oportet ꝙ tenens se ponat in magnam assisam vel defendat se ꝑ duellum in defectu alterius ꝓbationis, nisi sit qui dicat ꝙ breve cadere debeat ꝓpter tẽpus et longissimum ingressum. Si autẽ in tempus permiserit, tenens habebit electionem ponendi se in juratam de ingressu, quousquè se posuerit in

magnam

magnam assisam vel se defenderit p duellum. Ponere autem se poterit in juratam per hæc verba. Defendere enim poterit talem ingressum, & q nullum habet ingressum per talem, quia antequàm talis aliquid inde haberet, fuit ipse tenens seysitus p alium talem, & ita q per prædictam aviam nullum ingressum habuit, sicut ipse petens dicit, & pvenire poterit ad inquisitionem si tempus permiserit de ingressu, p hæc verba, scilicet si pdictus talis tenens aliud jus, vel alium ingressum habuit in prædictam terram, quàm p ipsum talem, &c. qui terram illam dimisit B. uxori de hereditate A. &c. vel qui terrã illam ei dimisit de hæreditate talis uxoris suæ, vel alio quocunq modo, &c. Item q breve de ingressu vertitur ad breve de recto, ubi contra ingressum de termino, opponitur feoffamentum sicut pter tempus longissimum, videri poterit in itinere W. de Ralegh in comitat North. de Pet de Galdington, q petiit terrã versus W. de Breton p breve de ingressu, & ubi W. defendit talem ingressum, & dixit q habuit ingressum per antecessorem illum de cujus seysina idem Petrus petiit terram illam, qui de terra illa feoffavit eum tenẽdum p homagio & servitio suo, & q tale fuit jus suum per feoffamentum, & non p talem ingressum, posuit se in magnam assisam, & pcessit assisa, quia clamavit tenere per feoffamtũ per hęc verba, scilicet, utrum ipse majus jus habeat in terra illa, ut in illa quam talis antecessor prędicti Petri ei dedit p homagio & servitio suo, an idem Petrus tenendi eam in dominico. Ad idem facit de termino P. año Regis H. decimo quarto in com̃ Wiltoñ de Radulph. de Moigne, quia tenens locutus fuit de feoffam̃to antecessorum petentis de tempore L. annorum, ubi excedit tempus assisa mortis antecessoris, statim desinit esse breve de ingressu, propter longissimum temporis ingressum nisi ex necessitate, ut infra. Item de hac materia inveniri poterit in rotulo de termino sanctæ T. anno Regis Henrici quarto in com̃ Eborum de Petro de malo lacu, & Isabella uxore ejus petentibus, & de priore de .S. Oswaldo tenente. Si autem tenens omninò non venerit nec p se, nec p attornatum suum, tunc capiatur terra in manum Dom̃ Regis p magnum Cape, q tale est, ut infra de actionibus realibus, & ibi breve. Et si ulterius aliam fecerit defaltam, tunc pcedatur cõtra ipsum postquam comparuerit p parvum Cape, & tunc fiat ut ibi. In fine autẽ cùm tenens comparuerit, vel excipere poterit contra bre, vel contra psonam petentis, vel alio modo multis de causis & multis rationibus, ut infra de exceptionibus pleniùs, cùm petens intentionem suam ppofuerit, fundaverit, & pbaverit, secundũ quosdam. Non enim sufficiat dicere q tenens talem habuit ingressum sicut ipse dicit, nisi docere possit q ad ipsum pertineat actio, & q ad ipsum debeat res reverti post terminũ, ratione seysinę antecessoris sui de cujus seysina fecerit mẽtionẽ non tamen narrare debet sicut p bre de recto, nisi ita sit q bre de ingressu versũ sit in bre de recto. Sufficit enim si dicat, peto tant terrã ut jus meũ possessoriũ, si ad vitam tenuerit, vel ut hereditatẽ si teneat in feodo, & in quam talis non habet ingressũ nisi p talem, &c. quia sufficit ista narratio tãtùm ad seysinã in judicio possessorio : ut si ille dederit ad terminũ, vel in feodo, qui non

 tenue-

tenuerit nisi ad vitã quacunq; ratione. Si autẽ mentionẽ fecerit de usu & expletiis, & in dñico suo ut de feodo, respõderi possit sicut ad breve de recto, & posset tenens se defendere per duellũ vel magnam assisam ꝙ in hoc breve locũ non habet. Potest etiam tenens defendere jus petentis & talem ingressum ꝑ talẽ, & dicere quòd non habet ingressum ꝑ talẽ de quo breve loquitur, immo per aliũ talẽ, & inde se ponat in inquisitionẽ, & fiat tale breve de inquirendo veritatẽ, nisi tenens ita esse cognoverit sine inquisitione. Forma brevis talis erit, si fieri debeat inquisitio in comitatu. ¶ 4. Rex vic. salutẽ. Præcipimus tibi ꝙ venire facias coram te & corã custodibus placitorũ coronæ nostræ in pleno comitatu tuo duodecim tam milites quàm alios liberos, legales, & discretos homines de visneto tali, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, & qui A. de N. nulla affinitate attingant, & etiã qui nullo modo sũt essoniabiles, ad recognoscendũ super sacramentũ suum, si ꝓdictus A. aliud jus vel alium ingressum habuerit in talem terram cum ꝑtinentiis in tali villa, quàm per B. fratrem C. cujus hæres ipse est, qui terrã illam ei dimisit ad terminũ qui ꝓteriit, vel si A. ingressum habuit ꝑ D. qui terram illam dedit in feodo (ut idẽ A. dicit) quia tam prædict' A. quàm ꝓdictus C. posuerunt se inde in juratã illam. Et inquisitionẽ quam inde feceris scire facias justic. nostris apud W. ad talem terminũ evidenter, distinctè, et apertè per literas tuas sigillatas sigillo tuo, & sigillis prædictorum custodum placitorum coronæ nostræ, & per duos vel quatuor ex illis per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris, & habeas ibi hoc breve & nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et ita per affirmationẽ petentis & contradictionẽ tenentis fit discussio per patriam de veritate, & secundum hoc aut remanebit tenens in seysina quousq; petens sibi perquisiverit per breve de recto, vel petens recuperabit seysinam suam per inquisitionem. Si autem fieri debeat inquisitio coram justiciariis & nõ in comitatu, tunc fiat hoc modo. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram nobis vel coram justiciariis nostris apud Westmonasterium duodecim &c. ad recognoscendũ &c. si &c. quia tã &c. & interim terram illam videant, & se inde interim certificent, ꝙ nos vel justiciarios nostros ad præfatum terminum pleniùs inde certificare possunt, & habeas ibi nomina recognitorum, & hoc breve T. &c.

¶ 1. De responsione & exceptionibus tenentis contra petentem. 2. Cùm partes in judicio comparuerint. 3. De exceptione contra ingressum, & quod tenens poterit renunciare exceptioni si per alium quàm per eum qui in Brevi nominatur & warantum licet hoc sit seipsum. Cap. 2.

Dictum est supra cùm petens intensionẽ suam simpliciter proposuerit, & tenens contra intentionẽ suã excipere noluerit, sed simpliciter posuerit se in juratã de ingressu. Nũc autẽ dicẽdum est si tenens excipere voluerit contra intentionẽ, inprimis necesse est ꝙ petens intentioni suæ fundamentũ imponat s. ꝙ doceat ad ipsũ pertinere actionẽ, quia ipse tradiderit ad terminũ, vel aliquis antecessor suus cujus hæres ipse sit. Et non sufficit quòd

Writ of Inquiry to determine the Entry.

Writ of venire facias to determine the Entry

Exceptions to the Writ.

a/ Note Inquisitio signified, both, an Inquiry before the Sheriff; and before the Justices at Westminster.

quòd doceat rem ita esse traditā p ipsum,vel antecessores suos,nisi ostendat ꝙ tenēs talē habuerit ingressū, & p tales, sicut ipse dicit. Itē non sufficit ita ꝓponere et fundare intentionē suā,nisi propositā et fundatā ꝓbaverit, a cùm simplici voci alicujus non sit fides adhibenda, secundum ꝙ ꝓbatur in itinere Episcopi dunholm̄ et M.de P. in com̄ Eborū anno regni regis H. 3. de Aghevilda Murdac. ¶ 2. Constitutis igitur partibus in judicio, aut habet petens ꝓbationē aut nō habet,vel non nisi sectā tantū, quæ nō inducit nisi tantū ꝑsumptionē,et quæ nō sufficit, quia in cōtrariū admittit defēsionē p legē. Si autē nullā ōnino habuerit ꝓbationē p se,videtur ꝙ tenens nō habet necesse ei in aliquo respōdere ꝓpter defectum ꝓbationis, quia possit deficere ꝓbatio licet nunquā deficiat jus, secundū ꝙ ꝓbatur in itinere Episcopi Dunholm̄ et Marī de Pateshul in comitatu Eborū año regis H. 3. de Reginaldo Murdaker. Et ꝙ cadit breve videtur, nisi sit qui sustineat, ꝙ b de gratia justic. possit & debeat ei subveniri p juratā patriæ, sed cum causæ cognitione, vel quia forte instrumenta ꝓbationis deperdita sunt, vel quia illa ad ꝓbationem suā faciendā ad manum non habuerit,vel sine difficultate habere non poterit. Quo casu dabitur alius dies, ut de termino Paschæ año regis Henrici decimo quarto in comitatu Dors. de Matilda quæ fuit uxor Stephani de Bosco &c. Si autē instrumētum ꝓbationis ꝓtulerit de termino et de dimissione,et ei cōtradicatur ꝓbetur veritas instrumenti per testes et per patriā, qua ꝓbata,adhuc erit necesse probare ingressum et terminū ꝑteritum, sed contra excipiatur, alioquin inutilis erit actio. Si autē instrumentū ab initio cōcedatur,et tenens excipiat de feoffamento, ut si cōcedat quòd primò receperit ad terminum,et ꝙ infra terminum datum sit ei tenemētum in feodo. Si petens feoffamēto cōtradicat et chartæ, ꝓcedet inquisitio de feoffamēto p testes et p patriā. Et quo casu si feoffamētum sufficiens sit et bonū,retinebit tenens,et sic terminabitur negotium. Si autē feoffamentū nullū, sic recuperabit petens sine aliquo regressu quem tenens habere possit ad terminū, quia in eo ꝙ se tenuerit ad feodū, tacitè termino renuntiavit. Si autem petens p se nullam habeat ꝓbationem nisi simplex dictum, et simplicem vocem de dimissione et termino, et tenens ex abundanti (licet ad hoc non teneretur) ꝓferat chartā de feoffamēto quæ dedici non potest, tenens in seysina sua remanebit : ut de ultimo itinere M. de P. in comitatu Suff. de Wilhelmo de Wanham et Matilda uxore ejus, nec etiam tenens sive petens audiendus esset,si se ponere vellet super patriam de ingressu suo, cū nullā habeat pro se præsumptionem, nec contra chartam (ut videtur) respondere poterit, quæ proponitur in modum exceptionis, cum actio sua non teneat super principali. Item esto quòd petens dicat quòd tenens non habeat ingressum nisi per A. et tenens respondeat et dicat quòd ingressum habeat per ipsum petentem, vel aliquem antecessorē suū qui dederint, recognoverint, vel remiserint per chartam suam, quæ probata hoc testetur. Si petens cùm ad chartam responderit illam concedat,et ꝙ facta fuit, sed tali tempore quòd valere non debet, quia cognoscit char-

Instruments & proof thereof

a/ Quære, if this does not sufficiently explain the chapter in Magna Charta, on this subject, viz. c. 28.

b. Note de gratiâ Justic:

tam quocunquè modo,& qualitercunq; chartam concesserit, per consequens ingressum p talem petentem .s. seipsum vel antecessorem suũ qualitercunq;, & non p eum quem petens nominat in brevi suo, & ideo cadit actio,& tenens sine die,& petens sibi pquirat p aliud bre: ut de itinere W. de Ralegh in com̃ Warr̃ de Hugone de Cayel Marestorp. Et cùm objectũ fuerit feoffamentum & excipiatur contra chartam à petente, ubi pbationem habuerit de ingressu, vel saltem p̃sumptionem, & uterq; se posuerit in juratam, tunc fiat recognitio p hæc verba. Ad recognoscendum videlicet si pdictus A. aliud jus, vel alium ingressum habuit in prædictam terram quàm p pdictum B. qui terram illam ei dimisit ad terminũ qui præteriit, vel si idem A. ingressum habuit in pdictam terrã p eundem B. qui terram illam ei vendidit vel dedit in feodo p chartã suam ut idem A. dicit. Et unde etiam cognoscit q; prædictus B. terrã illam primò ei dimisit ad terminũ, & durante termino illam ei dedit in feodo per chartã suam. Et ferè per eadem verba fieri poterit recognitio, si partes absq; pbatione vel instrumentorum exhibitione se gratis posuerint in juratam. Item excipi poterit contra petẽtem q; alius majus jus habet quam ille qui petit. Item q; alius dimisit & non ille de quo fit mentio in bri p errorem. Item q; terminus non præterierit, & si terminus præterierit quantùm ad primum instrumentum & primam conventionem, prorogatus fuit terminus p aliam conventionem & p aliud instrumentum, q; quidem statim exhibeat. Item excipere poterit contra petentem q; terminus excedit tempus assisæ mortis antecessoris, & ideo q; deficit probatio. Et infinitæ sunt exceptiones de quibus non est necesse hîc facere mentionẽ, quia de illis inferiùs pleniùs dicendum erit. ¶ 3. Cùm autẽ tenens excipiat, & dicat q; non habet ingressum p talem de quo breve loquitur, immo p alium talẽ, si petens hoc dedicere non possit, vel si negaverit & recognitum sit p juratam q; sic cadit breve, quia non convenit veritati. Sed reverà bene poterit tenens (si voluerit) renuntiare illi exceptioni contra breve, & sustinere breve (& hoc erit potius ad dãnum suum quàm ad cõmodum) & warantum vocare aliũ quàm illum qui in brevi nominatur. Sed ad hoc arctari non poterit nisi velit gratis renunciare exceptioni. Et q; ita facere possit si velit, pbatur in rotulo de termino. Volunt tamen quidam arctare tenentem q; ipse alium talem quem nominavit, vocet ad warantum, quod non est concedendum, quia si teneretur talem vocare ad warantum præcisè & warantizaret, ita possit ille aliũ vocare, & ille alius tertiũ, & sic in infinitũ usquè ad mille. Et si sic, non limitaretur breve de ingressu infra suos limites & suos gradus: nec habet tenens necesse vocare talem ad warantum, cùm cadit breve per exceptionem, eò quòd ingressum non habuit per talem in brevi nominatum, nec egeat quòd alius non defendat in suã possessione, cùm sufficiat ei sua propria exceptio ad defensionem. Et quòd cadere debet in hoc casu breve: inveniri poterit de termino Paschæ anno Regis Henrici septimo in comitatu Buck. de Guidone de Windeslore. Et ad hoc facit de termino eodẽ in comitatu Kanc. de Alicia quæ fuit uxor Richardi, & in aliis multis locis.

Sed

[Marginal manuscript notes: "clause in the writ of Venire facias"; "Several Exceptions"; "If the person to may be called to warrant"]

[Manuscript note at foot: "a Note this word first used of Assises now retained, and applied to Juries."]

Sed cùm ingressus sit talis, sicut petens dicit, bene poterit tenens (cùm cognoverit ingressum) vocare warantum suum per quem ipse ingressum habuerit, & quilibet suum usquè ad quartum gradum, & non ultra, dum tamen tenens ipse tenuerit ad vitam ut liberum tenementum, vel in feodo sibi & hæredibus suis, vel ad feodi firmam, vel hujusmodi. Revera si impetratum fuerit super firmarium, non cadit breve, quia ipse poterit vocare warrantum, quasi non, sic amitteret usufructuarius usumfructum, quod esset iniquum, cùm tantundem juris habet in usufructu quantum proprietarius in libero tenemento, & cùm veniat breve, super eum vocet warantum, & si fuerit defensus retinebit usum fructum. Si autem non, habebit regressum versus suum warrantum de usufructu, & warrantus suus si ulterius vocaverit & fuerit ei warrantizatum de libero tenemento, & de excambio. Si autem ad terminum annorum, credo aliud est dicendum, cùm ipse non teneat in dominico tenementum, & secundum quod petitur nisi tantum usum fructum, & multo minus si teneat de anno in annum. Item quæritur si petatur versus Abbatem aliquem vel priorem vel alium religiosum expresso proprio nomine vel non expresso, & ubi dicatur & in quã non habuit ingressum nisi per talem Abbatem prædecessorem suum, & cadat breve si plures Abbates medii intervenerint? & an faciunt gradum de Abbate in Abbatem sicut de hærede in hæredem? & videtur quòd non, magis quàm in cõputatione descensus, quia etsi alternetur persona, non propter hoc alternatur dignitas, sed semper manet.

¶ 1. *Breve si hæres petat quod antecessor dimisit ad terminum.* Cap. 5.

Dictum est supra, si ille petat qui dimisit, nunc autem dicetur si hæres petat quod antecessor dimisit ad terminum. Forma brevis talis est. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali, quòd justè & sine dilatione reddat tali, tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse jus & hæreditatem suam, & in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem, cui talis pater vel mater, frater vel soror, avus vel avia, avunculus vel amita, consanguineus vel consanguinea, sive prædecessor prædicti talis (cujus hæres ipse est) illud dimisit ad terminum qui præteriit (ut dicit) Et nisi fecerit, et idem talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc summoneas per bonos summonitores præfatum talem, quòd sit coram justitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, et habeas ibi summonitores & hoc breve Teste &c.

¶ 1. *Breve si vir donationem fecerit de hæreditate uxoris, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit.* 2. *Breve si hæres fuerit ex alio viro & si vir hæredem habuerit ex alia uxore.* Cap. 4.

SI quis donationē fecerit de hæreditate uxoris quæ ei in vita sua contradicere nō potuit, tūc post mortē viri cōsulitur ei ꝑ tale breve. Rex vic. salutē. Præcipe tali ꝙ juste &c. reddat tali quæ fuit uxor talis, tātū terræ cū ptinentiis in tali villa, ꝙ clamat esse jus & hæreditatē suā vel maritagiū suū, & in ꝙ ṗdictus talis non habet ingressum nisi ꝑ prædictū talē quondā virū suum, qui illud ei dimisit, cui ipsa in vita sua cōtradicere non potuit (ut dicit) & nisi fecerit, & idē talis fecerit te securū &c. ut supra. Ad quē ingressum tenens poterit multipliciter respondere, secundū ꝙ superiùs dictum est. Et etiam poterit defendere ingressum ꝑ ṗdictum virum, & dicere quòd habuit ingressum per ṗdictam mulierem antequam esset desponsata tali viro, vel post mortē viri sui, & hoc ꝓbare per instrumenta, & per testes simul cum patria, vel ex toto se ponere in juratam, & secundum talia verba formari poterit inquisitio. Item concedere possit quòd habuit ingressum per talem virum suum, & dicere quòd ṗdicta talis postea in legia viduitate sua confirmavit donum viri sui, vel ꝙ in legia viduitate sua remisit ei totum jus & clamorem suum. Item ad hoc ꝙ dicit (cui in vita contradicere non potuit) respondere poterit ꝙ ṗdicta mulier personaliter fuit in curia dn̄i regis cum viro suo, & donū illud liberaliter & bona voluntate sua sine aliqua coactione concessit, & ratum habuit, ꝙ quidē terminari poterit per inspectionem rotulorum, ꝙ quidem non esset si hoc fieret extra curiam regiam, quia ibi fieri possunt coactiones contra voluntatē, ꝙ quidem non fieret in curia domini regis. Ibi enim nulla violentia infertur, nec metus incutitur, nec est verisimile aliquem in curia domini regis per violentiā cōpulsum esse ad aliquid contra voluntatem faciendum, vel non faciendum cùm ibi tutum invocari possit auxilium. Item distinguendum est in hoc casu, utrum donatio facta fuerit per virum ad hoc ꝙ revocetur, vel tenet ex causa honesta & necessaria, & communi utilitate tam viri quàm uxoris, vel ex causa voluntaria tantùm. Si autem ex causa honesta ut si communi filio fiat donatio, vel in maritagium cum filia, hoc erat in causa honesta, & ideo tenenda ubicunquè facta. Si autem tantùm ex causa voluntaria, & non utili, tunc aut intervenerit coactio vel non. Si autem coactio intervenerit, quod de facili perpendi poterit per vultū & per gestū mulieris, quamvis in curia dn̄i regis nunquam fiat inde cyrographum, sed vix inrotulatio concedatur. Et notādum ꝙ irrotulatio per se sine cyrographo nunquam tollet actionem uxoris post mortem viri sui, & si uxor præmoriatur, hæres eorum cōmunis nunquā recuperabit per aliquam actionē, cùm warrantizare teneatur ut hæres patris, propter homagium & servicium ꝙ ei accidit ex feoffamento patris, cōtra donum patris ꝙ mater in vita sua revocavit, ne sit ejusdem tenementi dominus & tenens. Si autem cùm mater peteret vocaretur ad warrantum & amitteret, ita irritum esset donum patris, & dissolveretur homagium inter ipsum & feoffatum à patre suo, & ipse teneretur ad eschambium de hæreditate patris, & cū mater obtinuerit, & descēdat materna hæreditas ad ipsū, nunqm revivisit homagium, ꝙ ꝑ matrē, quæ per judiciū obtinuit, semel

est ex-

Another writ of entre upon a dimisit in the per cui in vita contradicere non potuit. The answers to such a writ.

That the wife gave it of Record

7. Note, per testes simul cum patria.
6. Note difference betw. cyrographum, & irrotulatio.

est extinctum. Si autem sic feoffaverit vir tenendum de dñis capitalibus, vel si aliũ habuerit antenatum de alia uxore aliud erit, quia tũc nõ erit filius communis hæres patris, sed tantum matris: & sic habebit repetitionem, quia ad warrantum non tenetur: sicut de itinere in comitatu Eborũ. Si autẽ coactio non intervenerit sed mulier hoc affectaverit, quod de facili ppendi poterit per gestũ & per vultum, concedatur fieri cyrographũ. Mulier enim aliquando plus amat donatoriũ quàm seipsam vel puerũ suum, & bona cautela est in irrotulatione facere mentionem de voluntate mulieris, secundũ quod fuerit gratuita vel coacta. Sed ad hoc quòd tale breve cõpetat vel non de donatione viri, refert utrum vir præmoriatur vel uxor: si autem uxor præmoriatur, tale breve non competit communibus hæredibus uxoris & viri, quia si eis competeret tale breve, ita posset impugnare & revocare factum patris, quod teneretur defendere, cùm sit hæres patris ex tali donatione. Sed videtur quòd hoc non sufficit dicere, quia factum patris non tenetur defendere de hæreditate matris, cùm ex parte patris nulla hæreditas ei descendat, & cùm non sit hæres patris sed filius tantùm, & hæres matris propter hæreditatem descendentem ex parte matris, & cùm hæres dicatur ab hæreditate & non econverso. Si autem aliqua hæreditas descendat à patre, factum patris tenetur warrantizare & defendere, quatenus hæreditas patria se extendat & non ultra, si mater obtinuerit, sive talis progenitus fuerit ex primo viro vel secundo. Et unde videtur quòd tale breve competat hæredi, & secundum quod videri poterit in Itinere Episcopi Dunholm̃ & Martini de Pateshul anno Regis Henrici tertio in comitatu Eborum in fine rotuli, ubi continentur verba ista: & in quam talis non habet ingressum nisi per talem quondam virum ipsius talis uxoris matris ipsius talis cujus hæres ipse est, qui illam ei vendidit in vita sua, cui prædicta talis in vita sua contradicere non potuit. ¶ 2. Sed videtur econtra, quòd ad ipsum non pertineat tale breve, ex quo mater in vita sua donum non revocavit, & ideo dissimulando injuriam concessit, nec videtur hæredi injuriatum, ex quo antecessor injuriam dissimulando sustinuit: secundum illud quod non potest nocere hæredi quod antecessori non nocuit. Et unde videndum utrum uxor diu vixit post mortem viri vel cito obiit, vel in vita viri. Sed revera (quicquid dicatur) non competit hæredi tale breve, sed nec breve ad terminum qui præterierit, quia replicatio quæ competeret mulieri si viveret, non competit hæredi, sicut videri poterit apertè: ut si ipsa dum viveret peteret, excipi poterit contra ipsam de donatione, contra quam replicare posset quòd viro suo contradicere non potuit, & ista replicatio non jacet in ore hæredis, quia cùm dicat, mater mea contradicere non potuit, per hoc ostendit quod replicatio illa competit matri & non ei, nec congruè dicere posset hæres quòd oportuit matrem facere voluntatem domini sui, nec constare poterit hæredi de voluntate matris, quæ fortè si viveret nunquam donum illud revocaret. Revera licet nullam habeat hæreditatẽ ex parte patris, & sic non hæres

 (ut

a/ Note, a rule.
b/ Here after Stat. de donis, he would have a formedon in descender.

(ut videtur) petere non poteſt, cùm teneatur warrantizare, licet mater petere poſſet, warrãtizare tenetur ut hæres, quia in hoc erit hæres patris propter homagiũ et ſervitiũ quod ei deſcendere debet de ſeyſina patris, licet feoffamẽtum ſit factũ de hæreditate matris, poterit enim quis alienam rem dare tenendam de ſe & hæredibus ſuis, & ratione talis feoffamenti erit filius hæres ſuus, licet ei alia hæreditas non deſcendat, ſed ad eſcãbium non tenetur, niſi de eo quæ ei deſcẽdit de hæreditate patris. Sed aliud erit ſi pater dederit tenendũ de aliis quàm de hæredibus ſuis, ſicut de capitalibus dñis vel aliis. Et quid ſi dicat de uxore & hæredibus ſuis? hoc non obligat uxorem nec hæredes ſuos Sed quid ſi uxor petierit & hæres communis vocetur ad warrantum? tenetur warrantizare prædicta ratione, & ipſa recuperabit, & hæres cõmunis cùm nihil habeat de hæreditate paterna quoad eſcambiũ non tenebitur, licet teneatur ad warrantiam, & poſt mortem matris ſuccedet ei in terrá illam, & de ea non tenetur facere eſchãbium, et unde videtur (quicquid alii dicant) quod ſi mater obierit ante virum ſuum, & hæres uxoris de eodem viro petat quod cùm ad warrantiam teneretur, repelli deberet ab agendo quod non recuperet, licet non teneatur ad eſchambiũ de hæreditate matris. Revera ſi neq; pater neq; mater alium habuerint hæredem, ut ſi pater de alia uxore filium non habuerit, vel uxor filium de alio viro & ipſi duo unicum hæredẽ, talis hæres revocare non poterit donũ patris de hæreditate matris, cum ideo teneatur iſtum warrantizare ut hæres ratione prædicta. Sed mater hoc facere poterit ſi virum ſupervixerit, & ſic poterit ad communem hæredem res ſic data deſcendere cùm per factum matris adnihiletur donum patris, quod per communem hæredẽ fieri non poterit. Si autem communem hæredẽ non habuerit, bene poterit hæres matris donũ talę repetere, & hæres patris tenebitur aliunde ad warrantiam & eſcambium, & non hæres matris, & hac ratione habebit actionem poſt mortem matris.

¶ *1. Breve ſi dos fuerit alienata per ſecundum virum. 2. Breve ſi vir dotem alienaverit. 3. Breve quod competit hæredi ſi uxor dotem alienaverit. 4. Item ſi uxor dotem alienaverit. 5. Breve ſi per Abbatem ſine aſſenſu capituli. 6. Breve ſi celerarius vel procurator. 7. Breve ſi per ballivũ contra voluntatem domini ſui. 8. Breve ſi felo alienaverit poſt feloniam factam. 9. Breve ſi villanus alienaverit id quod tenuerit in villenagio. 10. Breve ſi per eum qui non fuit ſanæ mentis. 11. De ingreſſu per eum qui nõ tenuit niſi ad vitã quacunq; ratione & cum poſt mortem reverti debet. 12. De ingreſſu per intruſionem. 13. De ingreſſu per cuſtodem. 14. De ingreſſu per maritum. 15. Si hæres peteret de ſeyſina anteceſſoris dum fuerit infra ætatem. 16. Item dũ fuit infra ætatem. 17. Item dum in cuſtodia. 18. Item dum fuerit infra ætatem & modo habet ætatem. 19. Dum maneret de familia ſua. 20. Breve de paſtura data ad terminum qui præteriit.*

Cap. 5.

SI forte quis ingreſſũ habuerit per ſecundũ virũ de terra quã uxor habuit in dotẽ de dono primi viri ſui, tũc fiat tale breve. Rex vic. ſalutẽ. Præcipe tali quod juſtè &c. reddat tali, tantũ terræ cũ pertinentiis in tali villa, quod clamat eſſe rationabilẽ dotẽ ſuã, ut de rationabili dote ſua quã habuit de dono talis primi viri ſui, & quod prædictus talis nõ habet ingreſſũ niſi per talẽ ſecundum virũ ſuũ, qui illud ei dimiſit, cui ipſa in vita ſua contradicere non potuit (ut

dicit

dicit) & nisi fecerit &c. ut supra. Et qualiter respondere debeat & negotium terminari, satis videri poterit superius per exemplum. ¶ 2. Si vir dotem uxoris alienaverit quam habuit de dono alterius viri, & quæ post mortem uxoris sui reverti deberet ad hæredes primi viri, consulitur hæredi per tale breve. Rex vic. salutem. præcipe tali quòd juste &c. reddat tali tantũ terræ cum pertinentiis &c. & in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem, qui illud ei dimisit, & qui illud tenuit in dotem talis uxoris suæ de dono talis quondam viri sui, patris vel fratris, Avi vel Avunculi, vel consanguinei sive antecessoris prædicti talis cujus hæres ipse est ut dicit. Et nisi fecerit &c. ut supra. ¶ 3. Item si hæres petat dotem alienatam per ipsam uxorem, tunc sic. Et in quod prædictus talis, non habet ingressũ nisi per talem, quæ fuit uxor talis, quæ illud tenuit in dotem de dono prædicti talis quondã viri sui patris vel fratris &c. ut supra. Item si vir alienaverit dotem & uxor petat, tunc sic. Quam clamat esse dotem suam, quam habuit de dono talis primi viri sui, & in quam non habet ingressum nisi per talẽ secundũ virum suum qui illam ei tradidit ad voluntatem suam, cui ipsa contradicere non potuit (ut dicit) & nisi fecerit &c. vel aliter: & in quã non habet ingressum nisi per talem quondam virum suum qui illam ei vendidit, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit &c. ¶ 4. Item si hæres petat quod uxor dimisit quod tenuit nomine dotis, & tunc sic: Et in quam non habuit ingressum nisi per talem quæ fuit uxor talis avi prædicti talis, cujus hæres ipse est, & ex cujus dono ipsa talis illam tenuit in dotem de hæreditate prædicti talis Avi ut dicit &c. vel aliter: in quam non habet ingressum nisi per C. cui D. avia ipsius C. (cujus hæres ipse est) illam vendidit quæ illam tenuit in dotem (ut dicit) &c. vel aliter: Præcipe A. quòd justè &c. reddat B. & C. uxori ejus tantum terræ &c. quam clamat esse jus & hæreditatem ipsius C. & in quam idem A. non habet ingressum nisi per D. quondam uxorem ipsius A. cui C. quodã uxor E. terra illam dimisit quæ non nisi dotem inde habuit ex dono prædicti E. quondam viri sui & Avi ipsius C. cujus hæres ipse est, ut idem B. & C. dicunt. Si procurator sicut celerarius vel alius, Abbas, vel prior sine assensu capituli, vel Episcopus, vel capitulum, sine consensu capituli, Episcopi, vel alius cujus assensus fuerit necessarius, dimiserit sine assensu, tunc si Abbas dimiserit, fiat tale breve. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd justè &c. reddat tali Abbati tantum terre cum pertinentiis in tali villa, quod clamat esse jus Ecclesiæ suæ, & in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem: quondam Abbatem de tali loco, qui illud ei dimisit sine assensu capituli sui ut dicit &c. Et nisi fecerit &c. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd juste &c. reddat tali Abbati, tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat esse jus Ecclesiæ suæ, & in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per celerarium vel per procuratorem domus ipsius Abbatis de tali loco, qui illud ei dimisit sine assensu ipsius Abbatis (ut dicit) & nisi fecerit &c. Eadem forma erit si canonicus dimiserit sine assensu Episcopi. Item si uxor dimiserit sine assensu

&

Special writ of Entry in Special Case in the per

Three Writs of Entry in the Per and Cui.

Special writ of Entry in the Per in Special Cases.

& voluntate viri, tunc sic: Quam clamat esse jus & hæreditatem suam, vel jus & maritagium ipsius mulieris, vel quam clamat esse rationabilem dotem suam, vel de rationabili dote ipsius mulieris, quam habuit de dono talis quondam viri sui: & in quam prædictus talis non habet ingressum, nisi per pdictam talem mulierem, quæ illud ei dimisit sine assensu & voluntate prædicti talis quondam viri sui (ut dicit) Et nisi fecerit &c. Item si ballivus dimiserit sine volũtate domini sui, tunc sic. Et in quam idem talis non habet ingressum, nisi per talem quondam ballivum suum de tali villa, qui illam ei dimisit sine voluntate ipsius talis, ut dicit: & nisi fecerit &c. Item si per ballivum domini Regis dum aliquis fuerit in prisona domini Regis, tunc sic. ¶ 7. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd juste &c. reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse jus & hæreditatem suam, & in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem quondam ballivum nostrum, qui illud ei dimisit, dum idem talis fuit in prisona nostra, & terra sua in manu nostra &c. ut dicit. Et nisi fecerit &c. Item si quis per eum qui feloniam fecerit, et tunc si post feloniam factam convictus sit, competit domino suo de quo tenuit tale breve ad recuperandam eschaetam suam ¶ 8. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd juste &c. reddat B. tantum terræ cum pertinentiis &c. in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. de N. qui eandem terram tenuit de prædicto B. et quæ terra esse debet eschaeta ipsius B. propter feloniam, de qua idem B. in curia nostra coram nobis vel Justiciariis nostris talibus convictus fuit et damnatus, et quam terram idem C. dimisit prædictæ A. postquam fecerat prædictam feloniam, ut idem B. dicit, et nisi fecerit &c. ut supra. Item si per eum qui tenuerit in villenagio habuit quis ingressum, tunc consulitur domino per tale breve. ¶ 9. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali &c. quòd reddat tali tantum terrę cum pertinentiis in tali villa, in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem, qui illud tenuit de prædicto tali in villenagio, ut dicit &c. et nisi fecerit, summoneas &c. ut supra. Item si quis per eum ingressum habuerit qui non fuerit compos sui, nec sanæ mentis, et tunc sic. ¶ 10. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd juste &c. et in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem patrem, vel alium antecessorem prædicti talis, cujus hæres ipse est, qui illud ei dimisit dum non fuit compos mentis suæ, vel dum non fuit compos sui, nec sanæ mentis (ut dicit). Et nisi fecerit &c. ut supra. Item si quis per eum qui non tenuerit nisi ad vitam suam quacunque ratione, sive nomine dotis, sive per legem Angliæ, sive per finem factum, et tunc sic. ¶ 11. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd juste &c. et in quam idem talis non habet ingressum, nisi per talem, post mortem cujus prædicta terra reverti debeat ad prædictum talem, per finem factum in curia domini Regis Johannis Regis patris nostri, vel in curia nostra coram Justiciariis nostris, apud talem locum, inter talem patrem prædicti talis (cujus hæres ipse est) petentem, et pdictũ talem tenentem de tanto terræ cũ ptinentiis

in ta-

in tali villa: vel sic: In quam idem talis non habet ingressū nisi p talē, qui terrā illam tenuit ad vitam suam p finē factū in curia nostra &c. inter ipsū talem petentē, et pdictum talem tenentē, per quē finem eadē terra reverti debuit ad pdictum talem petentem, post mortē ipsius tenētis (ut dicit) & unde queritur quòd ipse talis injustè ei deforceat, & nisi fecerit &c. ut supra. Si quis autem per intrusionem fuerit in seysina, et ille qui jus habet petat versus eum, tunc fiat ei breve in hac forma. ¶ 12. Rex vicecomiti salutē. Præcipe A. q̄ juste &c. reddat B. tantum terræ &c. quem idem B. clamat ut jus suum versus eum ex dono C. patris ipsius A. (cujus hæres ipse est) et in quam idem A. non habet ingressum nisi per hoc q̄ ipse se intrusit in terram illā post mortē D. matris ipsius A. q̄ terram illam recuperavit ut dotē suam versus pdictum B. in curia nostra coram &c. per judicium ejusdem curiæ nostræ, et q̄m injuste ei deforciat: et nisi fecerit &c. Tunc summoneas &c. vel aliter: quam B. clamat esse jus suum de dono C. patris sui, & in quam non habet ingressum, nisi per intrusionem quam fecit in terram illam post mortem ipsius C. qui terram illam habuit in custodia ad opus ipsius B. dum infra ætatem fuit, ut dicit: vel aliter: Præcipe A. q̄ juste &c. reddat B. & C. uxori ejus tantam terram &c. quam idem A. dedit in maritagium pdicto B. cum pdicta C. filia sua, & in quam idem A. non habet ingressum post donum illud nisi per intrusionem, quam in eam fecit post mortem D. patris ipsius B. qui terram illam habuit in custodia ad opus pdictorum B. et C. uxoris suæ de voluntate & assensu ipsius D. qui fuit eorum custos, per assignationem et voluntatem ipsius A. (ut ipsi B. et C. dicunt) Item si vir alicujus uxoris vendiderit hæreditatem alicujus pueri uxoris suæ, q̄ fuerit in custodia ipsorum: et tunc sic. ¶ 13. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd juste &c. reddat B. qui plenæ ætatis est (ut dicitur) tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat esse jus et hæreditatem suam, et in quod pdictus A. non habet ingressum nisi per C. qui non nisi custodiam inde habuit, dum idem B. infra ætatem et in custodia sua fuit (ut dicit) et nisi fecerit &c. ut supra. ¶ 14. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd juste et sine dilatione reddat B. &c. et in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. quondam virum matris ipsius B. (cujus hæres ipse est) qui illam ei vendidit ut dicit &c. Item si quis dederit dum hæres fuerit infra ætatem, & in custodia sua, et hæres petat de seysina sua propria, tunc fiat breve in hac forma. ¶ 15. Si autem aliquis hæres petat de seysina antecessorum suorum aliquam terram, quam custos eorum alienaverit dum fuerit infra ætatem, et in custodia sua, tunc fiat breve in hac forma. Præcipe &c. ut supra: quod clamat esse jus et hæreditatem suam, et in quod idem A. non habet ingressum nisi per C. qui non nisi custodiam inde habuit dum talis pater vel mater, frater vel soror, Avus vel Avia, Avunculus vel Amita, consanguineus vel consanguinea, sive antecessor ipsius B. (cujus hæres ipse est) infra ætatem et in custodia sua fuit, ut dicit &c. et nisi &c. ¶ 16. Vel aliter: & in quam non habet ingressum nisi per C. cujus pater

Note a writ of Entry grounded upon an Intrusion.

ter vel alius antecessor terram illam habuit in custodia cum ipso B. dum idem B. fuit infra ætatem, modo habet ætatem (ut dicitur). Et unde idem talis pater vel alius antecessor obiit seysitus de terra illa ratione custodiæ ipsius B. & nisi fecerit &c. ¶ 17. vel aliter: In quam idem A. non habet ingressum nisi per C. qui terram illam ei dimisit, dum terra illa fuit in custodia ipsius C. per præceptum nostrum, & nisi fecerit &c. vel aliter: Præcipe A. quòd juste &c. reddat B. (qui plenæ ætatis est) tantam terram &c. quam clamat esse jus & hæreditatem suam, & in quam non habet ingressum nisi ratione custodiæ, eo quòd prædicta terra est de feodo ipsius A. & nisi fecerit &c. ¶ 18. Vel sic: Et in quam non habet ingressum nisi per C. cujus pater terram illam habuit in custodia cum ipso B. dum idem B. fuerit infra, ætatem, & modo habet ætatem. Et unde idem pater talis obiit seysitus de terra illa, ratione custodiæ ipsius B. et nisi fecerit &c. ¶ 19. Vel aliter: in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. dum idem B. fuit in custodia sua & idem A. terram illam ei dimisit dum remaneret de familia ipsius C. & modo non est de familia ipsius C. ut idem B. dicit, et nisi fecerit &c. Eodem modo de communia pasturæ si fuerit alienata et dimissa ad terminum qui præteriit. Et tunc fiat tale breve, dum tamen pastura fuerit certa et designata ad certum numerum averiorum. ¶ 20. Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd juste &c. reddat B. communiam pasturę ad tot boves, et tot oves (et sic deinceps) in tali villa, quam clamat esse jus suum, ut pertinentem ad liberum tenementum suum in tali villa, in quam idem A. non habet ingressum, nisi per C. (cujus hæres idem B. est) qui pasturam illam ei dimisit ad terminum qui præteriit, ut dicit: et nisi fecerit &c.

¶ 1. De diversitate Juratarum secundum diversitatem brevium. 2. Si partes posuerint se in Juratam secundum diversitatem brevium. 3. Jurata sine assensu Episcopi, vel prioris vel Abbatis. 4. Item super Intrusionem. 5. Item breve si per uxorem quæ non nisi dotem &c. Cap. 6.

different causes in writs of Inquiry to enquire according to the matter of the Writ.

CUm petens se posuerit in inquisitionem & Juratam de intentione probanda, et tenens similiter de responsione et exceptione, tunc fiant Juratę secundum formam et diversitatem brevium in hac forma. ¶ 2. Si autem per virum cui uxor contradicere non potuit, tunc sic: ad recognoscendum super sacramentum suum, si prædictus talis tenens aliud jus vel alium ingressum habuit, vel simpliciter alium ingressum, in tantam terram cum pertinentiis in tali villa, quam prædicta talis clamat ut jus suum, vel ut jus et hæreditatem suam, vel ut jus et maritagium suum, vel ut dotem suam, quam habuit de dono talis primi viri sui, versus talem, quàm per talem quondam virum suum, vel secundum virum suum secundum formam brevis de ingressu, et cui in vita sua

sua contradicere non potuit, vel si ingressum habuit in prædictā talem terram per prædictum talem petentem qui terram illam ei dedit vel vendidit antequàm prædictus talis vir suus eam desponsasset. vel post mortē talis viri sui in ligea viduitate ipsius uxoris quæ terram illam ei dedit vel vendidit &c. Et semper cùm modus & forma ingressus dedicta sit, oportebit semper formare formam inquisitionis distinctè secundum responsionem tenentis, qui dedicit ingressum, excipiendo & respōdendo, quòd alium habeat ingressum quàm petens proponat, vel diversum, & per alium. Item si alio modo uxor alienaverit rem viri sui, vel rem ꝓpriam sine consensu viri sui, tunc sic: Ad recognoscendum super sacramentum &c. si prædictus talis tenens, aliud jus vel alium ingressum habuerit in tantam terram cum pertinentiis in tali villa quam talis clamat ut jus suum, si terra fuerit propria, vel quam talis & uxor ejus clamāt esse jus uxoris suæ, vel in dotem uxoris suæ, vel de rationabili dote secundum formam brevis de ingressu, & quam prædicta talis uxor ei dimisit sine assensu viri sui, ut idem petens dicit, vel si prædictus talis tenens ingressum habuit in terram illam per prædictum virum qui terram illam ei vendidit vel dedit, per prædictam uxorem ante desponsationem vel post, ut supra, sicut idem tenens dicit. ¶ 3. Item si sine assensu Episcopi, Abbatis, vel prioris, per capitulum fiat alienatio, vel per canonicum sine assensu capituli, vel per obedientiarium, vel procuratorem sine consensu Abbatis vel prioris, vel per ballivum sine assensu domini, vel per ballivum dum quis fuerit in prisona, tunc semper fiat una pars Juratæ secundum formam brevis, & disjuncta secundum responsionem tenentis, & omni casu in brevibus de ingressu singularibus, ut si per illum qui tenuerit in villenagio. Item per aliquem dum non fuit sanæ mentis. Item si per eum qui non tenuerit nisi ad vitam. Item per felonem post feloniam factam. Item si ingressus simpliciter proponatur & simpliciter dedicatur absque eo quòd aliquid excipiatur cōtra ingressum. tunc sic: Ad recognoscendum. &c. si A. pater B. aliud jus vel alium ingressum habuit in tantam terram cum pertinentiis. &c. Nisi per C. custodem D. fratris E. scilicet qui petit, cujus hæres ipse E. est dum idem D. fuit infra ætatem, & in custodia prædicti C. cum terra sua & aliis terris suis, quia tam prædictus B. filius & hæres prædicti A. cui F. de N. warrantizavit prædictam terram, & versus quem B. idem E. in eadem curia nostra clamavit terram illam ut jus suum, quam prædictus E. frater & hæres prædicti D. posuerunt se inde in Juratam illam, & interim, &c. & se interim ita inde certificent quòd præfatos Justiciarios nostros inde reddant certiores. Teste. &c. ¶ 4. Item si per intrusionem, tunc sic: Ad recognoscendum super sacramentum suum, si A. pater B. die quo obiit fuit seysitus ut de feodo de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, quam C. in curia nostra. &c. clamat ut jus suum versus prædictum B. vel si idem B. alium ingressum non habuit in terram illam cum pertinentiis, quàm per hoc quòd se intrusit in terram illam post mortem prædicti A. patris sui, cui prædictus C.

terram

terram illam dimisit ad terminum qui præteriit, (ut dicitur) quia tam prædictus &c. Et hæc exempli causa sufficiant, quia infiniti sunt ingressus, & formæ brevium infinitæ, & variantur formæ inquisitionum multipliciter, & sæpiùs secundum varietatem brevium, & responsionum: de quibus omnibus (cùm sint infinita) mentio fieri non poterit. ¶. 5. Item si uxor alienaverit dotem & dicatur in brevi de ingressu: Et in quam talis non habet ingressum nisi per talem, quæ fuit uxor talis, qui terram illam ei dimisit, & quæ non nisi dotem inde habuerit, de dono talis quondam viri sui, post cujus mortem terra illa reverti debet ad talem sicut ad warantum de dote sua, si tenens ingressum illum per talem defendat, & dicat quòd nullum habuerit ingressum per prædictam uxorem sed per talem antecessorem ipsius petentis (cujus hæres ipse est) qui terram ei dedit, per chartam suam quam profert, & quæ hoc testatur: si ex parte adversa replicetur, ꝙ charta valere non debeat eo quòd facta fuit dum donator non fuit compos mentis suæ, tunc fiat ut supra, quia cognoscit quodammodo chartam & donum, licet invalidum, & de jure irritandum. Item si charta omninò dedicatur, vel dicatur quòd omninò valere non debeat, quià ille qui donasse debuit nullam omninò inde seysinam habuit, tunc petens ꝓbet dictum suum si possit. Sed simplici voci suæ non erit credendum, nisi sufficientem habeat probationẽ, nisi ita sit quòd credendũ sit ei & simplici voci suæ in causæ cognitione. Et in quo casu, tenens se ponet in Juratam per hæc verba. Sed videndum erit utrum ille qui dedit hæres fuit, & warrantus de dote mulieris, vel extranea persona: quòd si non, non valeret donatio: sed si sic, valere poterit. Poterit. Poterit enim hæres dare id quod suum est, scilicet proprietatem, jus & feodum & attornare donatorio servitium, ita quòd uxor tenens quoad vixerit habeat liberum tenementum. Et si uxor tenens dum vixerit se dimiserit, & donatorio suo seysinam reddiderit, non habet propter hoc donatorius ingressum per uxorem sed per hæredem, quod secùs esset, si tantũ per uxorem. Ideo dicatur: Ad recognoscendum si prædictus A. pater B. aliud jus vel alium ingressum habuit in prædictam terram, quàm per prædictam C. quæ terram illam tenuit in dotem, de dono prædicti D. quondam viri sui (cujus hęres ipse est) scilicet qui petit sicut idem E. dicit, vel si ingressum habuerit in terram illam per prædictam B. qui terram illam ei dedit per chartam suam, & inde eam posuit in seysinam ita quòd attornavit eidem A servitium prædictæ C. de prædicta terra ut idem B. dicit, & interim &c. et hoc sufficiat de inquisitione ad præsens.

¶ 1 *Si Jurata summonenda sit coram justic.* Cap. 7.

SI autẽ aliqua Jurata sumonenda sit corã Justic. vel corã ipso Rege quæ aliquãdo fuit coram iv. justic. assignatis, tunc fiat tale breve. Rex vic. salutẽ, ꝑcipimus tibi ꝙ juratam quæ sumonita fuit coram dilectis & fidelibus nostris &c. in adventu ipsorũ in partes illas inter tales de tanta terra cũ ꝑtinentiis in tali villa, & quæ Jurata nondũ capta est (ut idem talis recordatur)

Venire facias ... Juro summon... the County to come coram Justiciariis

tur) venire facias coram Justiciariis nostris &c. in eodem statu quo sumonita fuit coram præfatis talibus, & habeas &c. Et in quo casu, si recognitores non venerint, tunc fiat tale breve. Præcipimus tibi quòd habeas coram &c. ad talem terminū corpora A. B. & C. recognitorū juratæ sumonitæ in curia nostra. &c. inter tales de tanto terræ &c. ad faciendam Juratā illam, vel ad faciendam Juratā illam cum aliis ad hoc electis. Præcipimus etiā tibi quòd loco talis unius electorum qui obiit, vel qui amotus est, ponas aliū militem, & illum habeas ad p̄fatum terminū ad faciendam Juratā illam simul &c. vel sic: p̄cipimus tibi ꝙ in jurata quæ sumonita est &c. inter tales de tali re &c. ponas sex liberos & legales homines, alios à p̄electis ad prælectos, & qui non sunt essoniabiles, & eos habeas corā &c. ita ꝙ jurata illa non remaneat ꝓ defectu recognitorū &c. qui interim tenementa illa videant &c.

A habeas corpora upon the above venire facias with a clause to fill up deficiencies of Jurors.

¶ 1. De brevibus. Si firmarius petierit seysinam propriam. 2. Qualia brevia non vertuntur ad brevia de recto per narrationem, quia ille qui petit non habet nisi liberum tenementum. 3. Qualiter & quæ vertantur. 4. Qualiter recurritur per inquisitionem per juratam de ingressu. Cap. 8.

When a writ of Entry lies for a Firmarius

a ITem: Inter cætera in fine notandum, ꝙ cùm aliquis firmarius petierit seysinam ꝓpriam, hoc facere possit, etsi non habuerit jus in re, sive in tenem̄to, & illud alicui dimiserit ad terminū qui p̄teriit, quia quodam̄odo jus habet possessoriū quale quale, quare cōpetat ei actio de dimissione ꝓpria & facto ꝓprio. Quod si in feodo, tunc expirat sua actio, & tunc incipit cōpetere ꝓprietario, vel de nova disseysina vel de ingressu, vel de mero jure per breve de recto, secundum ꝙ tenuerit ad vitam quocunq; modo, ut de libero tenemento tantū, vel in feodo sibi & hæredibus suis, sine usu & expletiis tantū, vel cum usu & expletiis ut de jure mero. Si autem ille dimiserit qui tantum tenuit ad terminum vitæ, & de seysina propria petierit ingressum, ubi alius habuerit ꝓprietatem, feodū scilicet & jus merum, tale breve nunquā vertetur per narrationē in breve de recto. Eodē modo si quis petierit per ingressum tenementū ꝙ dimisit ad terminū, & ꝙ tenuit tantū in feodo sine usu & expletiis, nunquā vertetur tale breve de ingressu per narrationem in breve de recto. ¶. 2. Si autē petierit de seysina ꝓpria ꝙ tenuit ut liberū tenemētum & in feodo cum usu & expletiis, & sic de jure mero, tunc cōpetere poterunt petenti duæ actiones, & uti poterit quā voluerit. Et tunc etiam una electa, vertitur quandóq; una in aliam. Competit enim ei breve de ingressu, vel breve de recto. Et si breve de ingressu eligitur, ubi omnia p̄dicta concurrunt, & petens fundaverit intentionem suam, & docuerit de jure suo, & quòd ad ipsum pertineat actio, tunc proponet ingressum, & illum probet per patriam, vel instrumentum, ut supra dicitur. ¶. 3. Et si primò posuerit ingressum, & postea docere velit de mero jure suo per descensum, sic vertitur breve de Ingressu ad breve de Recto, & con-

a/ See, how this agrees with what is said at the bottom of the next page. at note. c.

& conjungitur una actio cum alia, scilicet per breve de recto, vel per breve de ingressu per juratam, secundum quod tenens elegerit, totum terminabitur negotium. Et ideò habet tenens electionem, quia si cùm petēti plures competant actiones, & uti poterit qua voluerit, eodem modo si tenenti cōpetant plures responsiones sive exceptiones peremptoriæ, quæ terminant totum negotium, uti poterit pro voluntate sua, quacunq; illarum voluerit, quatenus tempus & probatio permiserit, ut si se tenuerit tenens ad ingressum, cavēdum erit quòd terminus non excedat tempus assisæ mortis antecessoris, ita quòd deficiat probatio de proprio visu & auditu. Et si se tenuerit ad rectum, extunc sicut p breve de recto erit procedendum, postquam tenens se posuerit in magnam assisam, vel se defenderit per duellū: & sic vertetur una actio ꝓprietatis, in aliam super ꝓprietate. Sed actio super possessione nunquam per narrationē vertetur ad actionem super ꝓprietate, nec econversò. Sed cùm utraq; actio cōpetat petenti ab initio & inceperit petere primò per breve de recto, & narraverit de jure suo per descensum, si tempus ꝓbationis permiserit in fine, post descēsum bene poterit descendere ad ingressū pèr hæc verba. Et unde talis non habet ingressū nisi p talē cui &c. (ut supra per totū) sive hoc fuerit de ꝓpria seysina sive aliena, & tunc (ut supra) secundum quod tenens elegerit defensionem erit ꝓcedendum, sicut p breve de recto in omnibus tam in essoniis quàm in aliis, secundū ꝙ ꝓceditur per breve de ingressu, & de hac materia infra de essoñ de malo lecti.

¶ 4. Quandoq; tamen locū habet breve de ingressu, & ꝓbatio de visu ꝓprio & auditu, ultra terminum assisæ mortis antecessoris, ꝙ quidem contingit de necessitate, & p defectu alterius actionis, ubi quis, qui nō habuerit nisi liberum tenementum, dimiserit ad terminū longissimū, qui excedit tēpus assisæ mortis antecessoris, & ubi scilicet agere non possit p breve de recto sup jure mero, cū nullū aliud ei cōpetat remedium, tunc de necessitate recurritur ad inquisitionē p juratā de ingressu, non obstante termino, quia ꝙ aliàs non est licitū, necessitas licitū facit, ut si quis qui ad vitā tenuerit quacūq; ratiōe, vel in feodo sine usu & expletiis, dimiserit ad terminū talē qui excedit tēpus assisæ mortis antecessoris, & ulteriùs supvixerit, p tēpus qui excedit terminū, adhuc subvenitur ei p breve de ingressu, & p juratam, & ꝓbationē de visu ꝓprio alicujus, & auditu, ꝙ de jure non esset cōcedendū. Et ꝙ ita fieri possit, ꝓbatur de termino S. H. Anno Regis H. viii. in coñ Lync. de Thoma de Estotengni, ubi quædā quæ tenuit nomine dotis, dedit cuidam ad terminum dotem suam, qui duravit per. lx. annos & amplius. Et petiit per breve de ingressu. Et secundū ea quæ dicta sunt, perpendi poterit ꝙ quodlibet breve de ingressu non convertitur in breve de recto, nec etiam in persona cujuslibet petentis per breve de ingressu, quia ei soli competit qui loqui possit de seysina propria, vel alicujus antecessoris sui, qui inde obiit seisitus ut de feodo & jure, & cujus seysinam petierit, non autem in persona ejus qui ad terminum annorum tenuerit, sicut firmarius, ut si ad terminum alicui tradiderit, & finito termino illo terminum suum repetere voluerit.

Idem

Idem dici poterit de eo qui tenuerit ad terminum vitæ quocunq̃ modo ut liberum tentum, & illud dimiserit ad terminum, & finito termino repetere velit ꝙ dimisit. Item illud idem dici poterit de eo qui non tenuerit nisi in feodo tantum, sine jure mero, i. sine usu & expletiis; & tales licet jus habuerint quale quale, sicut jus possessorium, non tamen petere poterunt jus proprietatis, nec in judiciũ deducere, quia jus tale non habuit. Cùm igitur competat alicui utrumq̃ jus, viz. possessionis, & ꝓprietatis, & petat ꝑ breve de ingressu seysinã ꝓpriam, vel alicujus antecessoris, ut jus & hæreditatem suam, vel maritagiũ suum cum expressione tali vel sine, & sic dicat in fundatione intentionis suæ. Peto tantũ terræ cum ꝑtinentiis ut jus meum &c. Et unde ego, vel talis antecessor meus fuit seysitus in dominico suo ut de feodo tempore talis Regis, capiendo expletia ad valentiam tanti, & de tali descendit jus illius terræ tali, & sic per omnia sicut per breve de recto, usq̃ ad petentẽ. Et tunc adjiciat: & unde idem talis non habuit ingressum nisi ꝑ talem &c. Et ita ꝙ faciat mentionẽ de ingressu, statim incipit breve de ingressu esse breve de recto ex narratione petentis, nisi tenens ingressum elegerit. Et cùm in electione tenẽtis sit ab initio in responsione sua utrum se tenere voluerit ad defensionem juris vel ingressus, omnia habebit remedia, & omnes dilationes quæ ei cõpetere possent ꝑ breve de recto, saltem quousq̃ elegerit defensionẽ juris, vel ingressus. Et si defensionem juris elegerit, remaneat loquela sicut ꝑ breve de recto. Si autem defensionem ingressus, ꝙ tunc desinat esse bre͂ de recto, & redeat iterum ad naturã suam sicut ꝑ breve de ingressu. Cùm autẽ petens ab initio, & in intentione sua ꝓponat utrumq̃, scilicet jus & ingressum, oportet ꝙ offerat se ꝓbare utrumq̃, nisi tenens velit jus suum recognoscere. Ad cujus intentionem & ꝓbationem oportet tenentẽ utrumq̃ defendere, habebit tamen electionem quam istarum defensionũ subire voluerit, juris viz. vel ingressus: utramq̃ verò subire non tenetur, cùm una sufficiat ꝑ se sine alia, quia cùm petens jus suum ꝓponat & ingressum, si in ꝓbatione unius deficiat, erit quasi deficeret in probatione utriusq̃, ꝓpter coniunctionem copulativam (&) quæ utramq̃ coniungit. Expedit igitur tenenti illã partem eligere quam petens ꝓbare non possit, & incerta erit ꝓbatio petẽtis donec tenens elegerit: poterit enim petens ius habere in re petita, & tamẽ inde ingressus nõ erit talis ut ꝓponitur vel è converso, poterit etiam esse ꝙ petens ius habeat in re petita, & ꝙ talis sit ingressus ut ꝓponitur, quo casu cùm tenens ad duas non teneatur defensiones, nec petens per consequens ad duas probationes, & factâ electione, probare possit illam quam tenens elegerit, hoc erit tenenti periculosum. Et quia cùm elegerit ius, videtur tacitè innuere per consequens ingressum esse talem ut proponitur, & è converso. Cùm autem tenens elegerit defensionem iuris contra intentionem & probationem petentis, & aliam habebit electionem utrum viz. se ponere voluerit in magnam assisam, vel defendere per duellum, secundum quod inferiùs dicetur in causa proprietatis, per breve de recto, & maximè si tales sint personæ petens & tenens, quod inter eos iaceat magna assisa vel duellum.

Operation concerning turning a writ of Entry into a writ of Right

duellum. Si autem conjunctæ sint personæ, & sit jus descendens utrique de uno stipite, sicut inter fratres, antenatum & postnatum, avunculum & nepotem, ubi locum habebit computatio quis eorum sit hæres propinquior, a & cùm de propinquitate constiterit, quamdiu casus Regis duraverit, nunquam ad judicium procedetur./ Cùm autem breve de recto (ut prædictum est) per narrationem petentis, & responsionem tenentis qui ingressum elegerit, vertatur ad breve de ingressu, ex tunc deficiunt tenenti esse dilationes, & essonia de malo lecti, quæ ei competebant antequam tenens ingressum eligeret, & extunc procedendum erit sicut per breve de ingressu. Si autem defensionem juris elegerit, tunc fiat per omnia sicut dictum est supra, inter extraneas personas & conjunctas. Et in fine notandum, quòd si inter conjunctas personas in placito per breve de recto, & per narrationem adjiciatur de ingressu, non expedit tenenti quòd se teneat ad ingressum, quia si talis sit ingressus ut proponitur, & probari possit, & tenens cùm ingressum elegerit, & per consequens tacitè innuit jus esse petentis, ut pro- a ponitur, probato ingressu, non obstante casu Regis, petens obtinebit. Si autem ad defensionem juris se tenuerit, sive talis sit ingressus ut proponitur, sive non, factâ computatione parentelæ, quamvis constiterit quis eorum sit a hæres propinquior, nunquàm ꝓcedet judicium ꝓpter casum Regis, nec aliud unquàm in causa ꝓprietatis, inter conjunctas personas, durante casu, dum tamen tenens ad defensionem juris se tenuerit.

Henrici de Bracton de legibus & consuetudinibus Angliæ liber quintus, qui dividitur in quinque Tractatus, quorum primus est de Recto.

CAP. I.

§ 1. De materia hujus libri. 2. Quare hoc placitum de Recto ultimo ponitur.



Expedito tractatu de assisis & recognitionibus, quæ proditæ sunt sup jure possessorio, ad seysinam ꝓpriam, vel alicujus antecessoris ut de feodo recuperãdã: Et similiter expedito tractatu placitorũ de ingressu assequendo, cõsequẽter agendũ erit đ placito sup jure, & ꝓprietate, de seysina ꝓpria vel alicujus antecessor̃, de tento vel aliquo alio jure, đ quo ãtecessor nõ obiit seysitus ut de feodo, & ubi in judiciũ deducit̃, & terminat̃ utrũq jus simul, tã possessioñ viz. quam

a/ Quere of this expression.

viz. quam proprietatis, secundum quod inferiùs dicetur, & ibi ratio quare.
¶ 2. Placitũ vero de recto ultimũ sibi locum vendicat in ordine placitorũ, quia quicunq̃ in hoc placito semel amiserit ꝑ judicium, vel per assisam, vel per duellum, nunq̃m ad aliã actionem habebit regressum, quia sẽper obstabit ei exceptio rei judicatæ. Et tale erit judicium reddend', scilicet ꝙ petens recuparet seysinam suã quietè sibi & heredibus suis, de ꝓdicto tali tenente & hæredibus suis imperpetuum. Per judiciũ dico: quia secùs est si per defaltã, aliqua habita distinctione, sicut inferiùs diceẽ de defaltis. Et si quis semel egerit ꝑ hoc breve de recto qualitercunq̃, (ut ꝓdictum est) si in suo loco impetretur, nunquã postmodũ ad actionẽ super possessioñ regressum habebit, & maximẽ cùm placitum ꝑ breve de recto, utrunq̃ jus, tam possessionis quàm ꝓprietatis (ut paulò ante dictum est) comprehendat.

¶ 1. De diversis formis brevium de recto. 2. Breve de recto si terra partibilis fit de Socagio. 3. Breve de recto ballivis sokæ vel custodibus bonorum. 4. Breve de recto si quis tenere debet in capite de Rege. 5. Breve de recto custodi ubi hæres fuerit infra ætatem. 6. Breve ballivis maneriorum secundum consuetudinem maneriorum. 7. Breve ballivis de burgo. 8. Breve de recto de dote ubi mulier partem habuerit. 9. Breve de recto de servitiis & consuetudinibus. *Cap. 2.*

ET quia variæ sunt formæ brevium de recto, ideo de formulis videamus, & imprimis de illis quæ aliquando terminantur in curia dominorum suorum, quorum hæc est prima. Rex tali Episcopo salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione plenum rectum teneas tali de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat tenere de te, ꝑ liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, & quod talis ei deforciat. Et nisi feceris, vic' talis faciat, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste &c. Vel sic: de tertia parte unius feodi militis in tali loco vel villa, quam clamat de te tenere, & quam talis ei deforciat. Si autem servitium sit militare, tunc sic: Per servitium feodi unius militis, vel dimidii, vel quartæ partis feodi unius militis, vel per servitium tot denariorum quando 40. s. capiuntur de scuto, vel sic: per servitium tot denariorum quando duæ marcæ, vel xx. s. capiuntur de scuto, vel per servitium, unde tot carucatæ faciunt feodum unius militis, vel sic: per servitium, unde tot bovatæ vel tot virgatæ terræ faciunt feodum unius militis pro omni servitio. Et notandum quòd in servitio militari non dicitur per liberum servitium, & ideò, quia constat quòd feodum tale liberum est, nec etiam, ubi quantitas feodi exprimitur in quãtitate terræ petitæ, non opponitur aliquod servitium, quia in quantitate feodi ostenditur quantitas servitii. Sunt autẽ infinita ꝟvitia, & diversa, & innumerabilia in brevi de recto, secundũ ꝙ sunt à diversis dominis capitalibus feoffatoribus constituta. Et ideò non possũt in scripto cõprehendi omnia. Fit etiam aliquando feoffamentum sic. & breve sic. Quod clamat tenere de te per liberum servitium inveniendi tibi unum servientem equitem ad eundum tecum in exercitum in Walliam, ad summonitionem tuam, ad custum

Deperquisite est finis

suum, vel custum tuum, pro omni servitio, vel sic: Per liberum servitium sequendi curiam tuam, vel portandi brevia tua infra regnum Angliæ, ad summonitionem tuam, & custum suum, vel custum tuum, pro omni servitio, vel sic: Per servitium unius Asturcii sori, vel unius Espervarii sori, vel per servitium unius paris calcarium deauratorum, vel albarum cherothecarum, pro omni servitio, & sic de aliis, secundum formam chartarum & feoffamentorum. Fit etiam aliquando servitium annuum, & servitium militare simul & pro eadem terra, & tunc in brevi proponendum est servitium annuum, sic: Per liberum servitium x.s. per annum, & tunc dicatur, & per s'vitium unius feodi militis pro omni servitio, quia si hæc determinatio p annum postponeretur huic ultimæ clausulæ, sic videretur referri ad totum præcedens, & ita sequeretur inconveniens, quia servitium militare non est annuum. ¶ 2. Rex tali domino salutem. Præcipimus tibi quòd justè & sine dilatione plenum rectum teneas talibus de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamant esse rationabilem partem suam quæ eos, vel eas, contingit de libero tenemento quod fuit talis patris, vel matris, Avi vel Aviæ, Avunculi vel amitæ sui in eadem villa, & tenere de te per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, quod talis ei deforciat, & nisi feceris, vicecomes talis faciat ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste &c. vel sic: Quod clamat esse de rationabili parte sua quę eos contingit de libero tenemento quod fuit talis patris vel matris, avunculi vel amitæ, ut supra. ¶ 3. Rex ballivo Sokæ de tali loco, vel custodi talis honoris salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione plenum rectum teneatis tali, de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat tenere de prædicta Soka, vel de prædicto honore, per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, quod talis ei deforciat, & nisi feceris, talis vicecom̃ faciet ne amplius inde clamorem audiamus p defectu recti. Teste &c. ¶ 4. Rex. vicecomiti salutem. Præcipe tali quòd justè &c. reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat esse jus & hæreditatem suam, & tenere de nobis in capite, & unde queritur quòd prædictus talis injustè ei deforciat, & nisi fecerit, & idem talis fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc sumoneas per bonos summonitores præfatum talem, quòd sit coram Justitiariis nostris apud Westmonasterium, tali die, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi summonitores, & hoc breve. Teste &c. ¶ 5. Rex custodi terræ & hæredis talis salutem. Præcipimus tibi quòd justè & sine dilatione plenum rectum teneas tali de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat tenere de prædicto hærede per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, quod talis ei deforciat, & nisi feceris, vicecomes noster talis faciat, &c. ne amplius &c. ¶ 6. Rex ballivis suis de tali villa salutem. Præcipimus vobis quòd sine dilatione, & secundum consuetudinem manerii nostri de tali villa, plenum rectum teneatis tali, de tãto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod talis ei deforceat, ne amplius &c. Teste &c. Si autem burgagium petatur, tunc sic.

Writ of Right in the King's Court.

Other Writs of Right in the Lord's Court.

¶ 7. Rex

¶ 7. Rex ballivis suis de tali burgo salutem. Præcipimus vobis quod plenum rectum teneatis A. de tali villa, de uno mesuagio cum ptinentiis in tali villa, quod clamat tenere de nobis per liberum servitium tanti per annum ꝓ omni servitio, vel in liberum burgagium, vel in liberum maritagium pro omni servitio, quod talis ei deforciat, & nisi, &c. Teste &c. Est etiã alterius modi breve de recto, quod dirigitur hæredi alicujus, sub nomine mulieris quæ habuit partẽ dotis suæ, sive plus sive minus, quod tale est. ¶ 8. Rex tali hæredi salutem. Præcipimus tibi ꝙ sine dilatione plenum rectũ teneas tali mulieri, de tertia parte tantæ terræ, vel redditus, vel bosci, vel prati, vel unius vel duorũ, vel tot mesuagiorũ, cum ptinentiis in tali villa, qm clamat esse de rationabili dote sua quę eam contingit de libero teñto quod fuit talis quondam viri sui in eadem villa, vel in alia, & tenere de te ꝑ liberum servitium ut supra. Si autem dos quæ petitur defendi debet sub servitio dotis quę tenetur, tunc sic: Quam clamat pertinere ad liberum teneñtum suum quod de te tenet in dotem in eadem villa vel in alia, ꝑ tale servitiũ: vel sic, Quam clamat tenere de te in dotẽ ꝑ tale servitiũ. Est etiã alterius modi bře de recto de consuetudinibus & ꝟvitiis, quod im̃ediatè dirigitur vicecomiti, ubi tenens ꝟvitium suũ dedixerit in parte vel in toto quod tale est. ¶ 9. Rex vic. salutem. Præcipe tali ꝙ justè & sine dilatione faciat tali consuetudines & recta ꝟvitia, quę ei facere debet de libero teneñto quod de eo tenet in tali villa, & nisi fecerit, & idem talis fecerit te securũ &c. tunc sũmoneas ꝑ bonos sũmonitores &c ꝙ sit corã Justic' nostris ad primã assisam, cùm in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit. Et habeas &c. Teste &c. De ꝟvitio vero ꝙ quis cognoverit, si illud facere aliquãdo contradixerit, dirigitur tale breve vic' de justitiando eum, ꝙ dicitur breve de recto, in hac forma: Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd justities talem, ꝙ justè & sine dilatione faciat tali consuetudines & recta ꝟvitia quæ ei facere debet de libero teneñto suo quod de eo tenet in tali villa, ut in homagiis, releviis, redditibus, arreragiis & aliis, sicut rationabiliter monstrare poterit quod ei facere debeat, ne amplius inde clamorem audiamus ꝑ defectu justitiæ. Teste &c. Si autem tenementum fuerit in Burgo, tunc dicatur sic: Quod talis faciat tali recta ꝟvitia, nulla tamen fiat mentio de consuetudinibus.

Of Dower

Of Services & custom

1 ¶ *Qualiter placita transferuntur à curia dominorum usque ad comitatum.* 2. *Quòd pluribus modis possit curia domini deficere.* 3. *De summonitionibus & modo procedendi in curia domini Regis.* *Cap. 3.*

CONstat ex pręcedentibꝰ ꝙ quædã sunt bria de recto ex supra nominatis quæ in curia dñinorũ, terminari debẽt, & quæ aliquando ꝑ defaltã dominorũ, qui rectũ tenere vel nolũt, vel non possunt, transferũt ad comitat̃, & ibi multis modis terminari poterunt, nisi ita sit ꝙ tenens se posuerit in magnam assisam, vel ꝙ Dominus Rex (ad instantiam petentis, & aliquando ad instantiam tenentis, sed ex justa causa) velit ꝙ loquela ad curiã suam

 à comi-

a comitatu transfertur, ideò per ordinem erit incipiendum à curiis dominorum ubi ipsi dom̃ quandoque curiam tenent & quandoque eorum ballivi, ut si ipse petens tenere clamaverit de aliquo per liberum servitium, qui velit & possit loquelam in curia sua deducere & placitare & terminare per duellum, vel alio modo, qui quidem si nolit, vel non possit multis de causis, vel ꝓpter impotentiam, vel ꝓpter aliquam dubitationem emergentem, vel incidentem: & ita quòd curia sua de recto tenendo petenti deficiat, tunc ritè ꝓbata defalta per defaltam recti in curia dom̃ capitalis, vicecomes rectum teneat per verba in brevi cōtenta (si non feceris vic' hoc faciat.) ¶ 2. Poterit quidem curia de recto tenendo deficere multis modis, ut si deforcians tenuerit de aliquo alio quàm de eo de quo petens tenere clamaverit, quia in hoc casu non habet dominus capitalis coertionem per quam deforciantē trahere possit ad curiam suam, propter quod de necessitate erit ad comitatū recurrendum. Item quia capitalis dominus omninò recusat tenere rectum, vel cùm nemo sit, vel inveniatur in curia qui rectum teneat, vel quia ipse dominus nullam curiam habet, nec erit (ut videtur) ad superiores dominos capitales, præterquam ad comitatum recurrendum, cùm in brevi contineatur, quòd si talis nominatus non fecerit ꝙ vic' immediatè se intromittat. Item propter impotentiam domini capitalis, ut si warrantus vocetur qui sit manens extra potestatem suam, vel fortè deforcians alibi se essoniaverit de malo lecti, quàm infra potestatem dom̃ sui, & ita ꝙ milites mittere non possit, licet dominus. Rex faciat hoc aliquando per breve suum. Item si tenens posuerit se in magnam assisam, & aliæ sunt causæ infinitæ. Et si dominus capitalis rectū tenere inceperit, & postea obierit, licet hæres suus infra ætatem extiterit, propter hoc non cadit breve, quia curia judicabit. ¶ 3. De summonitionibus vero ad curiam capitalis domini faciendis, quæ esse debeant, vel quot sursisæ, vel quot esson̄ fieri, nolo inserrere huic tractatui propter diversas consuetudines, quæ in diversis curiis diversimodè observantur. Sed sciendum ꝙ in visu petendo, & in warranto vocando, aliquando & in exceptionibus proponendis, & in duellis vadiandis, & in omnibus aliis quæ in curia dominorum terminari possunt & debent, observari debent prout in curia Regia observantur.

¶ 1. Qualiter defalta Recti in capitali domino debeat probari in curia Regis. 2. De processu in comitatu post defaltam curiæ probatam. 3. Quando loquela incipit esse in comitatu. Cap. 4.

CUm autē ita sit ꝙ dom̃ capitalis rectum tenere nolit, vel non possit, & curia sua ita de recto defecerit, vidend' erit qualiter defalta ꝓbari possit, & debeat, ita ꝙ loquela ad com̃ trāsferat̄, & tūc quando loquela incipit esse in com̃, & usq; ad quod tempus dom̃ capitalis curiā suā petere possit, cùm fortè de recto non defecerit. Post defaltā curiæ domini capitalis, statim ad comitatum accedat petens & ostendat ibi ꝙ curia domini sui ei defecerit de recto, & (secundū quosdam) vadiata ꝓbatione defaltæ in manum servientis

tis domini Regis, vic' dicat servienti domini Regis, ꝙ assumptis secũ ꝓbis & legalibus hominibus, statim accedat ad curiã illius dom̃ capitalis, si curiam habuerit & curiã tenuerit, vel si curiam nõ habuerit, tunc ad locũ ubi habuerit resẽãtiam, dum tamẽ hoc sit in feodo illo, ubi terra illa est quæ petitur, & si nihil horum habuerit vel fecerit, tunc sufficit ꝙ defaltã ꝓbet quo loco voluerit, super feodum illud, secundũ quod ipse dom̃ electiõ habuerit tenendi curiam suã quo loco voluerit sup feodum suũ (cũ extra nõ liceat de jure) & videat serviens si curia petẽti defecerit de recto, ꝙ ipse ei rectũ tenere noluerit vel non possit, & statim ꝑ juramẽtũ ipsius petentis, & aliorũ duorũ quos petens secũ habuerit, audiat serviens ꝓbatiõn defaltæ in ꝑsentia capitalis dom̃, si interesse voluerit ꝑ se, vel ꝑ certum attornatũ, senescallũ, vel aliũ ballivum: secund' quod inveniri poterit de termino P. & s. T. añ Regis H. tertio in com̃ Surrey de Gylbert de Albyngewerth & Reginaldo de Brewese. Qui quidẽ si sum̃onitus interesse noluerit, nihilominus ꝓcedat ꝓbatio, & ꝓbata defalta, ut ꝑdictum est, redire debent ad com̃ tam petens quàm serviens. Et ſviente (qui in hoc recordum habet) ꝓbationem defaltæ attestante, tunc petat petens inde judicium, & ibi per judicium ꝑcipietur, ꝙ tenens sum̃oneatur ꝙ sit ad alium com̃ inde petenti responsurus. Ad quem diem si uterq̃ comparuerit, ꝓcedat loquela, si autem neuter, sed se essoniaverit, dabitur alius dies per essoñ & idem erit si de altero ipsorum. Si autem nullus, vacua erit loquela, quamvis videatur ꝙ compensari debeat defalta cũ defalta, ex quo tenens quietus per judicium non recessit. Si autem petente comparente tenens non comparuerit, præsentibus summonitoribus, & summonitiones testificantibus, ꝓcedatur contra ipsum ad defaltam, secundum diversam cõsuetudinem diversorum comitatuũ, vel ꝑ captionem terræ in manum domini Regis, vel alio modo. Et secundum ꝙ in comitatu Lancastr̃ observatur, & quæ consuetudo ab M. de P. commendata fuit & approbata, & quæ talis fuit: quod si tenens ad primam summonitionem non veniret, tunc præsentibus summonitoribus & summonitionem testificantibus, per considerationem comitatus summoneatur secundò, ꝙ sit ad alium comitatum, ad quem si non venerit præsentibus summonitoribus &c. ut prius, ꝑ cõsiderationem comitatus capiatur parvum nãpium de eadem terra nomine districtionis, & tenens summoneatur tertiò ꝙ sit ad tertium comitatum, ad quem si non venerit, capiatur magnum nampium de eadem terra, scilicet averia & catalla in duplum pro aforciamento districtionis, & tenens quartò sum̃oneatur quòd sit ad quartum com̃, ad quem si non venerit, per cõsiderationem com̃, capietur terra in manum domini Regis, & tenens quintò sum̃oneatur, ꝙ sit ad quintum com̃, ad quem si non venerit, nec terra petita sit ꝑ plevinã, petens seysinã suã recuperabit ꝑ defaltã, nec poterit tenens se defendere contra recordum com̃ per legem, defendendo summonitionem & sursisas. ¶ 2. Fit etiam processus hujusmodi post defaltam probatam pluribus aliis modis & diversis, secundum diversitatem comitatuum, quia post probationem defaltæ, faciet serviens hundredi incontinenti

P The Proceedings in the County Court after Remov...

Practice in County of Lancaster

P

summonitionē vel assidet partibus diē (si præsent fuerint) ad pximū com̄ & semp stabit ejus recordo cum testimonio pborum hominum qui psentes fuerint, & de summonitione facta, & die dato, & ad quem si tenens non venerit, se p legem non defendet contra recordum servientis. Stabitur etiam ejus recordo, si in curia Regis contentio habeatur, utrū loquela fuerit in curia capitalis domini, vel in comitat̄, vel si facta fuerit p eum summonitio vel non, ut de itinere W. de Ralegh in com̄ Warr̄. ¶ 3. Et quamvis quidā̄m sic dicant, q̄ statim post summonitionem factam p s̄vientem, incipit loquela esse in comitatu, tamen non est ita, nisi tunc demùm cum serviens præsens fuerit in comitat̄ & testatus fuerit pbationem defaltæ & summonitionē, & cum ita fuerit loquela in com̄, sine calumnia domini capitalis, sive tenens se essoniaverit sive non, capitalis dominus curiam suam nunquam rehabebit, sive tenens in com̄ se essoniaverit sive non. Ex tunc enim vel statim poterit loquela ad magnā curiam dom̄ Regis p pone transferri, vel in com̄ terminari, & unde cùm multotiens contingat, q̄ petens per fraudem dicit q̄ curia de recto ei defecerit, cùm fortè loquela nunquā fuerit in curia dom̄ capitalis, & cùm ipse dom̄ paratus esset ei rectum tenere, ipse petens ad comitat̄ convolavit. Et quo pbato esset curia domino capitali restituenda, si illam ad horam petierit, oportet q̄ illam petat hora congrua, antequam loquela fuerit in comitat̄, scilicet tertio die inclusivè, ne si diem com̄ attenderet, superveniret ptestatio pbationis defaltæ, & summonitionis per recordum servientis, vel essonium tenentis, & postea breve de ponendo loquelam ad magnam curiam, quia sic non esset curia petita ad horam.

¶ 1. Cùm loquela fuit in comitat̄. translata. 2. De modo procedendi in placito de recto cùm fuerit in comitat', & de forma diversorum brevium. 3. Si in com' vocetur warantus. 4 Si tenens se posuerit in magnam assisam in comitatu. 5. Breve de pace usque ad adventum Justitiariorum. 6. Prohibitio custodi. 7. Si placitum fuerit in comitatu de consuetudinibus & servitiis. 8. Si ille qui se posuerit in magnam assisam de servitiis & consuetudinibus & habuerit breve de pace distinguatur à domino suo pendente placito. 9. Breve de pace ubi terra petita teneri debet in Gavelkynd. 10. Quòd tenens qui se posuerit in magnam assisam cùm breve de pace habuerit perquirat sibi petens de arramando magnam assisam coram Justitiariis in adventu ipsorum. 11. Breve de eodem de assisa arramanda. 12. De assisa arramanda cùm placitum de recto fuerit de servitiis & consuetudinibus. 13. Breve de assisa arramanda in Jurata de Gavelkynd loco magnæ assisæ. 14. Qualiter removetur placitum de com' ad magnam curiam per breve quod dicitur Pone. 15. Pone ad petitionem petentis. 16. Pone ad petitionem petentis de consuetudinibus & servitiis. 17. Pone ad petitionem tenentis & ex causa. 18. Ubi duellum vadiandum est contra consuetudinem regni. Cap. 5.

PRobata sic defalta & per servientem testata, & similiter summonitione, sic incipit placitum de recto esse in comitatu & ubi in esson̄ de malo veniendi ita fieri debet sicut fit in curia domini Regis, nisi ex consuetudine & ex jure antiquo aliter observetur. ¶ 2. De essonio vero de malo lecti ita fiat, secundum quod inferius videri poterit de essoniis si in comitatu. De visu vero habendo & de exceptionibus, & replicationibus-

bus, fiat sicut inferiùs dicetur, & eodem modo. Si autem vocetur warrantus in comitatu non habebit comitatus potestatem sumonendi warrantum ad warrantizandum sine speciali præcepto dom̃ Regis, quo casu recurrendum erit ad curiam p̃ breve de warrantia, quod tale erit. ¶ 3. Rex vicecom̃ salutem. Præcipe tali q̃ justè &c. warrantizet tali, tantã terrã cum p̃tinentiis in tali villa, quam talis Titius in curia nostra clamat esse jus suum, & unde &c. ut infra inter brevia de warrantia. Et nisi fecerit q̃ sit in adventu justic' &c. & unde si in comitatu warrantizaverit, bene erit, si autem non, tunc dabitur dies partibus in adventu Justiciariorum, ubi terminabitur p̃ tale bře placitũ de warrantia, & cùm warrãtizaverit remittetur loquela principalis iterũ ad com̃., & ibi terminabitur si Justiciarii hoc voluerint. Poterit tamẽ utraquè corã eis de gratia terminari si voluerint, etiam sine pone. Et si warrantus infra ætatem fuerit, remanebit principale placitum in suspenso in comitatu & placitum de warrantia coram Justiciariis quousque warrantus ætatem habuerit, q̃ ad warrantiam respondere poterit. ¶ 4. Si autem tenens p̃ duellum in comitatu se defendere voluerit, tunc fiat eodem modo in essoniis, & aliis, sicut fit infra de duellis. Cùm autẽ tenens se posuerit in magnã assisam in comitatu, dabitur ei dies usq; ad alium comitatũ infra quem sibi p̃quirere debet breve de pace usquè ad adventum Justiciariorum, quod quidem facere non possit p̃ interpositam personam, cùm in p̃pria persona jurare teneatur q̃ tenens est, & q̃ se in comitatu posuerit in assisam, q̃ si infra comitatum sibi non perquisiverit, vel essoniatus non fuerit, sed defaltam fecerit, amittere poterit p̃ defaltã, salvo ei quòd habeat recuperare suũ quale habere debebit. Et eodem modo faciat petens ex parte sua, perquirat sibi breve de summonendo magnam assisam coram Justiciariis ad eundem terminum secundum q̃ inferiùs dicetur. ¶ 5. Rex vicecom̃ salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter A. petentem & B. tenentẽ de tanto terræ cum p̃tinentiis in N. quod idem A. clamat versus prædictum B. p̃ breve nostrum de recto, nisi duellum inde fuerit vadiatum, quia idem B. (qui tenens est) posuit se in magnam assisam nostram, & petit recognitionem fieri uter eorum majus jus habeat in terra illa. Et sic fiat de omnibus aliis assisis, secundum quod videri poterit in magnis assisis inferiùs. Si autem placitũ de recto fuerit in curia alicujus, tunc fiat p̃hibitio custodi, vel ballivo. p̃ tale breve. ¶ 6. Rex vicecom̃ salutem. Prohibe ballivo, vel custodi terræ & hæredis A. ne teneat placitũ quod est in curia ejusdẽ custodis, vel ballivi de tali honore &c. ut supra. Vel si p̃hibitio fieri debeat dom̃ curiæ, tunc sic. Prohibe A. ne teneat placitum in curia sua inter A. petentem & B. tenentẽ de tanto terræ cum p̃tinẽtiis in N. quod idẽ A. clamat versus eundem B. p̃ breve nostrum de recto &c. Si autem placitum fuerit inter aliquos in comitatu de servitiis & consuetudinibus per breve de recto patens, quod dicitur, prohibemus: vel per breve de Justiciando aliquem ad faciendum recta servitia & consuetudines, & tenens se posuerit in magnã assisam

quod

Writ of Warranty

Writ of peace ad adventum Justiciariorum

Prohibition to the inferior court.

(q bene poterit) habebit breve de pace vicecom quod tale erit. ¶ 7. Rex vicecomiti salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter A. petentem, & B. tenentē vel defortiantē, de cōsuetudinibus & servitiis quæ prædictus A. exigit de prædicto B. per breve nostrum de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, nisi duellum inde vadiatum fuerit, quia idem B. (qui tenens est) posuit se in magnā assisam nostram, & petiit recognitionem fieri utrum debeat prædicto A. de prædicto tento tale servitium & tale, tantum per annum pro omni servitio sicut ei recognoscit: an idem servitium, & praeterea tale, & tale, sicut idem A. ab eo exigit. Teste &c. Et variat illud breve multotiens secundum varietatem servitiorum. Contingit quandoq; q ille qui se posuerit in magnam assisam de servitiis & consuetudinibus, postquā sibi perquisiverit breve de pace usquè ad adventū Justiciariorum, interim nihilominùs distringitur pro eisdem servitiis per dominū capitalem, & quo casu consulitur ei per breve quod tale est. ¶ 8. Rex vicecomiti salutem. Ostendit nobis talis, quòd cùm tulerit tibi breve nostrum de pace habenda usq; ad adventum Justiciariorum ad partes illas de servitiis & consuetudinibus quas talis ab eo exigit, & quas ei non cognoscit, & unde posuit se in magnam assisam nostram corā te in com tuo. Idem talis nihilominùs distringit eum pro eisdem servitiis & consuetudinibus quas ei non cognoscit, et in aliis gravis existit eidem & injuriosus. Et ideo tibi præcipimus, q non permittas de cætero quod prædictus talis distringat ipsum talem pro eisdem servitiis et consuetudinibus, ita q prædictā occasione de cætero ei molestiam inferat vel gravamen. Et ita te habeas in hoc negotio &c. Teste &c. ¶ 9. Rex vicecomiti salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter talem et talem &c. ut supra, nisi duellum &c. quia idem talis qui tenēs est, posuit se in Juratā loco magnæ assisæ provisam et concessam, et petiit recognitionem fieri uter eorum majus jus habeat in terra illa Teste &c. Et notandum est quòd omnia brevia de pace sic fiunt, ut supra: vel sic: vel q sit prohibitio vicecomiti ne teneat, vel vicecomiti quòd aliis prohibeat, sicut dominis, custodibus, vel ballivis, ne ipse teneant placitum quod est in curia eorum &c. ut supra. Et sciendum q omnia brevia de pace irrotulari debent in rotulo de Cācellaria. ¶ 10. Cùm autem tenens hujusmodi breve de pace sibi perquisiverit, statim debet petens aliud sibi perquirere, scilicet de magna assisa coram Justiciariis in eorum adventu arramanda, & per quod summoneantur quatuor milites ad eligendum duodecim ad faciendam assisam illam, in hac forma. ¶ 11. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores quatuor legales milites de comitatu tuo quòd sint coram Justiciariis nostris ad primam assisam cùm in partes illas venerint, ad eligendum super sacramentum suum duodecim de legalioribus militibus de visneto tali, qui meliùs sciant & velint veritatem dicere, ad faciendam recognitionē magnæ assisæ nostræ inter talē petentem, & talem tenentem, de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quia idem talis (qui tenens est) posuit

posuit se in magnā assisam nostram, & petit recognitionem fieri uter eorum majus jus habeat in terram illam. Et sumoneas p bonos sumonitores pdictum talem &c. quòd tunc sit ibi auditurus illam electionem, & habeas ibi nomina militum & hoc breve Teste &c. Et sciendum q variantur hujusmodi brevia secundū varietatem assisarum, secundum q videri poterit infra de assisis. ¶ 12. Rex vicecom salutem. Sumoneas per bonos sumonitores quatuor legales milites de comitatu tuo &c. ut supra, ad faciend' recognitionem magnæ assisæ nostræ inter A. petentem & B. deforciantem de consuetudinibus & svitiis quæ idem A. exigit à pdicto B. de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et unde idem B. (qui tenens est) posuit se in magnam assisam nostram, & petiit recognitionem fieri utrum debeat pdicto A. de pdicta terra tale svitium, vel tale, tantum per añum p omni svitio sicut ei recognoscit, an idem servitium, & ptereа tantū, sicut idem A. ab eo exigit. Et summoneas &c. ut supra. ¶ 13. Rex vicecom salutem. Sumoneas &c. quatuor legales homines de com tuo qui teneant in Gavelkynd, q sint corā Justiciariis nostris &c. (ut supra) ad eligend' super sacramentum suum xii. de legalioribus hominibus de visneto tali, qui teneant in Gavelkynd, et qui melius sciant et velint veritatem dicere, ad faciendā juratam loco magnæ assisæ pvisam et concessam, inter tales &c. ut supra. Et sumoneas &c. et habeas &c. ¶ 14. Et tali modo pcedat placitum de recto in com, nisi fortè sit aliquis capitalis dominus, ut pdictum est, qui curiā suam ad horā petierit antequàm placitum fuerit in com, vel fortè cùm in comitatu fuerit perquirat sibi petens de ponendo loquelam illam ad magnam curiam, per breve q vocatur (Pone) et quod tenenti de facili non conceditur, nisi ex causa necessaria in brevi exprimenda. ¶ 15. Rex vicecom salutem. Pone ad petitionē petenť coram Justiciariis nostris apud Westm tali die loquelā quæ est in com tuo per breve de recto inter A. petentē et B. tenentē de tanto terre cum pertinētiis in tali villa, vel sic: exceptis tot acris &c. Et sumoneas &c. pdictum B. q tunc sit ibi præfato A. inde responsurus, et habeas ibi summonitores et hoc breve Teste etc. ¶ 16. Rex vicecom salutem. Pone ad petitionem petētis coram Justiciariis nostris apud W. tali die loquelam quæ est in comitatu tuo p breve nostrum inter A. petentem et B. deforciantem de consuetudinibus et svitiis quæ idem A. exigit de pdicto B. de libero teñto suo quod de eo tenet in tali villa etc. Et summoneas etc. pfatum B. quòd tunc sit ibi præfato A. inde responsurus, et habeas ibi summonitores, et hoc breve, et aliud breve. Teste etc. Et ideo dicit (aliud breve) ut si placitum fuerit in comitatu per aliquod breve clausum inter aliquos, de debito, vel de alia re, et ita quòd non sit patens, et quod quidem remanere debet penes petentem. Sed esto quòd tenens warrantum vocaverit in comitatu antequàm loquela posita fuerit coram Justiciariis de banco, et ita quòd warrantus diē habeat coram Justiciariis itinerantibus, quia statim ad pceptum vicecomitis non warrantizavit, nunquā fiet mētio in Pone de warrāto? Non, quia in curia dñi Regis post essonia et dilationes incipiet petēs narrare versus tenētem.

Quære, where supra?

Note magna curia, and Justiciarii de Banco, signify the same court.

Writ of Pone at request of tenant!

tem, ex quo warrãtus in comitatu nondum warrantizavit, & ipse tenẽs tunc incipiat de novo warrantum vocare, & dies datus corã Justic' itinerantibus nullus erit & locum non tenebit. Raro autẽ fit hoc breve (Pone) ad petitionem tenẽtis, ut prædictum est, nisi ex causa quæ multiplex esse poterit, ut si tenens longè agens fuerit in partibus transmarinis, vel ita impotens sui ꝙ comparere non possit in comitatu, vel vice versa, si petens sit vicecom̃ parentela conjunctus, fyiens, vel multum familiaris, vel sit valde potens, & vicecomes de com̃, & sit tale (Pone) sic cũ causa expressa. ¶ 17. Rex vicecom̃ salutem. Pone ad petitionem tenentis, eo ꝙ agit in partibus transmarinis, vel eo quòd petens est amicus, vel familiaris vicecomiti, & hujusmodi, coram Justic' nostris ad talem diem loquelam quæ est in comitatu tuo ꝑ breve nostrum de recto inter A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et dic prædicto A. ꝙ tunc sit ibi loquelam suam versus prædictum B. ꝓsecuturus si voluerit. Et habeas ibi hoc breve. Teste &c. Et notandum quòd si tenens quacunq; de causa ꝑquisiverit suum (Pone) coram Justiciariis, & primo die coram eis defaltam fecerit, oportet eum wayvare suum (Pone) vel amittet ꝑ defaltam. Item esto ꝙ petens defaltam fecerit primo die cùm (Pone) suum ꝑquisiverit; & cùm tenẽs se essoniaverit, recesserit essoniator sine die, non poterit petẽs ulterius ꝑ aliud (Pone) resumere placitum suum, & illud iterum transferre de comitatu ad magnam curiam, quia in comitatu nullum est placitum ex quo inde semel translatum est: ut de termiñ Paschæ añο regni regis H. nono in com̃ Hunt de Wilhelm̃ Hatechrist & Roberto d' Washingley. Et unde idẽ Robert (qui tenẽs fuit) recessit sine die de placito illo, quod translatum fuit a comitatu ꝑ secũdum Pone, & ideo placitum de novo reincipiendum. Transfert etiam loquela ad magnam curiam ad petitionem petentis ex necessitate ꝓpter privilegium tenẽtis, quale habẽt templarii, & hospitalarii, & alii plures, ꝙ non respondeãt de aliquo placito, nisi corã ipso Rege, vel ejus capitali Justic', qui cùm aliquando contra privilegium suum intraverint in responsum, ex pœnitentia resilire non possunt: ut de Itinere Abbatis de Radyng & M. de Pateshul in com̃ Wygorñ añο regni Regis H. quinto. Transfertur etiam generaliter quælibet loquela de com̃ per necessitatem .s. ubi comitatus non habet potestatem terminand' placitum, ut si bastardia objiciatur, vel hujusmodi, & eodem modo ꝓpter difficultatem judic', & multis aliis modis. Et eodem modo transferuntur loquelæ coram Justitiar̃ Itinerantibus & indifferenter, absq; eo ꝙ aliquid detur pro (Pone). Et eodem modo de curiis Baronũ. Et in fine notandum, ꝙ in placito per parvum breve de dominicis dom̃ Regis, nullum fiat (Pone). Transfertur etiam loquela à com̃ ad curiam, ꝓpter falsum judiciũ, vel fatuum. ¶ 18. Rex vicecom̃ salutẽ. Pone corã Justitiar̃ nostris &c. duellũ quod vadiatũ est in com̃ tuo inter A. querẽtem & talia hundreda, de quodã judicio eidẽ A. facto, de averiis captis & cõtra vadiũ & plegium detẽtis ut idem A. dicit. Et unde queritur ꝙ duellum istud injustè & cõtra cõsuetudinem regni nostri vadiatum est. Et interim recordum illud unde prædictum

Note this stile Coram ipso Rege, vel ejus capitali Justiciario.

ctum duellum vadiatum fuerit fieri facias, & illud habeas corā præfatis Justitiariis nostris ad pdictum diem p quatuor legales milites de com tuo qui recordo illi interfuerint. Et sumoneas &c. quatuor legales milites de com tuo, qui recordo illi interfuerint, & pterea quatuor legales milites de quolibet hundredorum pdictorum, qui tunc sint ibi audituri recordum illud, & responsuri, & iudicium recepturi, p pdictis hundredis. Et habeas ibi sumonitores, nomina militum, & hoc breve Teste &c. Et sunt huiusmodi formæ infinitæ secundum diversitatem placitorum.

¶ 1. *De diversitate & divisione summonitionis.* 2. *De summonitione generali.* 3. *De summonitione speciali.* 4. *Quis potest summonere.* 5. *Per quos & per quos facienda sit summonitio, & quando.* 6. *Quæ summonitio sit legitima.* *Cap. 6.*

Ranslata ad magnā curiam ad petitionem petentis loquela quæ incepta est p breve de recto p Pone, oportet ꝙ sumoneatur tenens ꝙ sit ibi petenti inde responsurus. Et unde inprimis videndum est an sit sumonitus, & ideo de sumonitionibus aliquid dicatur. Et sciendum ꝙ est sumonitio, & est post sumonitioñ aliquando captio in manum domi regis p defaltam, vel attachiamenī, secundum quod actio fuerit realis vel psonalis, secundum quod inferius dicetur. Item est mandatum dñi Regis sive præceptum sine alia sumonitione, ꝙ quis sit coram eo responsurus, vel aliquid facturus, vel ꝙ quis sit & habeat talem ad respondend', vel aliquid faciendum. Item est pceptū vicecom quod faciat aliquē venire, vel attachiet, vel ꝙ habeat corpus alicui', vel ita attachiet ꝙ sit securus habendi corpus: secundum diversitatem sumonitionum, & attachiamentorum, ut inferius dicetur de essoñ, & ubi aliquando sequitur essoñ, aliquando nō. Item sumoñ alia fit in actione reali tā in causa possessionis, qm in causa pprietatis. Item alia in causa psonali ubi. s. aliqua psona obligatur in contractibus ad aliquid dandum vel faciendum, & in actionibus iniuriarum. ¶ 2. Item sumonitionum, alia generalis, alia specialis: generalis autem sive communis est, quæ tangit aliquam universitatem, sicut omnes de com, vel omnes alicuius civitatis, burgi, vel villæ, pro aliquo ꝙ tangat universitatem, sicut generalis sumonitio quæ fit ante iter Justitiariorum & huiusmodi, quæ semper fieri debet in loco magis publico, & ideo dedici non poterit nec defendi, quia quod omnis de comitatu vel civitate sciverit vel cognoverit, unus vel plures hoc dedicere non possunt. Et talem generalem summonitionem sequuntur essonia, quæ quidem dicuntur essonia de communi summonitione, p quæ defenditur quis, & eius absentiā, si ad primum diem cōmunis summonitionis, non venerit, dum tamen veniat ad diem sibi datum ad warrantizandum essonium, & ita ꝙ inde postmodum sine licentia non recedat. ¶ 3. Est etiam specialis summonitio, quæ sub generali continetur, & si quis de aliquo placito speciali sumonitus sit coram Justitiariis, quo casu si primo die non venerit, nec se essoniaverit in placito speciali, erit in defalta, nec excusabitur quàmvis de communi summonitione fuerit essoniatus, sed si in placito speciali, excusatur per essonium illud

illud quantum ad coṁunem sūmonitionem, quamvis de ea causa specialiter essoniatus non fuerit. Item videndum ubi specialis sūmonitio fieri debeat, si ille qui summonitus est non inveniatur. Si autem inveniatur, fiat ei sūmonitio ubicunq̄ inventus fuerit in domicilio suo vel extra, sub testimonio duorum ad minus, qui hoc (si opus fuerit) possint certificare & testificare. Si autem non fuerit inventus, non tenentur sūmonitores eum ulterius quærere quām ad domicilium suum, & in quo si fuerit inventus, fiat ei sūmonitio ut ꝑdictum est, vel familiæ suæ ei denuncianda cùm venerit. Item si in comitatu plura habeat domicilia, potiùs fiat ei sūmonitio ad domicilium ubi magis habitaverit, vel ubi majorem habuerit substantiā. Si autem domiciliū non habuerit, nec dominicum in coṁ, tunc si feodum habuerit, fiat summonitio ad feodum suum, & cùm ita qualitercunq̄ præventus fuerit sūmonitione, non poterit se extra regnum transferre, ut ꝑ hoc sibi acquirat dilationes de ultra mare, secundum quod inferiùs dicetur. Et quid si per sūmonitionem sic ꝑventus extra regnū se transtulerit, & ad diem suum essoniatus fuerit de ultra mare, quæro (cùm non cōpetat tale essonium) an verti possit in essonium de malo veniendi, ꝙ bene competeret, si ab initio se taliter essoniasset? & videtur primâ facie ꝙ sic, quia si quis primò se essoniaverit de malo lecti, ubi se essoniasse debuit de malo veniēdi ordine nō observato, vertitur essoñ de malo lecti in essoñ de malo veniendi, & qui facit id ꝙ majus est, facit id quod minus est. Videtur igitur ꝙ eadem ratio est in casu ꝑmisso quòd essoñ de ultra mare vertitur in essoñ de malo veniendi, cùm sūmonitus sūmonitione sit ꝑventus, sed non est idem in utroquè casu, quia in uno casu competit utrumq̄ essoñ, sed vertitur unum in aliud, propter ordinem non servatum. In alio verò casu non cōpetit nisi unicum tantum .s. essoñ de malo veniendi .i. de citra mare & non de ultra. Et unde cùm se essoniaverit de essoñ de ultra mare, ꝙ non jacet, & non de essonio de citra quod jacet, videtur (& verum est) quod carebit utroq̄, quia essonium ꝙ non est non potest cadere in essonium quod non est quamvis esse deberet. / ¶ 4. Item videnď quis summonere possit, & sciendum ꝙ omnis qui habet jurisdictionem & potestatē judicandi ordinariam, sicut ipse dominus Rex, vel delegatam, sicut Justitiarius ab eo constitutus, & non alius à Justitiario substituendus, quia Justitiarius Justitiariū substituere non potest, & ideo dico (ab eo qui habet jurisdictionem) quia alius coertionem non habet, & cùm coertionem non habeat, punire non poterit contumacē nec judicium à non suo judice factum ligat, nec tenet. Et in hoc casu aut constat ab initio Justitiarium habere jurisdictionem, aut constat ꝙ non habeat, aut dubitatur an habeat. Si autem constiterit ꝙ habeat, venire tenetur summonitus vel se legitimè excusare, alioquin pœnam contumaciæ non evadet. Si autem constiterit quòd non, summonitus impunè se absentabit. Si autem dubitetur, venire debet summonitus, saltem privilegium fori allegaturus, ut infra pleniùs dicetur de ꝓhibitionibus. / ¶ 5. Item ꝑ quos & ꝑ quot facienda sit sūmonitio, & videtur ꝙ per duos ad minus, qui si necesse fuerit, testificari possunt sūmonitionem

nem esse legitimè factã, & qui eam possint ꝓbare si opus fuerit, & cùm inde dubitetur, cùm ꝑ Justiciarios fuerint inde requisiti, de tempore, die & loco, & aliis circumstantiis, secundum ꝙ inferiùs dicetur. Item quando? & sciẽdum ꝙ ꝑ quindecim dies ante diem quo comparere debeat fiat talis sũmonitio omnibus qui in regno sunt & extra comitatũ & infra quatuor maria. ¶ 6. Et talis sũmonitio dici debeat legitima. Si autem minus spacium cõtineat, possit illegitima Judicari nisi ob causam legitimã minus tempus statuatur. Ut si ꝓpter causam quæ instantiã desiderat, ꝓpter rem fortè quæ tempore pitura sit, vel ꝓpter alias causas ubi induciæ arbitrariæ sunt, ꝓpter necessitatem, ut ꝓpter concilium Lateranense de ecclesiis vacantibus. Item propter præsentiam partium in itinere Justiciariorum in eodem comitatu existentium, quod secùs est, si aliqua manẽs sit extra. Item propter personas qui celerem habere debent justitiam, sicut sunt mercatores quibus exibetur justitia Pepoudrous, & sic ex causa moderatur tempus sũmonitiõis, & continet minus tempus quandoq̃ quàm spacium xv. dierum. Et quandoq̃ tempus summonitionis ex causa continet tempus magis diffusum, propter longam ꝑegrinationem, secundum quod quis fuerit in remota peregrinatione vel ꝓpinqua, & in hoc erit dilatio arbitrativa. Legitima igitur sũmoñ erit quindecim dierũ, modo quo ꝑdictũ est, & si minus spacium cõtineatur qm quindecim dierũ sine causa rationabili, tunc cùm sũmonitus comparuerit, aut calumniata est summoñ sicut illegitima, aut non calumniata. Si autem non calumniata, tunc ꝓcedat loquela acsi sũmonitio esset legitima. Si autẽ calumniata fuerit & ꝓbata illegitima, detur alius dies legitimus in curia quæ dedici non possit cõtra recordũ Justiciarioꝝ. Si autem post minus legitimã sũmonitioñ tenens se essoniaverit, vel defaltam fecerit, vel sine calũnia in placito processerit, vel diem amoris ceperit, sũmonitioñ minus legitimè factam ulteriùs causari non poterit. Et etiam bene poterit quis respondere sine sũmonitioñ si voluerit, nec ei injuriatur cùm hoc velit. Sunt autẽ quidam casus ꝙ tenens sũmonitioñ dedicere non poterit, ut si coram aliquo qui recordum habet ubicunq̃ atturnatum fecerit, ꝓpter verba in atturnato faciendo, ut cùm dixerit tenens, facio attornatum meum in loquela quæ est coram tali, vel coram te, ꝑ hoc concedit ꝙ processit summoñ, quia non poterit esse coram aliquo nisi ꝑcesserit sũmonitio, quia si diceret in loquela quæ erit, sic nunquã admitteretꝰ ad attornũ faciendum. Et si petens possit attornum facere statim post impetrationñ brevis, tenens hoc nunquàm facere possit de jure antequã loquela sua fuerit coram suo Judice ꝑ sũmonitioñ. Et unde si dicat feci attornatum meum, idem est ꝙ confiteri sũmonitionẽ, vel quasi, & si ante factus fuerit attornatus effectũ non habebit ante sũmonitionem, nec Justiciarius de aliquo potestatẽ habebit, antequam loquela fuerit coram eo ꝑ sũmonitioñ. Nullus autem dies dari debet extra coñi nisi ꝑ spacium xv. dierum, nec ꝑ tantum spacium sine essoñ, nisi hoc faciat consensus partium, quo casu fiat ut in fine dicetur de essonio.

TRAC-

Tractatus secundus Libri quinti, in quo tractatur De Essoniis.

¶ 1. *De modo procedendi post summonitionem.* 2. *Breve de habendo eum coram Justiciariis qui per fraudem, malitiam, & falsitatem essoniavit adversarium suum.* *Cap.* 2.



AD diem verò sum̃onitionis, sive legitima sit sum̃onitio sive non, aut cōparet summonitus, vel se essoniat, vel defaltam facit. Si autem venerit, aut dedicit sum̃onitionem, aut concedit summonitionem legitimam, quo casu .s. quando concedit sum̃onition̄ legitimam, statim respondeat si vicecom̃ miserit breve: si autem non, recedet tenens quietus, & petens ꝑquirat sibi ꝑ aliud breve. Si autem breve venerit, tunc proposita intentione petentis, respondeat tenēs intentioni vel excipiat cōtra breve, vel petat visum. Si autem causetur summonition̄ minùs rationabilem esse, detur ei dies rationabilis, ad quem veniat responsurus. Si autē illā omninò dedixerit, sive sum̃onitus fuerit sive non, tunc querend' erit à petēte utrum se tenere voluerit ad defaltā, vel ad placitū principale, si autem ad placitum principale, tunc tenēs statim respōdeat. Si autem tenuerit se ad defaltā, & sum̃onitus sum̃onition̄ omninò defendat, tunc sum̃onitores vocandi sunt, ꝙ testentur sum̃onition̄. Et cùm diligenter examinati, ꝓbaverint sum̃onition̄ legitimè factam, tunc primò vadiat summonitus legem, & defendat summonition̄ ꝑ legem cōtra testificationem sum̃onitorum .s. ꝙ summonitio non ꝑvenerit ad ipsum, sed ꝙ nec ad ipsum, nec ad domicilium suum. Si autem sum̃onitores in ꝓbatione sũmonitionis diligenter examinati concordes non extiterint, tunc (quasi sũmonitione nullâ) non habebit summonitus necesse sum̃onitionē defendere ꝑ legem, sed detur ei alius dies legitimus, nisi gratis incontinenti velit respondere. Cùm autem post legem vadiatam diem habuerit tenens de lege facienda, ad diem illum se poterit essoniare de placito legis vadiatæ, & tunc in fine veniat cum lege, & eam faciat si possit, & si in lege facienda defecerit tenens, petens seysinam suam recuperabit statim, vel si defaltam fecerit, petens statim seysinā suam recuperabit per defaltam si tenens p̄sens fuerit: si autem absens, capiatur terra in manum domini regis per parvum cape, & ipse summoneatur quòd sit ad aliam diem auditurus judicium suum, per breve inferiùs notandum. Si autē ad primum diem non cōparuerit tenens, sed antequam comparuerit in curia defaltā fecerit, tunc aut vicecomes misit breve aut non misit, si vicecom̃ non misit breve, tunc cùm petens offerat se liti, Justiciarii ꝓcedere non poterint secundùm defaltā sine warrāto, vel sine brevi, nec poterit alium diem dare infra quem mandare possit vicecomiti ꝙ faciat

faciat venire breve, quia tali modo sine brevi et warranto dando diem, sibi usurparet jurisdictionem, nec etiam si breve veniret ad alium diem non valeret, quia dies sūmonitionis prȩteriit, erit igitur opus alio brevi. Si autem miserit breve, offerente se liti petente propter defaltam tenentis, capietur terra in manum domini regis per magnum cape, cujus forma inferius notatur, et tenens summoneatur quòd sit ad alium diem responsurus de capitali placito, & de defalta, scilicet quare non fuit ad primum diem sicut summonitus fuit, ad quem diē si venerit statim respondeat ad capitale placitum, nisi petens se tenere voluerit ad defaltam, si autem se tenuerit ad defaltam, tunc oportet tenentem docere causam sufficientem, et rationem quare non fuit ad alium diem sicut summonitus fuit. Causæ quidem possunt esse plures, de quibus inferius dicetur. Et quarum una poterit esse talis inter alias, quòd nullam habuit summonitionem, quo casu oportebit penentem docere contrarium per summonitores qui fecerunt summonitionem, alioquin nulla erit summonitio, nec aliqua defalta. Et ideo statim respondeat tenens ad placitum capitale. Si autem testata fuerit summonitio & probata, tunc erit locus defensioni per legem, secundum quod superius dictum est. Si autem post primam captionem ad alium diem non venerit, amittet seysinam suam per secundam captionem per parvum cape, nisi tunc veniat et defendat per legem ut supra de summonitionibus et supersisis. Si autem ad primum diem non venerit sed se essoniaverit, tunc videtur quodāmodo concessisse summonitionem, donec præsens illam defenderit, & dedixerit. Quo casu, dabitur ei alius dies per essoniatorē suum, sive breve venerit sive non. Ad quem diem si tenens venerit, statim respondeat vel excipiat. Si autem non venerit, capiatur terra in manum dn̄i regis per defaltam, et ipse sum̄oneatur quòd sit ad alium diem per magnum cape, inde responsurus et ostensurus, quare non servavit diem sibi datum per essoniatorem suum. Ad quem diem si non venerit, fiat ut supra ex secunda defalta. Et si venerit, eodem modo ut supra. Si autem ad diem sibi datum per essoniatorem suum de malo veniendi faciat se essoniari tenens de malo lecti, tunc dabitur alius dies petenti licet non tenenti: infra quam, & statim post essonium mittantur ad eum quatuor milites de comitatu, ad videndum utrū infirmitas qua se tenens essoniaverit sit languor vel non. Et tunc cùm venerint ad locū ubi jacuerit vel jacere debuit, invenerit eū in lecto sicut essoniatus fuit et confitentem essoniū sive revera se ipsum essoniaverit, seu falsò essoniatus fuerit ꝑ alium. Quo casu procedent milites in visu faciendo modo debito, secundum ꝙ inferiùs dicetur (ac si omnia ritè acta essent et dabunt ei malum transiens, vel languorem, secundū ꝙ judicaverint de statu suo, nec ad diem sibi datū poterit tenens ulteriùs defendere summonitiones, nec dedicere, et sursisas contra attestationem quatuor militum, nec contra propriam recognitionem essonii, cum prædicti quatuor milites in hoc habeant recordum, nec etiam si dicat quòd petens ipsum falsò essoniari fecerit, etiā sine summonitione: utroquè essonio audiri non debeat, quasi propriam al-

 legans

legans falsitatem. Si autẽ quatuor milites invenerint eum extra lectum in curia, vel vagantem ꝑ rura, & diffitentem essoniatorem, tunc non possunt ei diẽ dare, vel si dederint, forte non vult aliquẽ recolligere, vel forte non est inventus in loco ubi jacere debuit, ꝗ possint ei diem dare. Et unde cùm ad diem eis præfixum in curia, sive petens plures dies secutus fuerit versus eos, sive unum, & testati fuerint visum suum secundum ꝗ ipsum invenerunt vel non, tunc si tenens non venerit, capiatur terra in manum domini regis, & ꝓcedatur per omnia sicut superius dictum est. Si autẽ venerit, defendere poterit sũmonitionem & essonium, tam de malo veniendi quàm de malo lecti, & etiam sursisas tam primæ defaltæ, ad primam captionem, quàm secundæ ad secundam, usquè ad judicium. Post judiciũ vero non erit locus defensioni per legem, contra probationem summonitionis, cùm judicia rata esse debeant, si petens se tenuerit ad defaltam, & quo casu facta examinatione de sũmonitione, si sũmonitio testata fuerit, statim vadiat legem, & habeat diem ad legem faciendam, & cùm legem fecerit post essonia sua, statim & eodem die respondebit sine alia summonitione, sicut inveniri poterit in rotulo de termino ut supra. Si autẽ omninò nulla præcessit summonitio, & petens falsò essoniare fecerit tenentem aliquo essonio uno vel pluribus cùm tenens nihil inde sciverit, & post summonitionem quæ fieri debuit & essonia, capta sit terra in manum domini regis, & post primam defaltam, & secundam adjudicata sit seysina petenti, cùm nulla defalta ibidem esse debeat: ad querelam tenentis subveniendum est ei hoc modo, scilicet quòd sũmoneantur sũmonitores, & illi per quorum visum terra capta fuit in manum domini regis, ut inde diligens fiat examinatio, & si ꝓbata non fuerit summonitio, nec testata, nulla erit defalta, nec necesse esset defendere summonitionem, quæ nulla est propter defectum probationis. Item cùm nulla sit summonitio nec defalta, nulla sequi deberet captio, & cùm captio nulla, nulla sequi deberet possessionis amissio, ergo à primo, ubi nulla summonitio, nulla sequitur possessionis amissio, quia ubi primum & principale (quod est summonitio) non subsistit, nec ea quæ sequuntur locum habere debent, & ad querelã talis fiat vicecom̃ breve in hac forma. ¶ 2. Rex vic. salutẽ. Præcipimus tibi quòd habeas coram justitiariis nostris &c. talem petentem, scilicet, ad audiendum judicium suum et considerationem curiæ nostræ de hoc, quod ipse per malitiam & manifestã falsitatem fecit disseysiri talem de tanta terra cum pertinentiis &c. Et unde cùm idem B. nullam haberet sũmonitionẽ, optulit se idem A. versus eum, ita quod terra capta fuit in manũ nostram semel & secundò, & per quam defaltam idem A. terram illam recuperavit, desicut illa defalta nulla fuit ut dicit: & catalla ipsius B. in eadem terra tunc inventa & ei occasione prædicta oblata, eidem sine dilatione reddi facias & restitui. Præcipimus etiam tibi quod habeas coram &c. ad eundem terminum A. et B. per quos summonitio prima facta fuit, & in curia nostra testata, & præterea quatuor illos per quorum visum terra illa capta fuit in manum nostram, & per quos captio illa testificata fuit in curia nostra &c. & etiam illos

per

per quos secunda sumonitio facta fuit & testata, ad certificandum justiciarios nrs de pdictis sumonitionibus & captionibus. Et habeas ibi hoc breve Teste &c. Ad quem diem cùm venerint, diligenter examinentur. Inprimis sumonitores primi de prima sumonitione, & postea illi quatuor per quorū visum terra illa capta fuit in manum domini Regis, et ultimò duo ultimi sumonitores. Et in quo casu, si primi summonitores in omnibus convenerint & concordent, & summonitionem primam ritè factam esse pbaverint, & prædicti quatuor per quorum visum terra capta fuit, captionem ritè factam pbaverint, & ultimi sumonitores sumonitionem ultimam, & sic per omnia conveniant & concordent, adhuc locum habebit defensio per legem contra utrasquè summonitiones in forma prædicta. De hac materia inveniri poterit de termino S. Michaelis anno regis Henrici tertio incipiente quarto in comitatu Surr̄ de Roberto de Basings querēte. Si autē primi duo sumonitores non convenerint nec concordent, licet omnes alii conveniant in captione, & in secunda summonitione, non valebit: cùm prima sumonitio deficiet quasi nulla, & si omnes discordes sint ubique & in nihilo concordes, multo minus, & quo casu retractabitur judicium, & reformabitur possessio primo possessori. Item non in omni casu imputari possit sumonitoribus, sed negligentiæ vicecomitis. & unde inquirendum erit quis in culpa fuit, utrum vicecomes vel sumonitores. & si summonitio remanserit facienda pro defectu vicecomitis, quia illam alicui nunquam injunxit faciendam, in misericordia domini Regis remanebit, nisi excusationes habeat per quas se defendere possit: quæ tales esse possunt, scilicet breve tam tardè recepit, & extra comitatum ꝙ nulli potuit injungere sumonitionem faciendam, vel quòd aliud præceptum majus supervenit de negotio ipsius domini regis, ubi oportuerit eum psonaliter interesse. Et quo casu amittit petens breve suum & alio brevi opus erit, quia dies sumonitionis in primo brevi præteriit. Si vero dicat vicecomes ꝙ summonitionem faciendam injunxit legitimis summonitoribus, sive extra comitatum sive in comitatu, & illi hoc confiteantur, sed sumonitionem non fecerint, sumonitores in misericordia remanebunt, & illud breve inutile erit petenti, quia dies summonitionis pteriit. Si autem negaverint hoc sibi fuisse injunctū, tunc aut fuit hoc eis publicè injunctum in comitatu, vel extra comitatum sine solennitate aliqua, quo casu hoc dedicere possunt contra vicecomitē, & vicecomes in misericordia. Si autem in comitatu hoc fuerit eis injunctū, non poterunt hoc dedicere contra recordū comitatus, quia comitatus in hoc habet recordum, sicut in aliis publicis actibus qui fieri debent cū solēnitate. Publici verò actus sunt, injungere sumonitiones, plegios capere de psequendo, & de stando ad rectū, tam in civili negotio, quàm criminali. Si autē sumonitores non venerint ad primum diem ad testificādam sumonitionem, ubi dedicere non possunt quin hoc eis esset injunctū, in misericordia remanebunt. Item quis sumoneri debet videndum, & sciendum ꝙ tam minor quàm major, tam masculus quàm fœmina, dum tamen minor non sumoneatur per se, si cōstiterit ipsum esse

minorem sed ꝑ tutores, custodes sive procuratores in loquelis, nisi minores infra ætatem respondere tenentur, non obstante minore ætate. Item viri religiosi per procuratores, sindicos & actores ꝑpetuos & non amotibiles, et qui tales sint quòd possint lucrari & perdere, & rem in judicium deducere. Et notandum in fine quòd si quis summonitionē cognoverit, causetur tamē illā esse minus legitimam, hoc faciat primo die sūmonitionis. Si autē primo die se essoniaverit vel defaltam fecerit, ulteriùs brevem sūmonitionem causari non poterit. Et ad hoc notandum, ꝙ summonitionum, alia poterit esse legitima & sufficiens ab initio, & cùm testata fuerit & ꝓbata, defendi poterit per legem, sed hoc antequam quis in judicio comparuerit. Est etiam alia legitima cum quis in judicio comparuerit quæ dedici non poterit, nec defendi per legem, scilicet postquam quis in judicio comparuerit. Item est & alia viciosa & non sufficiens, ubi fit tantum per unum, qui recordum habere non potest, nec per se inducere præsumptionem. Item poterit esse legitima ab initio sed inefficax ex post facto, deficiente probatione cùm sūmonitores examinati in probatione non concordent, nec erit necesse talem summonitionem defendere per legem, cùm sit quasi nulla. Item est omninò vitiosa summonitio quæ fit fraudulenter per deceptionem petentis per falsos summonitores & non per vicecomitem & ballivos suos. Est etiam vitiosa, ubi fit in absentia tenentis cùm peregrè profectus fuerit ad partes transmarinas, vel alias remotas, vel cùm fuerit in itinere cōstitutus & iter arripuerit eundi, ita quòd citatio vel summonitio eum comprehendit in domicilio, nec inventus fuerit a sūmonitoribus infra comitatum ubi sūmonitio facienda demandatur, quia si extra comitatū inveniatur, non ligat eum sūmonitio, quia non tenetur ubiquè recipere sūmonitionem, nec à quocunquè, & non nisi à ballivis cúm warrantum habuerint sūmonendi. Item poterit esse sūmonitio legitima & dies & dilatio illegitima si tempus illegitimum non continuerit, si hoc causetur, aliter autem non ut infra.

¶ 1. *De exceptionibus qui non venerit ad summonitionem.* 2. *De exceptionibus non venientis ad judicium post summonitionem.* 3. *Verba excusationis proferenda ab essoniatore in essonio de malo veniendi.* *Cap.* 2.

Legitimè summonitus si non venerit puniendus erit, nisi causas excusationis habeat legitimas per quas suam excusare posset absentiam, quæ quidem plures esse possunt, et tunc videndum erit utrum absens sit quis ex causa necessaria & utili vel ex causa voluntaria, si autem ex causa necessaria & utili, ut rei publicæ causa, ita quòd profectus sit in exercitum cum domino rege ad defensionem patriæ per preceptum domini regis, cùm ad hoc obligatus sit, excusatur: dum tamen hoc non affectaverit, nec in servitio alterius quàm domini regis, cùm ad hoc non teneatur nisi velit. Talibus enim non subvenit dominus Rex nisi de gratia. Cùm autem quis ita se excusaverit de servitio domini regis, videndum erit utrum summonitione

præventus

NB. The whole of what Bracton says upon Essoin, is worse digested than any part of his book — It is interpolated, full of repetitions &c —

præventus sit vel non. Si autem summonitione præventus sit ita quòd attornatum facere possit, & copiam habuerit, & non fecerit, non erit ei subveniendum ex tali causa excusationis, quia mittere poterit attornatum. Sed ita esset si quis posset factum domini Regis judicare. Si autem summonitione non sit præventus, tunc videndum utrum commodè & sine periculo venire possit, sive in servitio fuerit sive in officio, vel non. Si autem commodè venire possit non excusatur, si autem commode venire non possit, tunc videndum erit si mittere possit vel non propter vim majorem. Si nec venire, nec mittere possit, nec attornatum facere, quia dominus Rex præsens non est, forte excusatur per servitium. Sed in omnibus istis casibus magis erit spectanda voluntas domini Regis quàm jus strictum, cùm servitium domini Regis nulli debeat esse damnosum; & sicut non debet esse tenenti damnosum, ita non debet esse petenti injuriosum. Officium vero alicujus sicut vicecomitis & constabularii neminem excusat, nisi in officio illo aliqua causa emergat necessaria ex inopinato, ubi præsentia talis debet esse necessaria, sicut iter justitiariorum vel incursus hostium, vel hujusmodi, quæ quidem causæ sufficientes sunt ad excusationem de servitio domini Regis, dum tamen ad quemlibet diem datum per essoniatorem de servitio dñi Regis habeat essoniatus warrantum suum per breve dñi Regis, quod si hoc non habuerit, procedatur ad defaltam contra absentem, sicut contra eum qui non est excusatus. Item eodem modo excusat causa peregrinationis, sive brevis sit sive longa. Eodem modo videndum utrum quis præventus sit summonitione vel non. Item excusat summonitum adversa valitudo nimia, quia pœnam contumaciæ non patitur, quem adversa valitudo defendit. Et provenit quandoquè talis adversa valitudo ex infirmitate veniendi, quæ infirmitas dicitur de malo veniendi: sive de infirmitate de reseantisa quæ dicitur infirmitas de malo lecti. Item excusatur quis propter majoris causæ occupationem, ut si quis implacitatus fuerit in curia domini Regis, vel vocatus ad curiam Regis ob aliquam causam, in omnibus curiis inferioribus excusatur. Sed quid dicendum erit de curia Christianitatis, cùm magis obediendum sit Deo quàm hominibus? hoc dico, quòd ad hunc differendum erit, & quòd dominus Rex warrantizare poterit, ob reverentiam quę principi debetur. Item excusat absentia non venientis, usquè ad quartum diem majoris rei impetus cui resisti non poterit per casum fortuitum, ut si quis in veniendo versus curiam, cùm nullam aliam habeat excusationem captus fuit ab hostibus, & per vim detentus, quòd venire non possit. Item si incidat in latrones. Item propter vim fluminum, vel quia pons solutus est, vel per tempestatem nimiam ad impedimentum navium, & ita quòd summonitus, venire non possit tempestivè per circumitum, quia si venire possit summonitus tempestivè p circumitũ, non excusatur p talẽ fortuitum eventum.

¶ 2. Item non excusatur si tardiùs à domicilio recederet quàm expediret, quia si citiùs, cómode venire potuisset nec impediret eum casus fortuitus.

Eodem modo si priùs à domicilio recesserit quàm deberet, & in casum fortuitum ceciderit, hoc erit ei imputandum, quia si tempore congruo, in casus fortuitos non incideret. Item poterit summonitus assignare causam suam quare fuit impeditus & qualiter, ut si contentiones, quæ sunt, & occasiones quare fuerit impeditus, dum tamen post summonitionem & non ante. Item si sponte in casum fortuitum inciderit ubi possit casum de facili evitare. Item refert utrum acciderit ei casus fortuitus ante diem summonitionis, vel post diem. Si autem post diem, competit ei excusatio modo quo prædictum est vel non competit. Item si rationem prætendat quòd venire non possit ex certa causa, vel quia pons solutus fuit, & eodem die transivit alius, & statim post horam vel in eadem hora qua ipse præsens fuerit, non excusatur. Si autem propter inundationem aquarum, & alius eodem die & eadem hora, dum tamen sine discrimine & difficultate transierit, non erit locus excusationi. Item si tempestas ingruerit, tunc videndum, utrum eodem die & hora debita aliquis per cymbam vel per navem transierit, & ita non erit locus excusationi. Et unde considerandæ sunt causa, tempus, locus, dies, & hora, & infinitæ sunt causæ quibus quis absentiam suam poterit excusare. Cùm igitur competat alicui aliqua prædictarum excusationum, vel alia quæ sufficiens sit, sive tenens fuerit ultra mare, sive citra, sive probata fuerit summonitio sive non, cùm venire non possit, oportet mittere excusatorem aliquem qui dicitur essoniator & qui prætendat excusationem summoniti esse talem quòd venire non possit per hæc verba. ¶ 3. Quòd cùm dominus suus in veniendo esset versus curiam (si essoniatus fuerit de malo veniendi, sive de ultra mare, sive de citra) quòd talis infirmitas ei devenit postquam fuit in veniendo versus curiam à domicilio proprio, vel alieno, citra mare, vel ultra, quòd venire non potest, pro lucro nec pro damno, quod vulgariter dicitur, pro lucrari neque pro perdere, quod quidem dicat se paratum docere. Sed quia probatio non incumbit essoniatori sed domino, nec scitur utrum verum sit essonium vel non quòd summonitus illud advocare voluerit. Ideo ne essoniator oneretur cautione fidejussoria, scilicet plegiorum, quæ quidem gravis esset minimis personis & onerosa, nec depereat excusatio, constituitur quòd soli fidei essoniatoris credatur, quod quidem non est concedendum personis majoribus, sicut sunt illi qui tenent in Baronia qui causationem inveniant fidejussoriam, ne judicia sint delusoria: facilius enim inveniunt plegios & securitatem, & maxime cautionem fidejussoriam majores quàm minores. Cùm autem hujusmodi essoniatores causam absentiæ & excusationem sic prætenderint, non sufficit quòd dicant ita esse, nisi securitatem inveniant hoc probare. Sed cùm non sit procurator ejus qui ipsum essoniatorem destinavit, & ideo ad ipsum non pertineat probare statum vel factum alienum, nec attornato factum domini principalis, & ideo dominus faciet legem si hoc commode fieri potest, & si dominus non venerit, attornatus jurabit in animam domini litis. Ideo affidabit essoniator quòd habebit

bebit dominum suum ad alium diem ad warrantizandum dictum & essoniū suum, & ad probandum per sacramentum quòd tali infirmitate detentus fuit cùm esset in veniendo versus curiam q̄ venire non poterit &c. ut supra. Et ad quem diem si venerit, warrantizet essonium ita q̄ per sacramentum probet se esse ita impeditum secundùm q̄ essoniator suus in essonio suo proponendo exposuit. Sed videndum erit utrum probatio excusationis fieri debet judici, vel parti, quia si judici, remittere eam non poterit si voluerit ꝑpter dilationem quæ sequeretur, & multitudinem ꝓbationum. Si autem fieri debeat parti & non judici, non sine juris injuria poterit remitti sine consensu partis. Cùm igitur contingat aliquem abesse ex aliqua prædictarū causarum, vel aliqua alia causa, mittat essoniatorem suum qui ipsum excuset, & excusationem suam prætendat, secundum quod prædictum est. Habent etiam essonia ordinem sicut & actiones. Et itaquè essonium de malo veniendi infra regnum, si quis ita infirmatus fuerit in itinere versus curiam quòd venire non possit nec pro lucrari neque pro perdere. Et tale essonium de malo veniendi, sequitur quandoquè essonium de malo lecti, & de reseantisa ubi agitur de ipso jure. Cùm autem quis ita essoniatus fuerit uno istorum vel utroquè infra regnum, non permittitur essoniato postmodum se transferre extra regnum ut sibi acquirat dilationem per essonium de ultra mare. Sunt quidem de ultra mare plura genera, scilicet de ultra mare & citra mare Græcorum, & est essonium de ultra mare Græcorum & de citra mare Græcorum, sicut in peregrinatione versus sanctū Jacobum, vel ꝑpter aliquam aliam necessitatem, sicut exercitus vel hujusmodi in Allemania vel Hispania vel hujusmodi, in quibus essoniis dabitur dilatio ad minus quadraginta dierū & unius Flud & unius Ebbæ ad excusationē essoniati de simplici essonio de ultra mare. Si autē fiat mentio de aliquo loco remoto ꝑpter aliquam necessitatē (ut ꝑdictum est) dabitur dilatio major ꝓ voluntate & arbitrio justitiariorū, secundum q̄ viderint expedire secundū distantiā locorū. In hoc casu induciæ sunt arbitrariæ, dum tamen ad minus quadraginta dierū ut supra. Et eodē modo fiat infra regnū in essoniis supradictis secundū locoru[m] distantias, dum tamen ad minus quindecim dierū. Item est essonium de ultra mare, ultra mare Græcorum, ut si quis profectus fuerit in peregrinatione usquè ad terram sanctam. Et quo casu distinguendum erit utrum in simplici peregrinatione versus terram sanctā, vel in generali passagio. Si autem in simplici peregrinatione, dabitur ei ad minus annus integer & unus dies, & sic dantur essoniato de ultra mare & citra mare Græcorum quadraginta dies ad minus & unum Flud & unum Ebbe. Et postea cùm venerit in regnum, habebit essonium de malo veniendi quod continet ad minus quindecim dies, & postmodū in suo casu essonium de malo lecti ad breve de recto, & unde quibusdam videt̄ (quod non est verum) quod dari debent essoniato de peregrinatione versus terram sanctam annus & dies & de ultra mare Græcorū

& postea quadraginta dies, & une Flud & une Ebb. de simplici essonio de ultra mare & sic essoñ de malo veniendi in regno, & essoñ de malo lecti in suo casu, quia qlibet essoñ habet suum terminũ p se ex alia parte. Si autẽ essoñ fiat de ultra mare Græcorum & de generali passagio, tunc remanebit loquela sine die, ubi videlicet essoñ non cõprehendit essoniatum infra regnum, & hoc ꝓpter privilegium cruce signatorũ, cùm non possit de eorum reversione certus terminus cõprehendi ꝓpter verba decreti domini Papæ, ꝙ donec de ipsorum obitu vel reditu in regnũ certissimè cognoscatur, omnia sua integra remaneant & quieta consistant. Est igitur ordo essoniorum talis, ꝙ ita fieri possunt descendendo à terra sancta usquè in regnum, sed non econtrario: ut si quis regno essoniatus fuerit de malo veniendi, nullum de cætero habebit de ultra mare. Et si de ultra mare simpliciter, de terra sancta nullum habebit essonium, approximare enim possunt regno cùm fuerint implacitati, elongare autem non. Est etiam aliud genus essonii non de malo veniendi sed de servitio dñi regis, ut si quis de necessitate fuerit detentus in servitio domini Regis ꝓpter quod venire non possit ad curiam vocatus, & aliquando fit hujusmodi essonium de servitio domini Regis in regno, & quandoquè ultra mare. Et de hujusmodi essonio de servitio domini regis, quandoquè ꝓcedit essonium simpliciter de malo veniendi, et quandoquè subsequitur semel et quandoquè sæpius secundũ necessitatẽ habitam in servitio pdicto, & valebit essoñ quoties quis se essoñ de servitio domini regis, dum tamen warrantum habeat ad quemlibet diem, breve domini regis, cùm servitium domini regis nulli debeat esse damnosum. Warrantizatur autem essonium multipliciter. Quandoquè per breve dñi Regis, sicut de servitio suo, ubi non est necesse jurare, cùm dominus Rex hoc testatur per literas suas ꝙ sic detentus est in servitio suo. De servitio autem regis videndum cui competat essonium, ad quod distinguendum utrum quis teneatur de necessitate ad tale servitiũ, vel si fuerit cum aliquo qui tenetur sicut miles, vel serviens de familia, omnibus istis debet subveniri. Item si quis non teneatur pdictis rationibus sed hoc affectaverit ut esset absens cùm non teneretur, tali non subvenit Rex nisi de voluntate & gratia sua quia non debet servitium dñi regis alicui esse damnosum. Item videndum utrum essoniatus de servitio dñi Regis venire potuit commodè vel non. Item cùm venire non posset cõmodè nec possit mittere nec breve dñi Regis in se contineat veritatem cùm hæc omnia facere posset, in hoc sibi caveat Cancellarius. Item videndum utrum præventus esset tali sũmonitione antequàm profectus esset in servitio dñi Regis & ita ꝙ commodè facere poterit attornatum vel non, vel præventus sũmonitione exercitus ante sũmonitionem placiti, quòd attornare vel attornatum facere non potuit commodè, quia præcipit dominus Rex ꝙ statim visis literis vel cum omni festinatione sub brevi tempore, quòd attornatum facere non potuit. Item si in servitio Regis non ita remotus quin sine periculo corporis vel damno domini Regis

venire

a. Nota a Pope's decree governed the practice of our Courts.

b. a rule.

venire possit, non arctatur: non enim debet warrantia de servitio dñi Regis ei qui placitat esse injuriosa, non magis quàm ei qui implacitatur damnosa. Sed quoniam sunt variæ causæ excusationum (secundum q̄ prędictū est) & ex diversis causis & variis excusationum varia sequuntur essonia & diversa, ideo varietates essoniorum distinguamus per ordinem, & imprimis dicamus de essoniis de malo veniendi, q̄ quidem multiplex est.

¶ 1. *De excusationibus non venientis post summonitionem per essonium de malo veniendi & de divisione essoniorum.* 2. *Qualiter irrotulatur essonium de ultra mare.* 3. *Essonia de servitio domini Regis de ultra mare.* 4. *Placita specialiter excepta in quibus non jacet essonium de servitio domini Regis.* 5. *Si quis implacitatus fuerit à duobus & ad unum placitum essoniaverit se de malo lecti, & ad aliud de malo veniendi.* 6. *Si duo placita de quibus unum de malo lecti, & aliud de malo veniendi.* 7. *Quis se possit essoniare.* 8. *Si plures sunt petentes* 9. *Si tenens fecerit attornatum.* 10. *Si attornatus obierit dum dominus principalis fuerit in peregrinatione.* 11. *Si tenens plures vocaverit warrantos vel unum.* 12. *Quis post duelli vadiationem se possit essoniare.* 13. *Quando quis possit essoniari.* 14. *Ubi possit essoniari.* 15. *Quotiens possit essoniari.* *Cap. 3.*

Essoniorum brevis divisio, quia aut est de malo veniendi aut de malo lecti: Item essoniū de malo veniendi ita subdividitur, quia aut est de ultra mare aut de citra mare. Item de ultra mare excusatur quis per essoñ de servitio dñi Regis æterni, sicut de terra sancta, habita tamen distinctione utrum peregrinatio ad terram sanctam simplex sit vel passagiū generale. Si autem simplex, dabitur essoniato terminus unius anni & unius diei. Si autē generale passagiū, poni debet loquela sine die quousq; essoniatus redierit, & donec de ipsius obitu vel reditu certissimè cognoscatur ꝓpter privilegium cruce signatorū, dum tamē talis non sit sumonitione præventus, quo casu attornatū faciet vel remanebit indefensus. ¶ 2. Et sic fiat irrotulatio hujusmodi essoniorū A. qui ꝓfectus est ultra mare in generali passagio versus terram sanctam versus B. de tali placito per talem. Si autem simplex sit passagium & peregrinatio, tunc sic, A. qui ꝓfectus est peregrè versus terram sanctam ante sumonitionem, vel q̄ nulla fiat mentio de sumonitione, versus B. de tali placito per talem. Et si simplex sit peregrinatio & ultra annum & diem moram fecerit ulteriorem, excusatur ejus absentia (secundū quosdam) per essonium simplex de ultra mare, & sic habebit spacium xl. dierum & unius Flud & unius Ebbe, & si adhuc moram longiorem protraxerit, habebit simplex essonium de malo veniendi de citra mare, per quod habebit ad minus spacium xv. dierum quod verum est. Ad minus habebunt essoniati tantum tempus & ex causa majus tempus, secundum discretionem Justiciarii. Et in hoc sunt dilationes arbitrariæ. Et quid si tunc non venerit? Procedatur ad defaltam contra eum, nisi forte contingat talem essoniari de morte ad cautelam. Si quis autem essoniatus fuerit essonio de ultra mare citra mare Græcorum, quòd profectus sit in servitio domini Regis æterni in peregrinatione alia quàm ad terram sanctam, sicut apud sanctum

Jacobum

Jacobum vel alibi, habebit (secundum quod prædictum est) spatium prædictum quod competit de ultra mare, & similiter simplex essonium de malo veniendi de citra mare, & hæc omnia habebit ille qui essoniatus est de ultra mare in servitio domini Regis æterni. Si autem sumonitione præventus fuerit antequam iter arripuerit versus terram sanctam vel ultra mare, non dabitur ei nisi simplex essonium de malo veniendi, & hæc omnia vera sunt si debitus ordo essoniorum observetur, quia esto quod cùm quis ante sumonitionem profectus sit & competant ei omnia prædicta essonia & primò se faciat essoniari de simplici essonio de malo veniendi, non habebit ulteriùs regressum ad alia essonia de ultra mare. Et est ratio, quia si se essoniat de malo veniendi simpliciter, concedit per tale essonium quod fuit in veniendo à domicilio suo in Anglia, & infirmatus per viam veniendo versus curiam quod ad curiam venire non potuit, & unde si postea se essoniare voluerit de aliquo prædictorum modorum de ultra mare, non allocabitur ei essonium, quia post tale essonium de malo veniendi non debet quis se transferre ad partes transmarinas, ut per hoc sibi acquirat ulteriores dilationes cùm lites potius restringendæ sunt quàm laxandæ. Et eodem modo si quis simpliciter essoniatus fuerit de ultra mare sine aliqua adjectione, cùm ei competeret essonium de terra sancta, nunquam ei postmodum allocabitur essonium de terra sancta, quia postquàm taliter se essoniaverit sub certo loco & à propinquo, ad remotiora se transferre non debet ut inde sibi acquirat ulteriores dilationes. Nunquam verò pro aliquo essonio de ultra mare remanebit loquela sine die, nisi quis profectus fuerit in terram sanctam pro passagio generali hoc modo. ¶ 3. Essonia vero de malo veniendi de citra mare simplicia sunt, & quandoque præcedunt hujusmodi essoniis essonia de servitio domini Regis de citra mare, & quæ non sunt essonia de malo veniendi, quia non est talis in veniendo versus curiam infirmatus per viam sed per servitium domini Regis detentus, quod venire non possit. Præcedere enim poterunt hujusmodi essonia & subsequi non semel sed sæpius, quamdiu quis fuerit in servitio domini Regis, dum tamen habet ad manum ad quemlibet diem warrantum suum, secundum distinctionem prænotatam. Et quando quis se essoniaverit de servitio domini Regis, admitti debet essonium & allocari, & dies dari, cùm de voluntate domini Regis non sit disputandum, & si ad diem datum warrantum non habuerit, indefensus remanebit. ¶ 4. Sunt placita tamen quædam specialiter excepta, in quibus non jacet essonium de servitio domini Regis propter necessitatem, ut in assisa ultimæ præsentationis: ut de termino S.T. anno Regis H.xiv. in fine rotuli in com Suff. Assisa ultimæ præsentationis de Ecclesia de Trillaw. Ad idem facit quod habetis in rotulo de banco anno Regis H. xxxviii. in comitatu Kanc. inter S.Cant. Archiepiscopum & Robertum de sancto Johanne de Ecclesia de Eniford, & talem necessitaté inducit lapsus temporis. Item nõ jacet essoñ de servitio dñi regis quãdoq; ꝑpter favorẽ, sicut in causa dotis, quia statim post essoñ legitima de malo veniendi nisi veniat sumonitus, ꝑcedatur ad defaltam.

Item

Item ꝓpter favorem minoris ætatis quandoq; (& secundum quosdam) sicut in assisa mortis antecessoris. Item quandoq; in odium spoliationis, & generaliter in omnibus assisis capi poterit per defaltam, cùm tantum operetur absentia summoniti quantum præsentia. Item non jacet de jure quávis aliquando de gratia in persona ejus qui non est immediate in servitio cum ipso Rege sed cum alio. Item nec in ꝑsona ejus qui affectaverit esse in ejus servitio, cùm ad hoc non teneatur. Item nec in persona ejus qui continuè & assiduè est in servitio domini regis, nisi temporibus quibus fuerint in expeditione. Itē nō jacet in ꝑsona attornati, quamvis personam domini repsentet, quia talis fieri debet attornatus qui sequi possit & velit, alioquin sibi imputari debet qui talem attornatum elegit. Item non jacet essoñ de servitio domini regis in ꝑsona ejus qui pars esse non possit in judicio sicut nec aliud essonium, sicut in persona Juratorum. Item quatuor militum ad testificandum visum vel statum alicujus, de quatuor militibus vero missis in coñi cum recordo ad audiendū judicium suum (cum sint quasi partes in judicio) credo aliud esse dicendū. Warrantia vero de servitio domini regis nō est concedenda in omnibus nec sine causa rationabili, cū si passim & indifferenter concedatur, possit verti in alterius præjuditium, & non potest Rex aliquid cōcedere nisi id ꝙ de jure fieri potest, & cùm aliquando de voluntate domini regis cōcedatur, non erit omnino ꝑ Justic. quassanda, sed voluntas regis expressa inde erit expectanda. ¶ 5. Est etiā simplex essoniū de malo veniendi ꝙ excusat ad tēpus, & ꝙ aliā habet naturā in multis q̄m essonia supradicta. s. quis legitimè sūmonitus vel etiā nō legitimè infirmatus fuerit ꝑ viā ꝙ venire nō possit, & destinaverit aliquē ad excusandā suā absentiā qui sic ꝓponat essoniū suū corā Justic. si fuerit de modo requisitus & dicat: Essonio talem dominū meū ꝙ cum esset in veniendo versus curiā, talis infirmitas accidit ei per viam, ꝙ venire non potest ꝓ lucrari nec ꝓ perdere, & hoc paratus sum docere sicut curia cōsideraverit &c. Qui quidē si interrogatus dixerit ꝙ reliquit eum domi, essoniū (secundū quosdā) nō allocabitur, nisi hoc fit de necessitate, ꝙ esse poterit licet quis à domicilio suo non recedat, ut si alicui in uno placito adjudicatus sit languor, & in alio summonitus sit ad respondendū & cōpetat ei essoniū de malo veniendi, si sine licentia surrexerit, amittere poterit & attornatū facere nō possit. Admittitur igitur essoniū de necessitate licet in veniendo nō fuerit infirmatus, & etiā magis excusat lāguor q̄m malū trāsiens. Eodē modo dici poterit si vocatus fuerit in aliquo placito ad warrantū. ¶ 6. Itē allocatur quandoq; essoniū ꝙ aliàs non esset allocādū, ut si in uno placito lāgnor fuerit ei adjudicatus, & in alio placito omnia habuerit essonia, & ad diē sūmonitionis suæ de facto se essoniaverit cū venire nō possit nec attornatū fecerit, allocabitur ei essoniū ꝓpter talē necessitatē de cōsilio curiæ, licet nō possit de jure. Eodē modo si vir & uxor implacitati fuerint & ambo essoniati fuerint de malo veniēdi, & unus illorū postea se essoniaverit de malo lecti, & cū lāguor ei sit adjudicatus alius cōparuerit, habebit diē ex tali causa, & ad diē illū essoñ vel

diem.

diem diffusum quousq; languor pterierit, sed nusquā habebit essonium super esson in tali necessitate, quia sic cadere posset in defaltam. ¶ 7. Itē quis se possit essoniare videndū, & quando, & in quibus placitis, & quādo jacet esson, & quādo nō & quid juris si tenens fecerit attornatos plures vel unū. Itē si plures sint petentes & unus tenens vel ècontverso vel plures petentes vel plures tenentes, & aliquis eorū defaltā fecerit. Itē si tenens unus vel plures warrantū vocet unum vel plures, & aliquis eorum defaltā fecerit unus vel plures. Itē qualiter essonia judicantur. " Itē qualiter redimuntur. Quis se essoniare possit videndū & quis non? Et sciendū q se essoniare poterit quilibet cui non phibetur, tam masculus quàm fœmina, dum tamē plenæ ætatis extiterit. Minor autē se essoniare non poterit de quo constiterit q minor sit, nec etiam cōtra ipsum admittitur essoniū ab aliquo majore & maximè in assisa, quia cū " major pſens sit nihil dicere possit cōtra assisam quare remaneat, & si forte cōtingat q minor se essoniaverit cùm tenens fuerit in loquela, in quibus infra ætatem respondere teneatur ubi feoffatus fuerit infra ætatem & de aliis fiat mentio sup essonium in margine q minor sit, & ad hoc q contra minorem jaceat essonium & in psonam minoris, distinguendum erit inter ætatē & ætatē, & ad hoc quòd locū habeat essonium, utrum tenementum sit feodū militare vel socagiū secundum q inveniri poterit de Itinere M. de P. in com Suff. anno Regis H. x. & de itinere ejusdē in comitatu Watw. anno regis H. v. ubi dicitur q si quis habuerit quatuordecim annos, talis ætas sufficit quantū ad Socagium petēdum, & ita admittitur essonium tam contra ipsum quàm pro eo, & q esson non jaceat in psona minoris contra minorem in causa possessionis, inveniri poterit in itinere in comitatu Salop. Assisa mortis si Vincētius. Ratio autem est quare in persona minoris non jaceat esson, quia jurare non potest nec essonium warrantizare. Item ratio quare in persona majoris non jaceat essonium cōtra minorem, quamvis major jurare possit in causa possessionis, est, quia si major præsens esset in assisa capienda, nihil dicere posset cōtra assisam quare remaneret. Sed quid si minor & infra ætatem conveniatur & implacitetur cum uxore sua de jure & hereditate uxoris suæ, quæritur an propter ætatem minoris debeat placitum remanere? & verum est quòd non licet, uxor sine viro respondere non debeat. Et quid si in curia domini regis implicitati fuerint de uno & eodem tenemento, & eodem die ubi vir minor se essoniare non possit nec attornatum facere, videtur quòd amittere debent in minori curia per defaltam, quod esset iniquum, cùm nihil sit quod eis debet aut possit imputari. Nullum autem aliud superit remedium, nisi quòd major curia warrantizet contra processum minoris curiæ, & quid si ambæ curiæ pares extiterint? Item non jacet essonium in persona disseysitoris, quia licet ipse non venerit, ballivus venire poterit. Item nec in persona ballivi per se, quia dominus venire poterit per se sine ballivo, cùm uterque illorum attachiatus sit sub disjunctione: & non sufficit si unus se essoniaverit, nisi uterque fuerit essoniatus, quamvis sufficiat quòd unus eorum veniat. Revera non

ra non jacet essonium in odium spoliationis, quia denegari debet eis dilatio xv. dierum et sumonitio rationabilis, et ideo maximè, quia tantum operatur eorum præsentia quantum absentia, quia sive venerit sive non, ꝑpter hoc non remanebit assisa. In persona tamen spoliati & querentis bene jacebit essonium. Item non jacet essonium in ꝑsona ejus qui cōmissus est aliquibus ꝑ ballivū ut respōdeat pro eo, sicut corpus pro corpore. Itē non jacet in ꝑsona ejus de quo preceptū est vic. ꝙ faciat eum venire vel ꝙ habeat corpus ejus, dum tamē ꝓcesserit solennitas attachiamentorū, quamvis sine essonio. Si autem hic fuerit primus dies attachiamenti, sequetur essoniū, quia ad quamlibet sumonitionem vel attachiamentum cùm de quocunq; placito de jure sequi debet essoniū. Sed ubi nullū placitum ibi nullum essonium. Ut si quis ꝓceperit ballivo suo vel mādaverit ꝙ sit ad certū diem redditurus de balliva sua ratiociniū, ut si rex ꝓcipiat vicecom̄ vel majori ꝙ rationē reddant et cōpotum de balliva sua. Si autē vicecom̄ vel major summoniti sint ad respondendū quo warranto vel quo jure ballivam suam tenuerit, aliud erit: quia ibi erit placitum. Item non jacet essoniū in ꝑsona ejus qui attornatum fecerit, nisi ambo se forte essoniaverint. Itē non jacet in ꝑsona ejus qui se semel essoniaverit donec cōparuerit. Item non jacet in ꝑsonis appellatorum deforcia nec in appello de pace, plagis & roberia, ubi illud dicendū est quòd domi remaneant donec illi de facto convincantur. Sed si non venerint, ꝑ essonium excusantur. Item non jacet ubi aliqua partium se essoniaverit ignorans ꝙ adversarius suus mortuus sit vel aliquis ex participibus suis. Itē non jacet ubi placitū ipso jure sit nullum, scilicet ubi breve non convenit petitioni & hujusmodi. Item non jacet in actione personali, postquam quis attachiatus fuerit, scilicet ubi primò se essoniaverit. Item ubi ꝓceptum est vicecomiti ꝙ distringat per terras & catalla. Item non jacet ubi dies datus est, ut de die in diem, vel si datus fuerit dies sine essonio de consensu partium, quia conventio vincit legem in hoc casu: ut de termino S. Michaelis anno regni regis Henrici decimosexto incipiente decimoseptimo in comitatu Essex de Ethone filio Wilhelmi, cui non fuit essonium allocatum, quia dies datus fuit sine essonio quamvis diffusus ꝑpter consensum, quod aliàs non esset. Nec etiam ipse dominus Rex potestatem haberet dandi diem sine essonio, nec alius multo fortiùs, cùm hoc facere non possit sine juris injuria sine cōsensu partium, quia ex quo hoc voluit, juris beneficium ei non subvenit cōtra voluntatem suam, quia sic invito conferetur beneficium &c. Item non jacet si ille qui se essoniat visus fuit in curia antequam reddatur essonium. Item non jacet post defaltam postquam terra capta fuerit in manum domini Regis. Item non jacet ubi ex virtute mandati non imponitur vocato necessitas veniēdi nisi ad voluntatē suam, ut si dicatur ꝙ veniat si sibi viderit expedire. Itē non jacet ex virtute mādati s. ad volūtatē mādantis. Et dicat in curia ꝙ velit placitare. Item nō jacet si mandetur vel ꝓcipiatur vic. vel ballivo, majori, vel ꝓposito villæ, vel burgi, vel civitatis, ꝙ veniat redditurus compotum, vel responsurus de tempore suo, quia ibi nullum

No essoin in the following cases.

No essoin where no plea.

nullum placitum nec aliqua controversia : Item quis : Et sciendum quod tam plures tenentes quàm unus,& tunc refert utrum plures tenentes in uno brevi tenuerint in communi simul & pro indiviso,vel separatim & pro diviso, partita inter cohæredes hæreditate. Si autem simul & pro indiviso,quilibet eorũ unicum habebit essonium (si voluerit) de malo veniendi simul & eodem die,vel vicissim & diversis diebus,secundum quod elegerint,donec quilibet eorum unicum habeat essonium (nisi aliud sit de consuetudine) quia plura non habebunt antequam simul comparuerint, licet illi qui primò fuerint essoniati sæpius cõpareant, quia semper diem habebunt quousq; omnes simul cõparuerint, quia ad omnem apparitionem non sequitur essonium, quod si ita esset, ita fierent dilationes innumerabiles. Si autem antequam cõpareant unus moriatur ex pluribus tenentibus in communi, cadit breve,licet videatur cõtrarium , cùm pars sua accrescat superstitibus per jus accrescendi , quia revera die impetrationis, partẽ illam non tenuerunt,nec quantũ ad tenẽdam partẽ illam in communi subfuit causa impetrandi. Si autẽ inter plures partita sit hæreditas & unus tantum de parte sua implacitatus fuerit,unicũ habebit essonium antequàm comparuerit si voluerit,& in persona sua quantum ad partem illam terminabitur negotium, nisi ita sit quod sic respondeat , quod sine participibus suis non debeat respõdere , & quo casu summonendi sunt participes quòd sint ad respondendũ cum eo & sine quibus &c. Et etiam quo casu quilibet ex participibus (qui dicuntur participes) unicum habebit essonium ante apparitionẽ, sed non quasi unus hæres & particeps , & vicissim , donec constiterit eos esse participes. Et cùm præsentes sint omnes & dedicere non possunt cùm sint participes , extunc erunt quasi unus hæres. Divisio enim hæreditatis facit unitatẽ juris, esse plures, & per hoc hæredes esse plures;defensio enim omnium revocat unitatem juris,& sic iterum facit cõmunes defensio plures personas quasi unum corpus & unum hæredem propter juris unionem, quia si tenens amiserit, omnes tenentur contribuere. Si autem plures sint tenentes in eodẽ brevi, sed tamen diverso jure & non ut participes, quilibet habebit essonium pro se & non vicissim ut supra,quia hic sunt diversa placita & ibi tantum unum & non plura. Si autẽ sint ibi plures tenentes sicut vir & uxor, licet non teneant in communi ut supra dictum est , tamen quilibet eorũ unicum habebit essonium simul vel vicissim , tum propter unitatẽ juris tum propter unitatem sanguinis, cùm sint una caro vir & uxor , quod non est in casu supradicto, & unde si unus illorum defaltam fecerit , ambo puniũtur pro defalta unius. In hoc casu vero supradicto nõ nisi ille qui defaltã fecerit,quia in casu supradicto participũ jus cõmune recipit divisionẽ,jus autẽ viri & uxoris & de re uxoria nullã recipit divisionẽ. & maximè cùm res sit propria uxoris & non viri,cùm ad virũ non pertineat nisi tantũ custodia ratione uxoris. Plures vero tenentes (licet teneãt in cõmuni) quilibet suum habebit essoniatorẽ,quia diversæ sunt personæ & diversæ excusationes. Cùm autẽ omnes participes vel tenentes simul in curia comparuerint , & contingat quod tenens unus vel plures vel unus ex pluribus se essoniaverit , vel dies datus fuerit

fuerit partibus si pſentes fuerint sicut dies amoris sub specie pacis, vel post visum petitum, vel warrantum vocatũ, vel ꝓ defectu recognitorũ, vel alia quacunque ratione, poterunt tenentes essonia sua reincipere sicut primo die sumonitionis. Si autẽ plures sint tenentes qui tenuerint pro diviso quilibet ptem suã, & implacitati fuerint ab uno vel diversis personis in comuni, quilibet habebit unicũ essonium & ꝓ se, donec omnes simul comparuerint, & non vicissim. Si autem unus defaltã fecerit, hoc erit sibi soli damnosum & non participibus si amiserit, & nec versus participes regressum habebit, sed sibi ipsi negligentiam ꝓpriam imputare poterit. Cùm autẽ omnes præsentes fuerint, tunc ꝓcedat negotium quasi in communi, quia nullus sine alio respondebit, sive plures fuerint petentes in communi vel diverso jure, quia bene contingit ꝙ quidam ex pluribus poterunt retinere, sive ab uno vel pluribus petatur hæreditas comunis à cohæredibus sed divisa, si tamen ab uno jure vel pluribus petatur in communi, simile erit judicium tenentium singulorum, sive pro, sive contra: nisi sit aliquis qui partem suam amittat per negligentiam & defaltam, & quo casu versus participes regressum non habebit. Et unde si unus ex pluribus participibus vel pluribus tenentibus in communi primo die comparuerit, vel pro diviso, sine participibus suis non respōdebit nisi velit, hoc tamen allegato ꝙ participes habeat. ¶ 8. Si autẽ plures sint ibi petẽtes, sive tenẽs sit unus vel plures, observabitur in essonio secundũ ꝙ observandũ erit in pluribus tenentibus, scilicet quòd omnes habeant unicum essonium simul & uno die vel vicissim & successivè, quia in hoc nō licebit reo quod actori non liceat, ꝙ quidem non contingit nisi ex magna causa, cùm petens potius desiderare debeat instantiam litis quàm dilationem. Et si forte ex pluribus unus se essoniaverit, ex hoc omnibus aliis proveniet impedimentum & dilatio. Si autem unus ex pluribus defaltam fecerit, expectato quarto die, recedet tenens de brevi quietus ac si omnes defaltam fecissent, & sic erit unius negligentia omnibus aliis damnosa, quia aut omnes sequantur aut nullus. Idem verò dicendum erit de viro & uxore petentibus, quòd absentia viri erit damnosa uxori & econtrariò, sive autem plures sunt qui teneant sive qui petant, si quidam ex illis præsentes fuerint & quidam se essoniaverint & diem habuerint, illi qui pſentes erunt semper habebunt eundem diem, ne continentia loquelæ dividatur: & semper addatur in essonio ad cautelam quis se essoniaverit ad unum diem vel ad alium, ut scire possunt in fine utrum omnia essonia sua habuerint vel non. Et hæc vera sunt, nisi consuetudo aliqua se habeat in contrarium, cùm consuetudo vicem legis obtineat, longævi enim temporis usus & consuetudinis non est vilis autoritas. ¶ 9. Esto quòd tenens in propria persona sua sequi non possit, vel licet possit vel pro dubio eventu facit attornatum ad cautelam, quo casu in persona attornati jacet essonium & non in persona domini, sive petens qui attornatum fecerit sive tenens: quia attornatus fere in omnibus personam Domini representat. Fere dico, propter essonium de malo lecti, ut inferius dicetur. Et quamvis quis attor-

natum

P where more than one demandant

P Essoin lies in persona attornati and not in persona domini

natum fecerit in psona ppria, sequi poterit cùm voluerit vel possit. Item ꝙ hoc volũtati ejus tribuatur, sed semper durat Attornatus quousque domin' eum amoverit, et quamdiu duraverit attornatus, nũquam locum habebit essonium in persona dñi, nisi cùm ambo se essoniaverint ad similitudinem duorum attornatorum vel plurium, quia si dominus venire non possit per se, possit venire per attornatum suum, sed non econtrariò, quia non est in duobus attornandum. Sed quid si dominus cùm fecerit attornatum & illum non amoverit ad aliqm diem sine attornato egerit vel respondit, & diem ceperit in persona sua, quæro quis ad alium diem debeat se essoniare, dominus vel attornatus? Videtur ꝙ attornatus non, quia psens non fuit in judicio nec diem receperit; dominus non, quia fecit attornatum & illum non amovit. Tutius est ꝙ ambo se essoniaverint, licet sufficiat quòd attornatus se essoniat quantum ad excusationem, cùm dominus eum non amoverit. Si autem dominus p se, non valebit quamdiu habuerit attornatum. Et ꝙ dicitur de attornato tenentis, dici debet de attornato petentis. Item esto ꝙ petens vel tenens plures fecerit attornatos, duos scilicet vel plures, unus ex pluribus (si psens fuerit in judicio) agere poterit pro domino suo vel defendere sine aliis. Excusare autem absentiam suam non valeat sine aliis, quin procedatur ad defaltam ac si omnes defaltam fecissent. Et est ratio, quia si per unum attornatum non possit dominus litis comparere, per alium poterit: et sic oportet quòd omnes excusentur vel nullus. Constituti enim sunt attornati sub disjunctione, ita quòd si unus non venerit vel venire non possit, quòd alius veniat, nisi uterquè se legitimè excusaverit: Et si unus attornatus se essoniaret et alius non, si petens diem reciperet versus essoniatorem attornati & recederet, posset alius attornatus cõparere & liti se offerre, & ponere petentem vel tenentem in defaltã, ꝙ esset iniquum. De hac materia inveniri poterit de termino S. Michaelis anno regni Regis Henrici decimosexto incipiente decimoseptimo de I. Bathoñ Episcopo & priore Bathoñ. Ad idem facit de termino Hilarii anno ejusdem decimosexto de Johanne de Karum. Item esto ꝙ quis duos fecerit attornatos versus unum querentẽ vel tenentem vel plures, et uterque se essoniaverit, et tenens forte vel querens defaltam fecerit: quæritur an unus essoniator attornati vel ambo expectare debeant quartum diem. Videtur ꝙ oportet quòd ambo expectent, quia non videtur quòd sufficiat quòd unus expectaverit non magis quàm si unus excusaret. Videtur etiam ꝙ sufficit si unus expectet, quia quoad essonium et excusationem utitur vice essoniatoris sive excusatoris, & quoad expectandum quartum diem utitur vice quasi actoris. Et ideo videtur quòd sufficiat unus: sed re vera quòd cùm infra quartum diem posset venire tenens nec prius reddi debeat essoniũ quàm ante quartũ diem: Ideo oportet ꝙ uterq; expectet, quia non sufficit unus, quia si unus tantum se essoniaverit, non valet nisi unus essoniator diem suum expectaverit. Itẽ esto ꝙ cùm attornatus factus fuerit ante diem datum in curia, moriatur, & dominus principalis ad diẽ datũ se essoniaverit nulla facta mentione de morte attornati, & Justic. igno-

ignorantes de morte attornati judicaverint essonium nullū, quia talis fecit attornatum & sic ꝓcesserit ad defaltā, si dominus postea ad diem suum venerit excusando absentiam alterius diei & allegādo causas absentiæ de morte attornati, non excusabitur, quod quidem esse posset si simul cum essonio suo faciet essoniari attornatum de morte, unde videri poterit ꝙ non aliter jaceret essonium in persona domini, cùm attornatū fecerit nisi tunc demū cùm attornatū amoverit, vel cōstiterit ꝙ mortuus sit. Item esto quòd cùm quis fecerit attornatum, ad primum diem sumonitionis se essoniaverit, & attornatus secundo die vel tertio, essonium domini nullum erit, quia fecit attornatum, & de defalta attornati ꝓcedendum erit ad diem datum ꝑ essoniatorem si petens se tenuerit ad defaltam, quia essonium dn̄i non defendit primum diem cùm sit nullum &c. ¶ 10. Quidam sumonitione ꝑventus cùm vellet peregre ꝓficisci versus terram sanctā in passagio generali, duos fecerit attornatos vel plures, & dum ita esset in peregrinatione moriuntur attornati, ad diem offert se petens liti, nec tenens venit nec attornatum habet, quæritur quid juris cùm nihil sit quod possit tenenti imputari? Consilium curiæ erit. ꝙ attornati essoniarentur de morte, & sic remanebit loquela sine die usque ad reditū domini principalis. Casus de Petro de Roches quondam Wintoñ episcopo, qui profectus fuit in terram sanctam in generali passagio. Et quod dictum est de tali peregrinatione, observari debet in aliis peregrinationibus, sicut apud sanctum Jacobum vel alibi. Item esto ꝙ quis se vel attornatum suum falsò essoniaverit de morte cùm vivus sit, si postea de eo constiterit quòd sit vivus, resumoneatur loquela in eodem statu in quo fuit die essonii interpositi per hæc verba, ita ꝙ loquela illa tunc sit ibi in eodem statu quo fuit quando remansit sine die, eo quòd ꝑdictus talis se essoniaverit falsò de morte, qui adhuc vivit ut dicitur. Et in quo casu, nisi sanare possit defaltam, amittet ꝑ judicium: ut de termino S. Michaelis anno regni Regis Henrici decimoquinto incipiente decimosexto in coñ Cant de quodam Osberto. ¶ 11. Item, esto ꝙ quis vocet ad warrantum unum vel plures warrantos, post warranti vocationē habebit quilibet unicū essonium antequā cōparuerint tam vocans quàm warrantus. Si autē plures warranti vocati fuerint ab uno, quilibet eorū unicum habebit essonium eodem modo, primo die simul vel vicissim, secundum ꝙ superius dicitur, de pluribus tenentibus, scilicet quilibet post alium donec habuerint omnia essonia sua, scilicet quilibet unū. Et si plures sint tenentes & plures warranti eodem modo, et ita ꝙ si unus ex pluribus tenentibus vel unus ex pluribus warrantis se essoniaverit primo die & omnes alii ꝑsentes sint, habebunt eundem diem quem habet essoniator & ita de die in diem poterit se unus essoniare & postea alius, donec quilibet unicum habuerit essonium. Et eodem modo cùm omnes semel & simul in judicio cōparuerint & alium diem simul receperint, poterunt reincipere essonia sua sicut primo die. Si autē quidam se essoniaverint & quidā ꝑsentes fuerint & quidam fecerint defaltam, de essoniatis & præsentibus fiat ut supradictum est. De absentibus verò fiat

ita, scilicet ꝙ petens vel attornatus suus vel essoniator suus si fuerit essoniatus, expectet quartum diem versus eos, si vocati infra quartũ diem nõ venerint, & in quarto die si non venerint, ꝓcedatur ad defaltã secundum ꝙ inferius dicetur de defaltis. Item cùm unus essoniatus fuerit versus plures, essoniator suus omnes dies recipiet versus omnes. Si autem plures versus unum, quilibet recipiet diẽ suũ, nec poterit unus alterius diem recipere, non magis quã duos participes essoniare. Itẽ dicitur generaliter, ꝙ si quis se essoniaverit versus unum, essoniat se versus omnes, & tunc refert utrum plures sint petentes & unus tenens unicam rem. Si autẽ plures petentes in cõmuni, sufficit si dicat essoniator tenentes ꝙ essoniat dominũ suum versus talẽ & omnes alios nominatos in brevi sine expressione nominum aliorum. Si autem sic dicat, essonio dominum meum versus talem de tali placito sine mentione aliqua de aliis in brevi nominatis, videtur (& verum est) ꝙ hoc sufficere debeat, quia ꝑ hoc ꝙ Dominus essoniatur, nihil aliud ꝑtenditur, nisi ꝙ dominus suus per infortunium vel per morbum aliquem supervenientem impedimentum habeat, quòd ad diem sibi datum venire non possit, & ita cùm in curia semel excusetur absentia ejus per essoniatorem suum versus unum & probetur excusatio sua, sufficit versus omnes, quia si alii procedere vellent ad defaltam cõtra essoniatum, hoc facere non possent sine participe qui exprimitur, & ideo nulla defalta: Si autem ècõtrariò unus vel plures petentes contra plures tenentes, tunc refert utrum tenentes sint in communi ut participes, vel tenentes diversa tenementa per diversa jura. Si autem diversa teneant tenementa & per diversa jura, tunc oportet quòd petens (si unus sit) essoniat se versus omnes cum expressione personarum, quia sunt ibi diversa jura & diversa placita, licet plures tenentes in uno brevi cõprehendantur. Et si plures sint petentes in cõmuni & unus tenens sive plures, oportet quòd omnes petentes se excusent aut sequantur & veniant, sed defalta unius non erit omnibus aliis damnosa, nisi tantum illi qui defaltam fecit de parte sua. Si autem tenẽtes teneant in cõmuni vel pro indiviso, dum tamen ut participes, si petens unus vel plures se essoniaverint, dum tamen omnes, sufficit si essoniati sint cõtra unum & alios in brevi nominatos, vel tãtum cõtra unum sine mentione de aliis, ratione supradicta, quia cùm petentes excusati fuerint versus unum tenentem ex pluribus in cõmuni, alii sine eo ꝓcedere non poterunt ad defaltam. Item si cui acciderit aliqua infirmitas in itinere veniendi & ꝙ impotens sit veniendi: Eodem modo impotens esse poterit mittendi plures personas ad curiam ad excusandam suam absentiam, & ideo sufficit si unicam ꝑsonam mittat cõtra plures qui sunt quasi unica ꝑsona, ꝓpter unicũ jus ꝙ habent. Item essonium nõ fit parti sed curiæ (ut videtur) quia in absentia adversarii poterit quis se essoniare sicut in ꝑsentia. Et eodem modo in absentia adversarii poterit fieri warrantizatio essonii & sacramentũ, & unde videtur ꝙ sufficit si justic. cõstiterit de impotẽtia, etiã sine ꝑte altera. Et ideo si impotens sit veniendi vel mittendi versus unum, impotens esse poterit mittendi versus plures, & non refert nisi quòd

quòd justiciariis cōstiterit de impotentia. Sed cōtra si plures sint petentes, oportet ꝙ tenens unus vel plures se essoniet versus quemlibet nominatim ita ꝙ distinguetur, quid, quis, cōtra quem & de quo placito, secundum ꝙ videri poterit in attornato faciendo, quis attornaverit, & quem, & versus quem, & de quo placito, quæ omnia si non exprimantur non valebit attornatio. Eodem modo (ut videtur) observari deberet de essonio, quia potest quis tenens esse essoniatus versus unum ex pluribus & in defalta versus alium, sed observandum erit ut supra, secundum ꝙ ibi fuerit unum placitum vel plura. ¶ 12. Item quis? Et sciendum ꝙ essoniari poterit tam campio quàm dominus principalis post duelli vadiationem simul & uno & eodem die vel vicissim: ut de termino S. Michaelis Annò regni Regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Cantˉ de quodam recordo de Abbate de Haynshā. ¶ 13. Item quando? Et sciendum ꝙ primo die litis, quia non sufficit quòd in crastino, scilicet secundo die, tertio, vel quarto, licet expectari debeat ille qui sūmonitus est usq̄ ad quartum diem, ut infra veniat vel mittat nuntium ad excusandum suam absentiam, licet suus essoniator diem non recipiat si forte essonium locum non habeat, secundū ꝙ inferius dicetur de defaltis. Si autē essonium cōmpetat sūmonito & faciat se essoniari secundo die vel tertio, allocabitur essonium, & dabitur dies essoniato per essoniatorem suum, & ad diem illum allocabitur petēti defalta si se tenere voluerit ad defaltam, & quo casu si tenens se excusare non possit ad diem illum amittere poterit seysinam. ¶ 14. Et ubi? Et sciendum ꝙ in judicio & corā suo judice & non alio, licet corā eo qui habeat jurisdictionem cum aliis justiciariis cùm suus non habet jurisdictionem nec cohertionem. Si autē corā alio per errorem se fecerit essoniari, adhuc valebit essonium, de gratia tamen, ꝙ salvabitur defalta quousq̄ judicium reddatur de defalta, ulterius autem vix poterit excusari. ¶ 15. Item quotiens? Et sciendū ꝙ ad quamlibet apparitionem in judicio, secundum quod sūmonitus tenuerit per se vel in cōmuni, postquam diem in judicio recepit, post visum petitum, warrātum vocatum, et post diem datum sub spè pacis vel alio modo. Et generaliter in omni casu in principio litis, ad quamlibet sūmonitionem ubi cōtroversia sive placitum fuerit inter partes, & ubi fuerit judicium, & qui judicet inter partes & sive ab initio præcipiatur quòd vicecomes habeat corpus sine solennitate attachiamentorum, vel quòd venire faciat, vel distringat per terras & catalla, alioquin injuriosum esset vocato in jus juris beneficiū denegare. Si autem nullum sit ibi placitum nec judicium, sed sit aliquis qui mandet aliquod ut ballivum suum, aliud erit dicendum ut supra.

P / Of Essoins after Duel wager

¶ 1. De essoniis de malo lecti. 2. Quando fieri debet essonium de malo lecti & qualiter. 3. Quotiens fieri debet essonium de malo lecti, quando & qualiter. 4. Si quis habere possit duo essonia de malo veniendi simul propter necessitatem. 5. Si vir & uxor se semel essoniaverint de malo lecti. 6. Ad quæ brevia pertinent duo essonia de malo veniendi & similiter de malo lecti. 7. Ubi vertitur breve de recto in breve de ingressu per narrationem & econtrario. Cap. 4.

ITem excusatur alicujus absentia p infirmitatē de reseantisa, de qua pvenit essonium q dicitur essonium de malo lecti, & q semper sequitur immediate (nullo alio essonio interjecto) essoniū de malo veniendi. Item nec de servitio dñi Regis nec de alio. Et tunc locū habet cùm quis infirmitate per malū veniendi ita fuerit impeditus & detentus q venire non possit, & se excusaverit per illud essoniū, & ab itinere revertatur in domiciliū suum, & vertatur malum transiens in languorē, quo casu videndū erit utrum talis infirmitas sit malum trāsiens vel languor. Si autē malū transiens, post visum habebit essoniatus alium diem per spacium xv. dierū ad minus. Si autē languor, tunc dabitur ei unus annus & unus dies, & ita q annus sit integer secundum q fit ex momentis, horis, diebus, scilicet ex 365. diebus & sex horis, sive annus sit bissextilis sive alius, nec major erit annus bissextilis aliquo anno pcedente, die, (ppter diem excrescētem) nec hora, nec momento; secundum q inferius dicetur plenius de anno et die, et talis infirmitas infra annum pprìè dicitur languor, si autem ultra annū duraverit, talis infirmitas dici poterit morbus sonticus, scilicet morbus incurabilis. Itē essoniū de malo lecti non sequitur omne essoniū de malo veniendi, quia sunt quædā brevia in quibus non sequitur nisi tantū essoniū de malo veniēdi simpliciter et per se, & nunquam essonium de malo lecti, nisi aliquando per accidēs sicut per narrationem, ubi breve de ingressu vertitur per narrationē ad breve de recto. Et quo casu, in principio litis non statim sequitur essonium de malo lecti essonium de malo veniendi, nisi tunc demū cùm mutata fuerit natura brevis de ingressu in naturā brevis de recto, & eodē modo non statim sequitur essonium de malo lecti essonium de malo veniendi, nisi tūc demū cùm mutata fuerit natura brevis de communia pasturæ (facta specificatione de qualitate & quātitate) in breve de recto p narrationē, sicut in brevi de quo jure & hujusmodi. Itē sequitur essonium de malo lecti essoniū de malo veniendi, & desinit sequi in fine p narrationē, ut si quis primò agat p breve de recto, habebit utrūq essoniū in principio, sed cùm bre de recto versum fuerit in bre de ingressu p narrationem, & tenens se posuerit in juratam, tunc desinit essoniū de malo lecti sequi essoniū de malo veniendi, cùm loquela per narrationē incipiat esse alterius naturæ. Et eodē modo in brevi de recto ubi hæreditas descēdit à comuni stipite usq ad cōjunctas personas, scilicet duos fratres vel plures vel eorū hæredes in infinitū descēdentes. In principio litis sequitur unum essonium aliud, ut pdictū est, sed in fine sequi desinit cùm judicatū fuerit inde duellum, nec magna assisa jacuerit inter tales psonas à comuni stipite venientes. Itē est & aliud bre de recto ubi unū essoniū aliud non sequitur, nec in principio brevis, nec in medio, nec in fine, nec aliquo tēpore, quale est breve de recto de dote, quia nunquam erit ibi duellum nec magna assisa. Et generaliter verum est q ubicunque sequi possit magna assisa & duellū, & quādiu & dum sequi possit, locum habebit essonium de malo lecti, & ubicunque non sequitur duellū nec magna assisa, vel si sequi inceperint & sequi desierint, nunquā locū habebit essonium de malo lecti.

Item

Item videndum quis se essoniare possit de malo lecti post essoniū de malo veniendi? et sciendum ꝙ tam masculus quàm fœmina plures vel unus. Item warrantus cùm adhuc non warrantizaverit, dum tamen languor non præcesserit, ut inferius dicetur. Item tam minor quàm major, dum tamen minor infra ætatem teneatur de feoffamento ei facto ad breve de recto ei respondere, quia in hoc casu omnia habebit remedia quæ haberet aliquis major in causa proprietatis, licet per se respondere non possit vel jurare, potest tamen ꝑ custodem & curatorem, qui (si opus fuerit) jurare poterunt ad warrantizādum essonium in animam ipsius minoris, si implacitatus fuerit de aliquo & essoniatus de malo veniendi de quo antecessor suus non obiit seysitus ut de feodo, & ubi præsentia sua fuit necessaria ꝙ ad jus respondeat. In quo casu, semper fiat mentio super essonio de minori ætate, ita scilicet, & sciendū ꝙ talis est infra ætatem. Si autem petat minor in causa possessionis seysinam antecessoris sui per assisam, nullum habebit essonium minor petens nec tenens contra eum, cùm tantum operetur ejus absentia quantū ꝑsentia, cùm nihil dicere possit quare assisa remaneat quin statim capiatur.

¶ 2. Item quando fieri debeat essonium de malo lecti & qualiter? & sciendum ꝙ tertio die inclusivo, scilicet ante diem datum per essoniatorem in essonio de malo veniendi, & per duos qui non dicuntur essoniatores sed nuntii, eo ꝙ mittuntur vel nuntiant ad excusationem, & non essoniant, quia diem non recipiunt nec affidant de habendo warranto suo ad aliquam diē ad ꝓbandam excusationem, ut supra de essonio de malo veniendi, & sic mitti possit quis ad essoniandum & ꝓbandum, vel ad essoniandū & non probādum propter dubium eventum essonii. Item est nuntius qui aliquando mittitur vel licet non mittatur verba faciat ꝓ absente, quasi pro amico, & nūtiat tale impedimentum intervenisse ꝙ sūmonitus venire non possit, et talis ꝓpriè dicitur nuntius et nō essoniator, sicut alii ꝑdicti, et audiri debet sicut nuntians usq; ad quartū diē et quandoq; ulterius usque ad judiciū de defalta.

¶ 3. Itē quotiens, et sciendum ꝙ in omni tempore post essonium de malo veniendi, donec adjudicatus fuerit ei languor & habuerit languorē, scilicet annū & diem, quia post languorē adjudicatū, aliquādo ex causa de volūtate petētis poterit dari essoniato licētia surgēdi, ut statim respōdeat, ꝙ quidē sine voluntate petentis nulla ratione est cōcedendū ante annū & diē, & cùm ita respōderit & diē habuerit, poterit post essoniū de malo veniendi essoniare se de malo lecti, quia nō sufficit ꝙ languor sit adjudicatus nisi sit adimpletus. Itē si plures fuerint ꝑticipes qui tenuerint in cōmuni, possunt omnes se essoniare si voluerint simul et uno die. Et si in essonio de malo lecti fuerit omnibus simul lāguor adjudicatus, erit languor omniū quasi unus lāguor. Si autē cū plures essoniati fuerint de malo lecti cū visus fuerit post essoniū, poterit quibusdā adjudicari languor et quibusdā malum trāsiens, et omnes qui languidi sunt ad diē quo testificabitur languor, habebunt annū & diem apud turrim Londō et alii nō eundem diem, sed diem convenientem, cū sine aliis respondere non tenentur. Et cùm semel uni vel pluribus fuerit languor adju-

adjudicatus & in judicio testatus, nullus eorum de cætero habebit essonium de malo lecti, nisi (ut prędictum est) si detur licentia surgendi, sed semper essonium habebunt de malo lecti, donec unus vel plures, vel omnes simul habuerint languorem. Item poterit unus ex pluribus uno & eodem die se essoniare de malo lecti, & particeps suus unus vel plures de malo veniendi, & si illi qui de malo veniendi se essoniaverint de malo lecti, ad alium diem se essoniare non poterunt, donec constiterit de primo essonio utrum habuerit malum transiens vel languorẽ, quia si languorem habuerit & de hoc cõstiterit, & alius similiter se essoniaverit de malo lecti ad alium diem & haberet languorem, ita possunt esse in uno placito simul & semel duo languores, quod esse non debet. Igitur cùm unus ex pluribus essoniatus fuerit de malo lecti, cessabunt omninò essonia de malo lecti in personis aliorũ, donec sciatur utrum talis habuerit languorem vel malum transiens propter inconveniens supradictum, & cùm unus languorem habuerit, de cætero cessabũt omnia essonia de malo lecti in personis aliorum. Sed esto quod cùm unus ex pluribus essoniatus fuerit de malo lecti & alii cùm habuerint diem per essoniatores suos se faciant essoniari de facto ad diem illum de malo lecti, judicium essonii erit in suspenso usque ad quartum diem, in quo casu si quatuor milites venerint & testati fuerint visum & quod defenderint ei languorem, tũc (ne absens sit omnino indefensus) propter necessitatem de consilio curiæ succurritur ei ita quòd vertetur essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi. Sed esto quòd ad diem datum per essonium capiatur inter partes dies amoris, cùm uterque comparuerit ad illum diem, sequatur essonium de malo veniendi, & si se essoniaverit de malo lecti, eodem modo poterit verti essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi ut prius. Et sic fieri poterit in omni casu ubi jacuerit essonium de malo veniendi, sed si nullum, erit hoc defalta, sed nunquam vertitur essonium de malo veniendi in essoniũ de malo lecti. ~~Quandoq; vertitur essoniũ de malo veniendi in essonium de malo lecti.~~ Quãdoq; vertitur essonium de malo lecti in essoniũ de malo veniendi ex necessitate & de consilio curiæ, & ita quod habebit duo essonia quodlibet post aliud sine apparitione, & sic cum unus ex pluribus languorẽ habuerit, extunc cessabunt omnia essonia de malo lecti in toto placito illo sive tenentes warrantũ vocaverint sive non. Si autem dederint ei malum transiens, tunc primo tenebit essonium secundũ de malo lecti in persona alterius essoniati. Si autẽ quatuor milites non venerint infra quartum diem nec primò essoniatus, tunc eodem modo & eadẽ necessitate (ut prædictum est) vertitur essoniũ de malo lecti in essoniũ de malo veniendi, donec sciatur utrum primò essoniatus de malo lecti habuerit languorẽ vel non, & ad omnes dies sequentes erit ut prędictũ est, secundum quod testatum fuerit per quatuor milites. Si autẽ partitio facta fuerit inter plures cohæredes de communi hæreditate, & ita quod quilibet respõdere debeat de parte sua in principio litis antequã omnes simul cõparuerint, quilibet per se habere poterit essoniũ de malo lecti & quilibet languorem, & ita quòd plures esse possunt languo-

res

res post divisionem hæreditatis: ut de termino S. M. an̄ regis H. ix. incipiente x. in com̄ Suff. de Salomone de S. Edmūdo & Oliva filia Andreæ. sed cùm omnes cōparuerint in curia et ita ꝗ nullus sine alio velit respondere, tunc aliud erit ut in primo casu, nisi quis habere poterit duo essonia de malo veniendi simul ꝑpter necessitatem, ita ꝗ ex necessitate possit quis habere duo essonia de malo veniendi. ¶ 4. Esto ꝗ quis implacitatus fuerit de diversis placitis, & in uno eorundē fuerit ei languor adjudicatus, et in alio placito se semel essoniaverit de malo veniendi, & diem habuerit, & ad quē diem venire possit nec mittere cùm attornatū nō fecerit, ne sequatur essonium de malo lecti si se iterum essoniaverit de malo veniendi, aut de necessitate allocabitur ei essonium de consilio curiæ, vel suspēdetur ꝓcessus illius loquelæ, quousq; essoniatus comparere possit post languorem, & non ꝓcedetur ad defaltam: ut de termino P. anno Regis H. xvi. in comitatu Norf. de Galfrido filio Baldwini. Item ꝗ non proceditur ad defaltam in uno placito propter essonium de malo lecti in alio, inveniri poterit de termino S. M. anno Regis H. xv. incipiente xvi. in comitatu Midd. de Gylberto de Hendon, & hoc maximè si placitum emerserit post languorem adjudicatū. Item erit si languidus post languorem adjudicatum vocatus fuerit ad warrantum, secundum quod evenit de prædicto Galfrido. Item quod allocari debeat essonium in prædicto casu, quòd aliàs non esset licitum, ꝓbatur de termino S. M. anno Regis H. vi. incipiente vii. in comitatu Norf. de Erimnarda de Pocotte & quodam Johanne qui se essoniavit versus eam de malo veniendi de uno placito, & cui fuit languor adjudicatus in alio placito, & quamvis essonium de malo veniendi non jaceret, fuit tamen ei allocatū de consilio curiæ ꝑpter necessitatatem, quia honestius fuit essonium allocare ex causa, quàm procedere ad defaltam, cùm essoniatus non esset in culpa. ¶ 5. Si vir & uxor se simul essoniaverint primò de malo veniendi, poterunt se simul essoniare de malo lecti ad alium diem si voluerint, & simul habere languorem, sed non erunt ibi plures languores sed unus, ꝑpter juris unitatem. Item poterunt se vicissim essoniare si voluerint tam de malo veniendi quā de malo lecti, & secundum ꝗ supradictum est, donec habuerint languorem ambo simul vel alter eorum per se. Sed cùm ambo primo die simul essoniati fuerint de malo veniendi, & ad alium diem compareat vir & uxor, & vir essoniatus fuerit de malo lecti, & ad diem datum cùm essoniatus visus fuerit testatum fuerit per milites quòd sit malum transiens, & uxor eodem die se essoniaverit de malo lecti, quæritur an sit essonium allocandū immediatè post apparitionem, cùm semel in curia comparuerit post essoniū de malo veniendi, & non erit allocandum, quia essonium de malo lecti, semper sequitur essonium de malo veniendi immediatè, & de apparitione tempore medio tollitur omninò essonium de malo lecti, & per aliud essonium immediatè, sicut de servitio domini Regis si procedat essonium de malo lecti, vel si aliud intervenerit vel non, idem erit dicendum. Post essonium verò de malo lecti, nunquam jacebit essonium de malo veniendi

de tempore præterito, & non nisi sumonita fuerit loquela, & posita coram a Justiciariis itinerantibus quasi ex nova sumonitione, vel nova resumonitione, post iter justic. cũ quis ad ultimũ diẽ essoniatus fuerit in bãco, & languor ei adjudicatus non fuerit, & licentiam habuerit surgendi, occasione itineris Justic. Itẽ esto ꝙ vir essoniatus fuerit de malo lecti & milites forte ad diem datum non venerint, & uxor se essoniaverit de malo veniendi, & diẽ habuerit per esoniatorem suum, & milites attachiati fuerint, & eundem diem habuerint ad quem si milites non venerint oportet ꝙ uxor compareat, et si defaltam fecerit, defalta sua erit utriq̃ dãnosa, ita ꝙ uterque amittet ꝑ defaltã unius, quicunq̃ illorũ defaltam fecerit, quia res sive tenementa uxoris non recipiũt divisionẽ, sicut inter cohæredes et ꝑticipes. De hac materia inveniri poterit de termino S. H. anno Regis H. xiii. in com̃ Devõn de Thoma de Tyndland. Et oportet ꝙ appareat ad omnes dies sine essonio, donec visus factus fuerit de viro suo, postquã semel habuerit essoniũ de malo veniendi, quia plura habere non poterunt anteq̃m simul cõpareant vir & uxor, et idẽ dicatur de viro, cùm uxor essoniata fuerit de malo lecti, Si autẽ bis se essoniaverit, tunc observetur ut supradictũ est./ Itẽ cùm quis plures warrantos vocaverit sive sit tenens unus sive plures, si tale sit placitũ & tale breve ꝙ sequi debeant essonia de malo lecti, tunc videndũ erit utrũ tenentes qui warrantũ vocaverint languorẽ habuerint, quidam, vel omnes, vel non. Si autem languorẽ habuerint, warranti languorẽ non habebunt, tenentes vero essonium habebũt de malo lecti, donec warranti warrantizaverint, & warranti nullũ, antequã warrantizaverint, cũ autẽ warrantizaverint, tunc primò habebunt essonia de malo lecti, si languor non ꝓcessit, & vicissim se possunt essoniare de malo lecti cũ warrãtizaverint sicut ipsi principales tenẽtes donec semel habuerint languorem./ ¶ 6. Videndũ inter cætera ad quæ brevia ꝑtineant imediate duo essonia. In quo casu necesse erit ꝙ in essoniis de malo lecti allocandis, primò inspiciantur brevia originalia, inter quæ inveniri poterunt duo brevia, à quibus generaliter duo ꝓcedunt essonia, scilicet breve de recto de terra, sed non breve de recto de dote, quia ad brẽ de recto de dote, non jacet essoniũ de malo lecti, ex quo non sequitur ex eo duellũ, nec magna assisa. Item duo sequuntur essonia quodã breve de recto ꝙ vocatur præcipe, sicut illud ubi quis terram quam petit clamat tenere de dño Rege in capite, quod immediate terminari debet in curia domini Regis. Est etiam aliud breve quod loquitur de servitio & consuetudine. Item breve de advocatione Ecclesiæ, quod similiter immediatè terminari debet in curia Regis. Est etiam quoddam breve quod vocatur præcipe, à quo per accidens & ex discretione Justiciarii duo procedunt essonia, in quo fit mentio de longinquo ingressu, verbi gratia. ¶ 7. Præcipe A quòd juste &c. reddat tali Abbati tantam terram cum pertinentiis in tali loco, quam clamat esse jus Ecclesiæ suæ, et in quam idem A. non habet ingressũ nisi per B. quondam Abbatem talem, qui sine assensu & voluntate capituli sui illam dimisit &c. Et in hujusmodi brevibus priusquam fiat judicium de essonio

Essoins after vouching to warranty. (margin, handwritten)

In what writs 2 essoins lie. (margin, handwritten)

in a real act. (margin, handwritten)

a Of adjourning matters from the Bench to the Eyre.
b Vid. post. 347. b. an exception to this rule.

essonio de malo lecti si factũ fuerit, sunt à justiciariis inquirenda in hoc casu hujusmodi. Inquirendum est à petente per quantum tempus adversarius suus terram illam tenuit,& quando Abbas obiit per q̃m ingressum habuit,si verò dicat ꝙ per 30. vel 40. annos vel amplius, tunc admittatur essoniũ de malo lecti & hac ratione, quia cùm alii Abbates medii & conventus semper permiserunt ipsum tenentẽ sine clameo, & postea post p̃dictum ingressum de tali Ecclesia possẽt alii Abbates succedentes cum consensu conventus cõfirmare factum primi Abbatis, videtur & p̃sumendum est quòd ipse tenens justè possideat & justo titulo, donec ꝓbetur in contrarium, unde facilius in hoc casu admittitur essonium de malo lecti. Sed quæro quare ꝓcessum est per tale breve, cùm breve de ingressu non excedat tempus assisæ mortis antecessoris. Responsio. Per talẽ narrationẽ & interrogationem non stat in vigore suo, nec retinet virtutem brevis de ingressu, im̃o illam excedit, et cùm p narrationem contra sui ipsius naturam incipiat esse ꝙ non fuit, ejus habebit naturam ꝙ incipit esse,& omnia habebit remedia quæ breve de recto, et maxime quantum ad essonia, secundum ꝙ superius dictum est. Item duo jacent essonia in brevibus de divisis, et si aliqua particula terræ remanet in contentione, et ubi ꝓcessum est sicut per breve de recto,& tunc demum jacent cùm terra illa fuerit specificata. Item jacent duo essonia de servitio et consuetudine, postquàm deforceator responderit, et certum est quid deduxerit in certũ judicium,quia ad duellum vel magnam assisam ꝓcedi non potest, nisi super certa re & expressa. Item in quolibet brevi ubi quis excedit formam brevis, et loquitur de jure, et in quibus interseritur narratio,ut de jure,sicut aliquando cõtingit in brevi quo jure,et aliis,et ubi pervenitur ad magnam assisam jacet essoniũ de malo lecti, ut infra pleniùs dicetur./Et sciendum ꝙ non ad omne breve ꝙ vocatur & incipit per p̃cipe sequitur essonium de malo lecti, quia sunt plura quæ incipiunt per præcipe, quæ in nullo tangunt jus merum,quia sunt de ingressu ad firmam,& ad terminum,vel breve ꝙ sequitur post novam disseysinam,ubi Juratores fuerunt electi & visus terræ factus fuit,et quod fertur super disseysitorem vel filium ejus et hæredem vel alium ab eo qui disseysitus est vel ejus hærede. ¶ 7. In brevibus vero de recto quæ vocantur præcipe & ubi duo jacent essonia,placitum ita aliquando mutari possit, quòd nullum jacebit essonium de malo lecti post mutationem illam, verbi gratia. Esto quòd petens petat terram aliquam de seysina avi sui, & dicat omnia verba pertinentia ad duellum, & adjiciat quòd avus suus inde obiit seysitus,ut de feodo & jure,& quòd idem tenens non habet ingressum in terram illam,nisi per hoc quòd intrusit se in eandem post mortem avi sui, dum idem petens vel pater ipsius petentis fuit infra ætatem, vel alio modo, ut si dicat, & in quam non habet ingressum nisi per hoc quòd posuit se in terram illam, ut capitalis dominus post mortem ipsius talis avi sui die quo obiit, & unde fiat jurata per judicium curiæ et per consensum partium. s. si tam petens quàm tenens in hoc consenserint,ꝙ aliter fieri non debet nisi ambo in juratam se posuerint, tunc statim cessa-

cessabit essonium de malo lecti, secundũ ꝙ superiùs fit mentio. Eodẽ modo impediri poterit essoniũ de malo lecti, si finis objiciatur, qui factus fuit inter antecessorẽ ipsorum, & aliis modis consimilibus, ubi de consensu tenẽtis fit descẽsus in brevi de recto, usquè ad juratam, & èconversò in brevibus de ingressu, in quibus inprimis non jacuit nisi unicũ essonium de malo veniendi. Accrescit aliquando per narrationem essonium de malo lecti, quia esto ꝙ tam petens quàm tenens omittat loqui de ingressu in narratione sua, & proponat in narratione sua de jure & proprietate, & inde (sicut sæpius contingit) emergat magna assisa vel duellum, vel alia forma processus ingressu prætermisso, quod tamen rarò accidit, nisi de consensu partium, statim post diem datũ partibus, poterit tenens se essoniare de malo veniendi, & postea de malo lecti, & hoc provenit ex narratione juris, potius quàm ex virtute brevis originalis. Et hoc prima facie videtur esse contrarium ei ꝙ dicitur, quòd secundũ brevia originalia, judicanda sunt essonia, & ab eis ꝓcedunt. Ad ꝙ sic poterit responderi, quòd quamdiu breve originale stetit in suo vigore, tantum unicũ sequebatur essoniũ. Sed postquã per narrationem partium & consensum eorũ locum non tenuit & mutata narratione in jure ꝓcessum est, tunc ad essonium de malo lecti pervenitur, & ꝓcedendũ erit tanquam ab initio ꝓcessum esset ꝑ breve de recto. Et de hiis quæ dicta sunt hic fit superius mentio de brevi de ingressu, sed hic fit repetitio ut addatur.

¶ 1. *Qualiter essonium de malo veniendi debeat irrotulari & judicari de servitio domini Regis.* 2. *Qualiter de simplici essonio de malo veniendi.* 3. *Si warrantus vocatus fuerit,* Cap. 5.

Of the Entry on the Record of Service of the King.

QUia diversimodè fit irrotulatio essoniorum secundum diversitatẽ brevium & placitorum ad instructionem minorum, dicendũ erit de irrotulatione. Sed quia de modo irrotulationis dictum est supra de illis qui peregrè ꝓfecti sunt ultra mare, sive in terram sanctam pro generali passagio, sive pro simplici peregrinatione, sive citra mare Græcorum in peregrinatione versus S. Jacobum vel alibi, ideo de modo peregrinationis hũodi non erit hic repetendũ, sed de servitio dñi regis, ita videlicet A. de N. qui est in servitio dñi regis ultra mare vel citra, essoniatur versus talem de tali placito per talem, & in quo casu differri poterit loquela quamdiu essoniatus fuerit in servitio domini Regis, dum tamen habet ad manum quolibet die warrantum suum breve domini regis. ¶ 2. Item si quis se essoniaverit de malo veniendi unus versus unum, tunc fiat sic irrotulatio de simplici essonio. Talis versus talem de tali placito per talẽ, & ita ꝙ semper in principio fiat mentio de com̃ in margine, & hoc si tantum sit unus petens & unus tenens & quilibet eorum poterit se essoniare semel & simul eodem die summonitionis vel vicissim, modo unus, modo alius, si petens hoc voluerit. Et ideo petenti competit essonium, quia non licet in hoc casu tenenti quod petenti non liceat, & sic fiat irrotulatio de petẽte cùm tenens se essoniaverit.

Et idem

a/ Note the County in the margin. vid. post. 349.
b/ Note, ad instructionem minorum.

Et idem talis. s. petens versus talē. s. tenentē de eodē per talē. Et hoc si ambo se simul & eodē die essoniaverint, si autē vicissim, & tenens se prius essoniaverit, & petens cōparuerit, & eundem diem in curia receperit, ad aliū diē (si voluerit) se essoniare poterit, & econverso. Si petēs primo die se essoniaverit, & tenens cōparuerit, & eundē diem receperit, ad alium diē se essoniare poterit, & ita multotiens quamdiu petens essoniatus fuerit. Si autē plures sint ibi participes tenentes in cōmuni vel separatim, quilibet habebit essoniū suum, & suum essoniatorē, dum tamē si in cōmuni, poterūt se essoniare omnes simul, & eodem die vel vicissim, unus vel plures, donec quilibet habuerit unicum essonium, si voluerit, antequàm cōpareat, & non plura, & tunc fiat irrotulatio sic. Talis. s. tenens versus talem. s. petentē de tali placito p talē. Et eodem modo dicatur de aliis tenentibus omnibus, qui se essoniaverint & de illis qui præsentes fuerint, dabitur idem dies, & contra absentes ꝓcedendum erit ad defaltam. Si autē plures sint tenentes qui tenuerint ꝓ diviso, quilibet habebit essonium suum sed non vicissim ut supra. Si autē unus tenens vel plures se essoniare debeant versus plures petentes, nō oportet mentionē facere de omnibus petentibus, sed de uno tantū, & de aliis in brevi nominatis, & eodem modo fiat de uno petente vel pluribus versus tenentes plures. ¶ 3. Si autem warrantus vocatus fuerit ab uno tenente vel pluribus, unus warrantus vel plures, quilibet ipsorū unicum habebit essoniū (si voluerit) simul vel vicissim, tam tenens qui vocavit, quàm warrantus qui vocatur, unus sive plures, & unde cùm warrantus se essoniaverit, sic fiat irrotulatio. Talis warrantus. s. quem talis. s. tenens, vel alii tales vocaverunt ad warrantū, versus talem petentem, vel tales, de tali placito per talem, Si autem tenens præsens fuerit, habebit eundem diem, si autem eodem die se essoniaverit, tunc fiat irrotulatio sic. Idem talis. s. tenens versus eundem. s. petentem de eodem p talem. Si autem defaltam fecerit, sequatur petens defaltam. Si autē tenens se essoniaverit & warrantus cōparuerit, habebit eūdem diem. Si autē defaltā fecerit, expectet tenens vel ejus essoniator quartū diem, & tunc si non venerit, ꝓcedatur ad defaltā, & q dicitur de uno tenente & uno warranto essoniato, vel non essoniato, dicatur de pluribus tenentibus & attornatis. Et in fine notandū, ꝙ nec tenens versus warrantum nec warrantus versus tenentem, sed quilibet eorum se essoniabit versus principalem petentem, & sive petens sive warrantus se essoniaverit, semper exigatur ille qui se non essoniavit.

¶ 1. *Qualiter essonium de malo veniendi judicatur.* 2. *Si breve originale non venerit, breve vicecomiti quod faciat aliud venire.* *Cap. 6.*

Et ut essonia de malo veniendi unde judicentur, inprimis inspicienda sunt brevia originalia, maximè si placitum novum fuerit, vel brevia judicialia, si sit [illegible] ut per hoc scire possit utrum essonium jaceat vel non. Si autem placitum novum sit & breve venerit, tunc fiat mentio in margine quòd placitum novum sit. Si autem breve non venerit, eodem

dem modo fiat mentio in margine ꝙ non breve, sed allocetur essonium si petens venerit, & dicatur ei ꝙ habeat breve suum ad alium diem per aliud breve vicecomiti directum. ¶ 2. Rex vicecomiti salutē. Præcipimus tibi ꝙ venire facias corā justiciariis &c. breve nostrū quod tibi venit de placito quod sum̄onitum est in curia nostra coram justiciariis &c. inter talem petentem & talem tenentem, de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, vel aliter. Breve nostrum ꝙ tibi venit de sum̄onendo talem ꝙ esset coram &c. ad respondendum tali mulieri de dote sua quæ eam contingit de libero tenemento, quod fuit talis quondam viri sui &c. vel aliter: talem querentē et talem de attachiando talem de tali placito, et ita quòd semper fiat mētio in tali brevi de brevi originali quale fuerit, et tunc sic: Et tuipse tunc sis ibi auditurus judiciū tuum de hoc, ꝙ breve illud præfatis justiciariis non misisti ad talem diem, sicut præceptum tibi fuit. Et habeas ibi hoc breve simul cum alio brevi. Teste &c. Si autem placitum vetus fuerit, ꝙ quidē erit post primum essonium, tunc eodem modo fiat mentio in margine ꝙ vetus est, et eodem modo si vetus, et resum̄onitum est, et tunc inspiciantur rotuli tam de placitis quàm de essoniis, ut sciri possit qualiter partes ultimo die litis à curia recesserunt, et per hoc perpendi poterit de facili quibus competat essonium, et quibus non, et si plures contineantur in brevi quorum quidam se essoniaverint, et quidam non, fiat mentio in margine sic, Alius vel alii. Item si warrantus vel Juratores vel recognitores, fiat mentio in margine sic: Exigatur warrantus vel exigantur Juratores. Et eodem modo de omnibus fiat mentio quos tangit negotium, et quorum præsentia fuerit necessaria, et si vir essoniatus fuerit, fiat mentio super essonium sic, quòd habet uxorem et èconverso, et qui si præsentes fuerint, habeant eundem diem; si autem defaltam fecerint, ꝓcedatur contra eos sicut inferiùs dicetur de defaltis. Si autem tenens se essoniaverit et petens non venerit nec breve infra quartum diem, tunc dicatur essoniatori quòd eat sicut venit, et judicialiter non absolvitur ab observatione judicii. Justic. autē ex quo warrātum non habent nec breve, nihil statuere possunt cōtra absentē, et si postmodū breve venerit, & dies sum̄onitionis non p̄terierit, ad diem illum procedi poterit ad defaltam, vel quamvis dies prçterierit, de gratia justic. poterit loquela resuscitari, ut de termino S. Trinitatis anno regni regis H. decimotertio in itinere Midd. circa finem rotuli. Si autē breve venerit, et non petens, et tenens se essoniaverit, essoniatore tenentis quarto die se liti offerente pro dn̄o suo, essoniator judicialiter quietus recedet de brevi illo, petens in misericordia, et sic fiat irrotulatio. Talis essoniator talis optulit se quarto die versus talē, de tali placito, et ille nō venit, et fuit petens et ideo essoniator sine die. Si autē dies advenerit sum̄onitionis & neuter ipsorū cōparuerit, & breve venerit, tunc de gratia post intervallū admitti potest essoniū petētis, ad salvandū breve suū et diē sum̄onitionis. Vel ꝓcedi possit ad defaltā, quia hoc fit ad nullius p̄judiciū, & tenens sibi imputet quòd defaltā fecerit, quia si cōparuisset, posset recessisse quietus p judicium. Et ubi jaceat essoniū de

malo

malo veniendi, & ubi non, satis ꝑpendi poterit ex præmissis. Essonia vero de terra sancta, & de ultra mare, & de servitio dñi regis qualiacunq; non ꝓveniunt ex natura breviũ, sed à casu fortuito & ab eventu, & ideo non sunt secundum naturam brevium judicanda.

¶ 1. Qualiter irrotulatur essonium de malo lecti. 2. Si adjungatur essonium de malo veniendi essonio de malo lecti. Cap. 7.

SUnt etiam duo brevia (secundum ꝙ supradictũ est) à quibus duo ꝓcedũt essonia. s. de malo veniendi & de malo lecti, & semper sequitur essoniũ de malo lecti essonium ꝙ ꝓcedit de malo veniendi, & quandoq; imediatè, & quandoq; non imediatè, ut si interveniat essoniũ de servitio dñi regi. s. breve de recto de terra, & alia de recto super jus nominata, & fieri debet essoniũ de malo lecti, tertio die inclusivo ante diem datũ ꝑ essoniatorem in essonio de malo veniendi. Irrotulari autẽ debet sic si unus sit petens & unus tenens, primò scribatur in margine nomen com̃, ubi essoniatus jacuerit, sive jacuerit in eodẽ com̃ sive in alio, tunc sic. Talis apud talem locũ in eodẽ com̃, vel si in alio com̃ jacuerit, tunc sic. Apud talẽ locum ubi essoniatus jacuerit. Si autẽ plures sint ibi tenentes simul & ꝑ indiviso, omnes se essoniare possunt de malo lecti, simul & eodẽ die, si voluerint, & fiat irrotulatio de quolibet ꝑ se secundũ formã primi essoniati, & secundũ ꝙ essoniatus jacuerit in eodẽ com̃, ubi terra fuerit, vel in alio, & omnes poterũt habere lãguorẽ, vel quidã eorum, vel nullus, secundum ꝙ quatuor milites visores languorẽ judicaverint essoniato, vel non judicaverint. Et si omnibus simul judicaverint languorẽ vel quibusdã vel tantum uni, nõ erit ibi nisi unicus languor ꝓpter unitatẽ juris, ꝙ habent essoniati, & unde si omnes ꝑter unum quocunq; tempore post essonium de malo lecti licentiam habuerint surgẽdi, et unus se tenuerit in languorẽ, & habuerit annum & diẽ, nullus de cætero essoniũ habebit de malo lecti, quia omnes simul vel ꝑ quosdam ex eis vel ꝑ unum tantũ languorẽ habuerint. ¶ 2. Adjungitur quandoq; essonium de malo veniendi essonio de malo lecti ratione plurium qui tenent in communi & vicissim se essoniaverint, & tunc cõsequenter post essoniũ de malo lecti irrotuletur essoniũ de malo veniẽdi in forma cõmuni. Et ꝙ de uno dicitur tali, de pluribus qui se essoniaverint de malo veniendi intelligatᷓ. Si autẽ quidam ex pluribus se essoniaverint de malo lecti, et quidã cõparuerit, cùm nõ sint essoniati de malo veniendi, eundẽ habent diẽ quẽ habet essoniatus, si ei malũ transiens adjudicatur simul cũ petẽte. Ad q̃m diẽ si nõ venerit essoniatus, nec milites qui eum viderunt habebunt aliũ diẽ. Itẽ esto ꝙ secundo die ante diẽ datã ꝑ essoniatorẽ, in essonio de malo veniendi essoniaverit se tenens de malo lecti, jam erit tenens in defalta, si petens petat inde judiciũ, & multo fortius si die placiti vel in crastino. Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de term̃ S. Hill' aũ regis H. septimo in crastino Pur̃ B. Mariæ inter Vitalẽ Engayne & quendã de Ferclos de advocatione Ecclesiæ de Ho. Et ad hoc facit de term̃ S. Michaelis anno regis ejusdem incipiente octavo, de

Strangers not of natura breviũ

Entry upon the ... of Essoins de malo veniendi & de malo lecti

Note again vid ante 348 b.

de eodem Vitali, nisi forte essoniatores ostenderint se fecisse essonium apud turrim cum ꝓtestatione & recordo cōstabularii, vel si essoniatus primo die litis venerit, & essoniatores deadvocaverit, ꝙ quidem facere poterit quocunque tempore antequàm factum fuerit essoniū de malo lecti, cûm autem justic. ad diem datum residentes non fuerint in banco, semper apud turrim faciendum erit essonium, & eodem modo in com̄ apud castrum.

¶ 1. *In cujus persona non jacet essonium de malo lecti.* 2. *Qualiter essonium de malo lecti judicandum sit.* *Cap. 8.*

ITem videamus in cujus personâ non jaceat essonium de malo lecti, licet agatur ꝑ talia brevia ut ꝓdictum est, nunquam enim jacebit in ꝑsona petentis, quamvis in hujusmodi placitis cōpetat ei essonium de malo veniendi. Item nec in ꝑsona alicujus attornati, si tenens forte attornatum fecerit unū vel plures, quia quamvis attornatus languidus sit, & de facto se essoniet de malo lecti, responsalem mittere non poterit, nō magis quā facere attornatum, nisi alium mittere possit nuntiū cûm nullum ei cōpetat essonium ad excusationem usq̄ ad quartum diem ꝓpter alicujus impedimenti eventum. Ut si ab hostibus vel adversariis detentus fuerit in vinculis, vel impeditus, sed quid si attornatus languidus fuerit, excusari eodem modo debet (ut videtur) sed non nisi usq̄ ad quartum diem. Quis enim magis vinculis arctatur quàm ille qui lāguidus est, & graviter infirmatus. Itē nunquā jacebit in ꝑsona warranti, nisi tunc demū postquâm p̄sens in judicio warrantizaverit, &c. ita ꝙ effectus fuerit dominus litis: ut de termino S. Michaelis añ regis H. septimo inter essonia in comitatu Sussex de Alano de S. Georgio. Item nō ꝓderit essoniato essonium de malo lecti quin ꝓcedatur ad defaltā, qui se sic essoniavit ꝙ jaceat extra potestatem domini regis ubi brevia sua non currunt nec returna, sive hoc fuerit in regno sive extra, & licet prima facie jaceat essonium, exequi tamen nō poterit ꝓpter defectum. Item non jacet in persona alicujus nec in placito, ubi quis semel habuerit languorem sive tenens principalis sit sive warrantus, non dico ꝙ quis languorem habuerit antequam fuerit adjudicatus, & dies datus apud Turrim, & postea visus coram justic. testatus, ita ꝙ non surrexerit ante annum & diem, quod si aliquo casu fecerit, non dicetur habuisse languorem. Item in comitatu ubi justic. fuerint itinerantes nō jacet essonium de malo lecti in ꝑsona ejus qui se fecerit essoniari infra com̄ de tenemento ꝙ fuerit in comitatu, quia facere poterit attornatum. Si autē extra com̄ nō sit, sive placita fuerint forinseca sive intrinseca, dum tamen tenens se essoniaverit extra com̄/Item non jacet essoniū de malo lecti, in aliqua causa ꝑsonali, criminali, vel civili. Item nō jacet essonium aliquando in principio litis nisi post tempus, cûm res de qua agitur fuerit specificata, sicut in placito & breve de divisis. In brevi de serviciis & consuetudinibus, in brevi quo jure quis petat com̄uniam pasturæ non jacebit essonium de malo lecti, antequam res quæ petitur fuerit designata

In whose person the essoin de malo lecti does not lie.

not in personal action crim: or civil.

signata & tenens se defenderit ꝑ duellũ, vel se posuerit in magnam Assisam. Item non jacet essonium de malo lecti ab initio ad breve de ingressu, nisi tunc demũ cùm per narrationẽ vertatur ad breve de recto, & cùm tenens posuerit se in magnã assisam, vel se defenderit ꝑ duellũ. Itẽ ab initio jacet essonium de malo lecti & competit tenenti, & postmodum desinit cõpetere, ut si quis ab initio petere inceperit ꝑ breve de recto, & post narrationẽ descensus descendat ad ingressum, & ubi breve de recto vertitur in breve de ingressu ut supra. Sed contra de termino S. Michaelis anno regni regis H. sexto in comitatu Devoñ inter essonia de banco, inter Matildam de Curtney petentẽ & Robertũ de Courtney tenentẽ, quia ibi dicitur ꝙ essoniũ de malo lecti allocatur cùm loquela fuerit super judiciũ. Itẽ in eodẽ in essonio de malo lecti ꝙ allocandum erit postq̃m dies datus fuerit de audienda electione, ut inter Galfridũ de Lucy in com̃ Sussex. Item in eodẽ com̃ Sussex de Priore de Blibing, ꝙ non jacet ad breve quo jure. Itẽ in eodẽ ꝙ non jacet ubi non fuit factũ tertio die ante diẽ placiti in comitatu Gloc. de Roberto Toniguy. Itẽ in eodẽ com̃ Sussex de Philippo de Redham ꝙ non jacet de ꝑte sororis ꝑ novum breve. Itẽ de termino P. añ regis H. decimoquarto in com̃ Buck. ꝙ nõ jacet de fine facto. Itẽ desinit essoniũ de malo lecti cõpetere, ut si ꝑ breve de recto ꝑveniatur ad judicium, & fuerit ex utraq̃ ꝑte cõclusum, & remanserit loquela suꝑ judiciũ, & non habuerit aliqua pars ulteriùs quid ꝓponat, licet judiciũ de loco in locum, cùm loquela jam de toto sit determinata, cùm nõ sit aliquis qui dicere possit ꝙ recordũ loquelæ quæ est sed q̃ fuit, secus tamẽ est si loquela terminata nõ fuerit. Itẽ (secundũ quosdã) in ꝑsona minoris non jacet essoniũ de malo lecti, ꝙ quidem verũ est, nõ magis q̃m de malo veniẽdi in causa possessionis nec in causa ꝓprietatis, quia ad causã ꝓprietatis infra ætatẽ nõ respõdebit, nisi ita sit ꝙ infra ætatẽ feoffatus sit, & quo casu cũ respondere teneatur, habebit omnia remedia q̃ haberet quilibet major, ne sit deterioris cõditionis ꝓpter ætatẽ licet essoniũ de malo lecti & de malo veniendi warrãtizare nõ possit, nec jurare nec in essoniũ de malo lecti respõsalem mittere, poterit hæc omnia facere ꝑ custodẽ, cũ tutore autore. Itẽ nõ jacet essoniũ de malo lecti in ꝑsona warrãti pendẽte placito de warrãtia anteq̃m warrantus warrantizaverit. Itẽ nõ jacet ubi priùs se nõ essoniaverit de malo veniendi, sed vertitur in essoniũ de malo veniẽdi. Item nõ jacet ubi tenẽs se essoniavit in villa de Lond, quia mitti potest ibi ad capiẽdũ attornatũ, ut in com̃ Buck. de Hugone de Brock, & ita videtur ꝙ corã justic. itinerãtibus fieri debet idẽ si fuerit essoniatus in comitatu in quo itineraverint, secùs si extra. Itẽ nõ iacet in bri quo warrãto. Itẽ nõ iacet in ꝑsona attornati, ut si vir & uxor implacitati fuerint, vel ꝑticipes; vel duo extranei simul, vel in diversis placitis, quorum unus fuerit attornatus alterius, licet iaceat in ꝑsona unius in ꝑsona ꝓprii placiti, tamen non iacet in persona eiusdem de alio placito quia est attornatus, Itẽ non iacet ubi tertio die ante placitũ cum fuerit essoniatus. Item non iacet quia petens, sed exigantur plegii petentis propter defaltam.

Item

does not lie in London.

P Itẽ non jacet de pparte sororum. Itẽ non jacet in assisa ultimæ psentationis quæ remansit ppter ætatẽ, & resumonitio est in tali statu. Itẽ si quis essoniatus fuerit de malo lecti & petens non cõparuerit ante tertium diem placiti, allocabitur defalta ad alium diẽ, cùm essoniatores petant judicium de defalta. Itẽ idẽ erit si tenens tertio die se essoniaverit de malo veniendi. Itẽ non jacet de placito cõventionis. Itẽ nec de placito quo jure. Itẽ nec de placito finis facti. Itẽ si vir & uxor advocati fuerint ad warrantũ, si tenens principalis se essoniaverit de malo veniendi vel de malo lecti, antequam vir & uxor warrantizaverit, exigantur warrãti, & si vir mortuus fuerit, de novo sumoneatur uxor ꝙ per se sit ad warrantizandum. Si autẽ uxor præmoriatur vel ambo, tunc sumoneantur hæredes. Itẽ nõ jacet de ingressu ad terminũ vel cui uxor cõtradicere non potuit, vel de aliquo ingressu, nisi fuerit longinquus, videlicet ubi breve de ingressu vertitur in breve de recto, per electionẽ tenentis: ut de termino S. Michaelis anno regni regis H. septimo incipiente octavo in comitatu North. de Henry de Gayton versus Priorem S. Johannis de North. Itẽ in eo ꝙ non jacet essoniũ de malo lecti, ubi non præcessit essonium de malo veniendi sed vertitur in essoniũ de malo veniendi, in comitatu Devon de Alicia Malet. Item in eodẽ comitatu Buck. de Hugone de Broke, ꝙ non jacet in villa de Londõ non magis quã in comitatu, quia potest essoniatus attornatum facere per quatuor milites. Itẽ cadit breve & essonium nõ jacet ubi nõ dirigitur breve de recto ad primum essonium de malo lecti, ut in comitatu Lanc. de Alic. de Lanc. & W. de Taham. Item nõ jacet quia de dote, sive p breve de recto de dote, sive per breve de dote. Itẽ nõ jacet in placito ubi languor priùs fuit adjudicatus. Itẽ nec in placito de escãbio faciendo vel mr̃ capiendo. Item nec in placito ꝙ quis pmittat psentare sed pcedatur ad defaltã. Et illud idem fiat in placito de servitiis & cõsuetudinibus. Et ꝙ ad breve de ingressu non jaceat, de termino Sancti Michaelis anno regni regis H. sexto in comitatu Not. de Emma de bella fago, quia ibi dicitur ꝙ breve de ingressu æquipollet brevi assisæ mortis antecessoris. ¶ 2. Essonia de malo lecti judicantur ita. s. quod

P primo inspicienda sunt brevia originalia de recto, & si in suo statu remanserint vel per narrationem inceperint esse alterius naturæ, & desierint esse brevia de recto vel si ab initio nõ fuerint brevia de recto & p narrationem inceperint esse ut pdictum est, vel p specificationem. Item si plures sint ibi tenentes participes & p indiviso, fiat de omnibus mentio. Eodem modo de warranto vocato. Itẽ si plures sint ibi participes, & plures dies preterierint & plura essonia, videndum erit quid actum fuit ad quemlibet diem, per inspectionem rotulorum, tam de essoniis, quàm de placitis, ut sciri poterit quis habuerit essonia & quot & quis non. Item videre oportet quòd lãguor non præcesserit. Item videri oportet quòd ille qui se essoniavit de malo lecti priùs habuerit essonium de malo veniendi. Sed esto ꝙ quis se essoniavit de malo lecti, cùm se essoniasse debuerit de malo veniendi, in utroquè casu vertitur in essonium de malo veniendi cùm utrumque competat, sed suo ordine

In what suits it does not lie

ordine, et qui facit id ꝙ majus est, facit id ꝙ minus est, sed non è contrario. Si quis se essoniaverit de malo veniendi cùm se essoniasse deberet de malo lecti, non valet nec excusat non venientē. Et eodem modo (ut videtur) si quis se essoniaverit de terra sancta vel de ultra mare cum se essoniasse debuerit de malo veniendi, vertitur essoniū de ultra mare in essoniū de malo veniendi cùm cōpetierit. Itē esto ꝙ quis se essoniaverit de Ibernia quasi de ultra mare, attornatur essoniū illud ad simplex essonium de malo veniendi, ut corā M. de P. in banco anno regis Henrici sexto de Gilberto Marescallo & Cecilia uxore ejus, & Allanū de Hyda qui vocavit ad warrantum Wilhelmum Marescallum in com̄ Pembrook, et qui se essoniavit de Ibernia, & non fuit allocatum, et postea fecit de hoc ꝙ aliud essonium de malo veniēdi ad alium diem non fuit allocatum.

¶ 1. Qualiter redduntur essonia de malo lecti & de malo veniendi per ordinem. 2. Qualiter redduntur essonia de malo veniendi. 3. Qui essoniatores affidabunt & qui plegios invenient, & de plegiorum datione. 4. Quid sit warrantizare essonium per sacramentum. 5. Si in die dato erratum fuerit quid sit faciendum. Cap. 9.

JUdicatis igitur essoniis tam de malo veniendi q̄m de malo lecti, primò reddantur essonia de malo lecti, hoc modo, & ideo prius redduntur, quia priùs capiuntur. Sed si essonium de malo veniendi, essonio de malo lecti adjungatur, essoniū de malo veniendi priùs reddatur, et vocetur essoniator, & reddatur essonium sive pars tenens se essoniaverit sive ipse petens. Et si petens et pars tenens simul de malo veniendi, dicatur essoniatori petentis ꝙ expectet quartum diē, si quidē quidā forte defaltā fecerit, et breve de videndo infirmum, sicut expectaret dominus ejus, & postea reddatur essoniū de malo lecti, ita ꝙ si breve fuerit de recto clausum, sive p̄cipe in capite, ꝙ im̄ediate porrigitur vicecomiti, & mittitur ad bancum, si essonium jaceat, ita reddatur. Primò exigantur essoniatores, secundò exigatur petens, vel ejus essoniator: et tunc si omnes p̄sentes fuerint, incōtinenti ita reddatur. Dicatur publicè essoniatoribus ꝙ eant domum, & sic manifestum est ꝙ non sunt essoniatores sed nuntii, qui nullum recipiūt diē et postea dicatur: & tu petens N. vel essoniator, habebis breve de faciendo videre eum. Et si hoc fuerit malum transiens, ad tale terminum, vel talē diē certū. Et sic manifestum est ꝙ petens recipit certū diē, scilicet com̄unem, ut tunc veniat & sequatur. De anno & die apud turrim in Lond' non fiat aliqua mētio: sed adhuc in pendenti est, utrum adjudicari debet languor vel non, & ad visores pertinet ꝙ ei dent diē, postquā ipsum viderunt à die visus sui in unum annum & unum diē apud turrim Lond'. Si autē bře de recto apertum fuerit, & translata fuerit loquela ad magnā curiā à comitatu, & ꝙ semper remanet penes petentē: Inprimis exigendū erit bře de recto, scilicet ad secundum diem, dum placitum fuerit novum, & sufficit (quantum ad omnia essonia subsequentia) ꝙ semel ostendatur, & cûm ostensum fuerit & lectum,

How the Essoin ... [handwritten margin notes]

reddatur essoniũ. Et si petens illud ad manũ non habuerit, non reddatur essoniũ donec fuerit ostensum, & si infra quartũ diem illud nõ ostenderit, ꝓcedatur ad defaltam cõtra ipsum petentẽ, et essoniatores per judiciũ recedent sine die: ut in rotulo de termino S. Trinitat̃ añ regis Henrici decimoquinto in com̃ Wigorñ de Adã de Thornmarton, & ita fiat irrotulatio, cum essoniatores se optulerint versus petentẽ quarto die. Tales & tales essoniatores talis, optulerunt se quarto die versus talẽ, qui petiit versus talẽ tantã t̃ram, sed talis petens venit, sed non habuit breve suum de recto, nec primo, nec secundo, nec tertio, nec quarto die, & ideo essoniatores sine die de brevi illo, & poterit esse ratio, quia forte ab initio nullum fuit breve impetratum, nec exhibitum in curia domini capitalis. In reddendo vero essonio de malo lecti, exigendi sunt omnes quos loquela tangit, vir si uxor fuerit essoniata, &ècontrariò. Item participes ut habeant eundem diem. Itẽ quatuor milites electores, vel duodecim milites ad faciendã magnã assisam electi, si in tantũ sit ꝓcessum. Item warrantus exigendus erit, donec warrantizaverit. Cùm autem ita redditum fuerit essonium de malo lecti, statim habebit petens, vel ejus essoniator, breve de mittendo quatuor milites ad videndũ essoniatum, & judicandũ utrum infirmitas qua se essoniaverit languor sit, vel malum transiens, secundũ ꝙ inferius dicetur. ¶ 2. Redduntur quidẽ hoc modo: Primò vocetur publicè essoniator sic: ubi est essoniator talis? postea, ubi est talis scilicet contra quem factum est essonium, vel essoniator si forte fuerit essoniatus? Et si ambo p̃sentes fuerint, affidabunt essoniatores de habendo warrantos suos, ad certum diem, cõtinentẽ in se ad minus spaciũ quindecim dierum, & secũdum ꝙ dictum est de uno, intelligatur de pluribus, si fuerint essoniati, p̃sentibus vero dabitur idẽ dies, & omnibus quos causa tetigerit. Si autẽ quidã eorũ defaltã fecerint, dicatur petẽti vel ejus essoniatori, ꝙ expectet quartũ diẽ suum versus illos qui non venerunt, ut ꝓcedatur ad defaltã, secundum ꝙ inferiùs dicetur de defaltis. In essonio vero reddendo (ut supra de essoniis de malo lecti) exigãtur omnes illi quos causa tetigerit, sicut ꝑticeps, warrantus, & alii, ut supra, recognitores in assisis, juratores in juratis, inquisitores in inquisitionibus, milites in electionibus faciendis, vel milites in magnis assisis, ut habeant eundẽ diem si p̃sentes fuerint, vel ꝙ attachientur omnes qui absentes fuerint, & si quidã illorum mortui fuerint, vel ut inutiles recusati, vel aliqua forte ratione excusati, loco ipsorum ponuntur alii per quos negotium melius possit expediri, & non cõtingit sæpius ꝙ tales habeant essonium aliquod, vel excusationem. ¶ 3. Non autẽ omnes essoniatores ad diem recipiendum affidabunt, sed illi tantum qui sunt baronibus inferiores: barones vero & baronissæ, & eorum superiores, sicut comites, & eorum attornati, non affidabunt sed plegios invenient. Martinus in banco anno septimo. Et si baro vel baronissa ad diem datum defaltam fecerit, sum̃oneantur plegii quòd sint ad alium diem ad audiendum judicium suum, quare non habuerunt eum sicut eum plegiaverunt. Ratio vero diversitatis hujus talis esse poterit (ut videtur) ꝙ ita nobiles

Note this of Barons.

biles & dignæ psonæ in warrantizatione essonii nō per se jurabunt sed per pcuratores, scilicet plegios suos. Itē nō est alicui concedendum, q̄ in essonio alterius reddendo, diem recipiat petēs maximè in absentia sua, vel sui attornati, vel sui essoniatoris, pp̄ter inconveniens q̄ sequi posset, quia si in absentia talium hæc fierent, & essoniator tenentis ante diem datū de essonio de malo veniendi à curia recederet, cùm partem ipsius tenentis defendere teneatur, si petens post diem acceptum se liti offerret, et judicium de defalta peteret, dies ab eo acceptus cujus non interesset, pro non accepto haberetur. Si autē ambo essoniatores tam petentis quàm tenentis hoc fecerint, tūc de defalta non erit multum curandum, cùm uterq; illorum sit in eadē causa, nec sit aliquid, vel quasi quid, q̄ Judæus Judæo possit imputare. Cùm autē quis ita essoniatus fuerit de malo veniendi, & essoniator affidaverit, vel plegios invenerit de habendo eum ad diem datum p ipsum, essoniator venire debet, & pducere dominum suum ad warrantizandum essonium, quod p eo fecerit. ¶ 4. Est autem warrantizare, jurare quòd ita detentus fuit ægritudine in veniendo versus curiam, q̄ venire nō potuit p lucrari nec p perdere, & q̄ essonium fecit secūdū legem terræ, quod quidem si ita fecerit, essonium suum warrantizabit. Si autem dominus principalis non venerit ad diem sibi datum per essoniatorem suum, nec etiam essoniator, essoniator se excusare poterit (si voluerit) & dominum suum per essonium quod venire non potuit nec dominum suum habere sicut affidavit, propter malum q̄ ei in itinere veniendo versus curiam supervenit. Sed quoniam, si de hujusmodi fieret inquisitio, longa fieri posset loquelæ protractio, non est de warrantizatione essonii multum curandum, quia nō vertitur in alicujus præjudicium nisi ipsius petentis, q̄ quidem est ei dissimulandum. Itē esto q̄ tenens postq̄m diem habuerit per essoniatorem suum, & anteq̄m essoniū suum warrantizaverit, fecerit attornatum, & ad diem petatur warrantia de essonio, quæritur quis facere debeat warrantiam? Et videtur q̄ warrantus nō, quia se nō essoniaverit. Oportet igitur q̄ tenens veniat, & warrantizet, alioquin non erit essonium warrantizatum. Et quanvis attornatum fecerit, non pp̄ter hoc se excludit quin veniat & se defendat cum possit & velit. Item si quis attornatū fecerit, qui se essoniaverit, ante diem datum per essonium suum ipsum amovere velit, & alium substituere, non erit hoc ei tutum, anteq̄m dies p̄terierit, q̄ warrantizatum sit essoniū, quia nec ipse tenens, nec attornatus amotus illud warrantizare possunt. Et hæc poterit esse ratio q̄ attornatus amoveri nō debet postq̄m fuerit essoniatus, ut in psona principalis domini sequatur essonium de malo lecti. In essonio de malo veniendi datur dies multipliciter à justiciariis, quādoq; corā seipsis, quandoq; coram justiciariis itinerantibus, & corā se ipsis quādoq; purè, quādoq; sub distinctione, hoc est, corā se ipsis nisi justiciarii prius itineraverint in com̄, vel corā justitiariis purè ad certū diē vel incertum. In quibus casibus sequitur essonium coram justiciariis itinerantibus, vel non sequitur, secundum q̄ tales diem receperint corā justiciariis de banco, per se in banco, vel per essoniatorē,

q Note key; of naming Attornies.

How days given after Essoin.

niatorẽ, eo excepto ꝙ si diẽ ita cœperint incertum in bãco, ita ut in advẽtu justiciariorum oportet ꝙ sequatur generalis sũmonitio, q̃ ꝓcedat advẽtum justiciariorũ ꝑ quindenã vel ãplius, ex qua sũmonitione sequi poterit essoniũ de malo veniẽdi, sicut in omnibus brevibus et assisis, q̃ imediatè ponuntur à Cancellaria in adventu justiciariorũ. Si autẽ dies datus fuerit sic à justiciariis de banco corã justiciariis itinerãtibus in itinere cùm itineraverint, tunc erit ut supradictũ est. In itinere vero justiciariorũ essonia in principio itineris, aliquãdo de comuni sũmonitione, aliquando de placito t̃ræ, in quib' casib' habebũt essoniati diẽ rationabilẽ ad min' quindenæ, sive t̃ra q̃ petita fuerit, fuerit infra comitatũ, vel extra, dum tamen extra, et visus petatur vel warrantus vocetur, erit quilibet dies certus et rationabilis. Si autem terra fuerit infra com̃, cùm lites sint potius restringendæ, erunt in ꝑdictis casibus induciæ arbitrariæ trium dierum, vel quatuor, vel amplius, secundum distantiam locorum in quibus terra fuerit quæ petitur. ¶ 5. Cùm dies datus fuerit rationabilis, sive in banco sive in itinere, & erratũ fuerit forte in die, dato, ita ꝙ rotuli nõ conveniant sed discordent, ut si in uno rotulo cõtineatur ꝙ dies datus fuit in quindecim dies, & in alio rotulo cõtineatur vel in pluribus, quòd in tres septimanas vel ulterius, semper ꝑ̃sumẽdum erit de die, secundum ꝙ in rotulo primo. s. ꝓthonotarii, cujus irrotulationẽ sequi debent õnes alii rotuli sub sequentes, & inde trahere originẽ & autoritatẽ. Et licet plures sint in contrarium, et cùm primus rotulus ita inducat ꝑ̃sumptionem vehementem cõtra alios, stari poterit ꝑ̃sumptio si recordum justiciariorum conveniat cum primo. Si autem dissentiat à primo & conveniat cum aliis, vincitur ꝑ̃sumptio de primo rotulo, & stabitur eorum recordo. Si autem ab omnibus rotulis discordẽt, fiat eodẽ modo ꝙ eorum stabitur recordo. Et quid si ipsi justiciarii inter se discordes fuerint? stabitur majori parti. Si autẽ æquales numero, tunc digniori cum ꝑ̃sumptione rotulorum. Si autem quilibet ab alio, ꝓpter defectum ꝓbationis, habebitur ille dies ꝓ non dato, & ꝓcedat loquela de novo.

¶ 1. Breve ad mittendum quatuor milites ad eum qui essoniatus est de malo lecti, ad eum videndũ. 2. De officio vic. cùm susceperit breve. 3. Irrotulatio si visores non venerint. 4. Breve de attachiando milites. 5. Si unus visorum infirmus sit vel inutilis, ponatur alius loco suo. 6. Qualiter petenda sit licentia surgendi. 7. Breve si post licentiam petitam & obtentam arrestatus fuerit per adversarium. 8. Si in curiam baronis vel alterius denegetur licentia surgendi, dominus Rex licentiam dabit in defectu talium. Cap. 10.

POstquam essonia de malo lecti & malo veniendi adjornata sint, inprimis & ante omnia fiat brẽ de vidẽdo essoniatum de malo lecti in hac forma: Mitte quatuor legales milites de com̃ tuo apud talem villam ad videndum utrum infirmitas qua A. de N. in curia nostra coram justiciariis nostris apud W. essoniavit se de malo lecti, versus B. de N. de placito terræ vel hujusmodi, sit languor vel non, & si sit languor, tunc ponant ei diem à die visus sui in unum annum & unum diem apud turrim London, quod tunc sit ibi inde responsurus,

sending the four knight[s] to view whether [illegible] or not.

responsurus, vel sufficientē ꝓ se mittat responsalē, et si non sit lāguor, tunc ponāt ei diē coram justiciariis nostris apud W. in octabis &c. ꝙ tunc sit ibi inde responsurus, vel sufficientē ꝓ se mittat responsalē. Et dic quatuor militibus illis ꝙ sint corā eisdem justiciariis nostris apud West. ad p̄dictum terminū ad testificandū visum suū, & q̄m diem ei posuerunt, & habeas ibi nomina militū, & hoc breve. Si autē terra fuerit in com̄ uno, et tenens jacuerit in alio, tunc ad vicecomitē illius comitatus, ubi essoniatus jacuerit, dirigatur breve, et dicatur in brevi de placito terræ in tali comitatu. Si autē plures qui tenuerint in comuni ꝓ indiviso, vel sicut vir et uxor, se essoniaverint in eodē com̄ et jacuerint in diversis locis, & diversis villis, tunc fiat breve hoc modo: Mitte quatuor legales milites de com̄ tuo apud talē villam ad videndū utrum infirmitas qua C. de N. in curia nr̄a &c. essoniavit se de malo lecti versus eundē B. de placito terræ sit languor vel non, & sic fiat de pluribus ꝑticipibus in infinitū qui jacuerint in eodē comitatu in diversis villis & locis. Et tunc sic. Et si sint languores licet plures judicari debeāt ꝓ uno, tunc ponant eis diē à die visus sui in unū annū et unū diē apud turrim Lond' ꝙ sint tunc ibi respōsuri, ut supra. Et eodē modo dicatur de viro & uxore, si essoniati fuerint simul et in eodē com̄ in diversis locis. Si autem in eodē comitatu et eodē loco, tunc fiat breve sic. Mitte quatuor legales milites de com̄ tuo apud talē locū ad videndū utrū infirmitas qua tales, talis & talis (et sic deinceps) in curia nostra &c. essoniaverint se de malo lecti versus talem de placito terræ sint languores vel non, et si sint lāguores &c. ut supra. Si autē plures ꝑticipes essoniati de malo lecti jacuerint in diversis comitatibus, quilibet habebit br̄e suū per se ad vicecomitem ubi jacuerint, secundū ꝙ in uno comitatu jacuerint plures vel unus. Et cū plures ꝑticipes (ut prædictū est) habere nō debeāt nisi unicū languorē, cùm unus vel plures simul essoniati fuerint de malo lecti, et dies datus petēti & ꝑticipibus, qui p̄sētes erunt ꝑ se vel ꝑ essoniatores, si fuerint essoniati nō possunt alii ꝑticipes ad aliq̄m diē se essoniare de malo lecti, donec cōstiterit utrū primo essoniatus de malo lecti languorē habuerit vel infirmitatē trāseuntē, ꝙ si esset et utriq; eorū diversis tēporibus languor esset adjudicatus, et diversus annus & dies datus, sic essent ibi duo lāguores de uno placito, ꝙ esse non debet. Sed cum primo essoniatus surrexit per licentiā, vel malū transiens ei per milites adjudicatum fuerit, & de eo cōstiterit, statim incipiat particeps unus vel plures se essoniare de malo lecti, dum tamen p̄cesserit essonium de malo veniendi, et sic eodem modo (ut prædictum est) donec omnes eorum simul, vel quidā eorum, vel unus tantum unicum habuerit languorem. Cùm autem petens post essonium redditum, et diem certum acceptum, si sit malum transiens, statim sine mora habere faciat vicecomiti breve de videndo essoniatum. ¶ 2. Officium vero vicecomitis est cùm susceperit breve in comitatu, statim mittere quatuor legales milites ad videndum essoniatum. Assumere autē debet ad hoc milites præsentes, & non sum̄onere absentes, propter verba brevis. Mitte. Item non sufficit si mittat servientes, milites

enim

enim esse debent ꝓpter verba brevis, mitte milites. Item nõ sufficit mittere tres ꝓpter verba brevis, mitte quatuor, & quia certus numerus adjicitur, scilicet quatuor, duo vel tres non sufficiunt. Itẽ nõ sufficit si duo vel tres sibi socios assumant usq; ad quatuor, quia videre nõ debent nec testificari nisi mittantur de comitatu suo: ideo dicitur de comitatu, quia si alios mittere vellet nõ habeat coertionem. Item apud talẽ locũ ideo dicitur, quia si essoniator in loco in essonio nominato nõ inveniretur, ita posset esse in defalta, vel si modo debito se nõ teneret in languore. Itẽ ad videndũ utrum infirmitas &c. videre enim debẽt corpora, & diligenter inquirere de qualitate infirmitatis & circũstantiis, & secundũ hoc judicare malum transiens vel languorem, & rationem inde reddere si fuerint inde requisiti, & secundũ hoc dare diẽ certum, vel in curia, vel apud turrim Lond, & ideo apud turrim ꝓpter locum certum, & ubi cõstabularius semper p̃sens esse debet, & cõtinuus, & qui testificari debet diem apparitionis & adventus, & hoc quia justiciarii nõ semper cõtinuè ꝑ annum in banco sunt residentes. Et cùm ita in curia & in judicio datus sit dies partibus post annũ & diem apud turrim, nõ sufficit si ꝑtes veniant (omisso loco illo turris) coram justitiariis apud Westmonasteriũ in banco si tunc ibi fuerint residentes, quia aliud est dare diem apud turrim, & aliud in bãco Westm̃. & sic cùm diem habuerint apud turrim, à Constabulario apud turrim debet diem recipere, ad bancũ si justiciarii fuerit residentes in banco, vel si non residentes, tunc cùm justic. ibi primò venerint, nisi ita sit, ꝙ tunc itinerantes fuerint in comitatu, quia tunc ibi detur dies, ex quo omnes loquelæ, quæ in banco fuerint positæ sunt & remanent sine die ꝑ publicam declamationẽ inde factam. Si autem justic. residentes fuerint in banco, & similiter justiciarii itinerantes in comitatu ubi terra sita est quæ petitur, tunc detur dies corã justiciariis de bãco, & justiciarii de bãco diem præfigant corã justiciariis itinerãtibus in comitatu quasi ordine observato. Et de hac materia pleniùs dicetur inferiùs, secundũ ꝙ partes venerint apud turrim vel nõ venerint. Item bene cõtingere poterit ꝙ essoniatus apud turrim venire non possit ad diem suum, quia forte lãguor vertitur in morbũ sonticũ, scilicet in morbũ incurabilẽ, quo casu cùm venire nõ possit, mittere debeat sufficientẽ respõsalem qui in se suscipiat judicium, & eius responsionẽ oportet habere ratã, secundum ꝙ inferiùs dicetur. Item dicere debet vicecomes militibus ꝙ sint ad diem certum in brevi cõtentum corã iusticiariis apud W. ad testificandũ visũ suũ, & q̃m diem ei posuerunt. Si autem petens diligens fuerit in ꝓsecutione, & vicecomes negligens fuerit cùm bre suceperit, tũc pcipiatur vicecom̃ (sicut prius) ꝙ ipse sit auditurus judiciũ suũ, & sic puniatur eius negligentia. Si autẽ steterit ꝑ petentẽ, & nõ ꝑ vicecomitẽ quo minus essoniatus visus fuerit, tunc in defectu petentis, detur essoniato licentia surgendi, si licentiã petierit & convaluerit de infirmitate, & dabitur petenti alius dies, & mandetur essoniato ꝙ statim veniat ad curiam, ut habeat eundem diẽ, quia cùm tenens essoniatus fuerit de malo lecti, postquam in curia semel cõparuerit, sine visu quatuor militum,

tum, vel sine licentia impune surgere nō poterit, secundū ꝙ inferius dicetur. Si autē nec petens nec vicecomes negligens fuerit, & milites visum nō fecerint forte, vel cùm fecerint nō venerint ad testificandū, tunc ad diē datum, offerente se liti petēte versus tenentē & milites, tunc attachientur milites secundum ꝙ nomina eorum in brevi scribuntur, ꝑ tale bře, & fiat ita irrotulatio si vic. miserit bře. ¶ 3. A. optulit se quarto die versus B. & B. nō venit, nec quatuor milites, (vel sic & melius) A. optulit se quarto die versus talē qui se essoniavit de malo lecti versus eundē A. de placito terræ, & talis nō venit, nec milites qui fecerunt visum de eo, nec vicecomes misit bře, & ideo (sic ut prius) ꝑcipiatur vicecomiti ꝙ vicecomes sit auditurus judicium suum &c. Et semꝑ dabitur participibus, & parti idem dies. Si autē vicecomes miserit breve ad primū diē, & milites nō venerint, & vicecomes mādaverit nomina militū, tunc fiat irrotulatio sic. A. optulit se quarto die versus B. qui se essoniavit de malo lecti versus eundē A. de placito terræ &c. & B. nō venit, Nec milites qui fecerunt visum de eo. s. C. D. E. F. & vicecomes misit breve, & ideo milites attachientur ꝙ sint ad talē diem ad testificādum &c. & idem dies datus est tali petenti, & talibus ꝑticipibus &c. Forma brevis talis est. ¶ 4. Rex vic. salutē. Pone ꝑ vadium et salvos plegios C. D. E. F. visores infirmitatis qua A. de N. in curia nr̃a corā justic. nr̃is apud Westm̃: essoniavit se de malo lecti versus A. de N. de placito terræ in tali villa, vel de placito terræ in tali villa, vel in tali alio comitatu, ꝙ sint coram justiciariis nostris apud Westm̃ ad talem diem ad testificādum visum suum, & q̃m diē ei posuerunt, et ad ostendendum quare nō fuerunt coram eisdem justiciariis nostris apud W. ad talem diem sicut eis ꝑceptū fuit, & habeas ibi nomina plegiorū & hoc bře. Ad q̃m diem poterit petens se essoniare si voluerit, & ꝑticipes similiter: vel cōparere, & habere aliū diem ꝑ se, vel ꝑ essoniatores suos: Et si vicecom̃. milites attach. & breve miserit ad aliū diem, et essoniatus nō venerit, nec milites, tūc petēte vel ejus essoniatore, primo, secundo, tertio, vel quarto die se liti offerente, attachientur milites ꝑ meliores plegios, et fiat ita irrotulatio: A. optulit se quarto die versus B. qui se essoniavit de malo lecti versus eundē A. de placito terræ &c. (ut supra) et B. nō venit, nec milites qui fecerūt visum de eo. s. C. D. E. F. et vic. mandavit ꝙ attachiati fuerunt. s. C. ꝑ tales, & D. per tales, & sic de aliis unde ponātur per meliores plegios ꝙ sint ad talem diē. Idem dies datus est parti petenti, et participibus tenentibus. Forma brevis talis est; Pone ꝑ vadiū & salvos plegios C. D. E. F. visores infirmitatis qua B. de N. in curia nostra &c. essoniavit se de malo lecti versus A. de placito terræ in tali villa ꝙ sint coram &c. tali die ad testificandum visum suum, & quem diem ei posuerunt, et ad ostendendum quare non fuerint coram justiciariis &c. ad talem diem sicut attachiati fuerunt. Et summoneas per bonos summonitores tales primos plegios C. & tales primos plegios D. & sic de aliis quòd sint coram præfatis justic. nostris ad prædictum diem ad audiendum judicium suum de hoc quòd præfatos C. D. E. F. coram præfatis justiciariis nostris ad talem diem non habuerunt,

If knights do not appear.

buerunt, sicut eos plegiaverunt. Et habeas ibi sumonitores, nomina secundorum plegioru, et hoc breve Teste &c. Et ad quem diem si milites non venerint, omnes plegii erunt in misericordia, et præcipietur tunc vicecomiti q habeat corpora militum ad alium diem, et q sint ad audiendum judiciu suum de pluribus defaltis, et si ad diem illum non venerint, iterum pcipietur vicecomiti quòd distringat eos p terras et catalla, quòd sint ad alium diem, et semper idem dies dabitur parti, & participibus, & si tunc non venerint, aggravabitur districtio, (secundum q inferiùs dicetur plenius de attachiamentis et districtionibus in personalibus actionibus.) Item cùm omnes visum fecerint, tamen non venerint ad testificandum primo die nisi tãtum unus, duo, vel tres, quo casu, aut essoniatus venit aut non venit, & cum non venerit petente se liti offerente, fiat sic irrotulatio. Quia nullus quatuor militu testificari potest, vel recordum habeat sine altero, quia aut omnes testificantur aut nullus. Sed quare non sufficiunt duo vel tres ad certificandum sive quatuor, secundu illud Evangelium, q in ore duorum vel triu testium stat omne verbum? respondeo, q non sufficiunt duo, quia ubi certus numerus adjicitur à lege vel constitutione quacunquè ratione, duo non sufficiunt, sicut hic, et ad audiendum quem quis attornare voluerit loco suo ad lucrandum vel pdendum, ubi similiter quatuor sunt necessarii ut infra pleniùs dicetur. Item in testamentis illud idem, ubi vii. testes sunt necessarii, et alibi in multis locis. Irrotulatio: A. optulit se quarto die versus B. qui se essoniavit &c. ut supra, et B. non venit, nec milites qui fecerunt visum de eo, nisi tantum duo, scilicet C. et D. et ideo E. et F. qui non venerunt, attachientur q sint ad talem diem ad testificandum &c. ut supra. Et dabitur dies parti et pticipibus, et postea attachientur per meliores plegios, et procedatur (ut supra) ad districtionem donec omnes venerint, et testificentur simul: et formari poterunt brevia secundu q superius dicitur per exemplu. Cùm autē quatuor milites simul missi fuerint ad videndum, anteqm viderint, vel postqm viderint, anteqm testificentur, contingat q unus vel duo vel tres morientur, quo casu oportet q alii loco ipsorum substituantur, et q tunc omnes simul videant, et simul testificentur, p tale breve. ¶ 5. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi q loco C. unius visoru qui mortuus est, vel infirmus, vel ita debilitatus, q itinerare nõ potest, vel sic: loco C. unius visoru qui mortuus est, in loco D. alterius visoru qui infirmus est ac debilitatus, vel inutilis q itinerare nõ potest visor infirmitate qua D. de N. in curia nr̃a &c. ut supra, ponas aliu vel alios milites, et alium vel alios milites simul cu E. et F. de N. prius missis ad pdictu D. ad vidẽdu utru infirmitas qua pdictus B. in curia nostra &c. essoniavit se de malo lecti versus pdictu A. de placito terræ in N. sit languor &c. vel nõ &c. ut supra in primo brevi originali. Itẽ si unus vel duo (secundu q pdictu est) mortui nõ fuerint, nec debilitati, sed forte ex aliqua causa necessaria se transtulerint extra com ita q alii p defectu talis visu facere nõ possũt, vel testificari, tũc loco taliu ponãtur alii qui visum faciant, et tunc dicatur q loco C. et D. visorum infirmitatis qua &c.

ponas

ponas alios milites et illos milites simul cum talibus &c. ut supra &c. usq; ad clausulam, scilicet, vel sufficientē p se mittant responsalem. & tunc addatur in fine ratio, quare illi prius missi videre infirmum nō potuerūt, p defectu C. et D. et dicatur in fine brevis ita. Et unde pdicti E. et F. in curia nostra coram Justiciariis nostris talibus dixerunt q; prædicti C. et D. non fuerunt in ptibus illis, & p defectu eorū nō potuerunt visum facere de pdicto B. et dic prædictis militibus q; sint cora ptatis Justiciariis &c. simul cum pdictis E. et F. ad prædictum terminum ad testificandum visum suum, & quem diem ei posuerint, et si forte vicecomes cōtra formam brevis elegerit tales qui nō fuerint psentes et extra comitatū, tunc dicatur in fine, et tu ipse sis ibi auditurus judicium tuū, ad hoc q; pdictos C. et D. qui absentes fuerint & extra comitatū elegisti ad videndū, deficut psentes misisse debuisti et ita q; loquela illa p hoc cepit tantā dilationē, & habeas ibi hoc bre & nomina militum quos de novo miseris Teste &c. Si autē contingat q; omnes moriātur antequā viderint, vel cū viderint anteqm testificentur, tūc de novo mittātur alii. Item si ad primū diē nec milites venerīt, nec essoniati, nec vicecomes miserit breve, offerēte se liti petente, quia nescitur quid actū sit, vel quia forte nihil actū est, de novo pcipiatur vicecomiti q; mittat quatuor milites, et ipse sit ibi auditurus judiciū suū, q; primū breve nō misit &c. Si autē ad primū diē nō venerint milites, nec vicecomes misit breve, & essoniatus venerit primo die, & petens, tūc pcedit inter eos loquela, nisi forte sit q; petens objicere velit tenenti q; tenēs sine licentia surrexerit, vel sine visu militū, vel si p visum militū surrexerit et petens se tenuerit in defaltam, dixerit q; alii milites viderūt eum qm ad ipsum missi fuerunt, omnes, vel quidā ex illis: vel q; surrexerit p visum aliorū, quā p visum militū. s. liberorū hominū, vel p visum militū, & similiter p visum liberorū hominū, qui forte in ipso visu faciēdo assūpti fuerunt p imperitiā, ad vidēdum cum militibus: ut de term S. M. aṅ regni Regis H. ix. incipiente x. in com warr. de Rogero Levelande petēte, et Richardo de Gloc. tenēte, et essoniato, & ubi assumptus fuit serviens Regis p quarto milite. Et cū petens ita se tenuerit ad defaltā, oportebit inquirere veritatē. Si autē objecerit petens essoniato, q; sine licētia surrexerit, si de hoc cōstiterit, poterit tenēs amittere p defaltā, quia post essoniū de malo lecti redditū nō potest essoniatus surgere sine licētia, nec si licentiā petat, dabitur ei nisi ex causa, et infra certū tēpus; et ultra tēpus nō, nisi tantum de voluntate et cōsensu petētis. Causa enim esse poterit q; cūm cōvaluerit de infirmitate, et nōdum visus est, p fraudē & malitiā petētis forte qui supprimit breve et negligēter psequitur, vel p negligētiā vicecomitis, qui forte nō mittit milites sicut ei pceptum est, vel p defectu militum qui visum nō faciunt, et in quibus casibus si essoniatus cōvaluerit de infirmitate, et nō dum visus fuerit, habebit licētiā surgēdi in defectum prædictorum. Et quòd licentia surgendi dari debeat essoniato qui visus fuerit legitimè per quatuor milites sive languorem adjudicaverint, sive malum transiens, donec venerint et languorem sive malum trāsiens testicaverint: habetis

If party appears.

habetis de term̃ S. T. anno Regis H. xiv. in com̃ Norf. de priore de longa villa, et de term̃ S. P. circa medium rotuli, quia ibi dicitur, ꝙ si quis se essoniaverit de malo lecti et milites visum fecerunt de eo, sed tamẽ nõ venerunt ad testificandũ, nec petens sequatur versus eos, habebit essoniatus licẽtiam surgendi in defectu petentis, sive languor adjudicatus fuerit sive nõ & alibi in multis locis. Si autẽ cùm visus fuerit, et petens negligens fuerit ꝙ sequi noluerit versus milites ꝙ sint ad testificãdum sive lãguorem adjudicaverint sive malũ trãsiens, cùm adhuc sit loquela integra in curia, si licentiã petat surgendi, ꝓpter malitiã ipsius petentis obtinebit licentiã, nõ obstante eo ꝙ dicitur in ipsa petitione licentiæ, ꝙ nõdum visus est, quia non multum operatur videre, nisi visus sit testatus, sed cùm visus factus fuerit & testatus, sed tamen nullus dies petenti datus apud turrim, ante diem datum bene possit dari licentia surgendi, secundũ quosdã, cùm petens apud turrim diem nõ receperit. Cùm autẽ diem receperit, jam desinit esse loquela in curia, donec aliàs per Constabularium turris post annum et diem iterũ ad curiã remittatur, et sic obtinebit essoniatus de malo lecti licentiam surgendi usq; ad diẽ datũ apud turrim, post tempus vero illud nunquam licentiã obtinebit cõtra voluntatẽ ipsius petentis. Si autẽ ad hoc assensum ꝓstiterit, & languidus cõvaluerit, et licẽtiam petierit surgẽdi, cum cõsensu petentis obtinebit, ita ꝙ ad certũ diem cõveniant tenens & petens, ut suo tramite ꝓcedat loquela. Sed quid si ante visum factũ et testificatũ, ꝓpter iter Justiciariorũ facta fuerit publica declamatio, ꝙ omnes loquelæ quæ atterminatæ fuerũt corã Justiciariis de bãco, & nõ terminatæ remaneãt sine die, cũ adhuc loquela inter petentẽ et essoniatũ integra sit in bãco, bene poterit essoniatus sine licẽtia surgere ꝓpter talẽ declamationẽ. Si autẽ visus factus fuerit & testatus, & dies datus apud turrim ꝑtibus ulteriùs, nõ possit essoniatus surgere, nec cum licentia nec sine, quia loquela non fuit in banco die declamationis factæ.

¶ 6. Vidẽdum erit qualiter licentia surgẽdi peti debeat, & sciendũ ꝙ ad petendã licẽtiã surgẽdi debet essoniatus mittere q̃m voluerit qui dicat, ꝙ talis qui se essoniavit de malo lecti convaluit de infirmitate sua, et petit licẽtiam surgendi, et sic irrotulabitur corã Justiciariis qui illius loquelæ habuerit cognitionẽ. Talis qui se essoniat de malo lecti versus talẽ de placito terræ in tali com̃ mãdavit per talẽ, ꝙ cõvaluit de infirmitate sua, & ꝙ nõdum visus est, et petit licentiã surgẽdi, et habet, et dicatur nũtio ꝙ scire faciat essoniato, ꝙ statim & sine mora veniat ad curiã, et ibi dicetur ei ꝙ observet diẽ suũ, et ideo dicetur ei ꝙ statim veniat; ne cũ petens inveniat eum vagantẽ ignorans sibi datã esse licentiã, ipsum ceperit et in prisona detinuerit, ꝙ si fecerit, succurritur essoniato per tale breve. ¶ 7. Rex vic. salutẽ. Si talis fecerit te securũ &c. sum̃oneas tales &c. quòd sint corã Justiciariis &c. ad talẽ terminũ, ad respondendũ tali, quare cõtra pacẽ nostrã ceperunt ipsum, et ipsum captũ in prisona detinet, in domo ejusdẽ talis, apud talẽ locũ, occasione placiti quod est in curia nostra corã Justiciariis nostris &c. inter ipsum talẽ petentẽ & eundem talẽ tenentem, de tanta terra cum pertinentiis in tali

licentia surgendi

tali villa, unde idem talis in curia nostra &c. essoniavit se de malo lecti versus eundem tale petentem, & unde iidem justiciarii nostri dederunt eidē licentiam surgendi per deafaltā ipsius talis petentis, eo quòd de ipso visum fieri non fecit, ut idem B. dicit. Et interim ipsum B. deliberari facias, nisi ex aliqua alia causa captus fuerit quare secundū legem terræ deliberari non debeat, & habeas ibi hoc breve Teste &c. Si in curia Baronum vel alterius dñi in placito de recto denegetur licētia surgendi essoniato, vel petens malitiosè supprimat breve ne essoniatus videatur, tunc fiat seneschallo curiæ breve dñi Regis in hac forma. ¶ 8. Rex tali seneschallo salutē. Ostensum est nobis ex parte A. ꝙ cùm B. in curia tua vel talis dñi tui peteret tantū terræ versus ipsum A. per breve nostrum de recto, & idem A. essoniasset se de malo lecti versus eundē B. extra feodū dñi tui, ita ꝙ tu non potuisti eum facere videri, nec idē B. sibi perquisivit ut deberet, ꝙ idem A. secundū consuetudinē regni nostri videretur per iv. milites, imò malitiosè ipsum detinuit per lōgum tempus inclusum, & prædictus A. mitteret ad te ad ꝑdictā curiam, & peteret licentiā sibi dari surgendi & comparendi in eadem curia tua ad respondendū eidē B. de eodē placito secundū legem & consuetudinē regni nostri, tu ei in eadem curia tua licentiā surgendi denegasti, & quia in denegatione ꝑdicto A. manifeste injuriatū est, ei in defectu tui ipsi licētiam surgendi dedimus, ad respōdendū ꝑdicto A. de ꝑdicta terra secundū legē & cōsuetudinē regni nostri, & hoc tibi & ꝑfatæ curiæ significamus T. &c. Et ꝑ hoc videri poterit ꝙ dominus curiæ & ballivus dare possunt licētiam surgendi essoniato, & si talis, multo fortius vicecomes & comitatus.

¶ 1. *De officio quatuor militum in visu faciendo. De essoniis cum missi venerint ad locum ubi essoniatus jacere debet.* 2. *Cùm milites venerint ad testificandum languorem.* 3. *Qualiter dandus sit dies & sub quibus verbis.* Cap. 11.

How the Knights are to make their View

QUatuor milites legitimè missi post multas dilationes factas, vel statim infra primum diem veniunt ad locū ubi essoniatus jacuerit, vel jacere debuerit, ad videndū &c. & tūc aut inveniūt eum aut non inveniunt. Si autē ipsum omnino nō invenerint, & hoc omnes ad diē datū simul testati fuerint, tunc ipse qui essoniari debet, aut ꝑsens est in curia aut nō est ꝑsens. Si autem ꝑsens non fuerit, tunc capiatur terra in manū dñi Regis, vel per magnum Cape, vel per parvum Cape, secundum quod essonium factum fuerit antequàm tenens in curia comparuerit vel post, & secundum hoc procedatur contra ipsum ad defaltam, & secundum quod inferiùs dicetur plenius de defaltis. Si autem præsens fuerit, et essonium omnino dedixerit, tunc refert utrum omnino essonium factum fuerit ante apparitionem in curia vel post. Si autem ante, bene potest defendere inprimis summonitionem & sursisam, & quòd nunquàm summonitus fuit. Item utrum essoniatus de malo veniendi, an de malo lecti, ut supradictum est de summonitionibus. Si autem essonium factum fuerit postquàm comparuerit in curia, & diem habuerit,

erit, diem datũ nõ poterit dedicere cõtra recordũ curiæ. Et unde si postea dedixerit essoniũ de malo veniẽdi post diẽ datum in curia, cõcedit p cõsequens defaltã esse factã, et sic amittet seysinã p judicium ppter defaltam, et multo fortius si dixerit utrumq; essoniũ tam de malo veniẽdi qm de malo lecti. Item veniunt milites ad vidẽdum & inveniunt eum vagantẽ p curiã, et per rura, et tunc ad eorum testificationẽ fiat ut in pximo supra. Item veniunt milites ad vidẽdum, & inveniũt eũ in lecto sicut decet taliter essoniatũ, decalceatũ, et sine braccis, & decinctũ, vel forte nudum q plus est, cùm fuerit interrogatus, aut confitetur se esse essoniatũ, aut omninò dedicit essoniũ. Si autẽ essoniũ dedixerit, tunc ad eorum testificationẽ fiat ut supra. Si autẽ essoniũ cõfiteatur, tunc diligẽter inquirant milites de qualitate infirmitatis, et de ejus circũstantiis, & utrum latens & intrinseca, vel in aperto et extrinseca ut inde respõdere possint si forte fuerint requisiti, & secundum q viderint et judicaverint, dabunt ei malum transiens vel languorẽ. Si autẽ adjudicaverint ei malum trãsiens, forte in psentia petẽtis dabunt ei diẽ certum in brevi cõphensum q tunc veniat vel sufficientẽ p se mittat respõsalẽ. Ad qm diẽ si milites venerint, et petẽs et tenens, pcedat loquela debito modo. Si autẽ petens & tenẽs cõparuerint, et milites tãtùm unus vel duo, vel tres et nõ quartus, vel forte nullus, si petens cõfiteatur visum rite esse factũ, sufficit ejus testimoniũ et p hoc nõ multũ operatur testificatio militum. Itẽ si petens venerit ad comunẽ diẽ, et visores nõ, et cognoverit q essoniatus de malo lecti visus fuerit certo die, & q visores dederint ei lãguorẽ et diẽ apud turrim Lond' in unũ annum et unum diẽ à die visus sui. Itẽ dies dabitur petenti ppter suã ptestationẽ apud turrim, et si essoniatus tũc nõ venerit, tũc revertatur ad judicium, et pcedatur cõtra milites q veniant ad testificãdũ, & si venerit forte essoniatus, pcedatur in placito principali, & de hac materia inveniri poterit de term P. añ Regis H. xiv. in com Nott. et Linc. de Wv. thesaurario Eborum et Wilhelmo de Camera et Letitia uxore ejus. Si autẽ ad diẽ illũ venerint milites, et testificati fuerint visum, & petẽte se offerẽte liti nõ veniat tenẽs, expectato quarto die capiatur terra in manũ dñi Regis p defaltã, per pvum cape, quia nõ poterit tenens essoniũ dedicere cõtra recordũ militũ, sive in curia cõparuerint sive nõ. Si autẽ milites cõparuerint, et tenens et petens nõ, tunc offerente se liti tenente recedet quarto die tenens quietus de brevi illo. Itẽ si milites cõparuerint in prima die, & petens nõ, nec tenẽs, sed in crastino uterq;, vel tertio die uterq;, vel quarto die uterq;, cùm pares sint ptes hinc inde quoad defaltã, nec sit quod aliquis eorum alterius possit imputare defectui, cõpẽsetur defalta cum defalta, & pcedat loquela, quia paria delicta mutua cõpensatione tolluntur. Si autem impares sint in defaltis, q si unus cõparuerit in primo die, & alius in crastino tertio, vel quarto die, procedatur ad defaltã secundum quod inferius dicetur de defaltis. ¶ 2. Item milites cùm visum fecerint examinata infirmitate adjudicant essoniato languorẽ, & dabunt ei diem à die visus sui in unum annum & unum diem apud turrim London, quòd tunc sit ibi inde res-

Knights adiudge it Languor

respõsurus vel sufficientẽ ꝑ se mittat responsalem, et ad diem in brevi cõtentũ veniant corã justiciariis & testãtur ꝙ viderũt eum essoniatũ tali die, & ꝙ dederunt ei diẽ à die visus sui in unum annum & unũ diẽ apud turrim Lond, quo casu si forte milites discordes fuerint in die dato, iterum mittantur ad vidẽdum, & ad dandum certum diem, & iterũ ad certificandum visum. Si autẽ cõcordes fuerint in die dato, diligẽter examinentur à justiciariis utrũ dies datus à militibus rationabilis sit & legitimus vel non, ut si forte annus fuerit bissextilis, et quo casu si illegitimus fuerit dies facta examinatione mittantur iterũ ad lãguidũ, ut dent ei diẽ legitimũ secundũ cõsilium justiciariorũ et iterũ veniãt & testẽtur. Sed sive infirmitas sit lãguor sive nõ, quare nõ possunt milites capere attornatum, ut ꝑ attornatũ ꝓcedet loquela, sicut fieri poterit si post annũ et diẽ venire nõ possit, potest mittere respõsalẽ. Respõdeo ꝙ nõ possunt, quia ad hoc nõ sunt missi, et ideo nullam habẽt potestatẽ etiã si essoniatus hoc vellet, nec essoniatus ad hoc arctari poterit ꝙ faciat attornatum nisi velit. Et si justiciarii nõ examinaverint, erit hoc eis imputandũ si essoniatus surrexerit die illegitimo sibi ꝑ milites dato, militibus vero non, ꝓpter simplicitatẽ & imperitiã suam, essoniato nõ, quia obtẽperat judicatis. Si autẽ justiciarii cùm examinaverint, iterum miserint, & milites nõ viderint, nec petens versus milites fuerit ꝓsecutus, tunc nec justiciariis imputari poterit, nec essoniato, sed militibus tãtũ, & petẽti. Si autem judex examinaverit, & miserit, & milites missi viderint, & diẽ dederint, tunc si essoniatus tardiùs venerit, vel si forte erraverit essoniatus in die suscipiendo, quia malè intellexit diẽ suum, hoc sibi imputare debet, cùm quatuor milites inde habent recordũ. Et ꝙ recordum habeãt ꝓbatur, cùm sint quasi justiciarii in hoc casu, nec cõtra assertionem eorum admittitur aliqua testificatio in cõtrarium, cùm petens se tenuerit ad defaltã, ex respõso W. de Ralegh & G. de Segrave facto Richardo Duket qui expetiit eorum cõsiliũ in hoc casu, Vel si maturiùs venerit ꝙm deberet, hoc sibi poterit imputari cùm ipse solus sit in culpa, licet aliquando actum fuerit in contrarium, ubi essoniatus obtemperat judicatis, & ꝓpter errorẽ militum in expressione diei, dãnum sentiat, cùm nõ sit in culpa, ut si in die dando dicãt essoniato. ¶3. Damus tibi diẽ à die isto visus tui in unum annum & unum diẽ, hoc sufficit. Si autẽ diẽ expresserint, sic dicendo: damus tibi diẽ à die isto & ita ꝙ tali die cõpareas apud turrim, si diem dederint legitimum in utroque casu erit eis obtemperandum, scilicet ꝙ ad diẽ expressum veniat apud turrim, & erit talis dies essoniati legitimus. Si autem in diei expressione erraverint milites, nõ est necesse essoniato ꝙ ipse erret, quia ꝑ hoc posset esse in defalta ꝓpter errorem militum, quãvis ipse nõ esset in culpa. Et ideo cõpareat ad diem legitimum ꝓpter verba generalia, ꝑ quæ datur ei dies à die visus sui ad unum annum & unum diem, & expressio diei habeatur pro nulla. Sed quid si essoniatus obtemperaverit militibus errantibus, de gratia & consilio curiæ poterit ei subveniri. Cùm autem venerint coram justiciariis ad testificandum languorem, oportet quòd omnes veniant simul (ut

The knights testifying

(ut prædictum est) ad testificandum, nisi ita sit ꝙ petens præsens sit, & concedat visum factum legitimè & diem datum. Quo casu sufficit testificatio duorum vel triū cum testificatione ipsius petentis, & sic fiat irrotulatio, C. D.E.F. quatuor milites missi ad talem qui se essoniavit de malo lecti versus talem de placito terræ veniunt & testificātur ꝙ viderunt eum tali die, & dederunt ei languorem ex certa causa ꝓpter talem infirmitatem, scilicet, si super hoc fuerint requisiti, & etiam dederūt ei diem à tali festo in unum annum & unum diem, vel à tali die ante tale festum, vel post, vel tertio, vel quarto die kalendas Aprilis, vel quarto kalendas, vel quarto Idus in unū annum sine expressione et unum diem, et sufficit, vel cum expressione secūdum ꝙ supradictum est. Et quo casu, facta sic testificatione, dabitur idem dies petenti si præsens fuerit, vel per essoniatorem suum si fuerit essoniatus. Et eodem modo participibus si præsentes fuerint, & sic erit tota loquela in suspenso usq̄ ad annū & diem, & sic desinet loquela esse in judicio, & in curia, donec post annū & diem ꝑ constabularium à turri iterum ad curiam remittatur, nec iterum revocari poterit ad curiam à justiciariis aliquo casu, sine utriusq̄ partis voluntate. Si autem participes in testificatione languoris forte præsentes nō extiterint, vel cùm essoniati fuerint forte essoniū non jacuerit, quia priùs se essoniavit (offerente se liti petente quarto die) ꝓcedatur cōtra eos ad defaltā, sicut infra dicetur de defaltis, cùm sint ꝑticipes, & quia res petita patitur divisionē, licet ab initio nō fuerit divisa. Et idē erit si fuerit divisa inter cohæredes. Amittere enim poterunt participes per defaltam sine participibus, quāvis sine ꝑticipibus non teneantur respōdere. Si autē vir & uxor implacitentur, qui simul & in solidum tenent unicam rem, cùm sint quasi unum corpus, quamvis diversæ animæ & nō ꝑticipes, quia res inter eos non patitur divisionem, cùm unus eorū essoniatus fuerit de malo lecti, & alter defaltam fecerit, ꝓcedi poterit statim ad defaltam contra absentem, sed ad judicium ꝓcedi non possit ante p̄sentiam utriusq̄. Suspēditur igitur judiciū quousq̄ essoniatus iterū in judicio & in curia cōparuerit, quia unius ipsorū defalta utriq̄ erit damnosa. Item esto ꝙ petens p̄sens non fuerit die quo fit testificatio, nec per se, nec ꝑ essoniatorem ut diē suū recipiat, nec primo die nec secundo, nec tertio, nec quarto, nec ulterius, sufficit tamen si aliquo die infra annū & diē. Sed quid si post annū & diem petat tenens judicium de defalta petentis, nihil capiat per defaltam, facta compensatione ut prædictum est.

Plea without a day till one given by Constable.

¶ 1. Qualiter essoniatus custodire debeat languorem & qualiter se tenere. 2. Si essoniatus inventus fuerit vagans qualiter debet arrestari. 3. Breve si essoniatus surrexerit sine licentia quòd milites mittantur ad ipsum ad videndum si ita surrexerit vel non post languorem ei adjudicatum. *Cap. 12.*

Qualiter autem essoniatus custodire debeat languorem videndum, & sciendum quòd (secundum quòd supradictum est) decinctus, & sine braccis, & discalceatus se tenere debet in lecto. Alicubi tamen poterit indui vestimentis si voluerit: Non debet exire cameram vel do-

num

mum in qua jacuerit publicè, nec vagari per curiam suam in cõspectu populi, nec exire de curia ut vagat per rura, vel longius incedat, ne à petente interceptus seysinam suam amittat per defaltam, quia si petens scit eum extra curiam suam, vel in curia sua forte ipsum invenerit, immittere poterit in eum manus, cum hac tamen discretione. ¶ 2. Debet tamen petẽs secum assumere si fieri possit servientem dñi Regis, simul cum probis & legalibus hominibus vicinis, & cum clamore ipsum arrestare, ita quòd nullam faciat ei violentiam. Et quo casu, habeat serviens domini Regis recordum simul cum testimonio legalium & proborum hominum. Si autem tales secum statim non habuerit, veniat petens cum suis & essoniatũ arrestet cum utesio et clamore, ut ad hoc conveniant probi homines vicini, ut si opus fuerit, testificari possunt quid viderunt. Mittere etiã debet ꝓpter coronatores, & servientem domini Regis, ut simul cum probis hominibus testificari possint qualiter fuerit interceptus, quorum recordo stabitur, donec essoniatus per manifestas ꝓbationes docuerit contrarium. Poterit enim serviens dñi Regis simul cum testimonio ꝓborum hominum testificari qualiter essoniatum, & in quo loco arrestatum invenerit, sed utrum sponte ibi venerit, vel contra voluntatẽ adductus, testificari nõ possunt. Poterit enim essoniatus docere contrariũ sic, & dicere quòd cùm esset tali die in domo sua tali, apud talẽ locum & in lecto suo sicut ille cui fuit languor adjudicatus, & in pace domini Regis, venit ibi ipse talis petens, & nequiter & in felonia extraxit eum à domo sua, & à lecto suo, & in roberia abstulit ei tantum, contra pacem dñi Regis, & sic offert &c. Et quo casu, ꝓcedendum erit in modum appellati, & terminabitur negotium per duellum, vel per inquisitionem, & secundum quod judicium fecerit ꝓ uno vel pro alio, amittet unus eorum imperpetuum. Tenens, quia stulte surrexerit, vel petens quia malitiose essoniatum extraxerit, et eadẽ ratione qua lucrari voluerit, eadẽ ꝓpter malitiam amittat. Cùm autem quis essoniatus ita per legem terræ arrestatus fuerit, & non ꝑ malitiã, si petens se tenuerit ad defaltam, & judiciũ petierit de defalta, firmiter se teneat ad defaltam, ne defaltæ tacitè renunciat ꝑ consensum. Tacitè enim renunciare poterit ita: si diem amoris ceperit cum tenente, sive datus fuerit dies ꝑce tenentis, vel prece petentis, vel ꝑce utriusq. Dabitur enim dies sic. Dies datus est tali petenti, & tali tenenti, de placito terræ usque talem diem prece partium. Et ex quo petens per hoc innuit quòd placitum sit inter eos, & sic videtur tacitè renunciasse defaltæ, & videtur placitum redintegratum quod fuit ex parte tenentis desertum. Eodem modo videtur tacite renunciasse tenens defaltæ si sibi perquisiverit de amovenda loquela ab uno judicio ad alium per pone. Continetur enim ibi, pone coram justiciariis. &c. Loquelam quæ est in comitatu vel coram nobis vel coram talibus Justiciariis, per hoc enim quod dicitur in impetratione propria loquela quæ est, videtur per hoc innuere quòd loquela sit redintegrata ut prius, & sic esse poterit in pluribus causibus consimilibus. Et si ad hoc autem agat petens quòd judicium transferatur de defalta ab uno judicio

judicio ad aliud, vel hoc sit factum judiciũ et nõ petentis, vel ꝙ dies datur de audiendo judicio suo de defalta ꝓpter difficultatẽ judicii, & ita ꝙ ibi sit factũ Justiciarii & nõ ptis, aliud erit, quia per hoc nõ renũciat petens defaltæ tacitè neq̃ expressè. Cùm autem sic arrestatus fuerit tenens essoniatus cum testimonio sufficienti, ut pdictum est, non erit ulteriùs ducendus ab aliquo, nec ad comitatum nec ad castrum, nec alibi, sed statim dimittendus abire liberè quo voluerit, qui cùm dimissus fuerit abire, ubicunq̃ divertit iterũ ad lectum vel alibi, statim ad querelã petentis sũmoneatur venire ad curiam ubi loquela priùs fuit, ad audiendum judiciũ suũ de defalta, & quare surrexerit postq̃m languor fuerit adjudicatus ei p tale bre de judicio. In sũma vero notandũ, ꝙ postq̃m quis essoniatus fuerit de malo lecti postq̃m in curia dñi regis cõparuerit ꝙ essoniũ dedicere nõ possit, nõ possit impunè ꝙ nõ sit in defalta surgere sine visu legitimo facto. s. p tales qui visum facere possunt, ut supra, vel sine licẽtia: & generaliter licẽtiã habere poterit sive visus fuerit sive nõ, & sive languor ei adjudicatus fuerit sive nõ, quousq̃ visus legitimè testatus fuerit, & ita ꝙ petens diẽ receperit apud turrim Lond. Et extunc nulla dari poterit licentia surgẽdi, quia justiciarii jurisdictionẽ nõ habent, nec reverti poterit loquela iterũ ad judicium, nisi per officium constabularii. Cõtingit quandoq̃ ꝙ ille qui à lãguore surrexit, non est inventus in loco in quo se essoniavit nec extra ubi possit arrestari, quo casu, ad querelam petẽtis fiat breve vicecomiti ꝙ assumptis secum quatuor militibus, vel quibusdam ex illis qui eum viderunt, in ꝓpria persona sua accedat ad locum in quo pdictus essoniatus jacuisse debuit, & si ipsum in languore suo invenerit, sicut fuit ei adjudicatus vel nõ, & secundũ ꝙ eum invenerit vel nõ, fiat breve vicecomiti sub tali forma. ¶ 3. Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte A. ꝙ cùm B. in curia nostra apud West. vel coram justiciariis nostris itinerãtibus vel in comitatu tali essoniasset se de malo lecti versus talẽ de placito terræ apud talẽ locũ in comitatu tali. Et ibidẽ lãguor esset adjudicatus ei p quatuor milites per pceptum nostrũ ad ipsum videndũ transmissos, idem B. infra languorem suum contra consuetudinẽ regni nostri surrexit, & à domo sua in qua languidus jacuisse debuit, exivit, & à ptibus illis recessit, et se transtulit ibi vel ad alium comitatũ. Et ideo tibi pcipimus ꝙ statim visis literis istis omni occasione &c. assumptis tecũ pdictis quatuor militibus, vel duobus ex illis si omnes habere non possis, in ꝓpria persona tua accedas apud talem locũ, & videas si idem B. ibi sit in lecto & in lãguore suo sicut ei fuit adjudicatus, vel nõ. Et si ibi eũ inveneris, hoc scire facias justiciariis nr̃is apud West. per literas tuas sigillatas. Et si ibi inventus nõ fuerit, tunc venire facias prædictos milites qui ibi tecum interfuerint, corã præfatis justiciariis nostris tali die ad certificandum inde justiciarios nr̃os. Et interim p legales & discretos homines tam ballivos tuos q̃m p alios insidiari facias eidẽ B. si redierit de ptibus talibus vel nõ. Et si redierit, & invẽtus fuerit extra talẽ locũ ubi languor fuit ei adjudicatus, tũc facias eum arrestari ita ꝙ habeas corpus ejus coram præfatis justiciariis nr̃is

ad

ad talē terminum ad respondendū eidem quare &c. vel ad audiendū recordum vel judiciū suū de loquela quæ fuit coram eisdē justiciariis nostris inter pdictos A. & B. de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et unde idem talis essoniavit se de malo lecti versus prędictum talem, & ita q languor ei fuit adjudicatus,& sine licētia surrexerit à lāguore,ut idem talis dicit, & habeas ibi &c. Teste. &c. & ita possunt istæ ultimæ clausulæ vel adjungi brevi de inquisitionibus, vel fieri per se.

¶ 1. *Qualiter essoniatus venire debet ad turrim London & quando vel mittere responsalem.* 2. *Qualiter sit annus bissextilis.* 3. *De apparitione essoniati.* 4. *De officio Constabularii. Cap.* 13.

IN fine anni post languorem cùm essoniatus convaluerit de languore, videndū erit qualiter venire debeat apud turrim, & quando,vel mittere responsalem, eo forte q jam languor versus sit in morbum sonticū,& incurabilem, q venire non possit per se. Itē quando debeat surgere à lecto ægritudinis, & qualiter, & per quas dietas venire debeat ad turrim. Et sciendū q cùm essoniatus à languore convaluerit & in propria persona venire possit, primò debet cōputare dietas rationabiles secundū q plenè convaluerit, vel secundum quod per languorē extenuatus fuerit, & debilitatus, ita q commodè venire non possit. Sed postqm à lecto surrexerit,non moretur in domicilio suo ultra unam noctē,& sic inde pficiscatur per rationabiles dietas ad turrim,ita q per viam nusqm moram faciat ultra unam noctem,& q sit apud turrim ultimo die anni naturalis qui dicitur dies excrescens, & hora cōgrua placitandi. ¶ 2. Sed videndū erit qualiter dies ille sit accipiendus tempore bissextili, pter duos dies qui sub eodē signo & eadem litera cōputantur, quorū unus (qui dicitur dies excrescēs) determinat & finit tempus quatuor annorū pcedentium, & in eo computabilis est inter dies ejusdē " tēporis pteriti qui sunt mille & quadrīgenti,& faciūt quatuor annos mi" nores,& quibus adjicitur unus dies qui colligitur ex quatuor quadrīgētis, ut faciat pdictos quatuor annos plenos & majores, & dicitur dies excrescens,& cōputandus erit inter tēpora & dies pdictorū quatuor annorū præcedentiū,& qui dicitur dies legitimus cōparendi quolibet anno apud turrim. Et eodē modo in anno bissextili sicut in aliis tribus annis pcedentibus. Est etiam alius dies sub eadē litera qui est caput & principium aliorū quatuor annorū subsequentiū,qui si cōputandus esset infra tempora prædictorū quatuor annorum præcedentium, ratione alicujus quadrantis sive quartæ, sublato de medio & non computato die excrescente, sic esset dies comparendi apud turrim in sexagesimo septimo die, q esse non debet, cùm ille dies excrescens cōputabilis sit infra tempora quatuor annorū pcedentiū, ratione illius quadrantis sive quartæ, & sic in anno bissextili erit ille dies legitimus cōparendi. Et ita quòd in anno bissextili plures dies non contineantur qm trecenti & sexaginta sex, sicut in aliis annis non bissextilibus. Et ita uterq

dies sub eadem litera sit comprehensus, quia sic subductus sicut in anno bissextili sicut in anno minori terminat tempus quatuor annorum præcedentium, & principium dat tempus quatuor annorum subsequentium, & ita eodem die desinit annus præcedens propter sex horas, & incipit eodem die annus sequens propter octodecim horas, quarũ unus terminat & etiam idem principium dat, & computabiles sunt & non sunt computabiles, diversis tamen respectibus. Ille vero dies excrescens qui non est computabilis, ea ratione propter necessitatem ad vitandum illud inconveniens ne festum Natalis Domini celebretur in estate, & Nativitas Sancti Johannis Baptistæ in hyeme, quod contingere posset infra quingentos vel sexcentos annos, & etiam ita contingeret intemperies hyemalis in signis estivalibus. Et ad majorem evidentiam aliquid dicamus de anno, scilicet quid sit annus, & quis dicatur major annus, & minor. Et ratio quare dies adjungatur anno minori. " Annus est mora motus quo summus planeta pervolvat circulum. Annorum autem quidam sunt majores quidam minores, secundum brevitatem vel productionem circulorum, & secundum velocitatem planetæ in suo circulo. Item annorum alius solaris, alius lunaris, alius artificialis, alius naturalis, alius usualis. Naturalis est illud spatium quo suum sol pervolvat circulum, & fit ex trecentis sexaginta & quinque diebus & uno quadrante sive quarta unius diei, scilicet ex sex horis. Hora autem fit ex quadraginta momentis, & sic fit dies ex novem millibus & sexcentis momentis. Usualis annus qui dicitur annus minor, stat ex trecentis sexaginta & quinque diebus, ubi ultimus dies non est legitimus comparendi secundum quosdam. Major vero constat ex trecentis sexaginta & sex diebus, ita ut minutæ neglectæ per tres annos præcedentes resumantur cum minutiis quarti anni ad perficiendum unum diem integrum, & iste dies sic excrescens appellatur bissextus, et annus in quo contingit dicitur bissextilis, & qui quidem omni tempore legitimus est ad cõparandum, scilicet in sexagesimo sexto die in anno bissextili, sicut in aliis annis, sed in sexagesimo septimo (sicut dicunt quidam, sed non bene ut videtur) Dicitur etiam bissextus eo quòd inscribitur sexto Kalendas Martii, ubi duo dies computantur super unam literam, scilicet F. quia colligitur iste dies ex minutiis quatuor annorum. Et ne putet illum quis incipere in uno anno & terminari in quarto anno, proponatur annus incipiens manè, ille terminabitur revoluto circulo anni in meridie, ubi incipiente secundo anno ille secundus dies terminabitur ad noctem eadem ratione, tertius ad mediam noctem, quartus ad auroram, ita quòd bissextus constat ex quatuor quartis simul sumptis, & ita computatur nox sequens cum die præcedente pro uno die artificiali. Si autem fiat computatio anni Lunaris recte dicendo per literas ècontrario, semper dies præcedit et nox subsequitur. Et ideo vice versa per talem computationem incipiat dies naturalis in aurora, & terminetur vice versa (ut supra.) Ex præcedentibus igitur manifestè liquet ꝙ in sexagesimo sexto die debeat essoniatus comparere apud Turrim & non maturiùs,

maturiùs, ne ſit in defalta eo ꝙ languorem rite non obſervaverit. Item non tardiùs q̄m in ſexageſimo ſexto die ſecundū eoſdē ne ſit in defalta, eo quòd diem ſuum ſibi datum apud turrim non obſervaverit. Igitur ſecure poterit comparere ſexageſimo ſexto die, ſcilicet primo poſt annum naturalem, qui ſub ſe continet annū minorē uſualem, & unū diem tam in anno biſſextili q̄m aliis tribus annis ꝑcedentibus, quia in hoc nō differunt in aliquo. Circulus vero anni uſualis ſive ſolaris, fit ad modum et ad ſimilitudinē colubri ſine cauda, nec erit annus integer, nec capiti adjungi poterit corpus ꝙ eſt annus uſualis, et conſtat ex trecētis et ſexaginta quinq̄ diebus, niſi adjungatur ei cauda: Cauda vero dici poterit ſex horæ q̄ deficiunt, ut ex anno uſuali qui ſub ſe continet trecētos & ſexaginta quinq̄ dies et ſex horas, ſcilicet quartā ꝑtem diei, fiat annus naturalis, qui ſub ſe cōtinet annum uſualem & unum diē ratione ꝑdictarum ſex horarum, & ſic erit circulus anni naturalis ad modū & ſimilitudinē colubrj habētis caudā in ore, ſicut videri poterit per lunarē cōputationem literarū & ſignorū quibus dies anni ſignātur. Videamus igitur omne tēpus quatuor annorū, ut ſciri poſſit qualiter quilibet annus naturalis incipiat per ſe, & qualiter terminetur. Incipit enim ſub eodē ſigno, vel ſub eadē litera. & ſub eodē ſigno terminatur, quod dici poterit in ore colubri: ut ſi inceperitis cōputare à litera B. facta cōputatione trecentorū et ſexaginta quinq̄ dierū, et adjuncta una quarta, quia ſumi debet de die contento ſub ſigno, B. efficientur annus & dies quæ dicūtur annus naturalis. Itē facta computatione anni ſecundi ꝑpter tres quartas quę adhuc remanēt de tempore futuro, iterū aſſumatur quædā quarta ſub ſigno B. et erit ſecundus annus naturalis. Item cùm adhuc remaneant duæ quartæ, incipiat annus tertius naturalis ſub eodē ſigno B. & fiat computatio ut ſupra ad hoc ꝙ fiat annus naturalis. Item cùm adhuc remaneat una quarta, incipiat annus naturalis ſub eodem ſigno, et facta cōputatione terminetur in eodē ratione ejuſdem quartæ. Et ſic erunt eodē quarto anno bis ſex horæ & exinde duo dies quales ſub eodē ſigno B. unus ſcilicet incipiēs, & alius annū terminans, & ꝑpter illas bis ſex horas dici poſſet annus biſſextilis, & ſic totū tēpus quatuor annorū continet ſub ſe mille et quadringētos et unum diem, qui colligitur ex quatuor quartis quatuor añorum præcedentiū, & terminant totū tempus quatuor annorum, et dicitur excreſcens, et nihil ſibi vendicat ex tēpore quatuor annorū uſualiū ſubſequentiū. Ne igitur ſubſequatur inconveniens de quo ſupradictum eſt, remanente die excreſcente de tempore præterito ſub eadem litera B. ſive F. de neceſſitate retrotrahitur primus dies quatuor annorū ſubſequentium, ut exinde fiat computatio totius temporis quatuor annorum ſubſequentium in forma ſupradicta, & ſic de tempore in tēpus in infinitum. Obſervare debet igitur eſſoniatus diligenter annū et diē, ne maturiùs vel tardiùs compareat quàm deberet. Si autem die nō legitimo comparuerit, & petens eodem die, tenens erit in defalta, facta proteſtatione et recordo cōſtabularii. Si autē petens die legitimo comparuerit, et tenens maturius ut prædictū eſt, idem erit ut ſupra. Quia licet tenens

defaltam fecerit, petens tamen diem suum observabit. Si autem petens die legitimo comparuerit & tenens in crastino, tenens erit in defalta, quia diem suum non observavit. ¶ 3. Si autem die legitimo nec petens nec tenens comparuerit, tunc uterquè facit defaltam, quia diem legitimum non observaverunt, & unde si ambo in crastino comparuerint fiat hinc inde compensatio defaltarum, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. Si autem unus in crastino & alius in die tertio vel quarto, licet ex toto non sunt pares in delicto, tamen hinc inde erunt in defalta, & fiat cõpensatio ut supra. Item si unus illorum die legitimo comparuerit apud turrim, et alius coram justiciariis in curia, ille qui in curia comparat defaltam facit, quia nullum diem in curia habuit sed apud turrim. Et ideo licet magis sit apparere in curia quàm apud turrim, non defenditur, cùm oporteat eum reverti ad judicium per eandem viam per quam divertit à judicio. Item esto ꝙ ambo compareant in curia die legitimo quo apud turrim comparuisse debuerunt, fiat hinc inde compensatio defaltarum, secundum ꝙ supra paulum antedictum est. Cum autem ambo die legitimo apud turrim comparuerint, aut comparet petens per seipsum, vel per attornatum, vel per essoniatorem, & tenens aut cõparet per seipsum, vel per responsalem, cùm per seipsum venire non possit. ¶ 4. Qualiter vero venerit vel quo die, officium cõstabularii est omnia per ordinem irrotulare, recordum enim habet de iis quæ viderit, judicare tamen non poterit, quia apud turrim non est judicium cùm ibi deficiat tertia pars judicii, scilicet judex & jurisdictio, habet enim Constabularius recordum in hiis quæ sunt facti, & non in hiis quæ sunt judicii sive juris. Irrotulare enim debet sic, quòd talis qui se essoniavit de malo lecti versus talem in tali comitatu de placito terræ, venit tali die apud turrim London, & optulit se versus talem petentẽ, & petens nõ venit sed in crastino. Et dixit quòd ad legitimum diem venit et tenens non, & petiit judicium de defalta. Etècontrario si tenens dicat ꝙ ad legitimũ diem venit & petens non, et tenens petit judicium de defalta, mittantur partes ad judicium in banco ut ibi judicetur de defalta. Eodẽ modo si petens se essoniaverit apud turrim, & attornatus suus mittantur tenens & essoniator corã Justiciariis ut ibi judicetur essonium. Sed videamus cui cõpetat essoniũ apud turrim. Et sciendũ ꝙ nullum competit essonium tenenti qui se essoniavit de malo lecti, quia ex quo in judicio omnia habuit essõnia sua tam de malo veniendi quàm de malo lecti, nullum habebit essonium antequàm iterum comparuerit in judicio. Judicium vero est coram Justiciariis in Banco & non apud Turrim nullum essonium sequitur. Item videndum an petenti competat essonium vel ejus attornato apud Turrim, vel ad Bancum, quo casu videndum erit cùm visus testatus fuerit coram Justiciariis de Banco, utrum diem habuerit per se, vel per essoniatorem suum, quia sæpius se essoniare poterit coram Justiciariis in Banco si sæpius cõparuerit post quãlibet apparitionẽ, si fortè milites visores plures fecerint defaltas antequam comparuerint ad testificãdum. Et si ꝑ essoniatorẽ diẽ receperit in banco, nullũ habebit essoniũ apud turrim

turrim, nõ magis quã tenens antequã cõparuerit interim in curia, quia omnia essonia sua in judicio habuit coram Justiciariis sicut ipse tenens. Itẽ nec essonium habebit iterum corã Justiciariis in judicio, quia apparitionem apud turrim nullum sequitur essonium, nec magis datur ei essoniũ q̃m tenẽti, quia si ei daretur, eadem ratione dari posset tenenti, q̃ esse nõ debet. Si autẽ ꝑ seipsum vel attornatũ diẽ receperit in bãco apud turrim, unicũ habebit essoniũ si voluerit anteq̃m in judicio corã Justiciariis cõparuerit. Et sine essonio bene potest cõparere apud turrĩ, & in judicio si voluerit. Si autẽ apud turrim se essoniaverit, ibi nõ judicabitur essoniũ, sed mittetur ad curiã corã Justiciariis judicandum. Et nihilominus si voluerit nõ obstante essonio comparere poterit impunè corã Justiciariis in judicio, & per essoniũ factũ apud turrim salvabitur tempus medium, quousq; in judicio cõparuerit. Si autem apud turrim cõparuerit, & diem receperit in banco per constabularium, bene poterit se essoniare coram Justiciariis in judicio. Non tamen ex die sibi dato apud turrim sed ex die prius recepto coram Justiciariis in bãco. Cùm autẽ uterq; tam petens q̃m tenẽs ꝑsonaliter cõparuerint apud turrim die legitimo, dabitur utriq; parti dies coram Justiciariis in banco si tunc ibi fuerint residentes, vel si nõ, tunc cùm redierint, si in brevi reversuri fuerint, vel post tempus. Non autem dabitur dies coram Justiciariis itinerantibus, sive itinerãtes sint in eodẽ com̃ ubi terra fuerit quæ petitur sive in alio, sed primo corã Justiciariis de banco, si qui tunc fuerint residẽtes in banco, & alii itinerantes in comitatu, ubi terra fuerit quæ petitur. Et Justiciarii de banco exinde dabunt diem corã Justiciariis itinerantibus, ut sic per ordinẽ ꝓcedat juditium. Et ideo à turri mittuntur partes in bãcum ut loquela in eodem juditio finem accipiat in quo sumpsit initium.

¶ 1. *Cum visus fieri debeat vel factus fuerit, si visores non sunt legitimi quid facere debet essoniatus.* 2. *Si languor vertatur in morbum incurabilem quod essoniatus venire non poterit tunc mittat responsalem.* 3. *Breve de mittendo ad languidum ut sciatur si ratam habuerit responsalem quam responsalis pro eo fecit.* *Cap.* 14.

REdeamus iterũ ad visum quatuor visorũ, & videamus quid sequatur, si visores legitimi nõ sunt ad videndũ, & per hoc visus illegitimus, de quibus supradictũ est. Quo casu, si essoniatus per visum talium visorũ surrexerit, ut si ei surrectionem dederint, erit in defalta, secundum q̃ superius dictum est. Melius est igitur q̃ se teneat in lecto, vel quòd licentiam petat surgendi, antequàm visus testatus fuerit per tales, quam si obtinuerit, & sic comparuerit, excusatur à defalta, non propter visum, cùm sit illegitimus, sed propter licentiam si forte petens visum calumniaverit & visores. Si autem non, tunc procedat loquela in utroque casu, ac si visus legitimè factus esset. Si autem essoniatus forte licentiam surgendi petere voluerit, tunc ad diem sibi datum per visores tales tutius erit quòd mittat pro se responsalem. Et quo casu, si petens velit visum calumniare, iterum fiat vi-

at visus legitimè si primus sufficiens non fuerit. Si autem non, tunc ꝓcedat loquela inter petentem & responsalem. Si autem prædicti tales, qui ad visum faciendum sunt inutiles, languorem adjudicaverint essoniato, cùm visũ testificati fuerint in ꝓsentia petentis, & petens contra visores nihil exceperit, sed diem receperit apud turrim sine calumnia, licet visus ab initio fuerit illegitimus, efficitur legitimus per consensum petentis, & ita quòd ulteriùs nihil objicere potest cõtra visores, nec cõtra visum. Et idem erit si absens fuerit in testificatione visus, cùm ꝓsens esse debet, & hoc suæ debet imputare negligentiæ, & in quibus casibus necesse erit ꝙ tenens essoniatus se teneat ad languorem, & ulterius licentiã surgẽdi nõ habebit. Si autem visus (quãvis legitimus) nondũ testatus fuerit, forte infra annũ & diẽ licet languor adjudicatus, semper infra annũ & post annũ quandoq̃ poterit tenens habere licentiã surgendi donec visus testatus fuerit. Et quamvis post annũ & diẽ petens apud turrim obtulerit se cõtra tenentẽ essoniatum, hoc tenenti non nocebit, quia nullus dies datus est ei in judicio apud turrim. Et si forte cõstabularius mãdaverit ꝙ petens certo die venerit, & tenens essoniatus nõ, si ad querelã petẽtis sũmoneatur tenens ꝙ sit apud turrim ad respondendũ corã Justiciariis quare diem sibi datũ apud turrim non servavit, si petens se tenuerit ad defaltã, respondere poterit tenens, ꝙ visus non fuit legitimè factus & perinde nõ visus, & sic ꝙ nec potuit nec debuit ibi cõparere, & sic oportebit ꝙ hoc ꝑ visores (cùm cõparuerint) terminetur. Item dicere poterit, ꝙ nõ necesse habuit ibi cõparere, quia tenens diem apud turrim non habuit cui deberet vel posset respondere, & sicut videtur se defendere poterit à defalta. ¶ 2. Cùm autẽ ꝑ tales (ut prædictũ est) fuerit languor adjudicatus, & visus testatus sine calumnia, & dies datus petenti apud turrim, tunc necesse erit essoniato ꝙ se teneat ad languorẽ, & observet annũ & diẽ apud turrim, & ꝙ in ꝓpria ꝑsona sua veniat (si possit) modo quo supradictũ est, vel ꝙ pro se sufficientẽ mittat responsalem, qui ꝓ eo litem suscipiat & defendat. Et tunc aut mittit responsalẽ aut non mittit. Si autem nec venerit nec responsalem miserit, erit in defalta. Si autẽ responsalem miserit apud turrim qui sit ibi diem recepturus, & in judicio cùm cõparuerit corã Justiciariis responsurus, audietur ejus responsio quicunq̃ sit ille, dũ tamẽ sit major. Et si forte nullũ miserit, dũ tñ sit aliquis apud turrim qui dicat se esse missum & diem recipiat ac si in judicio ut responsalis respondeat, si de ejus responsione judicium faciẽdũ sit sicut de duello vadiando & de magna assisa sũmonenda, vel de aliquo ꝙ sit de substãtia negotii & ꝑ ꝙ loquela debeat terminari, judicium illud debet poni in respectu quousq̃ per quatuor milites missos ad languidũ, sciatur si talem miserit ꝓ se responsalem, & si ratam habuerit responsionem quam idem talis ꝓ eo fecerit: & quòd ita fieri debeat, ꝓbatur in rotulo de termino S. M. anno Regis H. xv. incipiente xvi. in comitatu Salop. Breve de mittendo iv. milites ad languidum ad audiẽdum &c. tale erit. ¶ 3. Rex vic. salutem. Mitte iv legales milites de comitatu tuo apud talẽ locũ ad A. qui se in curia nostra corã Justiciariis vel corã nobis

nobis essoniavit de malo lecti versus B. de placito terræ ad audiendum si idē A. ꝑ se misit C. corā ꝑfatis Justic. nostris corā nobis &c. ut respōsalem suū ad audiendū vel ad respondendū eidē B. de eadē terra, & si ratā habuerit respōsionē quā idem C. ꝑ eo fecit in eodē placito, & similiter ad audiendum si velit eundē C. in ꝑdicto placito attornare in ꝑdicto loco suo ad lucrādum vel ꝑdendū, et venire facias corā ꝑfatis Justic. nostris vel corā nobis &c. ad talē terminū ꝑfatos quatuor milites ad testificandū ea quæ à ꝑfato A. super ꝑmissis audierint. Et habeas ibi nomina militū & hoc breve Teste &c. Qui si ad diem venerint, audiatur eorum testificatio, si autē nō venerint, ꝑcedatur cōtra eos ad defaltā quousq; cōparuerint, sicut ꝑcessū est supra, cōtra quatuor milites missos ad languidum. Ille vero qui sic essoniatus est ratam habeat responsionē si voluerit, & cōcedat ꝙ talē miserit respōsalē, & ita sub nomine ipsius respōsalis ꝑcedere possit, & terminari loquela. Si autē ratam nō habuerit responsionē, adjudicabitur in defalta. Necesse est igitur ei ꝙ ratam habeat responsalis responsionē, & cōcedat ꝙ talem miserat responsalē, & sic poterit nomine ipsius responsalis tota ꝑcedere loquela & terminari, & post quamlibet apparitionē cū dominus litis ratā habuerit responsionē suā, poterit se essoniare nomine ꝑprio de malo veniendi, sicut ac si esset in curia attornatus. Si autem ratam non habuerit responsionē, adjudicabitur in defalta. Oportet igitur de necessitate ꝙ illā ratā habeat nihilominus tamen si in ꝑpria ꝑsona venire voluerit & respondere, bene poterit si voluerit, & tempus mediū & apparitio apud terminū salvabitur per ꝑsentem responsalē. Si autē milites forte non venerint ad diem sumonitionis, nec essoniatus responsalis, semper sequatur versus milites, & irrotuletur sic defalta militū. Talis qui se facit responsalē talis optulit se quarto die versus A.B.C.D. milites missos &c. et sic poterit terminari negotium &c. Et notandū in fine ꝙ si respōsalis apud turrim cōparuerit maturiùs quā deberet, non nocebit languido, dum tamen responsalis cōparuit die legitimo. Si autem tardiùs, hoc nocebit essoniato. Si autē responsalis maturiùs se obtulerit quàm deberet, & essoniatus die legitimo, sive responsalis venerit die legitimo, sive non, tenens salvabitur à defalta sive responsalem advocaverit sive non. Si autem respōsalis venerit die legitimo, & essoniatus in crastino die, vel tertio vel quarto die ꝑ responsalem, salvabitur tenens à defalta ut paulo ante dictum est. Et circa responsalem multa sunt dicenda, licet ista ad præsens tempus dicta sufficiant.

¶ 1. *Si plures sint participes tenentes unicum jus habentes qualiter procedendum in essonio de malo lecti.* *Cap. 15.*

Dictū est supra si unus tenēs ꝑ se se essoniaverit de malo lecti qualiter ꝑcedendū sit in essonio, vel ꝙ si pluries se essoniaverit de malo lecti, & semel languorem habuerit cessabit essonium de malo lecti, & ꝙ in toto placito nō habebit nisi unicum essoñ nec habebūt nisi unicum languorem. Nūc autē vidēdū si plures sint ꝑticipes tenētes unicū jus habentes, qualiter sit

sit ꝓcedendū in essonio de malo lecti, post essoniū de malo veniendi, et quotiẽs se essoniare possent, et quãdo cessabit essoniū de malo lecti. Quotiẽs? et sciendū ꝙ sæpius, post quãlibet apparitionẽ & diẽ legitimè in curia datū, simul si voluerit, vel vicissim post unicã apparitionẽ donec omnes habuerint sua essonia. s. quilibet unicū de malo veniẽdi, & aliud de malo lecti, et tunc simul cõpareant ad respõdendū, cùm autẽ aliū diẽ receperint post diem datū de cõsensu ꝑtium, vel post visum petitū, vel warrãtū vocatum, habere poterit omnia eadẽ essonia, & eodem modo, et sic ad quamlibet apparitionẽ donec terminetur loquela, & ita ꝙ nullus languor interveniat. Itẽ cùm sic se essoniaverint de malo lecti omnes simul, omnibus poterit adjudicari lãguor vel omnibus surrectio vel quibusdam surrectio & quibusdam languor: si omnibus surrectio, tunc veniant omnes simul et respondeant, si autem non venerint omnes vel quidam, tunc fiat de omnibus sicut supradictum est de uno, secundū ꝙ cõparuerint vel non. Si autẽ omnibus simul adjudicatus fuerit languor, fiat de omnibus ut supradictum est de uno, secundū ꝙ omnes vel quidã languorẽ et diem suū servaverint vel nõ servaverint. Si autẽ post unã apparitionẽ et diem datū vicissim cõparuerint omnes et vicissim se essoniaverint de malo lecti et vicissim ꝑ eosdẽ vel diversos milites fuerit eis lãguor adjudicatus, si plures ibi videantur esse languores, tam in primo casu q̃m in secundo, cùm omnes tenẽtes sunt quasi unicū jus habẽtes, erunt omnes languores accipiendi pro uno languore ꝓpter juris unitatem. Et cùm sic omnes languorẽ habuerint simul vel vicissim, sicut prædictū est, vel saltẽ ex pluribus unus, extunc nõ ante cessabit essonium de malo lecti in ꝑsonis omnium usque in finem litis, sicut supradictum est de uno tenente. Si autem quidam ex pluribus, vel unus se primò essoniaverit de malo veniendi, & quidam p̃sentes sint & quidam fecerint defaltam, essoniati diem habebunt per essonium suum. Illis autẽ qui p̃sentes fuerint dabitur idem dies, contra absentes vero ꝓcedendum erit ad defaltam, secundum ꝙ inferius dicetur de defaltis. Illi vero qui essoniati fuerint ad alium diem si voluerint essoniare se, poterunt de malo lecti. Et illi qui primo die diẽ ceperunt in judicio, ad diem suum se essoniare poterunt si voluerint, vel comparere. Si autem cõpareant, bene possunt alium diem recipere, & sic de die in diem donec eis constiterit de surrectione essoniatorum vel de languore, ut si languor fuerit adjudicatus & testatus ꝙ tunc eundẽ diẽ recipiant cum petente, et apud turrim ut videtur, ne si ad bancum et in judicio diẽ receperint ꝑ hoc dividentur causæ continentia. Et cùm sic diẽ receperint coram Justiciariis in banco apud turrim cum essoniato, cõpetit eis unicum essonium de malo veniendi apud turrim, vel coram Justiciariis in judicio, ꝙ si ibi nõ venerint nec se essoniaverint, poterũt esse in defalta sicut ipse petẽs. Si autẽ adjudicetur ꝙ infirmitas sit in malum transiens, et ꝙ certus dies detur essoniato ꝙ compareat in judicio ad diem illum, possunt alii qui priùs essoniati non fuerint incipere tunc primò essonia sua unus vel omnes simul vel vicissim, ut supradictum est in principio. Et poterit unus vel quidam amittere essonium

suum

suũ per tacitã renuntiationẽ. Esto ꝙ A. cõparuerit, & B. se essoniaverit de malo veniendi, & ad alium diem comparuerit, & A. se essoniaverit, cùm B. ab initio electionẽ habuerit veniendi vel essoniandi se de malo lecti, eligendo viam veniendi, tacitè renuntiavit essoniũ de malo lecti. Et unde cùm ita cõparuerit & diem receperit, ad alium diem non habebit essonium de malo lecti ratione essonii precedentis de malo veniendi, propter interruptionẽ, eo ꝙ comparuit & ꝓpter tacitam renuntiationem. Et quia essonium de malo lecti im̃ediatè non sequitur essonium de malo veniendi. Et de essonio de servitio domini regis interposito possit disputari. Itẽ nec essonium habebit ille sic comparens de malo veniendi antequam omnes in juditio comparuerint, quia habet omnia essonia sua vel ꝙ tantundẽ valet, ratione supradicta. Defaltam autem possunt facere omnes vel quidam illorum secundum ꝙ de uno supradictum est. Et poterit unus ꝑtem suam amittere per defaltam ꝓpter suam negligentiam, & alius salvare se à defalta per suam diligentiam, quia res quæ petitur licet com̃unis sit, patitur sectionem et divisionem. De viro autẽ & uxore implacitatis nõ est ita, quia res uxoria divisionem non patitur inter virum & uxorem. Tota est enim utriusque in solidũ, et non in com̃uni, cùm sint una caro vir et uxor quãvis animæ diversæ. Et ideo si unus ipsorum defaltã fecerit, utrique erit damnosa. Et cùm defalta facta fuerit, capiatur terra in manum domini regis ꝑ parvum cape. Et ille qui defaltam fecerit, sum̃oneatur ꝙ sit ad alium diem auditurus judicium suum, nulla facta mentione de eo sive sit vir sive sit uxor qui defaltã non fecit. Si autẽ unus de pluribus moriatur antequam omnes comparuerint, cadit tota loquela. Si autem unus infra ætatem, sic remanebit loquela in suspenso usque ad ætatẽ. Si autẽ furiosus & dilucidis non gaudeat intervallis, sic remanebit loquela usq̃ ad mortẽ: quia ex quo semel animo & corpore incepit possidere, superveniente furore nunquàm desinere poterit animo possidere. Si autem dilucidis gaudeat intervallis, expectabitur tempus quo se melius habuerit. De fatuo vero & stulto aliud erit, secundum ꝙ inferius plenius dicetur in tractatu de exceptionibus.

¶ *1. Si quis essoniatus fuerit in comitatu de malo lecti qualiter debeat essoniatus apparere & quando. 2. Breve de videndo eum qui essoniatur in comitatu de malo lecti. Cap. 16.*

SI quis vero in com̃ essoniatus fuerit de malo lecti, illud idem observari videtur in comitatu quod in curia domini regis. Et cùm languor ei fuerit adjudicatus infra annum & diem venire debet ad aliquem certum locum ad hoc deputatum per comitatum. s. castrum aliquod, & ibi ostendere castellano quo die venerit, sicut constabulario turris ostenderet a si placitum esset apud West. in curia domini regis. Sed petens (ut videt̃) non habet necesse aliquem diem observare in com̃, cùm languor fuerit e adjudicatus & testatus, sed observet diem suum apud castrum, sicut faceret apud turrim, si placitum esset in curia dñi regis. Et videndum est inter cætera utrum essoniaret se de malo lecti in eodẽ com̃ ubi terra est quæ petitur vel

a! Note. Showing to the Constable of the Tower, in pleas depending in curia domini Regis apud Westm:

vel in alio. Si autē in eodē com̄, tunc habet vic. potestatē mittendi quatuor milites ad videndū, etiam sine brevi, qui videant & testificent, & ita ꝓcedant in omnibus, secundū ꝙ superius dictum est de curia dn̄i regis de defaltis, & licentia surgendi, & omnibus aliis. Si autē extra com̄ fuerit essoniatus, tunc non habet vic. potestatē mittendi milites de com̄ suo in alium com̄. nec multo fortius milites de alio comitatu ad videndū, quia ad hoc non extenditur sua jurisdictio. Habet igitur petens necesse ꝙ sibi perquirat per br̄e quòd essoniatus videatur per tale breve vic. directum ubi essoniatus jacuerit. ¶ 2. Rex vic. salutē. Mitte quatuor legales milites apud talem locum, ad videndum utrum talis infirmitas qua A. essoniavit se de malo lecti versus B. de placito terræ in comitatu tuo vel in alio com̄ tali sit languor vel non. Et si sit languor, tunc ponant ei diem à die visus sui in unum annum & unū diem ꝙ tunc sit ad ꝓximū com̄. Et si convaluerit antequā visus factus & testatus fuerit, bene poterit com̄ dare licentiā surgendi essoniato, secundū ꝙ in curia dn̄i regis observatur. Quam quidē si com̄ essoniato denegaverit, ad querelā ipsius poterit dominus rex in defectu com̄ licentiā surgendi dare. Et eodē modo si loquela fuerit in curia baron̄ vel alterius qui curiam habet, poterit dn̄s rex licentiam dare surgendi in defectu curiæ per tale br̄e. Forma brevis supra, ubi petitur licentia surgendi & sic incipit: Ostensum est nobis. In fine notandū, ꝙ si essoniatus ad diem sibi datū ꝑ visores non venerit, excusari poterit à defalta ꝓpter casus fortuitos, & legitima impedimenta intervenientia, si ꝓbentur, secundū ꝙ supra tactū est in parte, & inferius dicetur plenius de defaltis.

¶ 1. De essonio de malo villæ. 2. Ubi non jacet essonium de malo villæ. Cap. 17.

EST etiam inter alia essonia essoniū anomalū, eo ꝙ nō sequitur regulam aliorū essoniorū, ꝙ dicitur essoniū de malo villæ, ubi quis primo die in curia cōparuerit & se obtulerit, & sine responso eodē die recesserit, si ꝓpter infirmitatē aliquā supervenientē, à loco ubi hospitatus fuerit & receptus se transferre non possit, nec ad curiā venire, mittere debet ad curiam duos essoniatores qui re vera essoniatores dici non possunt, quia diē non recipiunt, sed nuntii & excusatores, qui in curia publicè ꝓtestantur, ꝙ talis tali infirmitate detentus est in eadē villa, vel in alia tali ubi ꝑnoctavit quòd ad curiā venire non possit pro lucrari nec pro ꝑdere, & sic recedant, & eodē modo mittat secundo die duos, sed alios à duobus primis, & eodē modo tertio die sed diversos à primis, & sic excusatur usq; ad quartū, & quarto die mittantur ad infirmū ex parte Justic. quatuor milites, si in curia vel in villa inveniantur, ad audiendū q̄m talis loco suo attornare voluerit ad lucrandū vel ꝑdendū in loquela quæ est inter ipsum & talē petentē. Si autē ipsum ibi invenerint, capietur attornatus si ipse ꝑsonalitèr venire non possit. Si autē in villa tali nō inveniat̄ & hoc testet̄ per quatuor milites, erit tenens in defalta, ac si essoniatus esset de malo lecti. Sed nec ōni cōpetit essoniū illud nec ōni loco. ¶ 2. In com̄ autem non jacet essoniū de malo villæ, propter brevitatem temporis

temporis de die comit, & ubi non expectatur quartus dies, ut de termino sancti Hilarii anno regni regis Henrici sexto in comitatu Buck. de Alicia de Jarpmille & Petro de Imnere. Itē nec coram justiciariis assignatis ad aliquam assisam vel juratam capiendam, vel aliquid tale faciendū ad certum diē, ubi non expectatur quartus dies. Itē nec in persona alicujus attornati sive in comitatu sive in curia dni regis factus fuerit attornatus, quia licet milites mittantur ad eum, ipse attornatū facere nō possit non magis quâm ꝓcurator ꝓcuratorem: ut de term. Paschæ anno regni regis H. nono in comitatu Buck. de attornato Henry de S. Warerico qui se essoniavit apud West. de malo villæ ꝑ tres dies, et in quarto die (habito consilio & tractatu inter justiciarios) non fuit ei essonium de malo villæ allocatum, quia non potuit facere attornatum, etsi quarto die venire posset personaliter, tamen salvare non posset tres dies ꝑteritos, et unde dominus suus fuit in defalta, & capienda esset terra in manū dñi regis per parvum cape, eo quòd in curia optulit se pro domino suo, & à justic. qui recordum habent visus fuit in curia. Itē esto quòd post essonium de malo lecti & languorē testatum per quatuor milites, fecerit quis defaltam antequam in curia comparuerit, eodem modo capienda erit terra in manum domini regis per parvum cape, ac si priûs in curia cōparuisset, quia diem sibi datum per quatuor milites dedicere non potest non magis quâm si ei daretur in curia, quia in hoc habere debent recordum, nec mandabitur dies captionis sicut per magnum cape, quia nunquam diceretur, quia non servavit diē sibi datū per quatuor milites. Et ꝙ habent recordum, & ꝙ contra ipsorum recordum defendi non poterit, nec ꝑ legem, nec per unum audientē & unum intelligentē quin stetur eorum recordo: habetis de Itinere M. de Pateshull in comitatu Leycestr̄ de tempore regis Johannis, sed hoc fuit, quia essoniatus coram quatuor militibus cognovit se esse essoniatum, quod quidem defendere non potuit per legem contra eorum recordum, cùm ipsum in lecto invenerint essonium non dedicentem: Si autem sic eum non invenerint, aliud erit. Eodem modo si quis extra judicium coram justiciariis attornatum fecerit, licet in curia, si comparuerit & defaltam fecerit, capienda est terra in manum domini regis ꝑ parvum cape, ac si in curia comparuisset, quia sumonitionem defendere non potuit contra recordum justic. & eo ꝙ fecit attornatum, ꝑ consequens cognovit se esse sumonitum, & secundum quod dicetur infra plenius de defaltis.

Se actione reali.

Tractatus tertius Libri quinti, in quo tractatur de Defaltis.

¶ 1. *De contumacibus & non venientibus ad judicium post legitimam summonitionem.* 2. *Compensatio defaltarum.* 3. *De excusationibus non venientis.* 4. *Si legitimè summonitus defaltam fecerit, breve quod vocatur Magnum cape.* 5. *Natura & effectus brevis Magnum cape juxta virtutem vocabulorum contentorum in brevi.* 6. *Qualiter terra capta in manum domini regis per defaltam peti debeat per plevinam.* 7. *Quid fieri debet in placito advocationis post defaltam.* 8. *Qualiter defenditur summonitio & sursisa per legem.* 9. *Si defalta facta fuerit qualiter sit procedendum.* 10. *Irrotulatio post defaltam.* 11. *Breve de seysina habenda postquam quis recuperaverit per defaltam.* Cap. 1.



REdeamus igitur ad diem sūmonitionis in actione reali. Dictum est supra qualiter quis excusatur ꝑ essonia si ad judicium non venerit cûm fuerit sūmonitus legitimè: Nunc autem dicendum est de contumacibus & nō venientibus ad judicium, qualiter ꝓcedendum sit contra eos in actione reali secundū ꝙ fuerit simplex, mixta vel duplex. Et ideo videndum quis dici debeat contumax & quæ pœna sequat̄, cùm, quando res aliqua petitur imobilis per actionem in rem (contumax dici poterit sive reus latitet sive non) ad judicium summonitus sui copiam nō fecerit nec defensus fuerit. Latitare autem est si quis se turpiter occultaverit, & copiam sui non facere est, quando reus id agit ne adversarius potestatem sui habeat, licet præsens fuerit in curia. Et sive reus contumax fuerit sive non, sufficit ad hoc quòd ꝓcedatur contra ipsum, ꝙ simpliciter absens sit ex quacunq̄ causa. Et unde si primo die non venerit, nec secundo, nec tertio, nec quarto, tunc offerente se liti petente, quocunq̄ die venerit ante quartum diem, capiatur terra sive res petita in manū dn̄i regis propter defaltam non venientis, quam quidem captionem modica sequitur pœna vel etiam nulla. Et unde si reus venerit infra xv. dies post captionem & illam ꝑ plevinam petierit, si ad diem sibi datum in curia defendere se possit de defalta, si petens inde judiciū petierit reformabitur ei possessio, ut de principali respondeat. Sed quid si primo die non venerit tenens, & petens primo die se obtulerit & visus fuerit à justic. in curia qui habent recordum si petens in crastino se obtulerit, si defaltam sanare non possit, amittere poterit seysinam. Et eodē modo si tertio die vel quarto. ¶ 2. Sed quid si neuter ipsorum cōparuerit primo die, sed uterque in crastino, tunc fiat compensatio defaltarum, cùm pares sint in culpa: ut supra dicitur. Et sic fiat de aliis diebus usque ad quartum diem. Si autem impares fuerint, ut ꝑdictum est, ꝙ aliquo die compareat petens, & tenens non, velècontrario, tunc fiat eodem modo ut supra. Si autē primo die comparuerit petens, & tenens non: et in crastino tenens, et petens non, si tertio die comparuerint

plevin

this is ambiguously expressed.

rint ambo, fiat inter eos ut supra dictum est compensatio, & sic semper usq ad quartum diẽ, & in quarto die, & ulterius,non nisi petens voluerit. Poterit tamen tenens,& eodẽ modo petens,excusare se usq ad quartũ diẽ, multis modis. Tenens,s. antequam in curia cõparuerit si sũmonitionem defenderit & sursisam, & essoniũ tam de malo veniendi q̃m de malo lecti, si forte fuerit interjecta, secundũ q̄ supradictũ est in tractatu de sũmonitionibus. Itẽ excusare se poterit usq in quartũ diẽ, & in quarto die, ꝑ rationabilia impedimẽta intervenientia, si fuerint ꝓbata : & etiã post quartum diẽ si infra quartum diẽ ꝑ nuntium legitimè fuerit excusatus qui impedimentũ ostenderit corã justiciariis in juditio, q̃ talia esse possunt. ¶ 3. Si quis per vim majorẽ detentus fuerit, cui resistere nõ possit, ut si captus fuerit & in prisona detentus, non tamen ob sui culpã. Itẽ si inciderit in latrones qui eũ ligaverint, & spoliaverint, & detinuerint forte, q̄ nuntiũ mittere nõ possit infra quartũ diẽ, quo casu post quartũ diẽ excusabitur, dum tamẽ impedimentũ ꝓbetur. Itẽ excusari poterit ꝑ inundationẽ aquarũ & tẽpestatem. Item si pons solutus fuerit, vel navigium subtractũ per fraudẽ petentis, dum tamẽ ei objici nõ potest q̄ ire possit ꝑ circuitum, vel q̄ alii eadẽ die qua transire debuit cõmode & sine difficultate & absq periculo transierunt. Secus autem erit si cum periculo,quia nõ debet quis se in periculis & infortuniis exponere. Eodẽ modo poterit impedimentũ intervenire de nivibus, & glacie, & aliis multis modis. Si vero infra quartũ diẽ non venerit nec se excusaverit, ut ꝓdictum est, sive ita fuerit impeditus sive nõ, capiatur terra vel res petita in manũ dñi regis, ꝓpter defaltã, per visum legalium hominum, & fiat talis irrotulatio petente se liti offerente: A. optulit se quarto die versus B. de placito q̄ reddat ei tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa vel advocatione talis Ecclesiæ, vel cõmuniam pasturæ ad tot averia quæ clamat ut jus suũ versus eum:vel,ut dotẽ suã, et sic de aliis rebus omnibus q̃ petuntur ex tali actione,& B. non venit,& sũmoneas &c. Judiciũ &c. Terra vel talis res capiatur in manũ dñi regis,& dies &c. et sũmoneatur q̄ sit ad talem diẽ inde responsurus & ostensurus quare nõ fuit corã justic. nostris ad talem diẽ &c. per tale brẽ. Forma brevis talis est, q̄ dicitur magnum cape. ¶ 4. Rex vic. salutẽ. Cape in manũ nr̃am ꝑ visũ legaliũ hominũ de comitatu tuo tantã terrã cũ ꝑtinentiis in tali villa, vel pasturã ad tot oves,vel talẽ advocationẽ, q̃m A. de N. in cur̃ nr̃a corã justic. nr̃is apud West. clamat ut jus suum versus talem ꝑ defectu ipsius talis, vel si dos petita fuerit,tunc dicatur ita:scilicet quam A. (q̃ fuit uxor B.) in curia nostra &c. clamat in dotẽ versus C. ꝑ defectu ipsius C. vel tertiã partẽ tantæ terræ cum ꝑtinentiis &c. et ita de singulis rebus quæ petuntur per actionem in rem, secundum formam brevis originalis, & tunc ibi sic. Et diem captionis scire facias justic. nostris apud West. per literas tuas sigillatas. Et sũmoneas per bonos sũmonitores prædictũ C. q̄ sit coram eisdem justic. nostris apud West. inde respõsurus, & ostensurus quare nõ fuit corã eisdẽ justic. nostris apud West. ad talẽ diem sicut sũmonitus fuit, vel quare non observavit diẽ sibi datum ꝑ esson suũ ad talem

Excuses for not appear. the 4th day.

If none.

Magnum Cape

talem terminũ (si forte fuerit essoniatus & diẽ habuerit ꝑ essoniatorẽ suũ.) Et habeas ibi sũmonitores, & hoc breve, & nomina eorũ ꝑ quorũ visum hoc feceris Teste &c. Et notandum ꝙ captio ista in manũ dñi regis ꝑ magnũ cape locũ habet ubi quis defaltã fecerit anteq̃m in curia cõparuerit vel attornatũ fecerit ꝙ tantundẽ valet. ¶5. Et quia scire nõ poterit quid sequatur ex tali captione in manũ dñi regis, nisi sciatur de virtute brevis et vocabulorũ in brevi contentorũ, inprimis videndũ est, quid sequatur ex tali vocabulo sive dictione, cape in manũ nostrã &c. et quid inde sequatur, perpendi poterit manifestè ex ꝑmissis paulò ante. Ad hoc autẽ, ꝙ dicitur, per visum legalium hominũ, ut ꝑpendi possit & testificari (si opus fuerit) si capta fuerit in manum dñi regis, et per eorũ visum. Et si capta fuerit per eorũ visum, tunc quo die, quia in hoc habent recordum cui cõtradici nõ poterit, quantũ ad hoc, secundum ꝙ defalta facta fuerit ante apparitionẽ vel post, et secundum quod sũmonitionem testati fuerint vel non. Itẽ continetur, pro defectu talis, sine aliqua ꝓbatione, quia sufficit sola absentia, licet non ꝓbetur ex qua causa, & licet excusationẽ habuerit, tamen de excusatione cõstare nõ poterit justic. anteq̃m tenens apparuerit, excusationẽ suam ꝓtendẽdo, ꝑmittendo et ꝓbando, ut supra de excusationibus. Item dies captionis indorsari debet in tergo brevis, ut per hoc, & attestationẽ militũ sciri possit quo die terra capta fuerit, & per consequens si ad horam petita fuerit ꝑ plevinam, quia peti debet per plevinam infra quindenam postq̃m capta fuerit in manum dñi regis: ꝙ si antequam capiatur in manum dñi regis petatur per plevinam, vel post quindenam, nõ petitur ad horam: et ideo peti poterit maturiùs, vel tardiùs quàm deberet. Debet petitio sic irrotulari. Talis petiit per talem (si per alium petierit, quàm per seipsum) tali die terram suam ꝑ plevinam q̃ capta fuit in manũ dñi regis, per defaltam quam fecit versus talem, coram justic. nostris talibus tali die: et bre non habebit, nec aliud fiet, nisi ꝙ dicetur ei, quòd observet diem suum in brevi de captione contentũ. ¶6. Videtur igitur per hoc q̃ ꝑ talẽ plevinam & diem receptum ꝑ se cùm in ꝓpria ꝑsona petierit, & diem receperit secundũ sũmonitionẽ ꝑ breve de captione, sive sũmonitus fuerit, sive non, ꝙ ulterius dedicere non poterit sũmonitionem si postea in judicio defaltã fecerit s. post captionem. Si autẽ per alium quàm per semetipsũ, videtur ꝙ fieri debet contrarium, ꝙ defendi possit per legem, si primam & ultimam defenderit sũmonitionem. Captio vero simplex esse debet. Non enim debet per hoc tenens impediri quin omnium rerum & tenemẽtorũ illorũ liberã habeat administrationẽ, sive jus habuerit in eisdẽ sive nõ, quia si sic non esset, potius diceretur disseysina quàm districtio. Et unde si tempore quo res sic fuerit in manu dñi regis contingat Ecclesiam aliquam vacare ꝙ sit de ꝑtinentiis, ad tenentem spectabit collatio, et non ad regẽ. Cùm autẽ sic petatur per plevinam, non erit statim replegianda tenenti, antequam in judicio comparuerit, & tunc sciatur utrum petens se tenere voluerit ad principale placitũ vel ad defaltã. Cùm autem ad principale placitum se tenuerit, sic renunciat defaltæ, et erit

defalta

defalta nulla, et res replegianda. Si autem se tenuerit ad defaltam, adhuc non erit replegianda, donec sanaverit defaltam, quod si sanare non possit, extunc erit seysina petenti adjudicanda. ¶ 7. Dicitur in præcedenti, quòd res petita capi debet in manum dñi regis. Esto igitur, quod in placito advocationis fieri debeat captio in manum dñi regis, sed cùm jus advocationis incorporale sit, & invisibile, nec tangibile, qualiter ergo capi poterit in manum dñi regis quod videri non poterit nec tangi? Erit igitur officium vicecomitis in hac parte, quòd assūptis secum probis & legalibus hominibus vicinis, accedat ad Ecclesiā cujus advocatio petitur, & ibi publicè protestetur corā probis hominibus quod seysiat in manū dñi regis Ecclesiā illā, et per consequens jus advocationis quod est in corpore Ecclesiæ, licet illud jus sit incorporale. Et cùm ceperit corpus in manum dñi regis quod est visibile & tangibile, per consesequens capit id quod est incorporale licet invisibile & non tangibile. Jus enim sine subjecto vel corpore cui insit esse non poterit. Et vulgariter dicitur, talis habet vel petit jus advocationis talis Ecclesiæ, & non talis manerii: et ideo non est necesse quod maneriū capiat, licet Ecclesia sita infra aliquod manerium, sit de pertinentiis ejusdem manerii. Continetur etiam in brevi de captione, quòd tenens sumoneatur quòd sit respōsurus de principali placito, et ostensurus &c. Ad quod sciendū, quòd ad tale sumonitionē nunquam sequatur essoniū, quia priùs oportebit tenentē respondere de defalta. Itē nec dies rationabilis propter contumaciā s. xv. dierum; non magis quàm ad disseysinā propter roberiā. Sumonitores tamen venire debent coram justic. si opus fuerit ad testificandam sumonitionem. ¶ 8. Ad diem vero sumonitionis per breve de captione, aut venit tenens aut non venit, si autē venerit, tunc inprimis queratur à petente utrū se tenere voluerit ad principale placitū, vel capitale, vel ad defaltā. Si autē ad capitale placitū, tūc quasi renūtians defaltæ, statim et eodē die ad capitale placitū petenti respōdebit. Si autē se tenuerit ad defaltā, tūc habet tenēs necesse defēdere sumonitionē & sursisam, et similiter aliquādo tam essonia de malo veniēdi quam essonia de malo lecti, si fuerint interjecta, ubi oportet quod diligēs fiat examinatio ad cautelā. Si autē simpliciter defendat sumonitionē & sursisā, & appareāt sumonitores qui sumonitionē testētur, ubi priùs fuerit sufficienter testificata, & qui more testiū diligēter & separatī examinati, & in oībus cōvenientes, sufficiēter probaverint sumonitionē, tūc demū necesse erit tenēti propter præsumptionē testificationis sumonitorū, sumonitionē defēdere per legē, cū nulla sit sumonitio nisi cū sit testificata et probata. Nec erit (ut prædictū est) tra replegianda antequam tenes legē fecerit, vel in lege faciēda defecerit. Dabitur igitur partib' ali' dies de lege faciēda, cū tenēs plegios invenerit de lege faciēda. Nec etiā poterit tenēs attornatū facere ad legē faciēdā, cū ipse tenēs legē vadiaverit, qd' si fecerit, nisi illā fecerit in propria persona defaltā facit. Ad diē vero sibi datū ad legē faciendā, poterit tenēs se essoniare si voluerit, & petēs eodē modo, eodē die, & vicissī, si voluerit, quià nō licet ī hac parte tenēti qd' petēti nō licet nec ecōversò. Ad diē vero legis, aut tenēs facit legē suā, aut deficit in lege faciēda.

Si

Return of magnum cape

19 Redre.

Si autē legē fecerit, tanquā excusatus à defalta eodē die ad placitum principale respondebit. Sufficit enim ad dilationē & ꝓ rationabili sumonitione tenentis, tempus intermedium inter legem vadiatam & legē factā. Si autē in lege defecerit tenens, tunc amittet seysinā, & petens seysinam recuperabit, & tenens in misericordia. Et habeat ille tale recuperare, quale habere debebit, & plegii de lege, secundū quosdam, quieti erunt de misericordia, quia sufficit ꝙ eum habuerunt ad legē faciendā in curia, licet in lege facienda deficeret, ad similitudinē plegiorū de ꝓsequendo. Sed secundū alios (& melius) omnes in misericordia, quia nō sunt plegii inventi solūmodo ad veniendū ad curiā, nisi plegiatus id fecerit, ad ꝙ faciendū plegios invenerit. Queri possit inter alia cùm tenens ꝑ legem factā se defenderit à defalta, quare petens jacturā causæ suæ non incurrat, s. b͞re vel actionē, sicut ipse tenens seysinam suam si de lege deficeret. Respondeo. Sufficit ei ꝓ cōmodo ꝓpriæ seysinæ reformatio. Esto etiam ꝙ tenens primo die sumonitionis post defaltā et captionē terræ in manū d͞ni regis nō venerit, sed secūdo, tertio, vel quarto die, & petens primo die venerit, & se optulerit, & petat judicium de utraque defalta, tunc habet tenens necesse utramq̄ defendere, nisi forte ita sit ꝙ personaliter post captionē terram petierit per plevinam, quo casu de facili defēdere nō possit secundam sumonitionem et diem à justic. datū in ipsa replicatione, et ab eo recollectum & receptum. Si autē nihil ipsorū intervenerit, vel per aliū petita fuerit quàm ꝑ ipsum, tunc utramq̄ poterit defendere sumonitionem, si utraq̄ fuerit testificata & ꝓbata. Si autē neutra, tunc liberatur à defalta. Si autem una tantum, tunc oportet ꝙ illam defendet eodē modo quo supra. Si autē utraq̄, & in ꝓbatione utriusq̄; defecerit, erit in defalta. Et eodem modo si in ꝓbatione unius, & adjudicabitur seysina petenti. Si autem utramque legem fecerit, reformabitur ei seysina ut incontinenti respondeat. Si autē primā summonitionem defenderit & cognoverit secundam, erit in defalta nisi impedimentum illegitimum allegaverit & ꝓbaverit. Et quo casu, quāvis impedimentū ꝓbatum fuerit ut legitimum, si terra capta in manum d͞ni regis legitimè non fuerit ad horam petita per plevinam. ¶ 9. Redeamus ad judicium post secundam defaltam, & captionem terræ, sive alterius rei, in manum d͞ni regis, ubi tenens omninò non cōparuerit, nec ad primum diem, nec secundum, nec tertium, nec quartū, ꝑ seipsum nec per nuntium, ut p̄dictum est; quo casu non poterit excusari defalta, & ideo sequitur judicium sub hiis verbis. ¶ 10. A. qui præsens est, s. petiit versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut jus suum, & B. non venit & sumonitus fuit aliàs & summonitio fuit testata vel non dedicta, & ita quòd terra capta fuit in manum domini regis per defaltam, quam idem B. fecit tali die & ipse iterum summonitus ꝙ esset ad hunc diem, & non venit, & mandatum fuit vic. quòd mandaret diē captionis, et vic. mandavit, diem captionis et quòd sumonit' fuit, nec terra petita fuit ꝑ plevinā, vel si petita fuerit, non fuit petita ad horā, et ideo consideratum est ꝙ A. recuperet seysinam suam, et B. in misericordia

cordia, & fiat postmodũ irrotulatio juditii sub eisdem verbis, A. optulit se quarto die versus B. de placito tali &c. ut supra, & breve de facienda seysina tale erit. ¶ 11. Rex vic. salutẽ. Scias quòd A. de N. in curia nostra coram justiciariis nr̃is apud talẽ locum, p cõsideratione ejusdẽ curię nostræ recuperavit seysinam suam de tanta terra cum ptinentiis in tali villa, ut de jure suo, velut de dote sua, versus B. de N. per defaltã ipsius B. & ideo tibi præcipimus ꝙ ipsi A. de pdicta terra sine dilatione plenariã seysinam habere facias Teste &c. Et ita fit missio in seysinam quasi ex secũdo decreto post captionẽ terræ in manũ dñi regis, cùm illa captio sit quasi prima missio.

¶ 1. *Quale competat remedium tenenti postquàm amiserit per defaltam & usque ad quod tempus.* *Cap. 2.*

CUm autem tenens ita amiserit per defaltam, videndum si ꝙ remedium competat ei qui sic amisit & quale. Et sciendum ꝙ competit ei remedium, & recuperare per breve de recto omni tempore si placitare voluerit, quousque tenens posuerit se in magnam assisam, ita ꝙ quatuor milites summoniti fuerunt ad eligendum duodecim secundum quosdam, & secundum alios quousque duodecim electi fuerint. De hoc autem contentio fuit inter veteres, & eodem modo (ut videtur) donec tenens duellũ vadiaverit, si duellũ elegerit: ad paria enim judicatur in multis magna assisa et duellũ, & tunc vero deinceps non habebit quis aliud recuperare, quia abjudicabitur sibi & hæredibus suis seysina imperpetuum. Propter dissensum vero antiquorum non poterit teneri aliquod certum quid fieri debeat, si defalta facta fuerit cùm quatuor milites sumoniti sint ad eligendum cùm quidam dicant sic, quidam contrarium. Sed tamen ꝙ recuperare suum debeat habere in hoc ultimo casu, ꝓbatur in rotulo de termino P. anno regis H. decimo sexto in com̃ Oxoñ, de Fray Pinchard, ubi ipse nec hæredes sui præcisè fuerint abjudicati; sed quòd haberent tale recuperare quale habere deberent. Sed quòd nullum habere debent postquàm duodecim electi fuerint, sed ex toto abjudicantur, probatur in rotulo de termino Sancti Michaelis anno regis Henrici quarto incipiente quinto in comitatu Buck. de Johanne filio Rowlandi. Et ad hoc concordant alii plures casus. Itẽ habere poterit remedium tenens qui amisit, si fraudulenta deceptio petentis intervenit, ubi nulla omnino summonitio facta fuit, mentitur tamen fieri, & hoc detecto nec captio aliqua nec abjudicatio per defaltam. Et si judicium reddatur in hoc casu pro petente, quicquid actum fuerit revocabitur secundum quod superius dicetur. Item habebit tenens suum recuperare ubi in absentia sua cum peregre profecturus fuerit abjudicata fuerit ei seysina, cum summonitione præventus non fuerit, ut supradictum est. Sed per quale breve videndum, quia justic. non sunt in culpa, nec etiam petens, cùm hoc factum sit per imperitiam summonitorum qui testati sunt legitimam esse summonitionem. Via igitur melior est (ut videtur) ꝙ tenens dicat se esse injuste disseysitum quamvis cum judicio, quia injuste, eo ꝙ per injustum judicium. Et unde

writ of seisin.

What remedy for Tenant. after Judgment

cùm petens qui recuperavit responderit ad assisam & seysinam, vocare poterit curiam regis ad warrantum, q̃ quidem decepta fuit, per quam quidem poterit talis processus & tale judicium revocari.

¶ 1. *Qualiter sanatur defalta per servicium domini Regis.* 2. *Brevia quæ excusant per servicium domini Regis.* 3. *Qualiter excusatur absentia multis modis.* 4. *Si post defaltam capiatur dies amoris.* 5. *Quis possit remittere defaltam.* Cap. 3.

ANte judicium vero poterit defalta sanari multis modis, sicut judicium cùm factum fuerit revocari. Inprimis per servicium domini regis, si in servicio suo fuerit, ita quòd mittere non possit nec venire, quia servicium domini regis nulli debet esse damnosum, nec etiam ei ita ad commodum, quòd alteri sit injuriosum. Brevia autem de warrantia de servitio domini regis, sub hac forma concepta sunt. Varia sunt enim genera defaltarum, aut fit defalta coram justic. itinerantibus, aliquando pro communi summonitione, & aliquando pro placito terræ, quo casu fiant brevia in hac forma. ¶ 2. Rex dilectis & fidelibus suis justiciariis itinerantibus in tali comitatu salutem. Sciatis quòd talis fuit in servitio nostro tali die apud talem locum, ita quòd in itinere vestro coram vobis esse non potuit tali die pro communi summonitione. Et ideo vobis mandamus, quòd occasione communis sive generalis summonitionis coram vobis factæ de militibus & liberè tenentibus & aliis in itinere vestro, ipsum talem non ponatis, nec poni permittatis in defaltam, quia absentiam suam quoad hoc ei warrantizamus, vel aliter: quòd talis fuit in servitio nostro &c. ut supra, ita quòd coram vobis esse non potuit in loquela quæ est inter ipsum & talem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et ideo vobis mandamus quòd propter absentiam suam ad diem illum coram vobis non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens, quia diem illum ei warrantizamus. Et eodem modo quo dies warrantizantur, poterit terminus warrantizari ex causa, scilicet à tali die usque ad talem diem, & sic majoris causæ occupatio excusat aliquem et defendit à pœna contumaciæ, sicut facit adversa valitudo, pœnam enim contumaciæ non patitur quem adversa valitudo, vel majoris causæ occupatio defendit. Item sicut locum habet warrantia per breve domini Regis in minoribus curiis coram justiciariis de curiis domini regis, ita locum habebit de curiis domini Regis in comitatu, vel in curiis baronum, vel aliorum qui curias habent de placitis et sectis, et aliis quæ in comitatibus vel in curiis placitari possunt vel terminari, et tunc sic. Scias quòd A. de N. fuit in placito, vel in quadam assisa vel jurata (vel alia de causa, secundum quod necessitas exigerit) in curia nostra coram justiciar. nostris apud talem locum tali die per præceptum nostrum, ita quòd ad diem illum coram te in comitatu tuo esse non potuit, pro loquela quæ est in eodem comitatu tuo inter ipsum talem et talem de tanto terræ, vel de qualicunque alia re vel aliter si terminus warrantizari debeat. Scias q̃ talis &c. fuit coram

nobis

nobis in placito tali die, et in craſtino et tertio et quarto die vel à tali die uſque ad talem vel tali die ita quod tali die coram te eſſe non potuit, nec in craſtino ita quod totum tempus computetur quo fuit coram juſtic. in curia domini Regis et omnes dietæ in veniendo verſus patriam, ut ſciri poſſit q̄ ita legitima ſit excuſatio de toto tempore illo, et tunc dicatur: et ita q̄ infra terminum illum coram te in comitatu tuo in tali placito eſſe non potuit. Et ideo tibi præcipimus quòd propter abſentiam ſuam infra terminum illum coram te in comitatu tuo non ponatur in defaltam, nec in aliquo ſit perdens, quia terminum illum ei warrantizamus. Vel aliter, quòd propter abſentiam ſuam ad diem illum vel infra terminum non ponant eum in defaltam, nec in aliquo coram te occaſionetur per quod ſit perdens, quia diē illum ſive terminum illum ei warrantizamus. Teſte &c. et eodem modo ſcribatur ballivis curiarum. Et qualiter formari debeat breve ſatis perpendi poterit ex præmiſſis. Item poſſunt juſticiarii ſcribere eodem modo vicecomitibus et ballivis curiarum nomine proprio, ſed tamen ex parte domini Regis hoc modo. Scias vel ſciatis &c. ut ſupra. Et ideo tibi vel vobis mandamus ex parte domini Regis, quòd propter abſentiam ſuam &c. ut ſupra. Et ſic excuſat magis adjutorium aliquem à defalta in judicio minori. Et eodem modo excuſat conſimile adjutorium vel æquale, ut ſi juſtic. de banco ſuo nomine ſcripſerint juſtic. itinerantibus, vel ècontrariò: licet par in parem non habet imperium. Et tunc dicatur, A. B. et ſocii ſui itinerantes in tali com̄. vel juſtic. de banco dilectis amicis et ſociis ſuis A. B. et ſociis ſuis itinerantibus in tali com̄ (ſecundum quod ſe ipſos velint præponere vel poſtponere in mandato) & tunc, ſciatis ut ſupra. Et notandum quòd dn̄s Rex nec alius poterit aliquem ſic warrantizare, vel defaltam ſanare, quòd quis aliquid lucretur ab adverſario per abſentiam, ſed quòd indempnis obſervetur. Item nec quòd judicium differetur de aliquo quod ſit contra pacem domini Regis, ſicut de utlagaria, & hujuſmodi, ſicut de Richard Syward in comitatu Gloc. inter placita quæ ſequuntur Regem, anno regni ſui triceſimo tertio, & ita obtinet quòd major curia et æqualis excuſat et defendit à defalta, minor autem nunquam in majori. ¶ 3. In fine notandum, quòd ſola abſentia facit contumaciam, nec probari debet, licet ſufficit ſola abſentia niſi fuerit rationabiliter excuſata quòd neceſſaria fuerit, et non voluntaria, ſecundum quod neceſſe ponitur pro inevitabili, et ideo neceſſitas excuſat non voluntas, ſcilicet non nolle, ſed impotentia per neceſſitatem. Neceſſitas autem aliquando præcedit ſummonitionem et excuſat à defalta, quandoque concomitatur ſummonitionem et quandoque ſequitur et evenit poſt ſummonitionem, & quandoque provenit excuſatio non ex neceſſitate. Procedit aliquando ſum̄onitionem neceſſitas et excuſat, ubi licet ſum̄onitus fuerit quis legitime, ad domicilium tamen venire non poteſt, nec mittere, nec ſibi providiſſe poterit propter neceſſitatem præcedentem ſummonitionem, ut ſi ſe eſſoniare poſſet vel facere attornatum, ut ſi ante ſum̄onitionem captus fuerit quis et impriſonatus, & ita in

prisona arctatus quòd venire non possit, nec mittere, secundum quod causa fuerit Civilis vel criminalis. Item nec sibi providisse, ut supradictum est. Itē eodem modo si ante sumonitionem effectus sit non sanæ mentis q̄ summonitioni consentire non possit nec sumonitionem recipere. Item si tam gravi infirmitate detentus sit ante sumonitionem q̄ discernere non possit, nec aliud cogitare nisi sit dolor & pœna. Item si in servitio dñi Regis detentus fuerit, non affectans fraudulenter illam necessitatem serviendi, nec procurans, cùm sic commode venire non possit, nec mittere nec sibi providisse, excusatur ex tali necessitate, & talis necessitas multotiens concomitatur summonitionem & præcedat, & ista necessitas excusat à defalta si probetur & à pœna, & impedit judicium. Et si continuæ fuerint hujusmodi necessitates ita quòd infra quartū diem post defaltam pponi non possint nec pbari, & pcedat judicium contra tenentem, si post judicium pponantur et pbentur, judicium et quicquid actum fuerit revocabitur. Eodem modo excusatur si quis peregrè pfectus fuerit ante sumonitionem q̄ sibi providere non potuit ut supra. Item est quædam necessitas superveniens & sequens sumonitionem, ut si summonitus legitimè post summonitionem inciderit in casus fortuitos, qui prævideri non poterunt, de quibus paulò ante dictum est. Et in quibus casibus omnibus si petens docere possit impedimentum esse illegitimum & necessitatem non legitimam vel nullam, vel aliter esse quàm tenens proposuerit: ex tali insinuatione sive negatione, fit res dubia, quo casu oportebit quòd veritas requiratur, & secundum hoc fiat judicium vel non defaltarum, vel si forte factum fuerit revocabitur vel tenebit. Sed quid si ante judicium de defalta vel post, ostenderit tenens breve domini Regis de warrantia, quòd fuit tali die in servitio suo in forma supradicta, quòd esse non potuit coram justiciariis eodem die in judicio, cùm forte in nullo servitio domini Regis extiterit, quia visus fuit eodem die coram justiciariis suis qui habent recordum, & inde contumaciter recessit, ita q̄ judicium præcessit contra ipsum de defalta, vel q̄ alibi fuit longe à loco ubi esse debuit in servitio, quod petens sit statim paratus probare. Item etsi in servitio fuerit, potuit sibi ante servitiū pvidisse, vel si in servitio fuerit nec potuit venisse nec sibi providisse, tamen potuit misisse, quia præsens fuit tota die cum ipso Rege, quæro an tale testimoniū ipsius Regis admittat probationem in contrarium, cùm petens excipiat (ut prædictum est) & paratus sit pbare exceptionem? videtur quòd sic, quamvis tale testimonium ipsius dñi Regis maximam inducat præsumptionē, vera tamen pbatio debet vincere illum, quę nulla alia erit, nisi quòd probetur dominum regem & consilium suum per falsam suggestionem, esse deceptum, Rex enim decipi possit cùm sit homo, Deus autem nunquàm, cùm sit Deus. Et quo casu cùm dominus Rex super hoc fuerit interpellatus in eadem perstiterit voluntate quòd velit tenentem esse defensū injuria, cùm teneatur justiciam totis viribus defensare, extunc erit injuria ipsius domini Regis, nec poterit ei necessitatem aliquis imponere quòd illam corrigat & emendet nisi velit, cùm superiorem

non

Testimonium Regis may be contradicted

non habeat nisi Deum, et satis erit illi pro pœna quòd Deum expectet ultorem. Et si justiciar sui necessitatem imponant Regi quòd judicium reddant in hoc casu vel consimilibus ita reddant juditium, q non pro juditio, sed quia dns Rex ita vult, et inde sequitur quòd juditium potius voluntarium sit quàm justum si dici debeat juditium. Et quicquid dicatur de facto Regis in eo quod est Rex, & perinde factum juditium, disputari non debet, nec factum à quoquam judicari nec revocari poterit, cùm sit justum. Si autem factum injustum fuerit, perinde non erit factum Regis. Et cûm non sit factum Regis quia injustum, inde disputari poterit, et factum judicari, sed idem emendari non poterit, nec revocari sine eo. Item notandum in fine quòd excusatur contumacia et defalta sine necessitate, sola voluntate, cùm sumonitus à non suo judice venire non teneatur. Et excusatur à defalta ante juditium & post, cùm fuerit probata. Et eodem modo si pcedat juditiū cum falso procuratore, quia cum non suo judice, vel falso procuratore, juditium nullum, controversia nulla. Item quia venire non tenetur, cùm nullam habeat sumonitionem, vel minus legitimam. Et quo casu non habet necesse venire ut respondeat de placito, sed ut alleget & probet summonitionem nullam vel minus legitimam. Et eodem modo si peregre profectus fuerit ante summonitionem sumonitione non præventus ut supradictum est. ¶ 4. In fine notandum quòd si post defaltam factam ante juditium capiatur dies amoris, vel translata sit loquela ab uno juditio ad aliud, ad instantiam et pcurationem petentis, qui lucrari deberet per defaltam et hoc simpliciter, nulla facta mentione de defalta, videtur per hoc quòd petens tacitè renunciat defaltæ, et ideo ad defaltam ulteriùs regressum non habebit. Et si hoc non fuerit per petentem sed per officium Judicis vel ex voluntate regis, vel ex necessitate aliqua, vel forte ad procurationem tenentis, aliud erit. Et si dies amoris capi debeat, expedit petenti quòd mentionem faciat de defalta, & q diem amoris capiat sub tali protestatione, q si amor se non capiat, salvus sit ei regressus ad defaltam, et durante placito & defalta in eodem statu in quo fuit die quo dies amoris captus fuit, & si talis forte non fiat protestatio, et dies amoris effectum non habuerit, si tenens ad alium diem defaltam fecerit, vix illam salvare poterit. Idem erit si petens post defaltam se essoniaverit. ¶ 5. Et quærendum quis possit remittere defaltam? dominus principalis, vel ejus attornatus, vel warrantus cûm warrantizaverit. Et sciendum quòd ille dominus principalis qui lucrari possit per defaltam: de attornato vero, & warranto dubitari posset. Sed si remiserint, videtur quòd tenet remissio, et sibi imputari poterit qui tales elegit.

De actione mixta

¶ 1. *Si in actione mixta facta sit defalta.* 2. *Si in uno brevi actio duplex.* 3. *Si petens defaltam fecerit & tenens venerit, si petens possit salvare.* 4. *Si petens non venerit nec tenens se essoniaverit.* 5. *Si unus ex pluribus tenentibus qui tenent in communi defaltam fecerit & alius essoniatus fuerit, & tertius comparuerit.* 6. *Si particeps nominatus in brevi sequi noluerit vel non venerit summoneatur ad sequendum si voluerit.* 7. *Si vir & uxor simul petant & alter eorum defaltam fecerit.* 8. *Si quis defaltam fecerit ante comparuerit si loquela translata fuerit ad magnam curiam.* 9. *Parvum cape si quis defaltam fecerit postquàm in curia comparuerit.* 10. *Forma brevis quod dicitur parvum cape.* 11. *Si quis defaltam fecerit in actione mixta.* 12. *Si duæ actiones quarum una personalis & alia realis currant versus unum in uno brevi.* Cap. 4.

no attachment in mixt action

SI autem actio mixta fuerit, & tenens defaltam fecerit sicut in partitione hæreditatis, ubi participes & cohæredes agunt ad divisionem hæreditatis inter se, & quilibet actor, & quilibet reus, licet talis actio sit tam in personam quā in rem, nullum fiat attachiamentum. De persona, quamvis hoc fieri posset quadam ratione, eo quòd est mixta & in persona, sed capietur terra in manum domini Regis per magnum cape, ut supra, sicut in proparte sororum, vel alibi, ubi res patitur divisionem inter participes. ¶ 2. Si actio fuerit duplex in uno brevi & ubi duę concurrunt actiones scilicet in personam & in rem, primò quòd quis sit ad respondendum quo warranto teneat aliquam rem, & postea addatur in fine quam Rex clamat ut jus suum, vel eschaetam suam, vel de antiquo dominico suo, vel de hujusmodi, licet utraq actio inutilis sit, in se si subtiliter inspiciatur quoad seysinam consequendam, tamen si tenens defaltam fecerit, & concurrat utraque districtio scilicet attachiamentum eo quòd una actio personalis est, & alia realis, tamen tenenda est illa districtio quæ magis ligat, & quæ litem & litis protractionem magis restringit, scilicet quòd capiatur terra in manum domini Regis per magnum cape, secundum quod superius dicitur. ¶ 3. Esto etiam quòd petens defaltam fecerit, & tenens venerit, & breve, offerente se liti tenente quarto die, recedet tenens quietus de brevi illo, & petens in misericordia. Sed si defaltam fecerit ante quartum diem in quarto die, vel post, ante judicium defaltæ, bene poterit sanare defaltam suam, excusationibus supradictis, & etiam si juditium factum fuerit, revocabitur, probata excusatione, & etiam quousque in magnam assisam se posuerit ita quòd quatuor milites sum̄oniti sunt ad eligendum, ut supra de tenente, nō enim licet in hac parte reo quod actori non liceat. Et quòd tenens remedium habere poterit de defalta & antequam duodecim eligantur, & post judicium, probatur de termino Paschæ anno Regis Henrici decimo quarto, de Paulino de Wycheleſſe & Stephano de Fredewylle in comitatu Oxoñ in præsentia Stephani de Seygrave & Radulphi Cicistrensis Episcopi tunc Cancellarii, & unde Paulinus fuit petens, & sanavit defaltam postquàm quatuor milites summoniti fuerunt ad eligendum duodecim prætextu servitii domini regis. ¶ 4. Item si petens non venerit, nec breve ad primum diem, & tenens se essoniaverit cùm non sit cui respondeatur, nec

vid: post. 372.

autori-

autoritas, nec warrantus procedendi, non absolvetur tenens omnino à judicio, sed dicatur ei quòd eat sicut venit. Et eodem modo fiat de essoniatore suo, si forte fuerit essoniatus. Et eodem modo si petens venerit vice versa, & non breve, nec tenens: dicatur ei illud idem ꝙ dicitur tenenti & essoniatori suo in casu consimili. Si autē petens & tenēs venerint vel se essoniaverint ambo vel unus eorum, tunc dari poterit alius dies, etiam si breve non venerit, & dicatur petenti vel essoniatori suo, quòd ad alium diem faciat venire, breve suum, & mandabitur vicecomiti ex parte Regis &c. Præsumitur enim eo quòd ambo apparent vel se essoniant, ꝙ vicecom̄ susceperit breve, & ꝙ tenens sum̄onitus fuit, eo tamen excepto à ꝑmissis ꝙ si ambo ꝑsentes fuerint petens & tenens, & bre non venerit, si tenens se offerat, & petat juditium, si debeat sine bre respondere, quietus recedet de brevi illo, si diē suum bene intellexerint. Si autem ambo erraverint et maturiùs venerint quàm deberent, nihilominus tenebit sum̄onitio & breve. ¶ 5. Item esto quòd unus petens plures implacitaverit tenentes, duos, vel tres, vel plures qui tenuerint in com̄uni, & unus eorum defaltam fecerit, & alius essoniatus fuerit, & tertius comparuerit, nullus sine alio respondebit. Dabitur igitur alius dies ei qui præsens est personaliter, ei vero qui essoniatus est per essoniatorem suum, contra ipsum vero qui defaltam fecerit procedatur ad defaltam per magnum cape, vel parvum, secundum ꝙ ante de defalta comparuerit in curia vel non. Et ita ꝙ non tota res quæ petitur capiatur in manum domini regis pro defalta unius, sed quatenus cōtingit portionem suam scilicet medietas rei petitæ, vel tertia pars, vel quarta, sive in propria persona litigaverit sive per attornatum, quia per defaltam attornati amittit dominus litis, sive omnes attornatum fecerint sive unus, & bene poterit unus ex pluribus per defaltam partem suam amittere sine participibus suis, licet sine eis ab initio non teneatur respondere. Et si omnes tenentes unum fecerint attornatum, per defaltam unius attornati poterunt omnes amittere. Item esto quòd unus ex pluribus participibus petentibus defaltam fecerit, & alii omnes in propria persona comparuerint, vel essoniati fuerint, quæritur qualiter erit procedendum versus absentem? Respondeo, omnes qui præsentes sunt vel essoniati habebunt alium diem, & ille qui absens est summoneatur quòd sit ad eundem diem ad sequendum cum talibus participibus suis si voluerint, per tale breve. ¶ 6. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit coram justic. &c. tali die ad sequendum cum B. C. participibus suis in placito quod est inter prædictos A. B. C. petentes & D. de N. tenentem de tanta terra cum pertinentiis in tali villa si voluerit. Et unde idem D. dicit quòd non vult eisdem B. C. respondere sine prædicto A. & habeas &c. Teste &c. Et si prædictus A. ad prædictum diem non venerit, nihilominus procedant B. & C. de parte sua si voluerint. Et quod de uno dicitur fieri poterit de pluribus, si sequi voluerint. Sed quid dicitur de uno participe & cohærede, qui petit versus participes & cohæredes suos partem suam cùm nihil habeat, & alii totum te-

If more than one Tenant

If more than one Demandant

tum teneant, et secundum quod res partibilis fuerit ratione tenementi vel ratione rei tantum, vel ratione personarum, habere poterit tale breve de proparte versus participes suos et petere partem suam, quia actio dicitur mixta, et ita consequetur partem suam, quia assisa mortis antecessoris, nec alia actio locum habebit, nisi actio de proparte, quæ inter cohæredes jus terminat et distinguit. Et quia ad quemlibet ipsorum participum, statim & in momento post mortem antecessoris descendit jus merum, quod quidem non erit inter alios cohæredes, cùm non sint partem capientes, quàmvis cohæredes, cûm totum jus merum tantum uni ex pluribus descendat, cûm hæreditas talis divisionem vel partitionem inter cohæredes non patiatur, et ideo semper unus præfertur omnibus aliis, cum sit hæres propinquior multis rationibus ut supra. Et cùm in tali actione mixta plures sunt qui teneant, sive unus petat sive plures, nullus eorum qui tenentes sunt respondebit sine aliis propter contributionem. Si autem plures sunt qui petant versus participes, quilibet petere debet per se, & non in communi cum participe suo petente, quia nullus eorum petit nisi rationabilem partem suam. ¶ 7. Si autem vir petierit cum uxore rem uxoriam, ipsi participes dici non poterunt ratione supradicta, & defalta unius utrique erit damnosa sive teneant sive petant. Et si tenentes fuerint, & per defaltam utriusque vel alterius terra capta fuerit in manum domini Regis, et ita quòd fieri debeat judicium de defalta, si uxor dicat virum suum mortuum esse, licet probationem vel sectam ad manum suam non habuerit, judicium remanebit in suspenso donec de veritate constiterit, et dabitur utrique eorum dies, et tunc probet uxor mortem et petens vitam: ut de Itinere Abbatis de Radinge & Martini de Pateshull tam in comitatu Surrey quàm Leycester de Hugone filio Wilhelmi. Sed quare recurritur ad duas probationes cùm una sufficeret? Quia cûm uxor dicat uxorem esse mortuam, ex tali protestatione non oritur nisi levis præsumptio, & si statim contra ipsam non excipiatur quòd vivat, tenetur in hoc casu probare dictum suum. Et si in probatione defecerit petens recuperabit, & uxor postea tale habeat recuperare quale habere debebit. Si autem petens contra dictum uxoris excipiendo dicat, quòd vivat, propter levem præsumptionem quæ oritur ex dicto uxoris, probet petens contrarium, scilicet exceptionem suam, scilicet vitam. Et in qua si defecerit cadit breve, & tenebit actio in persona uxoris. Et unde videtur quòd cûm una probatio sufficiat non est recurrendum ad duas. ¶ 8. Videndum est inter cætera quando locum habere debeat breve quod dicitur magnum cape, & breve quod dicitur parvum cape eodem modo. Et regulariter verum est, quòd in omni casu ubi quis summonitionem sibi factam dedicere poterit, & defendere per legem scilicet antequàm quis in curia comparuerit, scilicet in principio litis si loquela fuerit in curia domini Regis, vel alibi in comitatu vel in curia Baronum, vel aliorum qui curiam habent. Item si loquela à comitatu transferatur ad curiam domini Regis, licet quis in

com

com̄ se prius posuerit in magnam assisam, ita quòd quatuor milites sum̄oniti sunt ad eligendum xii. & tenentes in curia dñi Regis defaltam fecerint post sum̄onitionem eis factam per pone, tunc capiatur in manum domini Regis per magnum Cape: ut de ultimo itinere. M. de P. in comitatu Kanc. anno Regis H. xii. de Ingeriano de Shoford qui placitavit in curia per breve de recto. Et ideo quia diu placitasset in comitatu quæ est una curia, nunquam tamen cõparuit in curia domini Regis quæ est alia curia, & ideo defendere poterit sum̄onitionem & sursisam, & diem datum contra recordum comitatûs per legem. Sed quid si à curia baronis vel alterius propter defaltam, quia forte rectum tenere nolunt vel non possunt, sed ꝓbata defaltâ vel concessâ dederit serviens dñi Regis partibus diem ad comitatum, si tenens defaltam fecerit, capietur terra eodem modo in manum domini Regis quasi per magnum Cape, quia testata sum̄onitióne per servientem, poterit tenens illam defendere per legem. Idem (ut videtur) servari poterit ubi omnes loquelæ in banco ꝓpter iter Justiciariorum vel alia de causa positæ fuerint sine die, & iterum resum̄oneantur, si tenens post resummonitionem defaltam fecerit, videtur, ꝙ captio fieri debeat per magnum Cape, quia talem summonitionem defendere poterit tenens per legem, ex quo in curia diem non habuerit postquàm loquela posita fuerit sine die, & ita observetur in omni casu ad quamlibet novam resummonitionem. Sed videtur quasi contrarium, ut si cui bastardia sic objecta fuerit, quòd transmittatur inquisitio de bastardia vel legitimitate ad curiam Christianitatis, & facta inquisitione remittatur inquisitio statim ad curiam Regis, partes & loquela quæ posita fuit sine die ꝓpter objectionem bastardiæ, resummoneantur ꝙ sint ad audiendum judicium, quo casu si tenens non venerit, capiatur in manum dñi Regis ꝑ parvum cape, scilicet & ꝙ ꝑtes sint audituræ judicium suũ, & poterit esse ratio diversitatis ꝙ ex quo quis se ꝓbaverit legitimũ vel adversariũ suũ ad bastardũ, nihil superest faciendũ nisi tantũ judiciũ, ꝙ non est in aliis casibus. ¶ 9. Parvũ cape tunc locum habet cùm quis in judicio semel cõparuerit, & diem habuerit corã Justiciariis quocunq̃ tẽpore vel quacũq̃ ratione, ita ꝙ diẽ & sum̄onitionem sequentem dedicere non possit nec defendere per legem, vel si fecerit tenens aliquid per ꝙ præsumi possit quòd susceperit summonitionem, ut si cùm sum̄onitus fuerit, attornatum fecerit in loquela per quam ad curiam summonitus fuerit, vel quid tale, exinde vero summonitionem dedicere non possit, secundum quod inferiùs dicetur de defaltis post apparitionem. Et generaliter verum est, quòd locum habet captio in manum domini Regis per parvum cape, ubi quis defaltam fecerit in placito postq̃m in curia cõparuerit, sive unus implacitatus fuerit sive plures, cum hac tamen distinctione, ꝙ si plures implacitati fuerint cohæredes, vel alii participes qui tenuerint in cõmuni, si omnes simul defaltam fecerint postq̃m simul & semel in judicio cõparuerint, vel vicissim omnes, omnes amittũt, & fiat parvũ cape de omnibus. Si autẽ unus ipsorũ tantũ, duo vel plures essoniati fuerint primo die sum̄onitionis, & quidam eorum defaltam

Where Parvum Cape lies

faltam fecerint, & quidam eorum comparuerint, capiatur terra in manum dñi Regis de terra quam tenent in cõmuni pro defalta absentium, pro rata cujuslibet qui absens est per magnum cape, & dabitur præsentibus dies, & ad quem diem si nõ venerint cùm diem habuerint in judicio q̃m dedicere nõ poterunt, capiatur de terra cõmuni in manum dñi Regis per parvum cape ꝓ rata, scilicet pro ea ꝑte quæ singulos eorum qui absentes sunt contingit & non tota, quia hæreditas & res cõmunis recipit partitionem & divisionẽ inter participes & cohæredes. Sed de viro & uxore non sic, cùm res uxoria partitionem vel divisionem non recipiat, cùm vir & uxor sint quasi unus sanguis & una caro & unum corpus, nihil enim habet uxor ꝙ non sit viri. Et unde cùm implacitati fuerint primo die sũmonitionis, antequam cõparuerint uterque fecerit defaltam, tota terra capiatur in manum dñi Regis per magnum Cape, & idem erit si unus eorum defaltam fecerit, licet alius comparuerit vel se essoniaverit. Si autem uterq̃ defaltam fecerint postquam cõparuerint, capietur terra in manum dñi Regis per parvum Cape, & idem erit si unus eorum defaltam fecerit, quia defalta unius utriq̃ erit damnosa. Item esto ꝙ uxor antequam cõparuerit primo die defaltam fecerit, & vir comparuerit, capietur terra in manum dñi regis per magnum Cape, & ipsa sũmoneatur quòd sit ad alium diem, & vir habebit eundem diem, ad quem diem si vir defaltam fecerit & uxor venerit, tunc primò vidẽdum an uxor sanare possit defaltam ꝑ legẽ vel alio modo. Si autem defaltam sanare non possit, tunc amittet uterque ꝑ defaltã mulieris statim, nec erit vir sũmonendus ꝙ sit auditurus judiciũ, si autẽ defaltã sanaverit, non obstante absentia viri restituetur ei terra q̃ capta fuit in manum dñi regis per magnum Cape, ꝑ defaltam suam. Et si vir suus infra quartum diem non comparuerit, offerẽte se liti petente quarto die versus eũ, iterũ capietur t̃ra in manũ dñi regis per defaltã viri ꝑ parvũ cape, & ipse sũmoneatur ꝙ sit auditurus judiciũ suũ, & uxor habeat eundẽ diẽ. Forma brevis talis est. ¶ 10. Rex vic. salutẽ Cape in manũ nostrã tantã terrã, vel advocationẽ talis Ecclesiæ, vel pasturã ad tot oves, cũ ꝑtinentiis in tali villa q̃m A. de N. in curia nr̃a corã justiciariis nr̃s clamat ut jus suũ versus B. ꝑ defectu ipsius B. vel sic: clamat ut jus suũ versus B. & C. uxor ejus ꝑ defectu ipsius B. vel ꝑ defectu ipsius C. vel sic: si plures sint ꝑticipes veluti tres, capiatur tertia pars terræ quæ tenetur ĩ cõmuni, & dicatur, t̃tiã ꝑtem q̃m talis clamat &c. ut supra. Itẽ si dos petatur, tunc sic: tertiã partẽ t̃ræ cũ ꝑtinentiis in N. q̃m A. q̃ fuit uxor B. clamat in curia nr̃a &c. ut dotẽ suam versus C. ꝑ defectu ipsius C. & hujusmodi, secundũ diversitatẽ placitorũ, & tunc dicatur. Sũmoneas ꝑ bonos sũmonitores prædictũ C. ꝙ sit &c. ad talẽ diẽ auditurus inde judiciũ suũ, & habeas ibi sũmonitores & hoc br̃e. Teste &c. Et ad q̃m diẽ si omnino non venerit, expectabitur quartus dies, & quarto die adjudicetur petẽti seysina, ita ꝙ efficiatur verus possessor, & tenens habeat tale recuperare quale habere debebit, & idẽ erit si tenens venerit & defaltam sanare non possit. Cùm autem non venerit, sic fiat irrotulatio, A. obtulit se quarto die versus B. de tali

Form of parvum Cape

Judgement thereon

tali placito &c. & B. nõ venit & alias fecit defaltã in curiã postqm cõparuerit in curia, vel postqm diem habuerit in banco, vel postqm petiit visũ vel vocavit warrãtũ, & ita ꝙ tra capta fuit in manũ dñi regis & ipse sũmonitus ꝙ esset ad hunc diẽ auditurus judítiũ suũ, ideò cõsideratum est ꝙ A. recuperet seysinã suã & B. in misericordia. Si autẽ ille qui defaltã fecit ꝑsens fuerit primo die & excusationẽ nõ habuerit, nec warrãtũ, tũc variatur irrotulatio sic, A. petiit versus B. tantã terrã cum pertinẽtiis in tali villa, ita ꝙ B. habuerit diẽ postqm in curia cõparuerit, ad qm diẽ nõ venit, nec se essoniavit & ita ꝙ terra capta fuit in manũ dñi regis & ipse sũmonitus ꝙ esset ad hunc diẽ auditurus inde judítiũ. Et ipse nũc venit, & nõ potest sanare defaltam. Ideo cõsideratum est ꝙ A. recuperet seysinã suã, & B. in misericordia, & fiat breve de seysina habẽda in cõmuni forma breviũ de defaltis. Sed quid si ille petens qui recuperare deberet ꝑ talẽ defaltã in curia nõ cõparuerit ad diẽ suũ, sed defaltam fecerit, primo, secundo, tertio, quarto die, & tenens ꝑsens fuerit, petens amittet breve suũ ꝑ defaltã suã, & tenens retinebit terrã suũ qm amissurus esset ꝑ defaltã suã, ut de term̃ S. M. anno regis H. iii. incipiente iv. circa mediũ rotuli. Si autẽ neuter illorũ venerit, tunc (facta cõpensatione defaltæ ad defaltã) petens ad aliũ diẽ quãdo voluerit ꝑ defaltã tenentis obtinebit. ¶ 11. Actiones vero mixtæ q̃ sunt tam in rem qm in ꝑsonã, & ubi uterq; actor uterq; reus, sed ille actor qui primò ꝓvocaverit ad judiciũ sicut inter cohæredes & ꝑticipes ubi ꝑticeps petit rationabilẽ ꝑtem suã versus cohæredẽ & ꝑticipem, sicut ubi hæreditas partibilis sit, vel ratione rei vel ratione ꝑsonarũ. Item, ubi res cõmunis ꝑtibus sit inter alios ꝑticipes qui non sunt cohæredes, & unus agat versus ꝑticipẽ ꝙ res cõmunis dividatur. Itẽ si inter vicinos cõtentio sit de finibus agrorũ, & unus vicinorũ petat ꝙ fiant rationabiles divisæ inter ipsũ & vicinũ suũ, omnes istæ actiones mixtæ cõnumerari debẽt inter actiones q̃ sunt in rem, & nõ q̃ sunt in ꝑsonã. Et ideo si quis in iis tribus actionibus, vel consimilibus, defaltã fecerit, ꝓcedatur cõtra ipsum sicut ꝓcessum est supra cõtra eos qui defaltã fecerint in actione reali. Et ideo in omni actione ubi duæ cõcurrãt districtiones, videlicet in rem & in ꝑsonam, illa districtio tenẽda est q̃ magis timetur et magis ligat. ¶ 12. Cùm autẽ duæ actiones sub uno brevi cõprehẽdantur quarũ una in ꝑsonã & alia in rem, ut si quis sũmoneatur ꝙ sit ad ostendẽdũ quo warranto tenuerit talem terrã, & postea adjungat, quam dñs rex clamat esse eschaetam suam, vel de antiquo dominico suo, cùm hic duæ concurrant districtiones, illa tenenda est q̃ magis ligat, secũdum ꝙ supradictum est, scilicet ꝙ terra capiatur in manum dñi regis, (licet quidã faciant contrariũ.) Si autẽ in diversis brevibus de qualibet istarũ fieret mentio ꝑ se, si in brevi quo warranto fieret defalta, ꝓcederetur ad attachiamẽtum, & non ad captionem terræ, & de alio brevi èconversò. Si quis igitur impetraverit breve quo warranto, vel quo jure quis terram tenuerit fine aliqua adjectione, nihil poterit petens consequi per tale breve vel per talem actionẽ, quamvis warrãtum non habuerit tenens nec jus aliquod, nihil consequi poterit

poterit

De proprietate et jure de brevi de recto.

terit petens per tale breve, quia probato quòd tenens nihil juris habeat, non tamen probatur p hoc quòd petens jus habeat, & antequam petens aliquid sibi perquirat, alio brevi et alia actione opus erit. Sed tamē quamvis incivile sit cogi possessorem titulum suæ possessionis dicere per breve quo jure, vel quo warranto: tamen valet ad hoc ut petens scire possit utrum tenens teneat pro hærede vel p possessore, & p hoc qua actione debet experiri, pro hærede autem possidet qui putat se hæredem esse, pro possessore vero qui nullo jure rem hæreditariam vel totam hæreditatem sciens ad se non pertinere possidet.

Quo warranto

¶ 1. Partibus in judicio comparentibus qualiter petens proponere debet intentionem suam de modo narrandi. 2. De articulis quibus uti debet in narratione. 3. Qualiter breve de recto limitetur. 4. Quòd tenens poterit mutare intentionem suam in parte. Cap. 5.

POst essonia & dilationes, vel ad primum diem summonitionis per breve de recto in judicio comparentibus tam petente quàm tenente, petens actionem qua agere velit & intentionem suam proponere debet coram Justiciariis, ut per hoc speciem futuræ litis demonstret. Et audito brevi de recto, secundum quod fuerit clausum vel apertum, dicat sic petens vel ejus advocatus, in præsentia Justiciariorum pro tribunali residentium: hoc ostendit vobis A. quòd B. injustè ei deforciat tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, & ideo injustè, quia quidam antecessor suus nomine C. fuit inde vestitus & seysitus in dominico suo ut de feodo, & in jure tempore H. Regis avi domini Regis, vel tempore Regis Richardi avunculi domini Regis, vel tempore Johannis Regis patris domini Regis, tempore H. Regis qui nunc est capiendo inde expletia ad valentiam quinque solidorū vel dimidii marcæ, sicut in bladis, pratis, redditibus, & aliis exitibus terræ, & de prædicto C. descendit jus terræ illius vel descendere debuit (secundum quosdam) cuidam D. ut filio & hæredi & de prædicto D. cuidam E. ut filio & hæredi, & de prædicto E. isti A. qui nunc petit ut filio & hæredi, & quòd tale sit jus suū, offert dirationare per corpus talis liberi hominis sui, vel alio modo sicut curia consideraverit. Non enim sufficit simpliciter proponere intentionem suam sic dicendo, Peto tantam terram ut jus meum, nisi sic illam fundaverit quòd doceat ad ipsum jus pertinere, & per quam viam & per quos gradus jus ad ipsum debeat descendere. ¶ 2. Item cùm agat per breve de recto ad utrunque jus consequendū, scilicet tam jus possessionis qm pprietatis, de seysina talis antecessoris, non sufficit si dicat q talis antecessor suus fuit seysitus in dominico suo ut de libero tenemento tantum, vel in dominico suo ut de feodo tantum, nisi doceat q in dominico suo ut de feodo, q sub se continet liberum tenementū, & totū jus possessoriū nisi dicat & adjiciat, & jure, quod sub se cōtinet jus pprietatis. Itē nō sufficit ista duo jura simul cōprehendere, scilicet jus possessorium & pprietatis, sicut dictū dictū, nisi antecessor talis tenuerit terram illam in dominico suo, quia nō sufficit si

ut de feodo

et jure

in dominico

tantum

tantum in servitio ad hoc quòd ille qui petit de seysina tali aliquid per tale breve acquirere sibi possit in dominico, quia talem seysinam petit hæres, qualem habuit antecessor, nec variare poterit, licet contingat aliquando quòd quis per breve de recto partim possit petere in dominico & partim in servitio, quod non erit de seysina & facto antecessoris; sed de facto & feoffamento injuste deforciantis, vel alicujus sui antecessoris. Et quo casu, cùm petens petat in servitio quod habere possit in dominico, sibi possit imputari, secundum quod inferius dicetur plenius. Item non sufficit si dicat quòd antecessor suus fuit seysitus ut de feodo & jure & in dominico suo, nisi adjiciat quòd expletia ceperit, quia licet quis liberum tenementum habere possit & feodum sine expletiis in causa possessionis (secundum quod videri poterit superiùs in intentione querentis & petentis in assisa novæ disseysinæ, & mortis antecessoris) non tamen debet esse ita momentanea seysina proprietatis quin capiantur expletia. Et ideo si non fiat mentio de expletiis, cadit actio petentis. Item adjicitur in narratione, tempore talis Regis, certum enim oportet exprimere tempus, & certum Regem de cujus tempore loquatur. Et de tenera seysina & momentanea sine usu & expletiis nunquàm competat actio per breve de recto super proprietate: sed tantum assisa novæ disseysinæ de disseysina propria, vel assisa mortis antecessoris de seysina antecessoris, & qui assisas omiserit in hoc casu & processerit ad breve de recto super proprietate, omnino amittet sine recuperatione.

¶ 3. Quia breve de recto sicut alia brevia infra certum tempus limitatur, non enim excedit tempus Regis Henrici avi domini Regis. Et est ratio, quia ultra tempus illud non poterit quis aliquid probare, licet jus habeat in re: cùm nullus aliquid probare possit ultra tempus illud ex quo loqui non poterit de visu suo proprio, vel de visu patris sui qui ei injunxit quòd testis esset si inde audiret loqui. Et unde si quis loqueretur de tempore Henrici Regis senis, amittere possit propter defectum probationis. Item ideo fit mentio de tempore certi Regis, quia si nunquàm tempore talis Regis fuit antecessor in seysina, quamvis tempore alterius Regis, amittere posset petens per errorem ac si antecessor talis nunquàm inde esset in seysina. Et unde cũ quis post talem errorem inde se posuerit in magnam assisam, dat aliquando tenens de suo pro habenda mentione de tempore. Vel ideo fit mentio de tempore, quia talis antecessor tempore talis Regis non fuit in rerum natura, vel quia prius mortuus, vel tunc non natus. ¶ 4. Cùm autem per errorem aliquando fiat mentio de tempore indebito, si ipse petens erraverit, poterit intentionem suam mutare & errorem revocare, & loqui de tempore alterius Regis usque ad litis contestationem, scilicet quousque fuerit præcisè responsum intentioni petentis, & ita quòd tenens se posuerit in magnam assisam, vel defenderit per duellum. Ulterius autem nequaquàm; cùm facta fuerit mentio de tempore. Et de hac materia inter placita quæ sequuntur Regem Anno vicesimoquarto de Dño Rege & W. de S. Johanne in comitatu South. Item non multum refert si de quantitate expletiarum fiat mutatio

(a) There is a puzzle arising from the different sense in which mentio is used — In some of the passages it means the mention in the writ, in others, the inquiry of it by the Assize — the latter is the sense of habenda mentione

tatio intentionis. Item fit mentio de tẽpore pacis ꝑ aliquo tempore guerrino sicut de tempore Regis I. quia de seysina antecessoris tali tempore acquisita loqui non convenit, quia post guerram recuperaverunt illi qui per guerram fuerit disseysiti talem seysinam qualem habuerunt in initio guerræ, cùm per vim & injustè essent disseysiti. Per vim & injuste dico, quia multi ab hostibus capti sunt in bello, & terram dant pro redemptione sua & talibus non subvenitur, nisi per actionem quòd metus causâ, si forte metus intervenerit. Et etiam sunt plures qui tali tempore gratis dant sine aliqua violentia vel metu, et talis donatio non revocatur. Item non sufficit quod petens intentionem suam sic proponat et fundet, nisi sic fundatam probaverit, et dicatur in fine intentionis fundatæ. Et quòd tale sit jus suum offert disrationare per corpus cujusdam talis liberi hominis sui, et talis nomine, qui hoc paratus est disrationare per corpus suum, sicut ille qui hoc vidit, vel de visu patris sui (ut supradictum est) cui pater suus cùm esset agens in extremis injunxit in fide qua filius patri tenebatur, quòd si inde loqui audiret quòd inde testis esset, et hoc per corpus suum disrationaret sicut illud quod idem pater suus vidit et audivit. Si autem in narratione facienda aliquis articulorum prædictorum omittatur, et narratio à petente advocetur, ita quòd error revocari non possit et petens clameum suum pro se, et hæredibus suis amittet imperpetuum.

¶ *1. Qualiter fit narratio descensus usque ad petentem per singulos gradus. 2. Si fieri debeat narratio à linea recta usque ad transversalem. 3. Si antenatus in vita patris communis moriatur. 4. Si Abbas vel Prior petant per breve de recto. 5. Si plures sint petentes omnes nominentur in brevi, sive legitimi sive bastardi, vel servi. 6. Qualiter & quibus modis cadit actio, per defaltam vel errorem in narratione. 7. Quibus jus descendere potest. 8. Quòd donatorio nihil juris descendere poterit de seysina donatoris vel antecessoris. Cap. 6.*

FIt etiam quandoque narratio descensus ab antecessore usque ad petentem per plures personas, et plures gradus, et ad plures personas qui sunt quasi unus hæres, sicut ad plures filias et earum hæredes, et quo casu sic fiet narratio. Et à tali antecessore descendit jus terræ illius tali ut filio et hæredi et de tali, duabus filiabus suis vel pluribus, scilicet B. primogenitæ, et C. postnatæ. Et hic fiat in narratione divisio descensus pro virili portione quæ singulas earum contingit, et ita quòd narratio descensus prosequatur lineam singularem, et dicatur sic. Et de prædicta D. descendit jus medietatis illius terræ cuidam tali ut filio vel filiæ et hæredi. Et de prædicto tali descendit jus illius medietatis duabus filiabus ipsius talis, scilicet D. et E. et ita quòd fiat subdiviso. Sed cautè perspiciendum ne in reversione facienda ad superiores parentes in linea transversali quòd computatio excedat tempus Regis avi, et infra eodem. Et de prædicta A. descendit jus illius quartæ tali ut filio et hæredi. Et de prædicta E. tali ut filio et hæredi, et sic per divisiones in infinitum perveniri poterit de hærede in hæredem usque ad minimam partem unius unciæ, si hæreditas per uncias dividatur. Item fiat reversio

De intentione ...

versio ad aliam medietatem et reincipiatur narratio descensus sic. Et de prædicta C. descendit jus alterius medietatis tali ut filio et hæredi, vel tali filiæ et hæredi, vel ut filiabus, et heredibus, et ita quòd fiat subdivisio (ut supra) de gradu in gradum, persona in psonam, usq ad illos qui petant, vel aliter. Et unde talis antecessor fuit seysitus, &c. ut supra. Et quia talis obiit sine hærede de se, descendit jus terræ illius tribus sororibus suis, A.B.C. vel filiis sicut de Gavelkynde, vel alibi ubi terra partibilis est ratione terræ, vel ratione plurium personarum q̃ sunt quasi unus hæres, et sic fiat divisio ut supra. Item fit narratio descensus aliquando à linea recta descendente usq ad lineam transversalem ad unum gradum, vel ad plures, secundum q̄ jus descensus recipit divisionem vel non recipit. Et sicut dividitur aliquando jus successionis ad plures personas quæ succedunt, ita conjungi poterunt plura jura successionis per mortem earundem personarum ratione quarum facta fuit divisio in unum jus, et in unicam personam hæredem per jus accrescendi, quia cohæredes et participes mortui sunt sine hærede de se. ¶ 2. Cùm vero fieri debeat narratio descensus à linea recta usq ad lineam transversalē, tunc dicatur, & à tali antecessore descendit jus terræ illius tali ut filio et hæredi et de tali tali ut filio et hæredi, et quia idem talis obiit sine hærede de se, revertebatur jus t̄ræ illi⁹ tali ut avunculo vel amitæ vel materteræ et hæredi, vel pavunculo vel pamitæ vel pmaterteræ ut hæredi, vel pluribus amitis vel materteris vel proamitis vel promaterteris. Et de talibus facta divisione juris usque ad suos hæredes et hæredes hæredum per divisiones &c. ut supra, vel sine. Et quo casu, si unus ex pluribus participibus petat per se solus sine aliis, et objiciatur ei quòd participes habeat qui veniunt ex eodem stipite, & petens dicat quòd nihil possunt tales clamare per descensum illum, summoneantur nihilominus ad ostendendū. Quid juris clamant in terra petita: ut de Termino Sancti Hilarii Anno regni Regis Henrici decimoquinto in comitatu Buckingham de Walter de Bosco. Et illud generaliter observatur ubique, ubi præsumi poterit, quòd quis jus habeat in re petita qui non nominatur. Et quòd talis summoniri debeat, habetis de Termino Sancti Hilarii anno regni Regis Henrici nono in comitatu Berks. de Reginaldo Morin. ¶ 3. Si autem in vita patris moriatur, dicunt quidam quòd nulla de eo fieri debet mentio ac si nunquàm esset in rerum natura (secundum quosdam) quòd non est verum, quia nulli hæredi descendit jus aliquod ab antecessore, nisi per mortem antecessoris. Sed sunt quidam qui dicunt (& verum est) quòd de filio mortuo in vita patris oportet facere mentionem secundum Wilhelmum de Eborum, & unde dicere oportet quòd de tali antecessore descendit jus vel descendere debuit tali nepoti vel nepti vel fratri tali si hæredes de corpore defecerint. Et unde cùm filius moriatur in vita patris relicto filio hærede vel filia cùm sint in potestate avi, statim descendit eis jus. Et unde si fiat narratio descensus, oportet quòd fiat mentio de gradu vacuo per mortem filii ne fiat saltus gradu prætermisso, & dicatur sic. Et unde talis antecessor fuit seysitus &c. et de tali antecessore descendere

If son dies in life of his father

Se breve de recto.

cendere debuit jus tali,ut filio & hæredi,& de tali ei qui nunc petit ut nepoti vel nepti & hæredi,quasi aliter esset,et ille qui in vita patris moreretur feloniam faceret , eo in descensu non computato , sic posset hæreditas et jus possessionis et successionis imediate descēdere nepotibꝰ vel neptibus ab avo, non obstāte felonia patris,ꝙ esset incōveniens. Sed cùm primogenitus moriatur in vita patris nullo hr̄de de corpore suo relicto,sed fratribus,nō oportet de fratre antenato,qui in vita patris mortuus est, facere mētionē in narrationē descensus,licet jus ei descēdere deberet, tum quia fratres superstites sunt adeo ꝓpinqui hæredes in gradu quoad seysinā sicut ille fuit qui mortuus est,tum etiā quia primogenitus eorū qui superstites sunt statim post mortē fratris p̄mortui incipit esse loco ipsius hæres ꝓpinquior patri cōmuni:& unde quāvis primogenitus præmortuus feloniam faceret hoc non nocet fratribus superstitibus cùm non essent ipsius hæredes dum pater viveret, nec ejus hæredes esse possunt cùm esse desierit in vita patris cōmunis, & antequā ei aliquod jus descenderet. Sed revera forisfacit talis quicquid habuit tempore feloniæ perpetratæ, si fuerit de felonia convictus , & quicquid ei accidere posset hæredibus suis tunc existētibus , & futuris : et omnibus qui esse possunt hæredes sui, perquisitū vero, si quòd frater mortuus habuit, hæredibus suis de carne sua venientibus, & etiam fratribus vel hæredibus remotioribus forisfacit. Poterit etiam in narratione descensus de seysina alicujus antecessoris tempore unius Regis fieri mentio et de tempore cujus et narrari usq̄ ad tempus alterius Regis, et fieri de eo mentio,& sicut fit narratio descēsus de seysina antecessoris à triavo usq̄ ad trinepotē , ita poterit èconverso à trinepote & de seysina ejus usq̄ ad avunculum et amitam et ulterius ascendendo et eorū hæredes ꝓpinquiores descendendo in infinitū. Et qualiter & ad quos fieri debeat descēsus in linea recta descendente,vel linea trāsversali ascendente, cùm jus recta linea reascendere non possit, ꝑ q̄m descendit, videri poterit inferius de successionibus,dum tamē si ꝓ defectu hæredū recta linea descendentiū fieri debeat narratio descensus revertendo ad lineā trāsversalem ad aliq̄m qui multis retro tēporibus mortuus fuerit , inquiratur, tēpore cujus Regis , ut si obierit tēpore Regis H. avi vel citra , tenebit descensus, quia de tali tēpore poterit quis ꝓbare jus suum et descensum. Si autem ante tempus talis Regis obierit quandocunq̄ , inutilis erit actio ꝓpter defectum ꝓbationis. ¶ 4. Si Abbas vel prior vel alii viri collegiati, petant terram vel advocationem vel quid tale nomine Ecclesiæ suæ , de seysina p̄decessorum suorū dicēdo : Et unde talis Abbas p̄decessor suus fuit seysitus in dominico suo &c. Non fiat narratio de Abbate in Abbatē , vel de Priore in Priorem,nec de Abbatibus vel Prioribus mediis fiat mentio quia in collegiis & capitulis semper idē corpus manet , quamvis successivè omnes moriantur , & alii loco ipsorū substituantur , sicut dici poterit de gregibus ovium ubi semꝑ idē Grex quāvis omnes oves sive capita successivè decedāt nec succedit aliquis eorū alteri jure successionis,ita ꝙ jus descendat hæreditariè ab uno usq̄ ad aliū,quia semꝑ jus ꝑtinet ad Ecclesiā,& cū Ecclesia remanet:

felony

Eldest brother dying not to be named.

Count by Abbot &c.

De intentione ...

net: secundum q videri poterit in chartis religiosorum de feoffamēto, ubi manifestè videri poterit, q donatio est facta primò et principaliter Deo et Ecclesiæ tali, & secūdariò monachis vel canonicis ibidem Deo servientibus. Et ideo si Abbas vel Prior monachi vel canonici successive obierint, domus in ęternū permanebit. Et unde cùm Abbas vel Prior vel alii viri collegiati petierint terram vel advocationem versus aliquem per breve de recto, pposita intentione et fundata (secundum q supradictum est) & nomine Ecclesiæ, fiat sic irrotulatio. Talis Abbas vel Prior, vel alius petit versus talem tantam terram cum pertinentiis &c. ut supra. Vel talem advocationem, scilicet advocationem talis Ecclesiæ cum pertinentiis ut jus Ecclesiæ suæ. Et unde talis Abbas vel Prior vel alius pdecessor suus fuit seysitus in dominico suo ut de feodo et jure tempore pacis, &c. ut supra. Et ita quòd præsentavit ad eandem Ecclesiam talem clericum nomine R. & qui ad præsentationem suam fuit admissus ad eandem Ecclesiam, & inde recepit expletia ad valentiam quinque solidorum & plus, sicut in decimis, oblationibus, & aliis obventionibus. Et quòd tale sit jus suum & Ecclesiæ suæ offert &c. Et ita q nulla fiat mentio de aliquo descensu, nec de Abbatibus nec de Prioribus mediis, cùm non sint hæredes nec aliquod jus descendat psonis ipsorum sicut esset si jus hæreditariè descenderet ad hæredes. Item erit observandum in personatibus, vel præbendis, si persona vel canonicus placitaverit per breve de recto, & tunc dicatur, peto tantū terræ cum pertinentiis &c. ut supra, ut jus Ecclesiæ meæ, vel ut jus præbendæ meæ, & unde talis persona vel canonicus (prædecessor meus) fuit seysitus in dominico &c. ut de jure Ecclesiæ, vel pbendæ suæ &c. ut supra. Et de hac materia inveniri poterit de term̄ Paschæ, Anno regni Regis Henrici decimoquarto in com̄ Hunt̄ de W. Archdiacano Wellēsis. ¶ 5. Si vero petat quis seysinā antecessoris sui p bre de recto, ubi terra vel aliud datū fuerit pluribus simul sicut pluribus legitimis vel bastardis, pticipibus, hæredibus, vel extraneis. Itē cōiunctim sicut in maritagiū viro et uxori vel alio modo, in narratione descēsus, de omnibus oportebit facere mētionē ita. Et unde A.B.C.D. fuerūt seysiti in dominico suo &c. ut supra. Et ita q tales mortui fuerūt sine hærede de se accreverūt eorū ptes supstitibus, et ita q jus træ illius descēdit hæredibus eorum qui fuerūt supstites scilicet tales. Et quia unus illorū scilicet talis obiit sine hærede de se, descēdit totū jus træ illius tali, et de tali illi qui nūc petit, et q tale sit jus suū offert. &c. Si autē petatur de seysina viri & uxoris, quibus data est tra in maritagiū, vel alio modo, tūc dicatur sic. Et unde A. & B. uxor ejus fuerūt seysiti in dominico suo ut de feodo & jure, & ut de maritagio ipsius B. tēpore talis Regis, & tempore pacis &c. ut supra. Et de pdictis A. & B. descendit jus terræ illius tali ut filio & hæredi &c. ut supra. Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de termino S.T. anno Regis H. iv. in comitatu Wilt̄ de W. de Lusteshille & Wilhelmo de Conelesfend. ¶ 6. Et nisi de omnibus fiat mētio cadit actio. Item si ab eo incipiatur narratio qui nunqm fuit in seysina, similiter cadit actio, & petens amittit si hoc fuerit re-

Parceners

Man & wife

Beginning with one never seised

cognitum: ut de term̃ S.T. añ Regis H. 3. circa finẽ rotuli. Itẽ eodẽ modo si erratum fuerit in persona ejus de cujus seysina petitur, ut si quis petat de seysina matris ubi petere deberet de seysina patris, vel èconversò, et idem erit si erratum sit in nominibus ꝓpriis, ut si antecessor vocetur uno nomine & nominandus esset alio, et idẽ dici poterit de omnibus aliis nominandis in descẽsu. Itẽ idẽ erit si aliquis omittatur qui nominari deberet, vel si aliquis gradus ꝑtermittatur. Itẽ idẽ erit si erratũ fuerit in re petita, ut si una res petatur ꝓ alia. Item si quis omiserit aliquem in narratione descensus qui plus juris habuerit, vel tantundẽ quantum habet ille qui petit. Et de hac materia inveniri poterit de term̃ S. Hilarii et de term̃ P. anno Regis H. quinto circa finẽ rotuli. Item si petatur de seysina alicujus per descensum qui villanus fuit, et si excipiatur ipsum esse liberum, ꝓcedit magna assisa inter petẽtem et tenentem per verba inferius exprimenda. ¶ 7 Et sciendum q liberis hominibus hæredibus à recta linea descendentibus, tam masculis quàm fæminis, ꝑsentibus et absentibus, tam illis qui plenæ ætatis sunt quàm illis qui sunt infra ætatem. Item tam ideotis quàm descretis. Itẽ tam mente captis quàm illis qui sunt sanæ mentis, q quidẽ dici posset de furiosis, sive gaudeant dilucidis intervallis sive nõ, et hoc, quia descẽsus juris non requirit consensum hæredis, sed consensum requirit aditio hæreditatis juris descensus, quia absenti & ignoranti descẽdit jus, sed seysina sine cõsensu non acquiritur: Tales enim cùm animũ nõ habuerint acquirẽdi in tali statu, acquirere nõ possũt seysinã si furor sit perpetuus, sed si nõ perpetuus tũc poterũt retinere sicut quilibet minor, tutore tamẽ autore vel per se. Et cũ semel possidere inceperint furiosi et mẽte capti, nũqm in tali statu desineř posśũt possidere durante furore, nõ magis qm minor infra ætatẽ. Sed hoc facere non posśũt stulti et ideotæ, quia habẽt cõsensum et dissensum qđ quidẽ nõ habẽt supradicti. Sed de surdo et muto naturaliter, si oĩno audire nõ posśũt nec loqui, si autẽ tarde, illud idẽ dici poterit, q acquirere poterũt et retinere et ad alios trãsferre, quia ad minus cõsẽtire poterit ꝑ signa et ꝑ nut⁹. Sed naturaliť surd⁹ et mutus ꝑ se nec ꝑ ꝓcuratores acquirere posśũt seysinã, nec dare posśũt, nec sibi aliquid stipulari, quia mutus verba ꝓferre nõ potest stipulationis, nec surdus verba stipulãtis audiř, sed ꝑ alios sicut tutores vel curatoř, quia animo alieno et corpore. In fine notãdũ, q nulli poterit jus descẽdere cujus pater vel mateř vel alius antecessor ꝑ qm fieri debeat descensus vivus fuit et sanus bonæ memoriæ vel nõ, quãvis antecessor suus se dimiserit et hæreditatẽ hæredi suo dimiserit. Ex hoc autẽ non habebit hæres actioñ hæreditariã q jus possit ei descẽdere in vita antecessoris, licet antecessor in seculo remãserit, vel habitũ religionis asśũpserit, ut de term̃ S. H. añ Regis H. vii. Itẽ poterit jus descẽdere feloni post feloñ sicut ante, & cum eo remanebit & ad hæredes descẽdet jus donec cõvincanť de felonia. Sed quo cõvicto nũqm descẽdet ad hæredes sed reascẽdet ad capitales dños à quibus primò ꝓcessit et sẽper sequetur seysina jus merũ, & erit tenemẽtũ eschaeta dominoř. ¶ 8. Eodẽ modo si donatio facta fuerit ab aliquo antecessore qui

noĩat

The nature of ye descent of a Right.

No descent if ancestor alive

a/ Ubi inferius? There is no mention of the proceeding on the great Assise in this Author; this part of his book is probably lost.

noīat in descēsu, nūqm fiet descēsus ad hæredem donatorii de seysina illius antecessoris donatoris ut si dicatur. Et unde talis antecessor fuit seysitus &c. et de tali descendit jus terræ illius tali ut filio & hæredi qui terrā illam dedit tali antecessori petentis. Et unde jus terræ illius descendit ad illum qui nunc petit ut filio et hæredi, et sic impedit donatio descensum ad petentē, per ꝙ denegabitur ei actio hæreditaria ex tali descensu. Poterit enim donare quis id ꝙ habet, scilicet seysinam & jus, actionē vero hæreditariā cedere nō poterit alicui ubi necesse erit petere ꝑ descensum. Itē nec ꝓsentationē. Et de hac materia inveniri possit de term̄ S. Hilarii an̄ Regis H.vii. in com̄ Cant̄ de Alano de Bassingborne et Roberto de insula de advocatione Ecclesiæ de Wynpol & unde idē Alanus petiit advocationem illam de seysina antecessorū ꝓdicti Roberti donatoris. Item descēdat jus alicui per modum donationis, exclusis penitus à successione veris primis & ꝓximis hæredibus donatoris, ut supra de advocationibus, sed non per descēsum sed per modum donationis.

¶ 1. *Proposita intentione actoris, videat tenens an sit jurisdictio & Justiciarius qui judicare possit. Item an sit ibi actor & de cautela circa responsionem tenentis considerandum & de visu petendo.* *Cap. 7.*

PRoposita sic intentione petētis & fundata (ut ꝓdictum est) à petente, inprimis videat tenens an sit ibi judiciū, scilicet justiciarii qui judicare possunt, & jurisdictionē habent ordinariam vel delegatā, quia ex hoc aliquando poterit cōpetere ei exceptio jurisdictionis peremptoria. Postea vero an sit actor ibi, petēs scilicet an querens, et tūc si actionē habeat, & si actionē habeat, tunc statim ꝓcedere possit, vel ad tēpus remanere debeat in suspenso. Ex hoc enim cōpetere poterit tenenti exceptio dilatoria, vel peremptoria, secūdum ꝙ exceptio ꝓposita fuit cōtra ipsam actionē vel contra ꝑsonam agentis. Si autē nihil sit ꝙ excipi poterit cōtra ꝓdicta, tunc videndū an libellus conventionabilis, breve scilicet sit cōveniens actioni et in nulla sui parte vitiosum, cùm ex hoc dari possit tenenti exceptio. Quæ quidē si per omnia cōveniant, tunc demùm videndū an tenens totam rem teneat q̄ petitur, cùm certa res debeat in judicium deduci, vel si ejus ꝑtem, tunc quotā vel si omninò nihil, & similiter si res petita pertineat ad jurisdictionē judicantis, & ideo petitur visus rei petitę, quia ex hoc cōpetere poterit exceptio tenenti ne sit actio inanis cū tenēte, cùm rem restituere non possit vel totā, secundū ꝙ petitur. Et cùm hæc omnia sic cōcurrant, tunc respondeat tenens de principali per se vel per attornatum, nisi warrantū habuerit q̄m vocare voluerit, qui cùm warrantizaverit ut infra dicetur, plures cōpetunt ei exceptiones, q̄ principali tenenti non cōpetunt. Et vice versa plures cōpetunt tenenti principali, q̄ nō cōpetunt warranto, si ordinate ꝓponant̄ & rite, quas quidē si tenēs principalis omiserit in initio litis anteq̄m warrantū vocaverit, ꝑ warranti vocationē tam ꝓ se quàm ꝓ warranto suo ille videbitur tacitè renunciasse, sicut sunt ōnes fere exceptiones ꝓvenientes ex ꝓparatoriis judiciorū.

Jurisdiction and other pleas.

¶ 1. *De visu petendo & quare faciendus est visus.* 2. *De visu faciendo & cui non visus.* s. *vel quod tantundem valeat.* 3. *Si post visum petitum se essoniaverit tenens, & postea dicat quod visum non habuerit.* *Cap.* 8.

CUm autē onerosum esset de singulis exceptionibus tractare suo loco & per se, utilius & facilius erit (ut videtur) omnes quasi in unum fasciculum colligere, & de omnibus simul tractare per ordinē. Ideo omisso hic tractatu de exceptionibus, tractetur de visu petendo ut certa res in judicium deducatur, scilicet ut petens ostendat & tenētem certum reddat de qua re ipsum velit convenire. Fit autē visus aliquando parti, aliquando juratori, sicut in assisis in causa possessionis, & aliquando in inquisitionibus de rebus de quibus habetur cōtentio inter partes, & de loco, etiam de facto sicut in transgressionibus, nec refert utrum quis ꝑti adversæ visum faciat de re petita, vel ꝙ tantundē valeat, & ita ꝙ res per metas certas & ꝑ designationē locorū & nominū, ꝙ res certa designetur. Sed re vera si rectus ordo ꝓponēdi exceptiones servetur, primò oportet ꝓponere illas q̄ cōpetunt super jurisdictione judicis, & postea cōfirmare ꝑsonas partiū, & alias q̄ dilatoriæ sunt, sicut de sum̄onitione & vocatione ad judiciū, & hujusmodi, & tunc suꝑ editione facienda, et tunc demū ut res certa in judicium deducatur, & de visu faciendo. ¶ 2. Videamus inprimis cui faciendus sit visus, & cui denegetur, & ubi nō jacet visus. Et sciendum ꝙ viso eo ubi non jacet, & cui denegetur, per cōsequens videri poterit cui cōpetat visus. Denegabitur quidē tenēti visus in placito de ꝓparte sororum, quāvis in brevi nominentur maneria cum ꝑtinentiis, quia soror petens versus sororē nescit designare nec specificare potest per quas ei accidere debeat in ꝓparte, et ꝓpterea nihil aliud petet nisi rationabilē ꝑtem suam quæ eam cōtingit de tota terra q̄m sorores participes tenent de hæreditate communi, de qua pater vel alius antecessor com̄unis obiit seysitus ut de feodo, & quamvis objici potest (ut videtur) quòd alii tenent partem de hæreditate de qua ille qui tenens est nihil habet in dominico nec in servitio, & est ratio quòd visus non jaceat in hac parte, quia si plures petant, nulla scire potest per se quæ pars ei accidere debeat ad partem suam. Et ad hoc facit quod habetis inter prima placita post guerram in comitatu Buckingham de Wilhelmo de Abruncis & Matilda uxore ejus. Contrarium tamen videtur, & quòd visus jaceat de Termino S. Michaelis Anno Regni Regis Henrici secundo post guerram in comitatu Essex de Matilda de Say & Wilhelmo de Maundevill, quod quidem sic solvitur (ut videtur) quia primum breve loquitur de proparte sororum ubi antecessor nuꝑ obiit, & unde sufficit ꝑ visu hoc ꝙ dicitur de tāta t̄ra unde talis qui nuꝑ obiit obiit seysitus. In secūdo vero casu, tertia pars hæreditatis petita fuit per aliud breve de recto quā ꝑ breve nuper obiit, ubi certa pars nō distinguitur, & ideo visus denegandus, quia nescit quæ pars ei accidere debeat certa de recto, & si visum petat de toto, adhuc valere non debet, quia habet ꝙ tantundem valet, s. de hæreditate unde talis fuit seysitus qui nuper obiit, & hæc vera sunt, sive cohæredes vel participes petant versus participem sive

a Vide Nuper obiit.
b Post guerram.

sive quamvis extraneā p̲sonā. Et quāvis petatur terra per breve de recto ut de p̲parte, non erit visus denegandus, cùm non habeat tenens forte id quòd petitur nec pro visu, quod tantundem valet. Item denegatur visus in placito dotis de terra & tenemento de quibus vir mulieris obiit nuper seysitus, quia habet tenens quod tantundem valet ut infra de eodem. Si autem manerium aliquod petatur sine pertinentiis, visus denegabitur, quia aut tenens statim confiteatur quòd illud teneat vel quòd non teneat, & secundum hoc respō-deat vel quietus recedat, quia manerium satis designatur ex nomine, si autem dubitetur, fiat inquisitio sub pœna loci petiti. Si autem petatur medietas manerii quod non sit divisum nec p̲titum etiam sine pertinentiis, denegabitur visus, quia ignorare poterit quæ medietas pertinet ad tenentem. Si autem manerium partitum sit & petatur medietas sine pertinentiis, eodem modo denegabitur visus, si autem cum pertinentiis, aliud erit, ut infra dicetur. Item cùm medietatem petat quis alicujus manerii cùm sit indivisum cum pertinentiis vel sine, si visum petat de toto non ei denegabitur ad similitudinem dotis, secundum quod inferius dicetur. Denegabitur etiam visus intrusori cùm res specificata fuerit in quam se intruserit sine pertinentiis, vel si fiat quod tantundem valet ut supradictum est: & ideo maximè si recens fuerit intrusio, recens dico, unius anni vel minoris temporis, & hoc cùm ille qui jus habet in re statim post intrusionem sibi perquisiverit in crastino vel infra septimanam, nisi rationabili de causa fuerit impeditus. Denegabitur etiam quandoque visus in petitione dotis, ubi mulier nomine dotis petierit aliquod manerium sine pertinentiis, unde nominatim dotata fuit, ut si dicat, Peto tale manerium ut dotem meam, unde A. quondam vir meus me nominatim dotavit ad ostium Ecclesiæ die quo me desponsavit, & hoc casu tenens nullū visum habebit ratione p̲tinentiarum q̄ non nominantur ꝙ quidem aliud esset si cum p̲tinentiis, quia posset mulier petens tales ostendere p̲tinentias de quibus tenens nullā p̲tem advocaret. Item in petione dotis denegatur visus p̲pter incertitudinem, ut si nomine dotis petat mulier tertiam p̲tem alicujus manerii cum p̲tinentiis, vel sine, visum nō habebit, quia nullam certam partē designare potest. Si autē visum petierit de toto tenemento unde petit tertiā partē, visum habebit. Item si cùm tenens visum petierit respondet mulier ꝙ non petit nisi tertiam partem de eo unde vir suus seysitus obiit ut de feodo, & tenens totum teneat & vir recenter obiit, tenēs visum non habebit, cùm habeat ꝙ tantundē valet, scilicet unde vir suus obiit seysitus. Itē denegabitur visus mulieri si hæres agat cōtra eam de dotis amēsuratione, cùm ipsa totū teneat de quo petitur amensuratio, & ratione præmissā, quia vir suus nuper obiit inde seysitus in tali villa, & hoc verum est nisi ipsa aliud tenementum teneat in eadem villa. Item nec jacet visus p̲pter incertitudinē, sive nominentur pertinentiæ sive non, ut si quis sic petat terram aliq̄m, & sic dicat. Peto tantā terrā cum p̲tinentiis, s. quicquid tenens tenet ī tali villa ultra x. libratas terræ de dono talis, quia tra q̄ petitur specificari nō potest, nisi prius facta exctione x. libratarū

& viso & ꝓbato quantum terræ talis teneat in tali villa, tūc primò ꝓcedat sine visu de residuo & ꝑambula erit extensio, ut inter placita quæ sequuntur Regem corā S. de Segrave de Thoma de Dunholm̄ cive Londoñ, et hoc verum esse poterit nisi visum petat de toto unde petit residuū ultra x. plures, etiam possunt esse tenentes successivè quorū nullus visum habebit si petierit nisi tantum primus tenens, verbi gratia, A. petit versus B. certam terram cum pertinentiis ut jus suum, si B. visum petat visum habebit, & nullus alius, quamvis warrantum vocaverit usq; ad x. Item nec tenens nec warrantus, ut si idem B. antequam visum petat vocaverit C. ad warrantum, & C. cùm venerit per sum̄onitionem antequàm warrantizaverit vel post, visum petat, visum non habebit, quia tenetur warrantus ad chartam suam respondere, vel ad chartas antecessorum suorū in quibus specificatur terra illa petita. Et etiam si tenens chartas non habeat, scit aut scire deberet warrantus quam terrā tenens de eo tenuerit, & de qua terra cœpit homagium & servitium illius qui eum ad warrantū vocaverit, & cùm per juditiū vel alio modo warrantizaverit, scire debet warrantus q̄ & qualis sit terra de qua vocatus sit ad warrantū & quanta. Et sic fiet de pluribus warrantis quod de uno dicitur, quorum nullus habebit visum, donec in placito illo perventum fuerit ad duellum, si tamen inde contingat duellum vadiari, & tunc post duellum sic vadiatū, & post vadia recepta fiat visus campionibus, & quia visus non processit in toto placito, dicatur eis ꝙ infra diem eis datū terram illam videant & hoc est ꝓ sacramento suo ꝙ inde facient de visu suo, secundùm ꝙ inferius videri poterit de sacramentis campionum. Item non jacet visus postquàm semel terra capta fuerit in manum dñi Regis per defaltā, quia sufficit quod tantundem valet, quia petens designare debet visoribus qualitatem terræ & quantitatem, quid & quantum petat, & per quas metas, & cùm sic capta fuerit eodem modo & in eadem quantitate peti debet per plevinam, quod quidem sufficit ꝓ visu. Conceditur tamen quandoque visus post defaltā ex abundanti & hoc ꝓ sacramento campionum, ut de term̄ S. T. anno Regis H. quarto. ¶ 3. Item denegatur quandoq; visus, ut si semel concedatur & antequam tenens visum habuerit ad diem suum fecerit se essoniari, cùm calumniare deberet ꝙ visum non haberet, secundum ꝙ fit de sum̄onitionibus cùm quis se essoniaverit, nisi calumniare deberet brevem sum̄onitionem.

¶ 1. *Si de rebus incorporalibus jaceat visus sicut de juribus.* 2. *Cùm jus advocationis petatur & plures sunt Ecclesiæ.* 3. *Si jus advocationis capi debeat in manum Regis.* 4. *Ubi visus jacet vel tantundem.* Cap. 9.

Dicitur supra ubi visus non jacet in rebus corporalibus, quæ videri possunt, & tangi, & ratio quare. Nunc autem videndum si de rebus incorporalibus possit aut debeat fieri visus, sicut de juribus quæ insunt in rebus corporalibus, sicut de jure advocationis, de jure pascendi, eundi, & agendi, & hujusmodi. Et quamvis hujusmodi jura videri non possunt cùm sint invisibilia,

bilia, nec palpari ficut corpora, tamē cum fine corpore vel subjecto quibus insunt esse non possunt, res illæ videri possunt & palpari, & unde sufficit ꝓ visu quòd res corporatæ in quibus jura consistunt designentur, vel per visum vel per quod tantundem valet. Per visum, ut si cui competat jus pascendi in fundo alieno, agendi, eundi, vel hujusmodi, sufficit si loca videantur in quibus jura sunt & consistunt, & sufficit si visus factus sit Juratoribus, & eodem modo dici poterit de injuriis, sufficit enim si Juratores videant loca & facta, quamvis ipsa injuria congruè loquendo videri non possit, non magis quàm jus. Est enim jus, et ejus contrarium quod est injuria. Est enim injuria omne illud quod non est jus, & quod nō magis videri poterit quàm ipsum jus. Si quis enim in terris & tenementis quæ habuit ad terminum vitæ vel annorum, vel nomine alieno, sicut nomine custodiæ, & hujusmodi, vastum fecerit, non cōceditur visus ei de quo queritur in juditio. Sufficit enim si fiat visus inquisitoribus, nec etiam conceditur visus in actione personali, ut si custodia & maritagium alicujus petatur, non est necesse specificare vel designare quantitatem hæreditatis. Si autem quis sic dicat: custodiam tantæ terræ, videtur quòd tunc sit aliud dicendum. ¶ 2. Cum autem jus advocationis petatur cùm illud jus videri non possit, sufficit si corpora designētur in quibus hujusmodi jus consistit, & sufficit pro visu, ut si quis dicat: peto advocationem Ecclesiæ S. Mariæ de tali villa cum pertinentiis, & non sit nisi unica Ecclesia S. Mariæ in eadem: sufficit pro visu, quia jus illud esse nō poterit in alia Ecclesia. Si autem diversæ sint Ecclesiæ, scilicet S. Petri & Ecclesia S. Andreæ, tunc assignari poterit ex nomine cui illarum insit illud jus advocationis quæ petitur. Si autem plures sint Ecclesiæ cōstructæ sub nomine unius sancti, tunc oportet ita designare ex loco in qua Ecclesia sit illud jus advocationis q̃ petitur, ut si dicat: peto advocationē Ecclesiæ quæ sita est in vico tali versus orientē, vel versus occidentē. Si autem sit qui dicat quòd ratione ꝑtinentiarum cōpetat visus cùm dicatur peto advocationem illius Ecclesiæ cum ꝑtinentiis: Sciendū est quòd nō sit relatio pertinentiarum ad ipsum jus imo ad Ecclesiam, secundum quod cōstruitur lignis & lapidibus, & non secundum ꝙ ingressus & egressus ꝑtinet ad jus Pascendi et hujusmodi, & restitutio ad jus eundi, nec obstat quod dicitur ꝙ in assisa ultimæ ꝑsentationis Juratores videre debeant Ecclesiam illam ad quā fit ꝑsentatio, quia nihil hic agitur de iure, sed ꝙ Ecclesia ad quam præsentatur designetur, secūdum quod lignis & lapidibus construitur, & quæ quidem omnino sunt diversa licet quodammodo sint connexa. Et aliquando petitus fuit visus de advocatione Ecclesiæ quia diversæ fuerunt Ecclesiæ in eadem villa, sed postea per iuditium revocatus, & ita quòd breve de visu remansit, quia Ecclesia in qua advocatio petebatur alio modo designari potuit per hoc quod tantūdem valuit, scilicet advocationem Ecclesiæ beati Petri: de hac materia de term̄ Sanctæ T. an̄.ii. post guerram in comitatu Cant. de Abbate de Nutlegh. ¶ 3. Sed cùm ius advocationis Ecclesiæ incorporale sit, & per defaltam tenentis aliquando præcipiatur vic. quòd illam capiat in manum domi-

domini Regis, cùm sit incomparabile, invisibile, inpalpabile. Et q palpari non potest, qualiter potest in manum domini Regis capi q videtur esse impossibile? Responsio. Revera nullum jus esse poterit sine corpore & subjecto cui adhæreat. Si autem dicatur q adhæreat fundo vel tenemento in quo Ecclesia sita est, tunc videtur prima facie quòd capi debeat fundus & p cōsequens jus advocationis Ecclesiæ illius, sed fundus non capitur, quia jus advocationis fundo non adhæret iṁediatè, sed per medium, quod est Ecclesia talis, secundum quod cōstruitur lignis & lapidibus, & secundum quod superius dictum est. Jus advocationis talis Ecclesiæ, & non jus advocationis talis fundi, & ideo cùm jus advocationis adhæreat Ecclesiæ dicatur vicecomiti quòd capiat Ecclesiā in manum dñi Regis simplici captione; & per cōsequens capit id quod inest corpori, sicut videri poterit de jure pascendi & hujusmodi. ¶ 4. Ubi visus jacet? & dico quòd jacet generaliter. Inprimis de omnibus terris petitis per breve de recto aperto, vel per alia brevia clausa in quibus pervenitur ad duellum, & maximè propter sacramentum campionum (ut prædictum est) & eodem modo si ad magnam assisam. Item jacet ubicunque res corporalis petitur, quæ aliter designari non possit, quòd certa res deducatur in judicium, nisi videatur directè vel indirectè: directè dico, ut si terra vel aliqua res corporalis petatur sine pertinentiis ꝓpter certitudinem corporis, quia tenens per hoc statim scire potest utrum tale corpus teneat totum vel ejus partem vel nihil. Indirectè, ut si alio modo designari possit per id quod tantundem valet quantum valet visus, & per quod certitudo haberi possit quæ & qualis sit res quæ petitur, ut si dicatur: peto tantā terram cum pertinentiis unde talis nuper obiit seysitus, vel quam talis nup warrantizavit, vel totam terram quam talis tenet in eadem villa (si plus nō tenuerit) vel in com̄ vel in tali loco, vel talem q̄ capta fuit in manum dñi Regis, & per tenentem replegiata, vel talē quam ego vel alius tibi tradidit, vel de qua disseysinā fecisti, vel quas tenes de dono talis, vel de ballivo dñi Regis, & hujusmodi. Item jacet in placito. Quo warranto ubi actio datur tam in rem q̄m in ꝑsonam ratione pertinentiarum. Et de eschaetis domini Regis de terris Normanniæ. Item iacet de tenementis de quibus aliquis redditus ꝓvenit. Et si de redditu petatur, non iacet, nec etiam erit redditus liberum tenementum nisi ex tenementis ius proveniat, quia de camero nō, vel huiusmodi. Itē iacet visus de tenemento in quo quis com̄uniam petit p breve de recto, & ius Pascendi, nisi aliter designari possit ut supradictum est, quia poterit ille qui cōvenitur tenementum habere in quo petens nullam com̄uniam clamare poterit. Item iacet visus si secta petatur ab aliquo, si plura habeat tenementa in eadem villa, ut sciri possit & certificari ratione cuius tenementi secta petatur, vel cùm plures petat non debeat tenens nisi unam, secundum q videri poterit de term̄ S. T. anno Regis H. 2. post guerrā in com̄ Kanc. de magistro militiæ templi. Et eodem modo in iuribus quibusdā iacet visus, si res vel loca quib' iura insunt designari nō possūt, p id q tantundē valet, sicut in com̄unia pasturæ & huiusmodi.

[a] Quid est hoc? vid: [illegible] 379 b. the same writ of Quo warranto for the same purpose.

¶ 1. De irrotulatione post visum concessum. 2. Brevia de visu faciendo 1. de tota. 3. Si de parte unde dotata fuit. 4. Si ad breve de recto quo jure petatur visus de communia pastura.
Cap. 10.

CUm autẽ visus denegari nõ possit, tunc fiat irrotulatio hoc modo, A. petit versus B. tantã terram cum ptinentiis in tali villa ut jus suũ &c. vel tantum redditus, vel talem cõmuniam pasturæ, vel ꝙ ei faciat sectam, et hujusmodi &c. Et B. venit & petit visum de tenemento unde talis redditus ꝓvenit, vel de tenemento in quo clamat talẽ pasturam, vel de tenemento de quo A. petit sectam & hujusmodi, secundum ꝙ brevia originalia habeant. Dies datus est eis in oct̃ & interim &c. Et eodem modo si dos petatur vel aliquid per breve de ingressu, tũc sic: A petit versus B. tantam terrã cum ptinentiis in tali villa ut dotem suam, vel ut jus suum, et in quam idem B. non habet ingressum nisi per talem &c. Et sic variatur irrotulatio secundũ varietatẽ placitorum, & secundũ hujusmodi irrotulationes variantur brevia quæ talia sunt. ¶ 2. Rex vic. salutẽ. Præcipimus tibi ꝙ sine dilatione habere facias B. visum de tanta terra cum ptinentiis in N. quam A. de N. in curia nostra coram justic. nostris apud W. clamat ut jus suum versus prædictũ B. & dic quatuor militibus ex illis qui visui illi interfuerint, quòd sint corã eisdẽ justic. nostris apud W. vel coram nobis ubicunque tunc fuerimus in Anglia, tali die &c. ad testificandum visum illum. Et habeas ibi nomina militum & hoc breve Teste &c. Variantur autem hujusmodi brevia multipliciter, & sic. s. habere facias visum B. de tenemento in tali villa unde redditus x. solid. cum ptinentiis ꝓvenit, quem redditum A. de N. in curia nostra &c. clamat ut jus suũ versus ꝑdictũ B. & dic. &c. ut supra vel sic: visum de tanta terra cum ptinẽtiis in N. unde B. quæ fuit uxor C. nominatim dotata fuit. ¶ 3. Vel si forte aliquam certam ptem & separatam petat ꝓ diviso, tunc sic, visum de tanta tr̃a &c. quã A. q̃ fuit uxor D. in curia &c. clamat in dotẽ versus eum. Si autẽ clamaverit tertiã ptẽ incertã & indeterminatã alicujus totius, tunc sic: visũ de tanta terra cum ptinentiis &c. unde A. quæ fuit uxor C. in curia nr̃a &c. clamat tertiã ptem in dotẽ versus eum. Et dic. &c. Si autẽ placitetur de cõmunia pasturæ per br̃e de recto. Quo jure, tunc sic. ¶ 4. Præcipimus tibi ꝙ sine dilatione habere facias A. visum de cõmunia pasturæ in tali villa quã B. de N. clamat ut ptinẽtẽ ad liberũ tenemẽtum suũ in eadẽ villa, vel in alia, versus eundẽ A. & unde idẽ B. summonitus est in eadẽ curia nr̃a ad ostẽdendũ quo jure talẽ cõmuniam pasturæ clamat in terra ipsius A. desicut idẽ A. nullã cõmuniam habet in terra ipsius B. nec idẽ B. ei servitiũ facit quare ibi cõmunia habere debeat, & dic. &c. vel sic. Visum de cõmunia pasturæ in tali villa q̃m B. in curia nr̃a corã justic. &c. clamat versus eundẽ A. ut ptinentẽ ad liberũ tenẽtũ suũ in eadẽ villa, vel in alia, & unde idẽ A. dicit ꝙ ꝑdictus B. nullã cõmuniã ibi habere debet, eo ꝙ idẽ B. nullã cõmuniam in tr̃a ipsius habet, nec idẽ ei servitiũ facit quare cõmuniã habere debeat, & dic. &c. Et sic ferri ꝑ formãda erũt brevia de visu secũdũ formã breviũ originaliũ. Si autẽ fieri debeat visus in brevi quo warranto

ranto teneat quis terrã aliqm q̃ debeat esse eschaeta dñi regis, tunc sic: visum de tanta terra cum ꝑtinentiis in tali villa,& unde idem talis sum̃onitus est ad ostendendũ quo warranto tenet tantam terrã cum ꝑtinentiis in tali villa quam nos in curia nostra clamamus versus eum ut eschaetam nostram de terris Normannorum.

¶ 1. Ad diem datum post visum habitum reincipiatur essonium. 2. Si loquela posita fuerit ad magnam curiam de comitatu & contentio fuerit de visu habito vel comitatu. Cap. 11.

AD alium vero diẽ post visum cõcessum & factũ, reincipiãt partes si voluerint omnia essonia sua, tam petens quàm tenens. Et sive venerint sive non,vic. dicere debet iv. militibus qui visui illi interfuerint,ꝙ sint ad diẽ datum ad testificandum visum illum. Ad q̃m diem sive partes venerint, sive se essoniaverint, cùm visus testatus fuerit per quatuor milites visores, semꝑ stabitur eorum recordo,& si forte essoniũ interjectũ fuerit,fiat mentio semper in essonio ꝙ visus testatus sit,& si forte testatus nõ fuerit,& tenẽs ad diẽ suũ venerit, & docere possit ꝙ visum nõ habuerit, habebit aliũ diẽ, nisi ipse petens docuerit cõtrarium, sub ꝑticulo joci partiti. ¶ 2. Cùm autẽ placitũ à com̃ translatũ fuerit ad magnã curiã, & cùm visum habuerit in com̃, objiciatur ei in magna curia ꝙ visum habuerit in com̃, inquiratur de petente si de hoc ponere se voluerit super recordũ com̃, qui de hoc habet recordum, vel non, & quo casu si petens hoc voluerit, fiat recordũ de hoc ꝑ com̃, & veniat recordũ corã Justic.sed raro cõtingit ꝙ petẽs eligat viã istã ad placitum suũ differendũ, cùm com̃odius sit ei iterum visum cõcedere, quàm de visu habito ad inquisitionem per comitatum ꝓcedere.

¶ 1. Qualiter petens debet designare tenenti rem petitam ut sciri possit si illam tenuerit vel non. 2. Si contentio habeatur quantum terræ positum fuerit in visu, aliquando fit inde jocus partitus. 3. Si fiat inde inquisitio, tunc sic. 4. Habito visu tunc warrantum vocet tenens si voluerit si warrantum habeat. Cap. 12.

IN visu autẽ faciẽdo, tenenti debet petens designare rem petitã omnibus modis quibus poterit, coram illis qui ad hoc cõvocantur, tam in corpore ipsius rei quàm in eius ꝑtinentiis, cùm difficile sit de incerta re certum ꝓferre iuditium. Et talis erit designatio, s. ut si dicatur: Peto tale maneriũ ꝑ metas & divisas istas, & tales ꝑtinentias,ut per hoc ꝑpendi possit utrum tenens totum maneriũ cum ꝑtinentiis teneat,vel eius partẽ,vel nihil. Et sufficit si maneriũ petierit cum ꝑtinẽtiis ꝑ certas divisas, nec oportet glebas manerii circumire, & ꝓpter hoc nõ cadit breve, si forte sit aliquis qui terrãm tenuerit infra corpus manerii, de qua tenens nihil habuerit,nec in servitio nec in dominico,dum tamen fiat ꝓtestatio à petente,ꝙ nihil inde clamat in dñico nec in servitio. ¶ 2. Cùm vero de visu facto aliquando inter ꝑtes fiat cõtentio,ut si dicat tenens ꝙ petens plus posuit in visu suo vel minus q̃m in brevi cõtineatur: ut de term̃ S.M.añ regni regis H.decimoquarto incipiente decimoquinto circa principiũ,sub pœna amissionis fiat inquisitio de veritate, & secundũ quod inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno

anno regni regis H. secũdo post guerrã in cõm Wilt. de Galfrido de Chesse-wicke: cùm ptes se inde posuerunt in inquisitionẽ patriæ, & gratis se posuerint in certas psonas, quatuor vel sex, cum quibusdam qui visui interfuerint, tunc veniat inquisitio ad certificãdũ de veritate p tale breve. ¶ 3. Rex vic. salutẽ. Præcipimus tibi quòd venire facias coram iustic. nostris tali die &c. A. servientẽ talis, & attornatum suum in loquela q est inter eundem A. talẽ & talẽ, de tanto terræ cum ptinentiis &c. Et similiter cum eo A. B. C. D. super quos pdicti tales se posuerunt, & pterea quatuor ex illis qui visui interfuerint, qm pdictus A. attornatus talis petentis fecit tali tenenti, s. de prato vel terra cum ptinentiis in tali villa, quod pratum vel quam terram, idem talis clamat ut ius suum versus eundem talẽ, ad certificandum pfatos iustic. nostris quid & quantum prati vel terræ idem A. attornatus, s. ipsius talis petentis, s. posuit in viso suo. Et unde idem talis tenens, s. dicit q idem A. non posuit in visu suo nisi tantũ prati vel tantũ terræ, & in diversis locis, & tot particulas, & ita se inde interim certificẽt, quòd pfatos iustic. nostros ad eundem diem plenius inde certificare possunt. Et habeas ibi hoc breve Teste &c. ¶ 4. Habito sic visu, statim perpendere potest tenens utrum terram petitam teneat, vel eius ptem, vel nihil: ut si totã teneat, sic statim ad diem suũ respondeat, vel si warrantum habeat, illũ vocet qui ipsum in seysina sua defendat. Si autem nihil inde teneat, nec in dominico nec in servitio, vel nisi eius partẽ q de brevi illo recedat quietus. Sed quoniam quandoquè melius erit & tutius tenenti warrantũ vocare, quàm in psonam suam defensionis periculum suscipere, cùm plures forte & aliæ competant exceptiones warranto quàm tenẽti, ideo prius tractandũ erit de warranto & eius vocatione.

Tractatus quartus Libri quinti, in quo tractatur de VVarrantia.

¶ 1. De warranto vocato post visum. 2. Quid sit warrantizatio. 3. Quis possit warrantum vocare de qua causa. 4. Quare debeat warrantizare. 5. Quis vocari debet ad warrantizandum. 6. Si minor vocatus fuerit ad warrantum. 7. Maritus vocat uxorem ad warrantum quandoquè. Cap. 1.



CUM autem tutius sit warrantum vocari tenenti, quàm in propria persona subire defensionem, cûm ex persona sua propria ad actionem omnino elidendam, vel ad tempus differendam non competit ei exceptio peremptoria vel dilatoria, tunc si warrantum habuerit, illum statim vocet, aliquando per auxiliũ curiæ, aliquãdo sine, secundum quod warrantus fuerit sub potestate vocan-

vocantis, & ita ꝙ illũ ſine auxilio habere poſſit, vel ſecundum ꝙ fuerit ſub alterius poteſtate ꝙ illum ſine auxilio ꝓducere nõ poſſit. Sub alterius poteſtate dico, ſicut ſub poteſtate dñi regis, ſive in regno Angliæ, ſive in Hibernia, ſive in Wallia, in aliqua pte quæ ſit ſub poteſtate & dominico dñi Regis. Si autẽ fuerit qui vocatus eſt extra poteſtatẽ dñi regis, in vanum vocabitur per auxilium, quia tunc neceſſe habet tenens illum ꝓducere per ſe, ſi poſſit, alioquin amittet. ¶ 2. Inprimis videndum erit quid ſit warrantizatio. Et ſciendũ quòd warrantizare, nihil aliud eſt, quàm defendere, & acquietare tenentẽ qui warrantũ vocavit in ſeyſina ſua, quia quamvis warrãtus warrantizaverit, non tamen ꝓpter hoc transfertur ſeyſina ad warrantũ, nec aliquid aliud niſi defenſio rei petitæ, q̃ quidem defenſio, cùm ſemel ad warrantum tranſlata fuerit, poſtmodum reſumi non poterit à tenente, ſed omni ꝓcedent ſub homine warranti, nec cùm warrantus warrantizaverit, rem warrantizatã reddere poteſt petenti contra voluntatẽ tenentis, vel ſine juditio, quia defendere non eſt reddere ſine voluntate tenentis, quin ei fiat diſſeyſina. Sed cùm voluntas tenentis vel judiciũ intervenerit, tunc ſtatim & non ante transfertur ſeyſina rei petitæ ad petentem, & tenens de re warranti excambium habeat ad valentiam. ¶ 3. Videndum etiam quis poſſet warrantum vocare, & qua de cauſa. Et ſciendũ ꝙ warrantũ vocare poterit omnis, qui non prohibetur, ſicut ille qui rem aliquam corporalem habuerit, ſicut terram, et tenemẽtũ ab aliquo ex quocunque juſto titulo vel juſta cauſa acquirendi, ſicut ex cauſa donationis vel vẽditionis vel ꝑmutationis et hmoi, cum charta de warrantia expreſſa & homagio aliquando, niſi in eadẽ charta exprimatᷣ, ꝙ nõ obſtante homagio ſi donator ad warrantũ vocatꝰ fuerit nõ teneatᷣ ad warrantiã, nec ad excãbiũ, & ſic vincit conventio legẽ. ¶ 4. Itẽ teneᷣ quis warrantizare quandoq; ꝓpter homagiũ, etiam ſine charta, & ſive ſit major ſive minor, dum tamen ante ætatẽ minor qui vocatus fuerit nõ reſpondeat ad warrantiã. Et idem dici poterit de juribus, ſicut de cuſtodiis & maritagiis & hujuſmodi. De hoc autẽ quod dicitur omnis qui non ꝓhibetur, quia non poteſt quis warrantũ vocare in pœnali actione, ubi quis convincendus fuerit ex delicto, vel injuria ꝓpria, & ubi fuerit pœna corporalis infligenda, cùm pœna ſuos tenere debeat actores, & non alios. ¶ 5. Itẽ videndũ eſt quis vocari poſſit ad warrantũ? Et ſciendum quòd tam maſculus quàm fœmina, tam minor quàm major, dum tamen (ut prædictũ eſt) ſi minor vocetur remaneat placitum de warrantia in ſuſpẽſo uſque ad ætatem, niſi cauſa fuerit ita favorabilis quòd ætas expectari non debeat, ſicut ex cauſa dotis. Item non ſolum vocandus eſt ad warrantũ ille qui dedit vel vendidit, verum etiam vocandi ſunt eorum hæredes deſcendentes in infinitum, propter verba in chartis contenta. Ego & hæredes mei warrantizabimus tali & hæredibus ſuis &c. Et in quo caſu, tenentur hæredes warrãtizare ſive ſint ꝓpinqui ſive remoti, remotiores vel remotiſſimi. Et ꝙ de hæredibus dicitur, idem dici poterit de aſſignatis, & de illis qui ſunt loco illorum hæredum, ſicut ſunt capitales domini qui tenentibus ſuis quaſi ſuccedunt,

cedunt,

What is Warranty

Who may vouch

warranty propter homagium

who may be vouched

cedunt, vel ꝓpter aliquem defectum, vel ꝓpter aliquod delictum, sicut de eschaetis dominorum. Et ꝙ assignatis fieri debet warrantia per modum donationis: ꝓbatur in itinere W. de Ralegh in com̄ Warr̄ circa finem rotuli, et hoc maximè, si primus dominus capitalis, & primus feoffator, ceperit homagium & servitium assignati. ¶ 6. Si autē minor fuerit vocatus ad warrantū, de aliqua libertate, sive per se, sive cum aliis, semper inquiratur inprimis utrum antecessor minoris seysitus fuit de tali libertate ut de feodo anno et die quo fuit vivus & mortuus, ad hoc ꝙ detur dilatio warrantiæ vel non detur. Item vocari poterit ad warrantum, et vocare tam ille qui tenet ad vitam, sicut ille qui tenet in feodo, et eodem modo ille qui tenet ad terminum annorum. Et ꝙ ille potest qui tenet ad terminum quamvis ratio se habeat in cōtrarium, ꝓbatur in itinere W. de Ralegh in com̄ Warr̄ de quadam Sibilla, q̄ dotem petiit circa finem rotuli. ¶ 7. Maritus uxorē recte vocat ad warrantum etiam sine auxilio curię, (nisi ita sit ꝙ fœmina ꝙ de costa viri sumpta fuit, caput excedens, viro suo dominetur) si uxor in brevi non nominetur, ut si recognitum fuerit vel convictum ꝙ vir nihil teneat nisi nomine uxoris suæ, quamvis secundum quosdam potius deberet cadere breve illud: aliud tamen erit (ut videtur) si donationes factæ fuerint ante matrimonium cum seysina et usu per aliquod tempus, quod secus est constante matrimonio. Et quo casu, vir recte vocat uxorem sicut aliam quācunquè personam, et cùm warrantizaverit, et vir amiserit, uxor tenebitur ad excambium, ꝙ non est in primo casu. Si autē ècontrariò, si vir uxori donationem fecerit ante matrimonium, & uxor per se sine viro implacitetur, non magis sine viro respondebit quàm de alia hæreditate sua, & ipsum (ut videtur) vocare poterit ad warrantum, et si amiserit ꝙ vir teneatur ad excambium, secundum ꝙ dicitur de uxore. Cùm autē vir & uxor simul implacitaverint & petant, & vir attornatus fuerit uxoris, & ille qui tenet postmodum uxorem vocaverit ad warrantum, oportebit ꝙ ipsa iterum compareat in curia, & attornatum faciat virum suum vel alium in placito warrantiæ, quia vir non est attornatus in placito illo quamvis in placito principali: secundum ꝙ videri poterit de Itinere M. de Pateshull in com̄ Eborum anno regni regis Henrici decimo de Petro de malo lacu & Izabella uxore ejus, & Johanne de Besacre. Et sic fiat in omni placito cùm tenens warrantum vocaverit ꝙ petens faciat attornatum de novo, ꝙ quidē non est de tenente.

¶ 1. *Quibus modis obligatur quis ad warrantizandum.* 2. *Si minor vocatus fuerit statim ostendat tenens chartam vel aliud.* 3. *Aliquando sine chartæ ostensione.* 4. *Aliquando per homagiū.* 5. *Si vocatus ad warrantum homagium negaverit.* 6. *Per cyrographum & finem factum.* 7. *Item tacite vel expresse.* 8. *Si dominus capitalis ad quem terra pervenerit ut eschaeta vel alio modo cum non sit hæres, quia res transit cum onere.* 9. *Si Rex debeat warrantizare, dicere poterit, quod sine Rege respondere non poterit.* 10. *Quòd nullus vocat Regem ad warrantum nisi teneatur ad escambium.* *Cap. 2.*

ITē quis vocare debeat & warrātizare & cui dictū est. Nūc videdū qualiter et quibus modis quis obligetur ad warrātiā sive major sive minor. Et sciendū ꝙ per homagiū, et fine factū, et per chartarū sive per aliorū instrumētorum obligationē. Per instrumētorum obligationē, verbi gratiâ, A. vocat B. ad warrantū versus C. B. sūmonitus petit ꝙ A. ostendat ei qua ratione vocaverit eum ad warrantū. Et si A. statim ꝓferat chartam ipsius B. vel patris sui, vel alterius antecessoris sui cujus hæres ipse fuerit, & quæ dedici non possit. Et si A. talis sit hæres ꝙ ei warrantizari debeat, ut si sit hæres ejus qui feoffatus est per chartā illam, vel ejus assignatus, vel hæres assignati, cûm charta de assignatis fecerit mentionē. Et eodem modo si de illis quibus feoffatus dare voluerit, vendere vel legare, et charta fecerit mentionē de warrantizatione et puro feoffamento, tunc oportebit ꝙ idem B. statim warrantizet, et incontinenti ad melius ꝙ poterit respondeat. Et idem ꝙ dicitur de charta, dici poterit de confirmatione, si confirmatio ad warrantizationē obligaverit confirmantē. ¶ 2. Si autē minor infra ætatē existens vocatus fuerit ad warrantū, et cōstiterit ꝙ minor sit, ne frivola sit vocatio, ille qui vocat statim in ipsa vocatione ostendat chartas suas vel aliud, per ꝙ ꝑsumi possit ꝙ minor teneatur ad warrantiam sive præsens fuerit sive absens, quia hæc poterit esse cautio cûm sint nōnulli de jure suo diffidētes, cûm aliud remediū non haberent ad litē ꝓtrahendam, nisi minorē ad warrantū vocarent. Quod etiam de quolibet majore dici posset warrantū vocante majorem vel minorē. In assisis vero omnibus ubi si vocans de warranto suo defecerit, nulla alia subsequetur pœna in odiū defaltæ, nisi ꝙ per defaltā capiatur assisa. Cûm autē à vocante warrantū, ostensæ fuerint chartæ & instrumēta, tūc videndū erit utrū pater vel alius antecessor minoris (si servitiū petatur) fuerit in seysina de servitio illo anno & die quo fuit vivus & mortuus. Et si ita fuit seysitus, tunc statim warrātizet suo feoffato, sed loquela principalis inter petentē et minorē qui warrantizavit tenenti usq; ad ætatē warranti remanebit sine die: secundū ꝙ ꝓbatur de Itinere Abbatis de Radinge & M. de Pateshull in com̄ Warr̄. de Ægidio de Erdington qui sūmonitus fuit ad warrātizandū W. de Norf. Et quia pater ipsius Ægidii obiit seysitus de servitio ipsius W. postq̄m ipse E. warrantizavit ipsi W. remansit loquela principalis sine die versus petentē usq; ad ætatē E. et sic minor infra ætatem warrantizabit suo feoffato & tenenti ꝓpter seysinā antecessoris de servitio ꝙ recepit à suo feoffato anno et die quo obiit. Si autē antecessor seysitus nō fuit anno et die &c. tunc minor infra ætatē nec ad warrantiā nec ad principale placitū respondebit. ¶ 3. In casu tamē poterit minor vocari ad warrātū et sūmoniri sine chartæ ostēsione, si infra ætatē vocatus fuerit ad warrantum ab aliquo suo tenente, ratione alicujus tenemēti de quo infra ætatē feoffatus fuerit tenens, quia in utroq; placito tam warrantiæ q̄m principali respōdebit. Et unde cum minor sic vocatus fuerit ad warrantū, inquirendū erit utrū tenementum ratione cujus vocatus est ad warrantū, sit hæreditas descendens vel perquisitū, & ꝙ dicitur de servitio dici possit de homagio.

4. ¶ Per

¶ 4. Per homagiũ vero [illegible] ũ obligatus est dominus ad warrantiã qui homagiũ cepit, quia esto ꝙ te[illegible] ullã chartã habuerit, vel cùm habuerit, illam non habeat ad manum, [illegible] feoffamentũ illud fuerit novum vel vetus, sicut à cõquestu Angliæ, de quo [illegible] contingit ꝙ chartæ ꝓferantur, si homagiũ intervenerit, & hoc ꝓbari possit, capitalis dominus sine charta warrantizabit. Et si forte dicat ꝙ sine charta warrantizare non debeat, responderi poterit à tenente sic. Tu teneris michi terram petitam warrantizare, quia ego sum inde homo tuus, & tu inde homagiũ meũ recepisti, & in seysina es de servitio meo, & pater meus et antecessores patris mei inde fuerunt homines antecessorũ tuorum. Et q ita sit, ꝓducat sectam sufficientem, vivam voce, vel aliqm qui paratus sit hoc disrationare ꝑ corpus suũ si opus fuerit. Et si ille qui vocatus est hoc dedicere non possit, sine charta warrantizabit, & hoc nisi ille qui vocatus est docere possit homagium esse conditionale s. salvo jure cujuslibet in suo casu. ¶ 5. Si autẽ vocatus homagium illud omnino negaverit et defenderit, tunc justic. audiant ꝓbationes tenentis qui se ꝓbare possit ꝙ sit homo talis, & quòd ipse talis homagium suũ ceperit, vel antecessorum suorum in forma ꝑdicta, per judicium warrantizabit. Sed cũ ꝓpter homagium vocetur aliquis ad warrantum ꝙ dedici non possit, numquid poterit dominus ꝓ voluntate sua homagium tenentis sui wayviare & sic de warrantia evadere? nõ, quia ex hoc tale sequeretur incõveniens, ꝙ ꝓ minimo servitio magnum quid warrantizaret tenenti suo. Poterit tamẽ tenens quando voluerit tenementum suum wayviare vel illud dño suo restituere simul cum homagio et ex causa. ¶ 6. Obligatur etiam quis ad warrãtiam ꝑ cyrographum & finẽ factum, ita ꝙ si A. ꝓferat cyrographum de fine facto in curia dñi Regis inter ipsum & B. vel eorum antecessores quorũ hæredes ipsi sunt, tunc secundũ illud cyrographum (ꝙ de facili dedici non poterit) fiet juditiũ de warrantizatione, in forma tamen supradicta de minore, si minor ad warrantũ vocatus fuerit, s. si anno & die &c. Sed nonne teneť minor infra ætatẽ ad finẽ factũ respõdere etiã etsi nõ añо & die, & de hoc dicetur inferius de exceptionibus? ¶ 7. Non solũ obligatur persona feoffatoris (ut ꝑdictũ est) & rationibus ꝑdictis, poterit etiã tenemẽtũ obligari cũ ꝑsona tacite vel expresse. Expressè, ut si quis ita dicat, in charta donationis ꝙ ipsi & hæredes sui warrãtizabũt donationẽ suã ex tali certo teñto ꝙ tunc tenent ad qmcunq postmodũ ꝑvenerit, & sic remanebit res expresse obligata ad warrantiã, ut ꝓbať in rotulo de term̃ P. añ regis H. decimosexto in com̃ Midd de Alic. de warr̃ & de R. de Renge, ubi Alic. warrantizavit ꝑ judiciũ cur̃ qui habuit teñtũ literaliter & specialiter obligatũ. Tacitè, ut si feoffator tẽpore donationis satis habuit unde warrantizet etiã sine expressione, id qd tũc habet remanet obligatũ, quia nõ valet obligatio ꝑsonæ, nisi habeãt si opus fuerit unde possit excãbiũ facere. Et ꝑ hoc sic obligatur tenemẽtũ tacite ¶ 8. Sed quid si tenemẽtum sic obligatũ tacitè vel expresè, ꝓpter defectum vel ꝓpter delictum feoffatoris tanquam eschaeta deveniat in manum domini Regis vel capitalis domini superioris?

Quæro

Quæro an ille teneatur ad warrantiam cùm ad warrantũ vocetur et videtur ꝙ sic, quia res cum homine transit ad quemcunq̃. ¶ 9. Poterit etiam ipse rex inter alios ad warrantiam obligari rationibus supradictis, sed tamen nõ potest vocari sicut vocantur privatæ personæ, quia sũmoneri non potest per breve, et ideo dicere poterit ille cui rex warrantizare debeat, cum quadam curialitate, sic: ꝙ sine rege respondere non poterit, eo quòd habet chartam suam de donatione vel confirmatione, per quam si amitteret, Rex ei teneretur ad escambium, vel alia ratione, ꝙ ipse rex est in seysina de homagio & servitio suo et hujusmodi, & quoniã ita fieri solet multotiens ꝙ tenens sine rege respondere non poterit, ut litem ꝓtraheret ratione cujuslibet chartæ quam ꝓferret in judicio de confirmatione, ꝓvisum fuit et concessum coram ipso rege in dedicatione Abbathiæ de Hayles in præsentia ix. Episcoporũ, & coram com̃ Richardo & aliis pluribus comitibus sic. ¶ 10. Quòd nullus de cætero regem nominet in judicio (ut prædictum est) nisi ita sit ꝙ rex teneatur ad escambium, si tenens amiserit, & secundum ꝙ tunc judicatũ fuit inter Comitem Gloc. et Abbatem S. Edmundi, quia chartæ Abbatis ꝑ quas dicebat ꝙ sine rege respõdere non potuit, loquebantur tantũ ꝙ rex reddidit, concessit & confirmavit, et de nulla warrantia ꝑ quã teneretur ad escambium si Abbas amitteret. Et sciendum ꝙ nihil aliud est dicere, non possum sine rege respondere, q̃m vocare ipsum ad warrantũ, licet ꝑ alia verba.

¶ 1. *Quòd warrantus debeat designare proprio nomine si possit vel quod tantundem valet. 2. Si warrantus de dote feloniam fecerit & inter duos capitales dominos de eschaeta contentio habeatur.* *Cap. 3.*

Cum autẽ quis warrantum vocaverit, debet warrantum suum designare ꝓprio nomine si possit si fuerit in rerũ natura. Si autem in utero matris, aliud erit dicendum, quia si in nomine erratum fuerit sive in persona, tenens de facili poterit amittere, vel si ita vocaverit: voco filium talis sine expressione nominis, non valet talis vocatio, cùm talis plures habuerit filios, valet tamen si non nisi unum. Si autem ita vocaverit: voco talem filium & hæredem talis, valet talis vocatio, licet hæredes plures habeat remotos & propinquos, quia hoc de propinquiore erit intelligendum. Sed quid si plures appareant qui se faciunt hęredes, nec appareat quis eorum propinquior, videtur quod sub disjunctione vocandus erit warrantus, ut si dicatur: Voco talem vel talem quicunque eorum hæres fuerit talis, vel si hæres in utero fuerit sic, & ubi uxor petierit mitti in possessionẽ nomine ventris, ut si dicatur: voco talem ꝓprio nomine qui apparens est, vel illum qui in utero est, nisi ad monstrũ declinaverit, vel in utero mortuus fuerit, & semper exprimi debet causa q̃ dubitationẽ inducit, vel incertitudinẽ: ut si dicat istum vel illũ quicunq̃ istorũ obtinuerit, sicut inter avunculũ & nepotẽ legitimum, & bastardũ et hujusmodi. Sufficit enim si tantũ faciat quantum facere potest, cùm uterque se gerat pro hærede. Et hoc fieri possit (ut videtur) ad simili-

militudinem exhæredationum, quia si quis debeat exhæredari, nominatim debet exhæredari, et eodem modo warrantus nominatim vocari. Ut si dicatur. Titius filius meus exhæres esto. Item valet exhæredatio et sufficit si dicatur, filius meus exhæres esto, non adjecto ꝓprio nomine, maximè si alius filius non existat, quia nō refert utrum quid fiat vel ꝙ tantundē valeat. Cùm autē sit aliquis qui se facit hæredem et hæreditatem petierit, et mulier similiter si petat mitti in possessionē nomine ventris, vel cùm plures se faciant hæredes, nec cōstare poterit quis eorū hæres ꝓpinquior et rectior sit ꝓpter dubium eventum, et cùm nullus warrantizare teneatur ante hæreditatis additionē, tutius et melius est warrantiam suspendere quousq; inde haberi poterit certitudo et cōstiterit de veritate ad similitudinē istius casus. ¶ 2. Quia esto ꝙ quis implacitatus fuerit de duabus partibus alicujus manerii, et mulier de tītia pte qm tenet nomine dotis et unde talis est warrantus de dote sua, et pendēte placito ꝙ ille qui tenuerit duas ptes feloniam fecerit, & utlagatus fuerit anteqm mulier de tertia pte eum ad warrantū vocaverit, et cùm illæ duæ ptes ratione termini sui fuerint in manu dñi Regis, et inter duos dominos de eschaeta contentio habeatur, nec sciri posset quis eorū debeat obtinere, loquela mulieris ponitur et remanebit sine die, vel ad diem diffusum et in suspenso, quousq; inde habeatur certitudo: ut de Itinere ultimo W. de Ralegh in com Warr̄ circa finē rotuli. Et ita (ut videtur) fieri deberet de pmissis. Item cùm plures vocati fuerint ad warrantū erratū fuerit in nomine unius vel plurium, perinde habendum erit (ut videtur) cùm sint quasi unum corpus ac si erratum esset in nominibus omnium, sicut videri poterit de pluribus petētibus vel pluribus tenentibus.

¶ 1. Si quis warrantū vocaverit qui sit sub potestate sua licet auxiliū petierit nō habebit auxiliū curiæ. 2. Item si talem qui nō fuerit sub potestate regis, sed ipsum producat si possit. 3. Si warrantus fuerit infra libertatem alicujus ubi non currit breve Regis. 4. Breve si sine auxilio produci nō possit. 5. Si minor vocatus fuerit ad warrantū de dote vel in placito de recto, tunc summoneatur custos ejus. 6. Si hæres qui vocatus sit ad warrantum nihil teneat de hæreditate materna sed parastter suus, tunc summoneatur uterque sive hæres fuerit major sive minor. Cap. 4.

CUm autem quis vocatus fuerit ad warrantiam qui fuerit sub potestate vocantis, licet auxilium curiæ petierit, auxilium non habebit, quem quidem si non produxerit, amittere poterit de facili. ¶ 2. Si autem warrantus extra suam potestatem fuerit, et in potestate regis ubicunque, auxilium habebit. Si autem extra potestatē regis, cùm Rex, ipsum ꝓducere non possit, auxilium non habebit, et ideo producat eum qui vocavit vel rem petitam amittat. ¶ 3. Si autem sit aliquis qui talem libertatem habeat, ꝙ breve regis ibi non currat ꝓpter dominum regem qui sibi libertatem concessit, mandetur domino libertatis quod warrantum distringat, ꝙ si non fecerit, distringatur ipse per terras suas extra libertatem ꝙ warrantum ꝓducat. Si autē terras extra non habuerit, tunc non obstāte libertate apponat Rex manum in defectum ipsius, ita ꝙ jus nō deficiat, cùm autē warrant' sine

auxilio pduci nō possit, tūc fiat bre de sumonēdo warrātum in hac forma. ¶ 4. Rex vic. salutē. Sumoneas p bonos sumonitores A. ꝙ sit coram justic. &c. tali die ad warrantizandū B. tantū tr̄æ cū ptinētiis in tali villa qm E. in eadē curia corā eisdē justic. &c. clamat ut jus suū versus pdictū B, et unde idē B. in eadē curia nostra corā eisdē justic. nostris vocavit ipsū A. ad warrantū versus pdictum E. et habeas ibi sumonitores et hoc breve Teste &c. vel aliter: ad warrātizandum B. custodiā tr̄æ q fuit E. & qm D. in curia nostra &c. clamat versus eundē B. ratione filii & hæredis ipsius E. qm habet in custodia sua de dono I. regis patris nostri, ut dicit. Et unde idem B. vocavit ipsū A. ad warrantū versus ipsū D. et habeas &c. vel aliter: ad warrātizādū tantū tr̄æ B. &c. et unde idē B. sumonitus est in curia nr̄a coram nobis ad respōdēdum nobis quo warranto tenet tantū tr̄æ vel quid tale ꝙ nos clamamus ut jus nostrū vel eschaetā, et hujusmodi, & in omni casu generaliter ubi jacet warranti vocatio, fiat mētio in brevi de sumonitione de forma placiti & de modo petitionis in brevi originali cōtento, sive tenētū petatur sicut tr̄a vel redditus, vel ꝙ ad tenētum ptineat sicut advocatio Ecclesiæ, jus pascendi, sive pastura, rationabile estoveriū, iter vel actus, et hujusmodi, vel ꝙ ad aliqm ptineat ratione tenēti, sicut servitiū, relevium, custodia, & maritagiū. ¶ 5. Si autē minor vocandus sit ad warrantū in placito aliquo, sive sup recto ipso sive sup dote, tunc fiat breve de sumonendo custodem, ꝙ sit ad certū diē, et ibi habeant hæredē ad warrantizandū. Rex vic. salutē. Sumoneas p bonos sumonitores A. custodē B. filii et hæredis C. & D. custodē terræ ejusdē hæredis ꝙ sit corā justic. nostris tali die, & ibi habeat hæredē pdictū ad warrantizandum E. tantū terræ cū ptinentiis in tali villa ꝙ pdictus A. in curia nostra &c. clamat ut jus suum vel in dotē versus eundē B. & unde idē A. in eadē curia nostra corā justic. nostris vocavit pdictū hæredē ad warrantū versus eum. Si autē unus & idē habeat tam custodiā tr̄æ quā hæredis, tunc sumoneatur sine aliis, ꝙ sit & habeat hæredem. Si autem hæres aliquis teneatur ad warrantiam qui nihil tenuerit de hæreditate matris, ratione cujus vocatus est ad warrantum, sed paraster vel antecessor suus ad vitam suam, per legem Angliæ, et cùm hæres in curia respondit post summonitionem ei factam ꝙ nihil tenet de prædicta hæreditate matris suæ, sed paraster suus, ppter hoc non differatur warrantia ad vitam parastri, sed sumoneatur paraster, ꝙ sit &c. ad audiendum considerationem curiæ de pdicta warrantia, vel ad warrantizādum cum pdicto hærede per tale breve. ¶ 6. Rex vicecom salutem. Sumoneas per bonos sumonitores A. ꝙ sit coram justic. &c. ad audiendum considerationem ejusdem curiæ nostræ, de warrantia tantæ terræ cum pertinentiis in N. qm B. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus E. vel sic. Ad warrantizandum B. simul cum C. filio & hærede talis mulieris, scilicet tantam terram cum ptinentiis in N. quam B. in eadem curia nostra coram eisdem justiciariis nostris &c. clamat ut jus suum versus Edwardū, et unde idē Edwardus in eadem curia nostra &c. coram eisdem justiciariis vocavit inde ad warrantum pdictum B. versus eundem

eundem E. Et unde idē C. dicit ꝙ nihil tenet de hæreditate talis matris suæ, nec ad warrantiā illam respondere potest, sine prædicto A. qui hæreditatem illam tenet ad vitam suam per legem Angliæ.

¶ 1. *Quod quis potest se essoniare.* 2. *Si defaltam fecerit capiatur terra in manum domini regis.* 3. *Breve ad capiendam terram in manum domini regis per defaltam, ad valentiam super warrantum, magnum Cape.* 4. *Si terra petita fuerit in uno comitatu & terra warranti in alio, tunc fiat extensio per tale breve.* 5. *Breve de capiendo terram pro defectu.* 6. *Si de advocatione Ecclesiæ vocetur warrantus, tunc capiatur terra ad valentiam & estimetur advocatio, ut sciri possit quantum capi debeat.* 7. *Breve quod capiat tantam terram quæ sit de hæreditate.* 8. *Si mulier dotem petierit & minor vocatus ad warrantum & custos defaltam fecerit, capiatur de terra minoris pro defectu custodis.* 9. *Si minor vocatus fuerit ad warrantum cum parastre et uterque eorum defaltam fecerit, vel uterque eorum tantum, capiatur de terra minoris ad valentiam terræ petitæ.* 10. *Si plures warranti defaltam fecerint.* 11. *Si warranti manentes fuerint in diversis comitatibus & pro ea parte quam quilibet tenuerit facta prius estimatione.* *Cap. 5.*

AD diem verò summonitionis legitimæ quindecim dierum poterit quilibet eorum se essoniare si voluerit, petens, tenens, & warrantus simul, vel vicissim, ita ꝙ quilibet eorum habeat unicum essonium secundum ꝙ superiùs dicitur de essoniis. ¶ 2. Et si ad diem summonitionis fecerit petens defaltam, ꝑsente tenente, & se liti offerente, recedet tenens quietus de brevi illo, secundùm ꝙ superius plenius dicitur de defalta. Et eodem modo si tenens, tunc capiatur terra in manum domini Regis ut supra. Si autem warrantus defaltam fecerit præsentibus tam petente, quàm tenente, et antequàm warrantus in curia comparuerit capiatur de terra warranti in manum domini Regis ad valentiam t̄ræ petitæ si warrantus terram habuerit in eodem comitatu. Et idem si tenens se essoniaverit, & sic fiat irrotulatio. A. tenens scilicet vel A. essoniator tenentis optulit se quarto die versus B. de placito ꝙ idem B. warrantizet ei tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quam C. clamat ut jus suum versus eum, et unde idem A. in curia &c. vocavit ipsum B. ad warrantū versus ꝑdictum C. & prædictus B. non venit & summonitio &c. Juditium. Capiatur terra in manum domini Regis de terra ipsius B. ad valentiam &c. et dies &c. et B. summoneatur ꝙ sit tali die responsurus & ostensurus &c. ut supra de defaltis. Idem dies datus est tali petenti in banco. ¶ 3. Rex vicecom̄ salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo de terra in balliva tua pro defalta ipsius A. ad valentiā tantæ terræ cum ꝑtinentiis in tali villa ꝙ B. de N. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus C. & unde idem C. in eadem curia nostra coram justic. &c. vocavit eundē A. ad warrantum versus eundē B. & diem captionis &c. Et summoneas per bonos summonitores prædictum A. quòd sit &c. ut supra. Et idem dies dabitur tam petenti quā tenenti si præsentes fuerint personaliter, vel per attornatos vel per essoniatores si se essoniaverint. Si autem in eodem com̄ ubi terra petitur, non habeat warrantus terram cùm defaltam fecerit, de qua capi possit ad valentiam sed in alio, nec constare poterit quantum terræ vicecom̄ capere

 debeat

debeat in suo com̃ in manum dñi Regis, quia nescit de valore terræ petitæ in alio com̃, oportet igitur ꝙ prius fiat extensio de terra petita, & facta extensione mandetur vicecom̃ de alio com̃ quantũ terræ capere debeat ꝓ defaltam warranti per tale breve, per ꝙ fiat extensio. ¶ 4. Rex vicecom̃ salutem. Præcipimus tibi ꝙ assumptis tecum duodecim tam militibus quam aliis liberis, legalibus et discretis hominibus de visneto tali in ꝓpria persona tua accedas ad tale locum et per eorum sacramentum extendi facias et appreciari tantam terram in tali villa &c. vel aliter & breviùs. Præcipimus tibi ꝙ per sacramẽtum ꝓborum & legalium hominum de com̃ tuo extendi facias & appreciari tantam t̃ram cum ꝑtinentiis in tali villa q̃m talis in curia nostra clamat &c. Et unde idem talis vocavit talẽ ad warrantum &c. Et extensionem illam & appreciationem scire facias tali die vel sine dilatione evidenter, distincte & aperte per literas tuas sigillatas & per duos legales & discretos homines ex illis per quos extensio illa et appreciatio facta fuit. Et habeas ibi hoc breve et nomina eorũm per quorum sacramenta extensionẽ et appreciationem illam feceris Teste &c. Et cùm per extensionem constiterit de valore, tunc primùm pręcipiatur vicecom̃ ubi warrantus terram habet quòd capiat in manum domini Regis ad valentiam per hoc breve. ¶ 5. Rex vicecom̃ salutem. Cape in manum nostram per visum &c. de terra talis per defectum ipsius talis ad valentiam centum solidatarum terræ ꝓ una carucata terræ cum ꝑtinentiis in tali villa in tali comitatu quam talis in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus talem, et unde idem talis vocavit &c. et diem &c. et sum̃oneas talem ꝙ sit ad talem diem &c. Teste &c. Quandoquè tamen sine tali inquisitione facienda, estimetur terra quæ petita est secundum solam assertionem petentis. et capiatur in alio comitatu ad valentiam, ut si tenens retinuerit, non erit necesse ulteriùs ꝓcedere, si autem amiserit, tunc procedatur ad veram inquisitionem, quod prius non erit necesse, ut de term̃ Paschæ an̄ Regis Henrici decimo quarto. ¶ 6. Cùm petatur advocatio et tenens warrantum vocaverit qui defaltam fecerit, tunc de terra warranti capiatur ad valentiam in manum domini regis, sive warrantus manens fuerit in eodem comitatu, sive in diversis. Sed quoniam incertum erit quantũ capi debeat de terra warranti, nisi prius constiterit de valore advocationis, inprimis estimanda erit Ecclesia, et per consequens sciri poterit quantũ valeat advocatio. Extensio quidem advocationum talis esse debet in partitionibus faciendis inter cohæredes, ꝙ si Ecclesia valeat viginti Marc. plus vel minus, ꝓ qualibet marca in extensione facienda computetur redditus duodecim denarioꝝ, sicuti ꝓ viginti Marc. viginti solid. et facta sic extensione, capiatur ꝓ defalta warranti ad valentiam per hoc breve. ¶ 7. Rex vicecom̃ salutẽ. Cape in manum nostram per visum &c. de terra talis mulieris in balliva tua, q sit de hæreditate ejus, cùm forte aliam terram habuerit, simul cum hæreditate, sicut nomine dotis, pro defectu ipsius mulieris, ad valentiam viginti solidatarum redditus cum pertinentiis pro advocatione talis Ecclesiæ quam A. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus

sus B. Et unde idē B. in eadē curia vocavit ipsam ad warrantū versus pdictū A. et diem &c. Sumoneas &c. Teste &c. Cùm autē mulier dotē petierit vel aliud tenementū, vel quid tale ut jus suū versus aliqm qui minorem vocaverit ad warrantū, si minor vel ejus custos defaltam fecerit ubicunq terra fuerit, habita tamē extensione (ut prædictū est) capiatur de terra minoris pro defectu custodis ad valentiam terræ petitæ per tale breve. ¶ 8. Rex vicecom salutē. Cape in manū nostrā p visum &c. de terra talis filii & hæredis talis qui est infra ætatē et in custodia talis pro defectu ipsius custodis ad valentiā tantæ terræ cum pertinentiis, vel tertiæ partis tantæ terræ cum pertinētiis in tali villa, vel in com tali, quam tertiam ptem, talis quæ fuit uxor talis in curia nostra &c. clamat in dotem versus A. & unde idem A. in eadem curia nostra coram &c. vocavit eundē talem qui est infra ætatem ad warrantum versus eum et diē &c. sumoneas &c. Teste &c. ¶ 9. Si autem vocatus fuerit ad warrantum (ut pdictum est) ille qui nihil habuerit de hæreditate materna, nec sine parastre respondere poterit, sive uterq defaltam fecerit sive alter ipsorū, capiatur de hæreditate materna ad valentiā terræ petitæ p defaltam per tale breve. Sed refert utrum per parvum cape vel per magnum, cùm unus in curia cōparuerit & alius nō. Sed videtur q per magnū ubi ambo defaltam fecerint, cùm ipse qui in curia cōparuerit se defendere possit per legem, & cùm sint odiosa restringenda. Cùm autē unus eorum tantum defaltam fecerit, tunc utrum sit vel sic, certū erit q terra hæredis. Si autem unus sit custos terræ et hæredis simul, vel unus custos terræ & alius custos hæredis, in quo casu ultimo, omnes sumonendi sunt in uno brevi quotquot sunt custodes & habeant hæredē. Si autē paraster, per legē Angliæ quasi custos est. Rex vicecom salutē. Cape in manum nostrā per visum &c. de terra quam A. tenet ad vitam suam per legem Angliæ & quæ est de hæreditate B. filii & hæredis talis mulieris, & ad ipsum reverti debet post mortem prædicti A. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis in pdicta villa quam C. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus D. Et unde idem D. in eadem curia nostra &c. vocavit inde ad warrantū pdictum A. simul cum prædicto B. versus eundē C. & q idem B. dicebat quod nihil tenuit de hæreditate prædicta matris suæ, sed prædictus A. per legem Angliæ, sine quo de prædicta warrantia non potuit respondere & diem &c. et summoneas &c. Teste &c. ¶ 10. Quod autem de uno warranto dicitur, dici potest de pluribus si plures defaltam fecerint, secundum quod terras habuerint in uno com vel diversis, & ubi si in diversis com, sumoneantur sic. Rex vicecom salutem. Sumoneas p bonos sumonitores A. quòd sit coram justic. &c. ad warrantizādum B. de N. simul cū C. de tali com tantū terræ cū ptinentiis in tali villa &c. ut supra. Et sic de tribus vel pluribus warrantis, et si omnes defaltā fecerint, de terris omniū capietur ad valentiā, secundū q tenuerint p diviso vel p indiviso, & facta extensione, secundū q fuerint omnes in uno com vel diversis. ¶ 11. Si autē unus ex pluribus warrantis defaltam fecerit ante apparitionem, & alii comparuerint, absentia unius non erit dānosa

 aliis,

aliis, quod nō est in viro et uxore, sed illi qui pſentes fuerint defendant causam suam, sed ꝓ defectu absentis capiatur de terra ipsius in manū dñi regis ad valentiā pro ea parte q̄ ipsum cōtigerit de warrantia facienda, facta tamen priùs estimatione quantū valeat terra q̄ petita est à tenēte, & fiat tale bre. Rex vicecom̄ salutē. Cape in manū nr̄am (per omnia ut supra) usq̄ ad clausulam illam, scilicet: Et unde talis in eadē curia vocavit talē ad warrantum versus talē petentē cū A.B.C. cohæredibus & pticipibus suis Teste &c. Et si talis ad secundū diē nō venerit, amittet terrā suā captā in manū dñi regis ꝑ judiciū, et salvæ erunt aliis exceptiones & responsiones suæ.

¶ 1. *Si warrantus ad secundam summonitionem post captionem nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto cōparuerit.* 2. *Quòd petens recuperabit seysinā per defaltā.* 3. *Cùm tenens amiserit quia warrantus nō potest eum defendere in seysina sua, si warrantus tenementum habuerit in eodem comitatu, statim fiat ei excambium ad valentiam.* 4. *Si plures sint warranti & quidam defaltam fecerint & quidam nō.* 5. *Cape de terra warranti ad valentiam.* 6. *Aliud breve de eadem captione sed alio modo.* 7. *De viro & uxore cùm simul vocati fuerint ad warrantum & alter ipsorum defaltam fecerit.* 8. *Cùm warrantus nullam habeat excusationem cùm defaltam fecerit primo die, secundo, tertio, vel quarto.* 9. *Breve secundum judicium supradictum.* 10. *Quòd potest quis amittere per defaltam quam fecit primo die, sicut secundo, tertio & quarto.* 11. *Ubi quietus recedit de warrātia & terra petita capiatur in manum domini Regis.* 12. *Si petens defaltam fecerit offerentibus se liti quarto die tenente & warranto, uterque quietus recedet.* 13. *Si warrantus Christianus vel Judæus terram non habuerint per quam distringi possunt ad warrantum vic. habeat corpora eorum.* *Cap. 6.*

If vouchee did not appear at second summons.

CUm autem warrantus ad secundū sum̄onitionē post captionē nec primo die, nec secundo, nec tertio, nec quarto cōparuerit, petente se offerente liti contra tenentem, et tenente contra warrantū, recuperabit petens terram versus tenentē, et tenens versus warrantum excambiū ad valentiam. Et fiat talis irrotulatio, A petit versus B. tantā terrā cum ptinentiis in tali villa ut jus suum, et ita quod pdictus B. venit in eadē curia nostra et vocavit inde ad warrantum C. ita quod sum̄onitus fuit quod esset ad talem diem, ad quem diē non venit nec se essoniavit, & ita de terra ipsius C. per judicium capta fuit in manum domini regis ad valentiam pdictæ terræ. Et præceptum fuit vic. quod mandaret justic. diem captionis, & quod iterum sum̄oneret prædictā D. quod esset ad talē diem responsurus de principali placito, et de defalta. Et ad quem diem non venit, nec primo, nec secundo, nec tertio, nec quarto die, nec terra ad horam fuit replegiata, et ideo cōsiderandum est quod prædictus A. recuperet terram suam versus prędictum B. per defaltam B. et B. in misericordia et habeat de terra ipsius C. in loco competenti excambiū ad valentiam. Et quod dictū est de uno warranto, dici possit de pluribus si defaltam fecerint, breve de faciendo seysinā petenti tale erit. ¶ 2. Rex vic. salutem. Scias quod A. in curia nr̄a corā justic. &c. recuperavit seysinā suā versus B. per defaltā ipsius B. de tāta terra cum ptinētiis in tali villa. Et ideo tibi pcipimus quod eidē A. de pdicta terra cum ptinētiis, sine dilatione plenariā seysinam habere facias T. &c. Post breve istud fiat aliud tenenti de escambio habendo

Entry of judgment ad valentiam

habere facias seisinam

habendo facta prius extẽsione ut supradictũ est, si warrãtus terrã nõ habuerit in eodẽ com̃ sed in diversis. Si autẽ in eodem com̃, tunc fiat breve sic. ¶ 3. Rex vic. salutẽ. Scias ꝙ cùm A. de N. in curia nostra corã justic. &c. peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut jus suum, idem B. venit in eadem curia nostra coram eisdẽ justic. et vocavit inde ad warrantũ E. de N. qui cùm sumonitus esset, postea defaltam fecit in eadẽ curia, per q̃m idem A. seysinã suã recuperaverit de p̃dicta terra versus eundem B. Et ideo tibi p̃cipimus quòd de terra ipsius E. in com̃ tuo propinquiore tali terræ ipsius B. eidẽ B. excambiũ ad valẽtiam sine dilatione habere facias T. &c. Cùm autẽ plures sint warranti vocati & quidam illorum defaltam fecerint et quidam nõ, tunc fiat breve in hac forma. ¶ 4. Rex vic. salutẽ. Scias ꝙ cùm A. in curia nostra &c. (ut supra) Idem B. venit (ut supra) et vocavit inde ad warrantũ C. & D. qui cùm sumoniti essent in eadẽ curia nostra coram p̃fatis justic. nostris, idẽ C. defaltam fecit versus eundem B. ita ꝙ p̃dictus A. coram p̃fatis justic. &c. recuperavit seysinã suã versus eundẽ B. p̃ defaltã de medietate totius terræ cum p̃tinentiis. Et ideo tibi p̃cipimus ꝙ de terra ipsius C. in balliva tua p̃pinquiore terræ ipsius B. escãbiũ ad valẽtiam p̃dictæ medietatis eidẽ B. sine dilatione habere facias Teste &c. Si post sumonitiones & essonia cũ tenẽs se forte essoniaverit & warrãtus cõparuerit vel quidã ex pluribus, & sic diem in banco habuerint & postea defaltam fecerint, capiatur de terra ipsorũ &c. et fiat talis irrotulatio. Si autẽ cõtingat quòd warrantus semel post sumonitionem vel essonium suum factum cũ tenẽs se forte essoniaverit in judicio comparuerit, vel cùm plures warranti vocati fuerint simul vel vicissim se essoniaverint, quidam illorũ in judicio cõparuerint, & sic diẽ habuerint in banco, et postea defaltam fecerint, capiatur de terra illorum p̃ defaltã ad valentiam terræ petitæ, vel p̃tis ipsius secundũ quòd plures warrãti vocati fuerint vel unus, per parvũ cape in forma superius dicta, de petente et tenente cùm tenens defaltam fecerit postq̃m semel in judicio cõparuerit, et fiat sic irrotulatio in persona warrãti, B. optulit se quarto die versus C. de placito ꝙ warrantizet ei tantam terram cum p̃tinentiis in tali villa quam A. de N. in curia &c. clamat ut jus suũ versus eundẽ C. vel quam talis mulier clamat ut dotem suam versus eundem B. et unde idẽ B. in curia nostra vocavit &c. (ut supra) et idem C. non venit, et habuit diem in banco postquam comparuerat in curia nostra &c. judicium &c. Capiatur de terra ipsius C. ad valentiam, et ipse C. sumoneatur quòd sit ad talem diem auditurus judicium suum per parvum cape quod tale est. ¶ 5. Rex vic. salutẽ. Cape in manũ nostram de terra C. in balliva tua pro defectu ipsius C. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis suis in tali villa q̃m A. de N. in curia nostra &c. coram justic. &c. clamat ut jus suũ versus B. et unde idem B. in eadem curia nostra coram justic. &c. vocavit ipsum C. ad warrantum versus prædictum A. et summoneas per bonos sumonitores prædictum C. ꝙ sit coram justic. nostris ad talem diem auditurus inde judicium suum, et habeas ibi sumonitores et hoc breve T. &c.

hab: fac: seisin:

hab: fac: seisin:

cape ad valentiam

¶ 6. Ad q̄m diem si non venerit, amittet ad valentiam terræ petitæ ꝑ defaltam versus D. qui tenet, et A. recuperabit versus B. terram petitã & fiat talis irrotulatio, A. optulit se quarto die versus C. de placito ꝙ warrantizet ei tantam terram cum pertinentiis in tali villa quam A. clamat &c. (ut supra) versus B. & unde idem B. vocavit ad warrantum ipsum C. et C. non venit sed alias fecit defaltam postquam in curia comparuerat, ita ꝙ terra capta fuit in manum dñi Regis, et ipse C. sumonitus ad audiendum judicium suum. Et ideo consideratum est ꝙ A. recuperet seysinam suam versus B. et B. in misericordia, et habeat excambium ad valentiam de terra ipsius C. et fiat utriq; eorum seysina, scilicet A. de re petita et B. de eschambio in forma supradicta. Si Christianus vel Judæus qui terrã nõ habuerint de qua distringi possint cùm vocati fuerint ad warrantizandum, præcipiatur vicecom̄ ꝙ habeat corpora eorum, quia ibi non poterit captio terrę fieri ad valentiam. Judæus vero nihil ꝓprium habere potest, quia quicquid acquirit non sibi acquirit sed regi, quia non vivunt sibi ipsis sed aliis, et sic aliis acquirunt et nõ sibi ipsis. ¶ 7. Quid autem dicetur de viro et uxore cùm simul vocati fuerint ad warrãtum, et unus illorum defaltã fecerit, tunc fiat ac si uterq; defaltam faceret, vel per parvum cape vel per magnum cape, secundũ ꝙ defalta facta fuerit antequam cõparuerint vel post. Sed cùm vicissim se essoniaverint et unus diem in banco receperit cùm alius se essoniaverit et postq̄m ambo defaltam fecerint, tunc pro defectu utriusq; capienda erit terra in manũ dñi regis. Sed refert utrum per parvum cape vel per magnum cape, quia ratione ejus qui non comparuerit, videtur ꝙ locum habet magnum cape, et ratione ejus qui cõparuerit ꝙ parvum locum habebit. Sed cùm sint loco unius nec jura eorũ divisionẽ recipiunt, nec utrũq; brẽ simul cõpetere possit si ad juris rigorẽ habeatur respectus, et cùm lites restringẽdæ sunt et ea tenenda quæ magis ligant, tunc ad parvum cape erit recurrendũ, si autẽ ad ꝑtem benigniorẽ ubi defendi possunt sum̄onitiones, sursisæ, et essonia, tunc locum habebit magnum cape ꝙ melius est. Cùm autem unus illorum defaltam fecerit, in hoc casu fiat magnum cape vel parvum, secundum ꝙ ille qui defaltam fecerit in juditio prius cõparuerit vel non. ¶ 8. Cùm autem warrantus nullam habuerit excusationem cùm venerit quam prætendere possit et sanare defaltam ꝙ ad primũ diẽ non venerit nec secundum, nec tertiũ, nec quartum: tunc fiat irrotulatio sic, A. petiit versus B. tantũ terræ cum pertinentiis, et ita ꝙ idẽ B. vocavit ad warrantum C. qui postquàm in curia cõparuerit et diẽ habuerit in bãco, vel postq̄m warratizavit defaltã fecit, ita ꝙ terra capta fuit in manũ dñi regis, et ipse sum̄onit᷒ ad audiẽdũ juditiũ suum ad hunc diẽ. Et ipse C. venit sed nõ potuit sanare defaltã, et ideo cõsideratũ est ꝙ A. recuperet seysinã suã versus B. et B. in misericordia et habeat excãbiũ ad valentiam de terra ipsius C. Breve de faciendo seysinam ipsi A. tale est. ¶ 9. Rex vicecom̄ salutem. Scias quòd cùm A. in curia nostra &c. peteret versus B. tantam terram &c. ut jus suum, vel mulier ut dotem suam, vel aliud secundum formam brevis originalis, idem B. venit in eadem curia coram

coram eisdē Justic.&c.et vocavit inde ad warrantū C.& qui similiter venit in eadē curia, et eidem B. terrā illā warrantizavit et postea in eadē curia nostra terrā illā amisit per defaltam quam fecit versus eundem A.Et ideo tibi pcipimus q̧ eidem A. de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias, & de terra ipsius C. in balliva tua habere facias eidem B. escambium ad valentiam prædictæ terræ sine dilatione per visum legalium hominum. Teste &c. ¶ 10. Et quòd quis amittere poterit per defaltam quam fecerit ad primum diem, hoc est si primo die non cōparuerit, ac si secundo die, tertio vel quarto defaltam fecerit, si sumonitionē cognoverit vel si eam dedicere nō possit, cùm diē habuerit in bāco postq̄m semel in curia cōparuerit: ꝓbatur de term̄ S. Michaelis anno Regis H. xvi. incipiente xvii. in com̄ Midd̄ de W. de Ralegh et quodā tenente suo Johanne Pigon qui tenuit de quadam ꝑbenda S.P. Et etiam quòd defalta facta primo die, et secundo die placiti nocet, ꝓbatur de term̄ S. Hilarii anno Regis H. viii. in com̄ Berk. de Henry de Queynt qui se tenuit ad defaltam, quia tenens non venit primo die, nec secundo, sed postea remisit tenenti defaltam ꝓ xv. Marc. argenti. Sed quid si primo die cōparuerit tenens coram aliquo Justiciario, et secundo, tertio, vel quarto die defaltam fecerit? idem erit dicendū q̧ prius, cùm vocatus non cōparuerit. Et eodem modo si uno die de licentia absēns fuerit & per alium diem se absentaverit sine licentia. Et notandum, quòd si quis implacitatus sit per breve de recto et per defaltā amiserit, vix seysinam suam rehabebit per consimile breve, nisi majus jus habuerit in t̄ra illa petita ille qui amisit quàm ille qui petit. Si autem minus vel nihil, nunquam recuperabit, sicut esse posset inter fratrem antenatum et postnatum, si postnatus per defaltam amitteret. ¶ 11. Sed quid si tenens defaltam fecerit cùm petens ꝑsens sit et warrantus, illis se liti offerentibus, si warrantus nondum warrantizavit, statim recedat quietus de warrantia, et terra petita capiatur in manum dn̄i Regis per parvum cape, & tenens summoneatur q̧ sit ad alium diem auditurus inde juditium suum, ad quem diem si non venerit, vel si cùm venerit sanare non possit defaltam, amittet seysinam suam, eo quòd non est secutus versus warrantum suum quem vocavit per auxilium curię vel sine. Et de hac materia inveniri poterit de term̄ S. Michaelis anno regis H. quarto incipiente quinto. ¶ 12. Cùm autem petens defaltam fecerit offerentibus se liti quarto die tenente & warranto, recedet uterque quietus de brevi illo. ¶ 13. Cùm quis ad warrantum vocatus fuerit Christianus vel Judæus qui terram non tenuerit in feodo q̄ capi possit in manum dn̄i Regis vel per quam distringi possunt, præcipiatur vicecomiti q̧ habeat corpora eorum primo die. Et de hac materia inveniri poterit de term̄ S. Trinitatis anno regis H. quarto de Isaac Judæo de Northwico, & de term̄ S. Hilarii & Paschæ circa principium.

¶ 1. Post

¶ 1. *Post essonia et dilationes præsentibus in judicio petentibus et warranto et warrantus gratis warrantizaverit et in se susceperit defensiones, tunc remaneat tenens domi donec discussum fuerit inter petentem et warrantum.* 2. *Proposita intentione versus warrantũ.* 3. *Breve de facienda seysinam et sic de manu in manũ de pluribus sicut de uno,* 5. *quod fiat escambium.* 4. *Si warrantus nihil habeat unde facere possit escambiũ.* 5. *Cùm unus vel plures ex pluribus feoffatus fuerit et ex pluribus tenentibus qui diversis temporibus feoffati fuerint quod melior erit cõditio ejus quoad escambium qui primò feoffatus fuit si uno tempore fuerint implacitati, aliud si diversis.* 6. *Cum warrantus nihil habeat unde escambium faciat de hæreditate ejus cujus nomine vocatus fuerit ad warrantum.* 7. *Si ille qui feoffavit tempore feoffationis satis habuit, res illa quam tunc habuit tacite obligatur vel expresse facta in modum donationis.* *Cap. 7.*

POst essonia et districtiones et dilationes legitimas p̃sentibus in juditio tam petente quàm tenente et warranto, aut statim warrantizat aut de warrãtia cõtẽdit ꝙ warrantizare nõ debeat. Si autẽ sine contẽtione gratis warrãtizaverit et in se defensiões susceperit in placito principali, incipiet placitũ esse principale inter petentẽ et ipsum warrantũ et extunc remaneat tenens cui warrãtizatũ est domi, donec cõstiterit quis eorũ petẽtis vel warranti possit in placito obtinere, et ꝓponat petens intẽtionem suam versus warrantũ sicut primò ꝓposuit versus ipsũ tenentẽ. quia de cætero ꝓcedant omnia sub ꝑsona warranti sicut ꝓcedere deberet sub ꝑsona tenentis, nec poterit de cætero tenẽs ꝑdere, quia si warrantus ipsũ in seysina sua defendere nõ possit, habebit tenẽs de terra warranti, si q̃m habuerit escambiũ ad valentiã t̃ræ q̃m tenẽs amiserit. ¶ 2. Proposita igitur intẽtione petẽtis versus warranti, statim respõdeat warrãtus intẽtionẽ, et defendat jus petentis, ꝑ duellũ vel per magnã assisam si voluerit, nisi exceptiones habeat cõpetẽtes quas versus petẽtem ꝓponat, vel nisi forte warrãtũ habeat vel defensorem qui ipsũ versus petentẽ defendere debeat, unũ vel plures q̃m incontinẽti vocet per auxiliũ curiæ, vel sine, sicut superius paulatim dictũ est. Et eodẽ modo ꝓcedatur (ut p̃dictũ est) de warrãto in warrantũ usq; ad plures successivè, donec nõ sit aliquis ulterius qui vocari possit ad warrantũ, et unde cùm plures vocati fuerint de warrãto in warrãtũ, et ultimus warrantus ꝑ defaltam vel ꝑ judiciũ amiserit, ipse tenebitur escãbiũ facere, et illud idẽ escãbiũ quasi de manu in manũ, et warranto in warrantũ usq; ad tenentẽ, cui primò fuit warrantizatũ, et fiat talis irrotulatio, A. petiit versus B. tantam t̃ram in tali villa cum ꝑtinẽtiis ut jus suũ, vel talis mulier ut dotẽ suam et hujusmodi. Et idẽ B. venit in eadẽ curia et vocavit ad warrantũ C. qui venit et ei warrãtizavit et in eadẽ curia corã eisdẽ Justic. vocavit inde ad warrantũ D. qui postmodũ ꝑ juditiũ vel ꝑ defaltam t̃ram illam amisit versus p̃dictũ A. et ideo cõsideratũ est ꝙ p̃dictus A. recuperet seysinam suam versus p̃dictũ B. de p̃dicta t̃ra cum ꝑtinẽtiis et ꝙ B. habeat de t̃ra D. escambium ad valentiam, sed ꝑ manũ ipsius E. et ita fieri potest de pluribus warrantis in infinitũ, et erit tale b̃re de seysina facienda. ¶ 3. Rex vic. salutẽ. Scias ꝙ cùm A. in curia nr̃a &c. peteret versus B. tantũ t̃ræ &c. ut jus suũ, idẽ B. venit in eadẽ curia nr̃a coram Justic. nr̃is, et vocavit inde ad warrantũ C. & qui venit in eadẽ curia et t̃ram illam eidẽ B. warrantizavit, & vocavit inde ad warrantũ D. qui postea in eadẽ curia ei warrantizavit, & postea terram illam

illam p defaltam vel p judicium amisit, ut pdictũ est. Et ideo tibi pcipimus ꝙ eidē A. de pdicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seysinam habere facias, & de terra ipsius D. in balliva tua eidē C. escambiũ habere facias ad valentiam pdictæ terræ sine dilatione, et illud idem escambium p manus ipsius C. sine dilatione habere facias pdicto B. Teste &c. vel si plures sint ibi warranti vocati qm duo, ut si dicatur, A. petit versus B. tantam terram &c. et idē B. venit & vocavit inde ad warrantum C. & qui ei warrantizat & qui inde vocat ad warrantum D. & qui ei warrantizat & vocat ad warrantũ D. et qui ipsi warrantizat et vocat ad warrantũ E. & qui ipsi warrantizat, & cùm ipsu D. feoffatũ suum & tenentē suum defendere non possit & per juditiũ amiserit vel per defaltam, idem A. recuperet versus pdictum B. & D. faciet escambium de terra sua eidem B. ad valentiam, & illud idem escambium fiet prædicto A. quasi per manum ipsius D. nulla facta mentione de ipso C. nisi tantum de ultimo warranto, scilicet de E. & de D. suo tenente cùm idem C. de suo nihil attribuit, & ideo dicatur sic in brevi de seysina facienda, de terra ipsius E. in balliva tua eidem B. escambium ad valentiam pdictæ terræ sine dilatione habere facias, & illud idē escambiũ sine dilatione habere facias eidē B. Et eodem modo fiat si plures vocentur successivè, usq ad x. vel amplius in infinitũ. Sed quid erit si E. ultimus warrantus qui in se defensionē suscepit et amisit, nihil habeat unde facere possit escambiũ, & D. habet ad sufficientiam qui warrantizavit C. & omnes alii usque ad B. qui warrantum vocavit, & iniquum esset ꝙ B. esset sine escambio? æquum esset (ut videtur) ꝙ de terra ipsius D. fieret escambium ipsi B. & quòd D. expectaret tempora meliora versus ipsum E. & tunc dici posset in brevi de seysina. ¶ 4. Et quia idem E. nihil habet unde escambiũ facere possit ipsi D. ideo de terris ipsius D. in balliva tua eidē C. escambium ad valentiam prædictæ terræ, sine dilatione habere facias, donec idem E. aliquid habeat unde escambium facere potest, & illud idē escambium sine dilatione habere facias prædicto B. et sic fieri debet de pluribus warrantis de warranto in warrantũ ab ultimo usq ad primum, & idē fiat si ultimus warrantus escambium facere nō possit ad plenum, quòd id ꝙ defuerit suppleatur de terris aliorum qui medii sunt de warranto in warrantum, ordine tamen observato ab ultimo usque primũ. ¶ 5. Cùm autē unus à pluribus qui diversis tēporibus feoffati fuerint vocatus fuit ad warrantũ & cùm defendere nō posset amisit, & omnibus teneatur ad escambiũ, si omnibus satisfacere non possit, semper melior erit conditio ipsius qui primò fuit feoffatus, ut ipse escambium suum pdeducat in parte vel in toto, & alii expectent tempora meliora, et sic omnes secundũ prioritatē feoffamēti habebunt privilegium escābii, & hoc dico, si omnes simul et semel ipsũ vocaverint ad warrantũ, & de omnibus redditũ sit juditiũ uno et eodē die de warrantia, et omnes simul cùm implicitati fuerit unũ warrantũ vocaverint. Et de hac materia inveniniri poterit in ultimo Itinere M. de P. in coṁ Suff. de Matilda q̄ fuit uxor Mathiæ de Thurfenne in placito dotis, secus tamē est (ut videtur) si diversis tēporibus fuerint implacitati et diversis tēporibus warrantus vocatus qui

amise-

amiserit. ¶ 6. Sed quid si warrantus cùm warrantizaverit & amiserit nihil habeat unde escãbium facere possit nec alienaverit rẽ obligatã ad warrantiam tacitè vel expressè, nec dolo fecerit quo minus habuerit, vel nihil, non erit ꝓpter hoc absolvendus omnino de escãbio faciendo, imo ꝙ faciat escãbium si quid ad eum pervenerit postea de hæreditate patris vel matris vel alterius antecessoris, ratione cujus vocatus fuerit ad warrantũ, ut de term̃ S. M. anno Regis H. xiii. incipiente xiv. in com̃ Hertf. de B. quæ fuit uxor R. Russel. ¶ 7. Itẽ ꝙ illi qui primò feoffati fuerunt ꝓrogativam habent, ꝓpter prioritatẽ feoffamẽti, cùm ille qui feoffavit tẽpore feoffamenti satis habuit unde posset escãbium facere. Et ꝙ licet illud postmodũ alienaret, rẽ quasi tacitè obligatã relinquit, ad quencunq̃ postmodũ pervenerit: inveniri poterit in rotulo de term̃ S. M. an̄ Regis H. ix. incipiẽte x. in com̃ Kanc. de Rosia quæ fuit uxor Roberti de Goldingford, ubi quædam mulier petiit dotem versus quendã & uxorẽ suam, & ipsi vocaverint ad warrantũ quendã qui fuit infra ætatem, & quæ respondit ꝙ nihil habuit de hæreditate patris ratione cujus vocata fuit ad warrantũ, de quo posset warrantizare & escãbium facere, responsum fuit ex adverso ꝙ tempore quo ipsi feoffati fuerũt, habuit eorum feoffator, scilicet vir mulieris petentis, quandam terram in manu sua quæ plenè sufficere posset ad warrantiam & escambium, et postea illam dedit cuidam qui præsens fuit & hoc cognovit, & unde consideratum fuit quòd mulier petens recuperaret de terra ipsius qui ultimò feoffatus fuit escambium suum, & ꝙ post feoffati tenerent in pace.

¶ 1. Si warrantus dicat quod warrantizare non debeat, quo casu oportet quod qui eum vocavit rationem ostendat quare warrantizare non debeat si warrantus contendere velit. 2. Confirmatio hæredis cum jus ei descenderit facit primam chartam convalescere quæ ab initio fuit invalida. 3. Finis factus. 4. Homagium. 5. Homagium factum capitali domino de concessione medii. *Cap. 8.*

DIctum est supra quid juris cùm warrãtus gratis warrãtizaverit. Nũc autem dicendũ si de warrantia cõtendat, & dicat ꝙ warrantizare nõ debeat, & quo casu oportet eum qui warrantũ vocavit rationẽ ostendere quare vocatus warrantizare debeat, cùm à vocato fuerit sup hoc requisitus. Et unde videndũ qualiter warrãtus teneatur ad warrantizandũ, & quibus modis, & quando nõ. Et sciendũ ꝙ ad omnes chartas de simplici donatione cõpetit tenenti warrantizatio, et tenentur donatores & eorum hæredes ad warrantiã, si hora cõgrua, & modo debito, cum ꝓsecutione cõpetenti vocati fuerint ad warrantũ, nisi forte in charta de feoffamẽto cõtrariũ exprimatur, scilicet ꝙ donator ad warrantiam nõ teneatur nec ad escambium, si vero charta fuerit de confirmatione, nõ sequitur inde warrantizatio, nisi in se cõtineat donationẽ. Ut si dicatur, do & confirmo tali & hæredibus suis vel cuicunq̃ dare, assignare, vẽdere, vel legare voluerit, tantã terrã &c. et sive procedat charta sive non de donatione, talis charta sufficit ad warrantiam. ¶ 2. Sufficit etiam charta de confirmatione quandoq̃ per se, quandoq̃ cum

charta

charta ꝑcedente ubi ab initio invalida fuit donatio, eo ꝙ donatorius seysinã rei donatæ non habuit in vita donatoris, quia ex charta de confirmatione subsequente facta ab hærede cùm ei jus descenderit, cõvalescit prima charta de donatione q̃ ab initio fuit invalida, et sic quælibet illarũ juvat aliam. Item valet charta quoad warrantiam si specialiter faciat mentionẽ de warrantia, ut si dicatur. Et ego et hæredes mei warrantizabimus &c. Itẽ valet etsi nõ exprimatur, dum tamẽ homagiũ et servitiũ intervenerit sive servitiũ factũ fuit donatori ꝑ manũ donatorii, sine capitali dño donatoris pro donatore ꝑ manũ donatorii. ¶ 3. Itẽ sufficit finis factus in curia dñi Regis, licet expressa warrantia, vel homagium, et servitium nõ intervenerit, dum tamen cõstiterit ꝑ finẽ et cyrographum, ꝙ ille qui tenet, tenere debeat de eo qui vocatur ad warrantum. ¶ 4. Est etiam casus specialis, ubi quis tenetur ad warrantiam et excambiũ, quãvis alius in seysina fuerit de homagio et servitio tenentis sui, sicut capitalis dominus donatoris, ubi vz. tenens cum domino suo homagium suum obtulerit et servitiũ, et dominus suus ea recusaverit sine justa causa, poterit tenẽs impune ad capitalẽ dñum donatoris ire, et facere ei homagiũ et servitium ꝓ defectu dñi sui, et idem dominus suus nihilominùs tenebitur ei ad warrantiam. ¶ 5. Itẽ tenetur dominus ad warrantiam, ratione homagii ꝑ se, licet nullum servitiũ de tenente suo receperit: ut cùm quis districtus fuerit ꝓ servitio ꝙ dño capitali debetur, ꝓ defectu dñi sui qui medius est, et totum servitium percipit, et ꝓpriæ bursę infundit, et idem tenentem suum erga suum feoffatorem non acquietat, ꝓ defectu domini sui cum ꝓtestatione ꝓborum hominum poterit domino capitali de servitio suo acapitare et se attornare ꝓ defectu ipsius dñi sui, & dominus suus nihilominus tenebitur ad warrantiam.

¶ 1. Cum warrantus warrantizaverit, suspenditur prosecutio cõtra tenentem donec placitum de warrantia terminetur. 2. Non tenebitur warrantus ad majus excambium quam ad id ad quod vocatus est ad warrantum. 3. Si Rex vocetur ad warrantũ de dono antecessoris, quis sit antecessor Regis videndũ. 4. Si privata persona vocetur ad warrantũ ratione chartæ suæ vel antecessorũ suorũ. 5. In quibus casibus non tenetur warrantizare. 6. Exceptio quod donator nunquã fuit in seysina. 7. Quòd nõ est hæres nec suus feoffatus. 8. Non tenetur aliis hæredibus warrantizare quàm illis qui sunt in charta cõprehensæ secundũ modum donationis. 9. Ubi quis remisit & quietum clamavit. 10. Si salvo jure cujuslibet. 11. Si non tenuerit nisi ad vitam, vel si certi homines excepti sunt. 12. Si modus in donatione contentus quod donator non teneatur ad warrantiam & quod conventio vincit legem. 13. Propter variationem si tenens semel cognoverit quod non tenuit tenementũ nisi ad vitam vel ad voluntatem domini qui vocatur ad warrantũ. 14. Nõ tenetur quis ad warrantiam nec excambiũ de feoffamento & incumbratione tenentis sui vel de injuria & injusta detentione. 5. Non tenetur quis de incũbramento tenentis sui. 16. De excambio rehabendo si factum fuerit. *Cap. 9.*

POst essonia & dilationes, de quibus satis dictum est supra, comparentibus in judicio tam petente q̃m tenente, q̃m warranto, & vicecom̃ miserit breve de summonitione warranti, suspenditur placitum principale, donec placitum de warrantia terminetur, & audito brevi excipere poterit warrantus contra breve de warrantia, si forte ibi fuerit error in nominibus perso- *Vouchee may except to the writ*

personarum, vel villarum ad breve de warrantia posternendũ,et secundũ ꝙ aliàs pleniùs dicitur de erroribus. ¶ 2. Visum autem petere non potest,quia satis sufficit ꝑ visu id quod dicitur, ad warrantizandũ tantam terrã q̃m talis petit, sed statim inquirat warrantus à tenente, an aliquid habeat ꝓpter quod teneatur ad warrãtiam, chartam, vel aliud: & si chartas, vel instrumẽtum habeat, illud statim ostendat, instructus enim venire debet ad ꝓbandã intẽtionem suã, nõ est enim ei tempus indulgendũ nisi ex causa,ut si instrumẽta ita deposita sint ꝙ copiam inde habere non possit, nisi ad tẽpus, & quo casu dabitur ei dilatio legitima ad exhibendũ & ꝓferendum instrumẽta. Si autem dicat ꝙ instrumenta habuit, sed tamen casu deperdita sunt vel aliud simile, nihil aliud video, nisi quòd ꝓbet casum. Cùm autẽ tenens instrumenta exhibuerit, & ostendat rationem quare vocatus ad warrãtum warrantizare debeat,(secundum quod superius dictum est in ꝑte)respõdeat vocatus,et doceat quare warrantizare non debeat. ¶ 3. Inprimis si ipse Rex vocetur ad warrantum, secundũ suum modum, et de puro feoffamẽto ancessorũ suorũ,videndum erit qui sunt antecessores sui. Non enim tenetur warrantizare donationẽ & feoffamenta regum qui regnaverunt ante cõquestũ, ipse enim Rex nõ est eorum hæres, et perinde ad warrantiã non tenetur,nisi de facto suo, si se ad warrantiam obligaverit per confirmationẽ. Si autẽ de puro feoffamento suo, vel antecessorum suorum: warrantizare tenetur, nisi conditio vel modus aliud inducat, sed semper erit sua voluntas expectanda,cùm non possit ei necessitas imponi. Si autẽ de puro feoffamento antecessorum suorum, et de sua pura confirmatione, tunc warrantizare tenetur. Si autẽ pura sit donatio, & cõfirmatio cõditionalis,vel modalis,ut si dicatur,secundũ ꝙ charta talis Regis antecessoris nostri rationabilis testatur, tunc præjudiciale erit illud. Ideo illud imprimis debet inquirere utrum donatio prima rationabiliter facta sit vel non, et secundum hoc terminare negotium: & cùm quis dñm Regem ita warrantum nominaverit, solet hoc aliquando cum ꝓtestatione fieri, ꝙ si hoc non sufficeret, tenens diceret aliud, quòd quidem modo recessit ab aula, quia vocatio illa aliquãdo frivola inventa fuit et quasi nulla. ¶ 4. Si autem privata persona vocetur ad warrantum ratione chartæ suæ vel antecessorũ suorum, contra chartas poterit multipliciter responderi. Inprimis ꝙ charta viciosa est in se, vel ꝓpter rasuram in loco suspecto habitam,vel ꝓpter signum falsum quod appositum est, quorum unum ꝓbari potest per aspectũ,& aliud per collationem signorum. Item ꝙ si charta sufficiens sit & bona, excipi poterit contra illam ꝙ valere non debeat, quia confecta fuit dum donator non fuit compos sui, nec bonæ memoriæ ꝙ quidem ꝓbari potest per testes in charta nominatos, et per patriam, & qualiter hoc ꝓbari debeat, dicetur infra plenius in titulo de warrantia chartæ. ¶ 5. Item excipere poterit warrantus contra tenentẽ qui vocavit,ꝙ licet charta de feoffamẽto sufficiẽs sit in se, tamen donũ illud est insufficiẽs:quia donatorius qui chartã ꝓfert, vel ejus antecessor, cui donũ fieri debuit,nũq̃m seysinã habuerit de t̃ra data in vita donatoris, nisi post mortem

tem ejus per intrusionem,& ꝑpter ꝗ ille qui vocatus est ad warrantũ,intendit petere illã in dominico de seysina ancessoris sui qui inde obiit seysitus ut de feodo. ¶ 6. Itẽ excipere poterit, ꝗ antecessor qui donum fecisse debuit nunqͣm in seysina fuit de tali terra ꝗ donationẽ facere potuit. Poterit quidem charta esse sufficiẽs quæ nõ est nisi vestimentũ donationis, et donũ illud insufficiens ꝑ defectu seysinæ, & ecõtra,donũ sufficiens, & charta vitiosa:& aliquãdo utrũq vitiosũ et insufficiẽs,& sic utrumq nullum. Et unde si charta de donatione ꝓferatur, oportet ꝗ warrantus utrumq defendat, scilicet chartã et donũ,et ex hoc habet tenẽs necesse ꝓbare utrũq ꝑpter copulativã cõjunctionẽ (&) interjectã:unde si in ꝓbatione unius defecerit,perinde haberi debet ac si in ꝓbatione utriusq defecerit, nõ enim sufficit probare chartã sufficientẽ si donũ sit insufficiens. Itẽ quicunq donũ cognoverit,warrantizare tenetur,quãvis ostendere possit chartã esse vitiosam vel falsã,quia donũ valere possit, etiam si charta nõ intervenerit,ut de itinere W. de Ralegh in com̃ Buck. de Alicia de rupella. Itẽ etsi donatio ab initio invalida fuerit ꝑpter nõ seysinã, poterit postmodũ cõvalescere ex facto hæredis: ut si cùm donatorius quocũq modo in seysina fuerit,cùm jus ad hæredẽ descẽderet,recognoscat hæres chartã patris sui & donũ,et homagiũ donatorii ceperit, vel donũ patris cõfirmaverit, terrã illã petere non poterit in dominico, sed illã warrãtizare tenetur cõtra alios: ut de Itinere M. de P.& sociorum suorũ in diversis com̃ post guerram de loquelis q̃ remanserunt ad judiciũ si Wilhelm̃ de Grẽbale. ¶ 7. Excipere etiã poterit vocatus ad warrantũ cõtra tenentẽ qui vocavit, ꝗ ipse tenens nõ est feoffatus suus, nec hæres ejus q̃m feoffavit,& cùm charta donationis mẽtionẽ nõ faciat nisi tantũ de suo feoffato, et ejus hęredibꝰ: et unde si suꝰ feoffatꝰ vel ejꝰ hæres alios feoffaverit,ipse talibꝰ im̃ediate warrantizare nõ tenetur, cũ charta de talibꝰ nõ faciat mẽtionẽ:ut de term̃ P. Anno regni Regis Henr̃ nono in com̃ Midď de quadã Juliana q̃ petiit dotẽ versus quendã Henr̃,qui vocavit inde ad warrãtũ quendã W. filiũ Herewardi, & qui respondit ꝗ warrantizare nõ debuit, quia nec ipse nec pater suus eundẽ Henricũ feoffaverint,sed cognovit ꝗ pater suus feoffavit q̃ndam Thomã,& ipse Thomas feoffavit ipsum Henricũ,et desicut ipse Hẽricus nõ fuit hæres ipsius Thomæ (quãvis ab eo feoffatus) nec ipse Wilhelm̃ fuit in seysina de homagio & servitio ipsius Hẽrici, nec ipse Hẽricus chartã habuit de ipso Wilhelm̃ nec aliud per ꝗ ei warrantizare deberet, ideo cõsideratum fuit quòd Wilhelmus quietus esset de warrantia. ¶ 8. Item ad warrantiam non tenetur quis aliis hæredibus quàm illis qui in charta comprehensi sunt per modum donationis, ut si cui facta fuerit donatio, scilicet sibi & hæredibus suis quos de carne sua & uxore desponsata sibi procreatos haberet, vel de certa uxore tali. ¶ 9. Item non tenetur quis ad warrantiam ratione alicujus quiete clamantiæ: ut si quis terram petat versus aliquem ut jus suum, et postea illam remiserit & quietum clamaverit, ex hoc autem vocare non poterit ad warrantum illum, à quo jus fuerit remissum:ut de itiner̃ Abbatis de Rading et M. de P. in com̃ Gloc.

Anno

breu de recto

Anno Regis H. quinto de Radulpho Chandos. ¶ 10. Itē non tenetur ad warrantiam quis ratione homagii q̄ ab aliquo ceperit salvo jure cujuslibet: ut si dubitetur an alius sit hæres, nec sit alius hæres apparēs, ut si dicatur: capio homagium vestrum salvo jure cujuslibet. Vel sic. Capio homagiū vestrū de jure vestro cùm quasdam tras de pluribus tris teneat, de quibus alii jus habēt, & quas ipse warrantizare nō debeat. Si autē nullū sciat esse hæredē, vel dubitet an sit alius hæres, quia bastardus forte se gerat ꝓ hærede, & se domino offert sicut hæres, vel si dominus petat versus tenentē sicut eschaetam suam, & per cōsequens nullū esse hæredē. ¶ 11. Itē non tenetur hæres alicui, qui cognovit in curia, q̄ nō tenuit tenementū de quo vocat warrantū nisi ad vitā antecessoris ejus q̄m nunc vocat ad warrantū. Itē nō tenetur quis ad warrantiam p modū donationis contra certas ꝑsonas in donatione exceptas, ut si dicatur. Ego & hęredes mei warrantizabimus contra omnes gētes, ꝑterquàm cōtra tale & tale: ut de Itinere Abbatis de Radinge & M. de P. in com̄ Warr̄ assisa mortis antecessoris si Wilhelmus Trussell. ¶ 12. Itē nō tenetur quis ad warrantiam quamvis homagiū intervenerit p modū donationis ex cōsensu donatorii, ut si quis donationē fecerit alicui ꝓ homagio & servitio, & dicatur in charta ꝓ se & hæredibus suis q̄ si donatoriū contingat implacitari q̄ nec ipse nec hæredes sui ad excambium teneantur nec ad warrantiā, sicut de Wilhelmo de Bruere in multis chartis suis, & sic vincit summa conventio legem, sicut in multis aliis locis & casibus supradictis. Sed quid si cùm donatorius implacitatus fuerit ꝓpter homagiū, (q̄ ꝓbari poterit) feoffatorem suum vocaverit ad warrantum, & cùm ipse feoffator excepit q̄ ad warrantiam nō teneatur per modum donationis, donatorius noluerit chartam exhibere cùm faciat cōtra ipsum: quæritur an ad hoc cōpelli possit? & si cōpellatur, respondeat q̄ chartam non habuerit: & si habuerit q̄ illam casu amisit: sic videtur q̄ deficiat ꝓbatio, licet jus non deficiat, nisi sit qui dicat hoc p patriam esse dirimēdum. Consultè igitur faceret donator si per scriptum aliq̄ de tali conventione in initio donationis sibi cautius ꝓspiceret. ¶ 13. Itē nec ad excambiū tenetur nec ad warrantiam quis ꝓpter variationē, ut si quis semel cognoverit q̄ terram non tenuerit nisi ad voluntatem talis dñi sui, et si postea dicat q̄ in feodo, cadit ab intentione sua ꝓpter variationē: ut de Termino Sancti Hilarii Anno Regni Regis Henrici octavo. Et eodem modo nō admittitur variatio, ut si quis fuerit requisitus in placito de ꝓparte, an teneat pro hærede, & confiteatur quòd sic, et postea dicat q̄ inde feoffatus sit, & warrantum vocaverit, non audietur propter variationē, cùm ista variatio sit contra breve, & contra intentionem petentis, cui primò consensit: sed si primò cōfiteretur quòd teneret sicut feoffatus, & non hæres, & sic contra breve: & postea variaret, & confiteretur se esse hæredem, talis variatio admittenda esset, quia non in p̄judicium petentis, prima autem non, quia in præjudicium. ¶ 14. Item non tenetur quis ad warrantiam de injuria & injusta detentione tenentis sui versus feoffatum à suo tenente. Ut si A. feoffaverit B. de aliquo tenemento, &

No warranty agt act of feoffees tenant.

to, & idem B. de eodem feoffaverit C. & C. relictis hæredibus infra ætatẽ existentibus decedat, & B. ratione custodiæ ceperit tenementum illud in manum suam, & cùm hæres ad ætatem pervenerit tulerit assisam super ipsum B. & B. inde ad warrantũ vocaverit ipsum A. idem ad warrantiã non tenebitur de injuria et injusta detentione tenentis sui, quia ex hoc sequeretur ꝙ si ipse hæres recuperaret tenementum suum, ꝙ idem A. teneretur B. ad escambium, et de hac materia inveniri poterit in rotulo de term̃ S. Hilarii, anno regni Regis Henrici decimoquarto assisa mortis antecessoris si Galfridus pater Gilberti, & quam t̃ram Prior de Colum tenuit, et qui vocavit inde ad warrantũ q̃ndam Warinum de Monte Caviso versus p̃dictum Gilbertum, et ubi idem Warinus venit et cognovit ꝙ domus illius Prioris de Colum feoffata fuit per antecessores suos de tenemento unde assisa arramata fuit, sed p̃decessores ipsius Prioris feoffaverunt p̃dictum Galfridum de cujus morte assisa arramata fuit, et unde ibi consideratũ fuit ꝙ Warinus non tenebatur ad warrantiã ꝓpter incumbramentum p̃decessoris ipsius Prioris. Et sic videtur ꝙ sive feoffatus medius fuit detentor injustus sive alios inde feoffaverit et sic tenementũ incũbraverit, sive ipse implacitatus fuerit per assisam, sive vocatus ad warrantum à tenente suo et facto ꝓprio, ꝙ feoffator suus non tenebitur ad warrantiam, licet teneatur contra extraneas ꝑsonas de warranto in warrantum usq̃ ad plures, contra extraneas ꝑsonas quæ jus habuerint in re data ante feoffamentum suum, quod primum fuit et principale, & in quo casu tenet warrantizatio ab ultimo feoffato usq̃ ad primũ feoffatorem, et quilibet tenetur suo feoffato warrantizare per ordinẽ, cùm feoffati fuerint sibi et hæredibus suis. Si autem sic, sibi et hæredibus suis, vel cui dare vel assignare voluerit, tunc habebit assignatus vel donatorius electionem, utrum velit vocare ad warrantum suum feoffatorem, vel feoffatorẽ sui feoffatoris ꝓpter modũ primæ donationis im̃ediatè, et sic cõsiderare oportet utrũ quis feoffatus fuerit sic vel sic. Item esto quòd A. primò feoffaverit B. et B. relicto hærede infra ætatem moriatur, et cùm A in manum suam ceperit hæreditatem ratione custodiæ, feoffaverit C. qui inde seysitus moriatur relicto hærede infra ætatem, et A. eodem modo ceperit terram in manum suam ratione custodiæ, et cùm uterq̃ hæredum assisam mortis antecessoris proferat super ipsum A. idem A. de incumbramento suo warrantum vocare non poterit, propter factum & proprium incumbramentum suum, sed assisa ultimi feoffati ꝓcedet primò super ipsum A. & cùm recuperaverit, tunc cadit assisa primi feoffati impetrata super ipsum A. et reincipiet super ultimum feoffatum, ut ipse ad warrantum vocet ipsum A. & cùm hæres primi feoffati recuperaverit versus A. habeat hæres ultimi feoffati ad valentiam de terra warranti. Et ꝙ dicitur de uno feoffato erit observandum in pluribus feoffatis, & eorum hæredibus in infinitum, ut si A. feoffaverit B. & B. C. & C. D. & D. E. & E. F. sic in infinitum. Si aliquis capitaliũ dominorũ usq̃ ad primũ feoffatorẽ justè sicut ex causa donationis, vel nomine custodiæ, vel aliqua alia justa de causa: vel injustè, sicut per intru-

sionē vel disseysinā, sive tenemētum tenuerit in manu sua & inde implacitatus fuerit, sive alios feoffaverit à latere unum vel plures, & ipse alios unum vel plures, simul vel successive, et ipse talis vocetur ad warrantū, nunquam de facto et incumbramēto suo suum feoffatorem vocare poterit ad warrantum. ¶ 15. Item e to ꝙ quis de ꝓprio facto et incumbramento feoffatorem suum vocaverit ad warrantum, et cùm ipse warrantizaverit, et excambium fecerit, qualiter et p ꝙ breve debeat excambium revocari: verbi gratia, A. feoffat B. B. vero feoffat C. amitam D. mortua C. D. ꝓfert assisam versus B. capitalem dominum qui feoffavit C. B. vocat inde ad warrantum A. A. venit et warrantizat D. recuperat seysinā suam versus A. A. facit excambiū ipsi B. ad valentiam. Ad querelam igitur ipsius A. restituetur ei excambiū per breve ꝙ tale erit. ¶ 16. Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi ꝙ venire facias coram nobis vel Justiciariis nostris apud Westmonasterium ad terminū tale Benedict ad respondendū Adæ quare excambium cepit de t̄ra ipsius A. ad valentiam tantæ t̄ræ cum pertinentiis in tali villa, quam D. in curia nostra coram Justiciariis nostris talibus recuperavit versus eundē B. p assisam mortis antecessoris inde captam, inter ꝑdictum D. et eundē B. & unde idem B. vocavit ad warrantum ꝑdictum A. versus ꝑdictum D. & qui venit et ei warrantizavit terram illam quam pater suus dederat ipsi B. sed excambiū inde facere non debuit (ut dicit) eo ꝙ C. amita prædicti D. de cujus morte prædictus D. tulit assisam illam feoffata fuit de prædicta terra à ꝑdecessoribus prædicti B. postquam pater prædicti A. eandē terram dederat ipsi B. ut idē A. dicit. Et habeas ibi summonitorū nomina et hoc breve. Teste &c. Et unde cùm idem Benedictus convictus fuerit tale recepisse excambium, illud restituet quasi injuste receptum. Et ꝙ ita sit, inveniri poterit de termino S. Hilarii anno regni Regis Henrici decimoquinto in com̄ Berkshire de Priore de Bradley et Wilhelmo de Cyfrewast.

Writ for restitution of the value recovered.

¶ 1. *Suspenditur quandoque warrantia ad tempus propter minorem ætatem vel propter mortem.* 2. *Fallit hoc quandoque propter finem factum, vel si antecessor minoris obiit seysitus ut de feodo, quia minor respondebit ad finem.* 3. *Cum minor warrantizaverit propter finem, non respondebit petenti ante ætatem.* 4. *Videtur quòd teneatur respondere de quibus antecessor non obiit seysitus ut de feodo, si vice versa non teneatur respondere de quibus obiit seysitus ut de feodo.* 5. *Suspenditur quandoque per mortem warranti.* 6. *Si quis duos vel plures vocaverit ad warrantum, ut si virum & uxorem.* 7. *Ubi plures vocantur ad warrantum successivè, refert quis prius moriatur & in persona cujus debeat placitum warrantiæ suscitari & unius ex principalibus personis moriatur.* 8. *Quod remanebit totum placitum ad minorem ætatem unius warranti & post seysinam.* 9. *Si plures warranti vocentur sicut unus hæres.* 10. *Suspenditur warrantia propter dubium eventum propter partum qui in utero est.* 11. *Si warrantus vocatus appellatus sit de vita & membris.* 12. *De eo qui debet esse loco hæredis ut de eschaeta.* 13. *Refert utrum warrantus qui obiit tenuit in feodo vel ad vitam.* 14. *Poterit quis intrare gratis ad warrantiam si non vocetur ad proprii juris tuitionem.* Cap. 10.

Suspen-

SUspenditur quandoque warrantia ad tempus propter minorem ætatem, quandoq̄ ꝓpter mortem warranti, & quandoq̄ ꝓpter casum fortuitum supervenientē, & nō perimitur sed durat actio principalis, cùm adhuc durat fundamentum, scilicet placitum principale super quod construi poterit ædificium, ut si durantibus partibus principalibus, petente vz. et tenente, moriatur warrantus. Si autem aliqua partium vel ambæ partes principales moriantur, sic cadit causa principalis et totum fundamentū, et per consequens placitum incidens de warrantia. Suspenditur autem warrantia ad tempus propter minorem ætatem ipsius warranti in placito proprietatis: ut si pater vel mater, vel alius antecessor, de aliquo tenemento obiit seysitus ut de feodo, quo casu, ille qui minor est sive unus sive plures ante plenam ætatē non respondebit, licet petere possit aliquando in causa proprietatis ante plenam ætatem viginti et unius anni, secundum quod tenementum fuerit socagium vel feodum militare, et cùm warrantia propter ætatem suspendatur, merito debet esse in suspenso usque ad plenam ætatem placitum principale. ¶ 2. Fallit tamen illud in casibus tum propter finem factum in curia domini Regis, tum quia antecessor minoris non obiit seysitus ut de feodo de re de qua vocatus est ad warrantum in dominico nec in servitio, sed forte ad terminum annorum vel ad vitam, vel ut de vadio vel nomine custodiæ, & hujusmodi: propter finem factum, quia esto quòd A. petat versus B. tantam terram cum pertinentiis &c. et B. vocet inde ad warrantum C. qui nolit respōdere infra ætatem, quia antecessor suus obiit inde seysitus ut de feodo. Si B. proferat cyrographum vel finem factum in curia Domini Regis inter ipsum & prædictum C. vel inter eorum antecessores, tunc quamvis idem C. infra ætatem existat, respondebit ad finem illum, quod de facili reprobari non poterit, & ꝓcedetur ad judicium de warrantizatione, licet ad simplicē chartam, vel ad homagium, vel servitium infra ætatem non teneatur respondere, sed in hoc casu respectum habebit respondendi tam de warrantizatione versus B. q̄m de principali placito versus A. ¶ 3. Sed si finis & cyrographū intervenerit, ætas ipsius C. nō expectabitur versus B. qui ipsum vocavit ad warrantū ꝓpter finē illū, quin statim warrantizet, nō expectata ætate sua, quia ad finē factū respondebit quilibet minor, etsi non esset nisi unius anni, et cùm C. sic warrantizaverit ipsi B. expectabitur ætas sua versus ipsum A. qui petit de placito principali, & sic videtur prima facie ꝙ in uno et eodē placito expectatur ætas & nō expectatur, ꝙ quidē verū est, sed tamen secundum diversos respectus, cùm hic sint duo placita, unum vz. principale, ꝙ est inter ipsum A. et B. & aliud incidens, ꝙ est inter B. et C. de warrantia. ¶ 4. Itē cū minor nō teneatur de aliquo respōdere de quo pater vel mater vel alius antecessor obiit seysitus ut de feodo in dominico vel in servitio ante plenam ætatē, ꝑterquàm ad finem factum (ut prędictum est) videtur à contrario sensu quòd respondere debeat tam ad warrantiam, quàm ad principale placitum, de omnibus de quibus non obiit seysitus ut de feodo nec in servitio nec in Dominico, sicut sunt ea de quibus paulò

death of voucher

minority

ante dictum est. Et unde sive placita sint per breve de recto, sive assisæ sicut mortis antecessoris, et aliæ hujusmodi in quibus ostendi poterit quod antecessor minoris qui vocatus est ad warrantum non obiit seysitus de re petita ut de feodo, neç in dominico nec in servitio. ad warrantiã respondere tenebitur, & post warrantiam ad placitum principale, non obstante minori ætate. Si autẽ inde seysitus obiit ut de feodo, in dominico vel in servitio, aliud erit. Et de hac materia dicetur plenius infra de exceptionibus, ubi dicitur ad quæ debet minor respõdere, et ad quæ non. ¶ 5. Suspenditur autem quandoq̃ warrantia per mortem warranti, ubi scilicet quis vocatus fuerit ad warrantum et obierit antequàm warrantizaverit, vel postq̃m warrãtizaverit, vel quãdocunq̃, dum tamen ante judiciũ et loquelã terminatam inter ipsum et principalẽ dominũ petentẽ. Et quo casu, sive hæres ejus infra ætatem fuerit sive non, non ꝓpter hoc cadit loquela, nec ex toto erit reincipienda per mortem warranti, cùm semel warrantizaverit, & in se susceperit defensionẽ: et ꝑ hoc fit quasi tenens, cùm adhuc duret fundamentum, scilicet petens et tenens, ut supradictum est, inter quos vertitur contentio, et ideo de novo vocetur hæres ejus ad warrantum, qui obiit. Et ꝙ hæres vocari debeat, ꝓbatur in rotulo de term̃ Paschæ, Anno Regni Regis Henrici decimosexto in comitatu Kanc. de Alicia de Bendenges. Ad idẽ facit ꝙ habetis de term̃ Trinitatis anno regni Regis Henrici octavo in principio Rotuli. Et ꝙ dicitur de hærede, observari debet de successore, sicut Episcopis, Abbatibus et Prioribus: ut de term̃ Paschæ anno regni Regis Henrici septimo in comitatu Devoñ de Wilhelm̃ Paynel & Abbate de Doneckswell, & sic non peribit lis, quamvis pereat instantia litis. ¶ 6. Item esto quòd quis duos vel plures vocaverit ad warrantum, sicut virum & uxorem, verbi gratia: A. petit versus B. terram, B. vocat inde ad warrantum C. & D. uxorem ejus qui veniunt et warrantizant, & vocant inde ad warrantũ E. & pendente placito warrantiæ inter eos, moritur C. vir ipsius D. quo casu oportebit ꝙ D. uxor C. de novo vocet ad warrantum ipsum E. & per novum brẽ, & qui non respondebit nisi ad warrantiam sine nova sum̃onitione: ut de term̃ Paschæ anno Regis Hẽrici decimosexto in com̃ Linc. de Richardo de Elings. Sed quid si uterq̃ moriatur tam C. quàm D. tunc sum̃oneãtur hæredes ipsius D. Itẽ esto ꝙ warrãtus cùm vocatus fuerit ad warrantũ warrãtizaverit et amiserit, sed excãbiũ nõ fecerit in vita sua, hæres ipsius (sine alio brevi) tenebitur excãbium facere: ut de term̃ S. Trinitatis añ regis H. octavo de Hugone de Bailol. ¶ 7. Refert tamẽ utrũ ex pluribus primus moriatur ubi plures successivè vocati fuerint ad warrãtizandũ de warranto in warrantum et warrantizaverint usq̃ ad ultimũ, et ille qui ultimò vocatus fuerit ad warrantũ, sive warrantizaverit sive nõ, et sive ad placitum principale respondet sive nõ, dum tamẽ moriatur ante judiciũ in principali, & quo casu erit placitum warrantiæ reincipiendum in persona hęredis ex nova sumonitione. Si autem juditium redditum sit, sine nova summonitione et novo brevi, erit executio judicii facienda de bonis hæredis, quoad excambium.

Si au-

Si autē ille primus qui warrantizavit moriatur, vel tenens cui warrantizatū est, vel illi qui sunt medii, pendente placito warrantiæ inter ultimos warrantos, et aliquis ipsorū ¶ miserit: fiat escambiū hæredibus ipsius ultimi warranti, et illud idē tenenti, si superstes fuerit: Si autē nō, tunc cadit principalis loquela, et erit de novo reincipienda. De warrātis vero qui medii sunt, si moriantur pendente placito warrantiæ inter ultimos warrātos, non est multū curandū, quia eorū hęredes nō versantur nec in lucro nec in damno suo quoad escambiū, ex quo ultimò vocatus non respondet ad warrantiam, sed hæres mortui qui vocavit, & qui aliis warrantizaret si plene ætatis fuerit sum̄onitus ad warrātizandū in statu quo pater fuit, et si fuerit infra ætatem expectetur ætas. ¶ 8. Si autē ibi sint plures warranti vocati, qui sunt quasi unus hæres de feoffamento antecessorum suorum, quorū unus fuerit infra ætatem, ꝑpter ætatem suā remanebit placitum warrantiæ usque ad ætatem, ac si omnes essent infra ætatem, cum distinctione supradicta. Si autē unus vel plures moriantur, et hæredes habuerint de corpore suo qui sunt infra ætatem, vel plenę ætatis, tūc sum̄oneantur hæredes in forma supradicta, & fiat ut supra. Si autē alios non habuerit nisi cohæredes quibus descendit jus defunctorum per jus accrescendi, iniquum esset et onerosum si pro parte illa q̄ eis de novo accreverit essent omnes summonēdi de novo non allocatis essoniis et dilationibus suis præhabitis: cùm lites et dilationes potius restringēdæ sunt quam laxandæ. Igitur non erit de novo sum̄onitio reincipienda, sed teneat ꝓcessus secundū quod inceptus est. ¶ 9. Item si plures warranti simul vocentur qui sunt quasi unus hæres, tunc refert utrum ꝑtitio facta sit inter eos vel non: Si autē non, omnes simul nominandi sunt et vocandi quasi unum corpus, et nullus sine alio respondebit. Si autem partita fuerit, tunc refert utrum feoffamentum, de quo unus vocatus est ad warrantū, factum sit à participe post partitionē vel ante, à cōmuni antecessore omniū. Si autem tantū à participe sine aliis, ipse solus vocetur & respondeat de facto suo proprio. Si autē à communi antecessore, tunc omnes vocentur: nec expedit tantū unum nominare sed omnes, licet unus posset respondere quòd sine participibus ad warrantum non teneretur respondere nisi sum̄onerentur ad warrantizandum cum eo. ¶ 10. Suspenditur autem warrantia ꝓpter dubium eventum de warranto, ut si duo se gerant pro hærede, de quibus ante judicium constare non possit quis eorum sit hæres legitimus. Item si mulier habens in utero partum, de quo constare non possit utrum nascatur vivus vel mortuus, vel cùm sit natus, utrum sit homo vel declinet ad monstrum. ¶ 11. Item remanet warrātia in suspenso, si quis vocatus fuerit ad warrantiā qui appellatus sit de vita & mēbris, donec cōstiterit utrum se defēdere possit vel nō de felonia: quia nō magis tenetur respondere ad warrātiā pendēte accusatione, q̄m tenetur ad placitū principale, quia subsequēte cōdēnatione, omnia q̄ cum ipso facta essent post feloniā factā, sunt irritanda et revocāda, et etiā generatio sua suscepta post feloniā exhæredāda, & ideo suspendit warrantia donec constiterit quis ei succedere debeat post delictū.

if one of the vouchees within age or dies

¶ 12. Itē idē erit si warrantus obierit pendente placito warrantiæ, donec constiterit ad q̃m terra sua debeat reverti si obierit sine hærede, cùm talis esse debeat loco hæredis, ut de donationibus factis ante feloniam. Et si talis forte suspensus fuerit pendente warrantia vel utlagatus, tunc eodē modo reincipiatur loquela, & in eodem statu in quo fuit quando tenens primò warrantum vocavit, cùm constiterit cujus eschaeta debeat esse hæreditas talis: ut de Itinere W. de Ralegh. in com̄ Warr̄ de quodam Wilhelmo filio Roberti. ¶ 13. Videndum est etiam utrū warrantus qui obiit, tenuit in feodo vel ad vitam tantum, sicut nomine dotis, vel alio modo sicut liberum tenementum, quod post mortem ipsius warranti reversurum est ad dominum ꝓprietatis. Si autē in feodo, fiat ut supradictum est, si autē ad vitā, & dominus ꝓprietatis implacitaverit, tunc non cadit breve nec loquela principalis, sed tantum placitum de warrantia, quod in personis hæredum reincipere non potest: & ꝓcedet placitum principale, ac si tenens ab initio warrantū non vocasset. ¶ 14. Poterit etiam quis intrare in warrantiā etsi non vocetur ad warrantum, ad ꝓprii juris tuitionem: ut si quis tenuerit ad vitam suam, sicut mulier nomine dotis, vel alio modo, vel ad terminum terram aliquam q̃ post vitam vel terminum reversura esset ad dominū ꝓprietatis si se in fraudem & exhæredationem ipsius permiserit implacitari ab aliquo, & cùm posset dominum ꝓprietatis inde vocare ad warrantū ad defensionem suam, hoc omiserit: bene poterit dominus ille ꝓprietatis, cùm sibi viderit exinde periculum iminere, comparere per se, & si non vocetur, intrare in warrantiam ad sui proprii juris defensionem: cùm melius & utilius sit in tempore occurrere, quàm post causam vulneratam quærere remedium, & sic malitiis hominum obviare. Quia cùm mulier vel alius qui tenet ad vitam, sine warranto suo placitare vel respondere nō possit, statim cùm implacitata fuerit de aliquo ad dotē suam ꝑtinente, q̃ in corpore vel in jure cōsistat, vocare debet warrantū suū: ut de term̄ S. H. & P. anno Regis H. iv. circa finē, & si hoc in fraudem omiserit, vel forte defaltam facere voluerit, ille cujus interest intret in warrantiam etiam si non vocatus. Si autē cùm warrantus vocatus fuerit defaltam fecerit, petens recuperabit rem petitam, et tenens escambiū. Si autē tenens, & warrantus non, tunc amittit tenens, & escambium non habebit.

¶ 1. Cùm warrantus se de warrantia defendere non possit vel cùm gratis vel per juditium, tunc reincipiet petens principale placitum versus warrantū sicut fecit versus tenentem, & eodem modo proponat intentionem. 2. Si ille qui warrantizaverit ulterius vocat warrantum, tunc fiat ei tale breve pro auxilio curiæ. 3. Si ille qui vocatur ad warrantum non tenuit nisi ad vitam quando feoffavit & mortuo eo qui vocatus est. 4. Cum ultimus warrantus ulterius warrantum vocare voluerit, tunc statim defendat jus petentis. Cap. 11.

CUm autem warrantus de warrantia defendere se non possit, quin per juditium warrantizat, vel si gratis hoc fecerit, tunc reincipiet petens placitum suum principale versus ipsum qui warrantizavit, & proponat eodē modo intentionem suam versus ipsum warrantum, sicut proposuit versus ipsum

ipsum principalem tenentem, & dicat sic, ꝙ injustè intrat in warrantiam, quia terra, vel res de qua agitur est jus suum, quia talis antecessor suus inde obiit seysitus ut de feodo & jure, & sic per omnia sicut versus ipsum principalē tenentē, & sic incipit placitum esse inter petentem et warrantum, & sic tenens et alii warranti medii quibus warrantizatum est remaneant in pace, donec constiterit quid actum sit inter petentem & warrantum: & quo casu bene poterit warrantus warrantum ulteriùs vocare si warrantum habuerit, unum vel plures, simul vel successivè: & quo casu, si warrantus sum̄oniri debeat, nulla fiat mentio in sum̄onitione de tenente nec de warrantis mediis, quibus warrantizatum est, sed dicatur. ¶ 2. Rex vicecomiti salutē. Sum̄oneas per bonos summonitores A. ꝙ sit coram Justitiariis &c. ad warrantizandum B. scilicet warranto qui ultimò warrantizavit, tantam terram, &c. q̄m C. in curia nostra coram Justiciariis &c. clamat ut jus suū versus ipsum B. & unde m B. in eadem curia &c. vocavit ipsum A. ad warrantum versus ipsum C. & qualiter ulterius de warrantis sit procedendum si vocati fuerint, satis perpendi poterit ex p̄missis. ¶ 3. Item esto quòd ille qui vocatus est ad warrantum non tenuit rem petitam nisi ad vitam suam, & antequam warrantizaverit moriatur, & terra reverti debeat ad dominū ꝓprietatis qui petit, non cadit breve principale, nec warrantia, sed reincipiat placitum warrantiæ in persona hæredis, si ille qui ad vitam tenuit feoffavit in feodo. Si autem ad vitam suam, tunc cadit omninò warrantia & tenebit placitum principale. Si autē ad vitam tenentis, tunc tenebit warrātia: & de hac materia supra de donationibus. ¶ 4. Cùm autē ille qui ultimò warrantizavit warrantū ulteriùs vocare noluerit, vel non possit, tūc aut statim defendit jus ipsius petentis & seysinam & totum ꝑ corpus liberi hominis sui, et per duellum, vel ponat se in magnam assisam, vel rem petitam recognoscit petenti cum voluntate tenentis, nisi exceptiones habeat contra petentem quas ꝓponat. Et sunt exceptiones com̄unes quæ competunt tam tenenti quàm warranto, et quas ipse warrantus proponat si voluerit. Sunt etiam quædam exceptiones q̄ cōpetunt tantum tenenti et non warranto, quas quidem non ꝓponat warrantus, & econtrario, quia etsi aliquando cōpetat exceptio contra aliquem, non pertinet ad omnes qui illam proponant, nisi ad ipsum tantum cujus interest. Et unde videtur quòd ad illum cui warrantizavit non cōpetant exceptiones quæ propositæ fuerint à principali tenente, & per judicium cassatæ, vel quibus ipse tenens tacitè renuntiavit, vocando warrantum, scilicet antequam illas ꝓponeret, sicut contra breve de errore & hujusmodi, si ita sit quòd tacita renuntiatio tenentis principalis nocere possit warranto.

¶ 1. Proposita intentione contra warrantum si warrantus visum petat denegabitur ei. 2. Si warranto competat alia exceptio quæ primo non competierit principali tenenti, proponatur ille incontinenti. *Cap. 12.*

PRoposita autem intentione petentis (ut ꝑdictum est) si warrãtus visum petat, denegabitur ei: quia aut scit aut scire debet q̄m terram tenenti suo warrantizavit, et de qua t̄ra homagiũ ceperit & servitiũ. Si excipiat & dicat ꝙ totam t̄ram petitam nõ teneat, de qua vocatus est ad warrantũ nõ valebit ei, quia non tenetur ei ad majus escambiũ. Et visu ei denegato, si dicat ꝙ totam terram illam petitam nõ teneat, de qua vocatus est ad warrantum, sive tenens primò illam ꝓposuerit sive non, & licet totã warrantizare debeat. quamvis tenens totam nõ teneat, talẽ exceptionem ꝓponendo nõ audietur, cùm ad majus escambium non teneatur principali tenenti, quàm ipse tenens tunc tenuerit, quando warrantus per juditiũ amisit, licet ista exceptio ab initio competeret ipsi tenenti contra petentẽ. ¶ 2. Si autẽ sint exceptiones vel defensiones q̄ cõpetant ipsi warranto, & q̄ prius nõ cõpetierunt ipsi principali tenenti tunc illas ꝓponat warrantus, ut si finis in curia dñi Regis et cyrographum factum fuit inter ipsum warrantum et petentẽ, vel eorũ antecessores per quem finem ipse petens vel ejus antecessores remiserunt, vel quietũ clamaverũt ipsi warranto, vel ejus antecessoribus totũ jus suũ ꝙ habuit in t̄ra illa petita, vel si antecessores petẽtis, vel ipse petens feloniam vel quid tale fecit, ꝓpter ꝙ terra illa fuit eschaeta ipsius warranti vel antecessorum suorum. Item si recognitio, & redditio, donatio vel venditio, cum warrantia expressa, vel ꝓ homagio & servitio intervenit, vel si forte antecessores ipsius petentis terram illam amiserint versus warrantũ per juditiũ, vel per magnã assisam vel per duellum vel ejus hæredes: Et plures possunt esse hujusmodi exceptiones warranto cõpetentes, q̄ non competunt principali tenenti, & unde cùm warrantus per hujusmodi exceptiones vel per duellum vel ꝑ magnã assisam, vocantem legitimè defenderit, retinebit tenens seysinam suam, & petens in misericordia remanebit.

¶ 1. Si nulla sit exceptio vel defensio de escambio rehabendo & cum warrantus tenentem suum defendere non possit. 2. Non tenetur quis factum patris warrantizare vel escambium facere de hæreditate matris vel econtrario. 3. Si warrantus tenuerit de domino Rege per warrantiam. 4. Si de escambio fieri debet extensio. 5. Casus ubi quis habere possit ipsam rem principalem & nihilominus escambium. *Cap. 13.*

SI autem non sit exceptio, nec defensio, sicut duellum vel magna assisa per quam possit warrantus tenentem suum defendere, secundum quod inferius dicetur, amittet tenens terram petitam, & warrantus ei tenebitur ad escambium, quatenus habuerit de hæreditate ejus ratione cujus vocatus fuerit ad warrantum. ¶ 2. Non enim tenetur quis factum patris, vel matris, vel alterius antecessoris (cujus hæres ipse fuerit) warrantizare, vel escambium facere de suo perquisito. Itẽ nec de hæreditate matris warrantizare debeat quis, vel escambium facere de hæreditate patris, vel ẽconverso de hæreditate patris warrantizare debet quis, vel escambium facere de hæreditate matris. Ut de Itinere Episcopi Dunholm̃ & M. de P. in com̃ Eborum anno Regis H. iii. circa medium rotuli. Et quod donum patris warrantizare

zare

This is not to be found any where inferius, & therefore is a part of ye work, either lost, or never completed.

zare debeat de hæreditate patris, inveniri poterit in eodem rotulo de eodem Itinere de Wilhelmo de Vavasour: ubi hæres satis habuit ad warrantizandum de hæreditate patris. Si autē nō habeat unde totum, sed partem, fiat excambium quatenus fieri possit, & de residuo expectet tenens tempora meliora. Si autē nihil, non erit omninò absolvendus de escambio, dum tamen sit aliquid ꝙ ei accidere possit de hæreditate ejus, ratione cujus vocatus fuerit ad warrantum. ¶ 3. Itē quamvis quis teneatur ad warrantiam, ad escambium tamen non tenetur ratione rei quam tenet, licet ei hæreditariè descendat, ut si teneat de dn̄o Rege in capite per servitium quod dividi nō potest, ut per serjeantiam, ne dominus Rex cogatur servitium suum, & officium servientis recipere per particulas, cùm particularis solutio multa habet incōmoda, & q̄ revocari & coadjuvari debet si fuerit dispersa, nisi ita sit ꝙ ille qui serjeantiam vel ejus partem alienaverit, tantum retinuerit ꝙ sufficere possit ad plenum servitium. Et ꝙ dictum est de serjeantia, dici poterit de aliis feodis quæ tenentur de domino rege in capite. Si autem de excambio fieri debet extensio & estimatio, estimari debet res quæ admittitur in eo statu in quo fuit quando primô data fuit. Item nec si ille qui warrantum vocavit aliquid adjecit de alterius feodo, nō enim admittitur melioratio tenentis qui amisit: ut si post feoffamentum suū ipse vel antecessores sui ibi ampla construxerit ædificia, sicut castra, parcos vel vivaria. Et si plures sint warranti qui amiserint quilibet contribuat ad excambiū ꝓ portione virili, & fiat excambiū & extensio per hoc breve. ¶ 4. Rex vic. salutem. Scias ꝙ cùm A. in curia nr̄a &c. peteret versus B. tantam terram cum pertiñ &c. ut supra. Idem B. venit in eadē curia & vocavit inde ad warrātum C. et qui venit in eadē curia et ei warrantizavit, et postea ꝑ judicium ejusdē curiæ nostræ terram illam amisit versus ꝑdictum A. q̄ quidē per rationabilem extensionē inde factam ꝑ ꝑceptum nostrum in com̄ tali, valet per annū x. l. Et ideô tibi ꝑcipimus ꝙ de terra ipsius C. in comitatu tuo eidem B. in excambium ꝑdictæ terræ sine dilatione habere facias et assignari x. libratas terræ ꝑ visum legaliū hominū de comitatu tuo, & per rationabile extensionē, et quid et ubi et ꝑ quas ꝑticulas terram illam ei assignaveris, nobis scire facias per literas tuas sigillatas, et per duos ex illis ꝑ quorū sacramentum extensio illa et assignatio facta fuit, & habeas ibi hoc breve et nomina eorum per quorū &c. Teste &c. Et si causetur extensio, fiat sicut alibi de extensionibus. ¶ 5. Poterit etiam quis in casu habere ipsam rem principalem, & nihilominus escambiū, verbi gratia. Dominus capitalis cū in possessione fuerit alicujus tr̄ę ratione custodiæ de duobus fratribus, feoffat postnatū de eadē terra, primogenitus ꝓfert assisam mortis sup fratrē postnatum, & ipse vocat ad warrantum capitalē dominum, & cùm ipse warrantizaverit recuperet antenatus seysinam versus eum, & ipse dominus capitalis facit postnato excambium, mortuo autem antenato sine hærede de se seysiat dominus capitalis terram in manū suam, frater postnatus petit illā versus eum per assisam mortis antecessoris de morte fratris sui, objicit ei dominus

Ar[illegible] lands pro excam[illegible] et extensione

breve de recto

minus suus capitalis quod non potest petere terram cùm inde habeat excambiū, Revera poterit diversis respectibus terram in dominico ꝓpter descensum, & escambium similiter retinere ꝓpter feoffamentum,& sic utrumq̄, tamen ex diversis causis.

¶ 1. *Si tenens warrantum vocaverit qui manens sit extra regnum & nihil habuerit in regno per quod distringi possit.* 2. *Breve si implacitatus in Anglia warrantum vocaverit qui manet in Hibernia.* 3. *Si warrantus non venerit nec tenentem suum warrantizaverit.* 4. *Si implacitatus in Hibernia warrantum vocaverit qui manens sit in Anglia.* Cap. 14.

Vouchee out of the realm.

DIctum est de illis qui warrantum vocant per auxilium curiæ infra regnum, & ubi dominus Rex districtionem habeat ut vocatus veniat ad warrantizandum. Nunc autem dicendum si tenens warrantum vocaverit qui sit manens extra regnum,& nihil habuerit in regno Angliæ per quod distringatur, et tunc refert si extra regnum si Rex habuerit potestatē vel non ad distringendum talem, quòd si nullam, sicut in potestate Regis Franciæ, vel Alemaniæ, vel hujusmodi, licet auxilium tenenti concedatur, non valebit: sed oportebit tenentem talem ꝓducere si voluerit, quia auxilium non habebit, alioquin in defaltam remanebit, debet etiam illos ꝓducere sine auxilio curiæ, quos habuerit sub potestate sua, quamvis infra regnum manentes sint, & sub Regis coertione, sicut uxorē ꝓpriam, & liberos ꝓprios, & alios quibus possit imperare. Esto etiam quod cùm tenens implacitatus fuerit in Anglia,warrantū vocaverit qui manens sit in Hybernia, vel in Wallia, sub potestate Regis, & ubi brevia sua currunt, et hoc per auxilium curiæ. Videtur quod ei dari debet auxilium, et placitum principale in suspenso manere, & sine die,quousq̄ in Hybernia discussum fuerit de placito warrantiæ, et quod tenens sequatur placitum de warrantia, vel quod per defaltam amittat, & fiat breve dñi Regis justiciariis suis in Hibernia in hac forma. ¶ 2. Rex dilecto & fideli suo tali justic. Hyberniæ salutē. Scias quod cùm A. in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westm peteret versus B. tantam terrā &c. ut jus suum, idem B. venit in eadem curia nostra &c. et dixit quod terram illam tenuit de dono C. vel alicujus antecessoris ipsius C.cujus hæres ipse C. est per chartam suam quam obtulit & ibi ostendit, & vocavit inde ad warrantum prædictum C. versus eundem A. per auxilium ejusdem curiæ nostræ, & quia idem C. manens sit in Hybernia sub potestate nostra,et nullam terram habet in Anglia ubi summoniri possit & distringi,vobis mandamus quòd summoniri faciatis prædictum C. certis die & loco secundum quod videritis expedire, ad warrantizandum prædicto B. prædictam terram, vel ad ostendendum quare warrantizare non debeat, & recordū illius loquelæ de prædicta warrantia, secundum quod coram vobis deducta fuerit, nobis sine dilatione scire faciatis per literas vestras sigillatas, & remittatis nobis breve illud simul cum recordo. Et si prædictus C. warrantizare debeat,detis ei diem coram nobis ad audiendum recordum et judicium suum de warrantia prædicta, & ad respondendum eidem A. in placito principali. T. &c.

Writ to the justices of Ireland.

¶ 3. Et

¶ 3. Et quo caſu ſi C. in Angliam nō venerit, nec tenentē ſuū defenderit verſus A. A. recuperet terram petitam verſus B. & B. de terra ipſius C. in Hybernia habebit eſcambiū ad valentiā. Sed ſi cùm C. venerit in Angliā & defenderit B. verſus A.B. tenebit in pace, & C. quietus erit de eſcambio. Sed eſto quòd cùm C. in Anglia warrantizaverit forte warrantū vocaverit in Hybernia, & qui nihil habet in Anglia per ꝙ diſtringi poſſit, tunc fiat breve eodem modo quo ſupra, et ꝙ contineat totum recordum cum utraq̃ warrantia et ſic in infinitum. ¶ 4. Et vice verſa fiat de Hybernia in Anglia, niſi ſit qui dicat ꝙ imediatè diſtringi debet warrantus ꝙ veniat in Angliam ad warrantizandū cum ſuis dilationibus. Sed ſi ſit aliqua libertas ubi non currat breve dñi Regis, mandetur eodē modo dño libertatis, ut prædictum eſt, vel diſtringatur ꝙ faciat eum venire ad warrantizandū ꝑ terras ſuas, infra libertatē vel extra nō refert, quia Rex qui libertatē dat, poteſtatē regiam ſervituti non ſupponit, quamvis illam de gratia in parte reſtringat.

¶ 1. Si warrantus contenderit de warrantia, & charta producatur calumniata, & petens ſe poſuerit ſuper patriam & teſtes in brevi nominatos. 2. Summoneantur teſtes ſed quid ſi manentes in diverſis comitatibus. 3. Si charta bona ſit in ſe & recognita pro bona, ſed cum donator non fuit compos ſui nec ſane mentis quando fecit donum illud. 4. Inquiſitio ſi fuit ſanæ mentis. 5. Si per teſtes de conſenſu partium. 6. Si res una data fuerit duobus, tunc inquiratur de prioritate. 7. Si advocatio data fuerit duobus. 8. Si inquiſitio fieri debeat per teſtes & per patriam. 9. Si fieri debeat inquiſitio in comitatu & non coram Juſticiariis. 10. Si teſtes manentes ſint in diverſis com'. 11. Si in com' breve interlaqueatum. 12. Si teſtes & recognitores non venerint ad primum diem. 13. Quòd variantur hujuſmodi inquiſitiones ſecundum varietatem placitorum. 14. Cùm comparuerint teſtes & recognitores. Cap. 15.

ITem cùm ille qui ad warrantum vocatus eſt contendere velit de warrantia, & ille qui vocavit chartam ꝓferat ꝓ ſe in judicio, et contra quē exceptum ſit ꝙ minus ſufficiens ſit vel falſa, oportebit eum qui ꝓfert chartam docere illam eſſe ſufficientem & veram. Ut ſi ſcripturæ et ſigno contradicatur, & defendatur donū illud, & ille qui chartam ꝓfert dicat eſſe donum ritè factum, & chartam eſſe validam, et inde ponat ſe ſuꝑ patriam & ſuper teſtes in charta nominatos. Et tunc fiat inde inquiſitio & per tale breve. Rex vic. ſalutem, ſumoneas per bonos ſumonitores A.B.C. teſtes in charta nominatos quā D. in curia noſtra coram juſticiariis noſtris &c. ꝓfert ſub nomine E. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, et ꝓterea xii. tam milites quàm alios legales, liberos & diſcretos homines de viſneto tali, ꝙ ſint coram juſtic. noſtris tali loco, tali die, ad recognoſcendum ſuper ſacramentum ſuum, ſi ꝓdictus E. terram illam dedit prædicto D. & chartam ſuā ei inde fecit, et homagium ſuum inde cepit, & ipſum D. inde in ſeyſinam poſuit, ſicut idem D. dicit vel non, quòd tam prædictus D. quàm ipſe E. poſuerunt ſe inde in Juratam illam, et ita ſe inde interim certificent, ꝙ præfatos juſtic. noſtros ad ꝓfatum terminum pleniùs inde certificare poſſunt, & habeas ibi nomina militū et hoc bre Teſte &c. ¶ 2. Si vero teſtes fuerint in diver-

warranty denied, tenant produces a Charter

brevi de recto

diversis comitatibus manentes, tunc fiat brē interlaqueatum singulis vic. in hac forma, ita ꝙ milites assumantur de com̄ illo ubi terra sita est. Rex vicecomiti salutē. Sum̄oneas per bonos sum̄onitores A. B. C. testes nominatos ut supra. Et præterea octo tam milites q̄m alios &c. ut supra, ꝙ sint tali die &c. ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum D. E. F. aliis testibus nominatis in eadē charta, et simul cum octo vel duodecim liberis et legalibus hominibus de alio tali com̄ (et sic de pluribus com̄ si testes & milites sint evocādi) ad recognoscendū super sacramentū suum &c. ut supra.

Objections to a Charter

¶ 3. Item eodem modo si charta recognita fuerit, scilicet scriptura & signum, sed contra chartam excipiatur ꝙ valere non debeat, quia facta fuit dū donator fuit impotens sui, vel nō sanæ mētis, vel postquā memoriam amisit in infirmitate qua obiit, vel dum donator fuit infra ætatē constitutus, vel dū fuit in vinculis detentus donator, fuit charta illa per vim & per metum extorta, & ubi ipse donator reclamavit cùm potuit. Itē si per dolū, ut si donatorius fecit sibi chartam de feoffamento, ubi fecisse debuit cyrographum de term̄. Itē ubi charta fieri debuit ad vitam fecit illam in feodo & hujusmodi. Dum tamen nihil sit ꝙ imputari possit imperitiæ suæ vel negligentiæ, ut si sigillum suum seneschallo suo vel uxori traderet, ꝙ cautiùs custodiri debuit, cùm uxor & sigilla ad paria judicentur, & hujusmodi secundum varietatem recordorum, et quo casu oportebit ipsum qui chartam ꝓfert, docere cōtrarium et ꝓbare, scilicet ꝙ donator fuit compos mentis suæ, & bonæ memoriæ, et plenæ ætatis, et hujusmodi, et exempli causa fiat inquisitio in singulis casibus in hac forma.

Inquisitions thereon

¶ 4. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. & B. testes nominatos &c. & ꝑterea octo tam milites &c. ut supra, ad recognoscendum super sacramentum suum si prædictus C. in ligea potestate sua, et dum fuit compos sui, vel bonæ memoriæ, vel sanæ mētis et cōpos sui dedit ꝑdicto B. tantam terram cum ꝑtinētiis in tali villa, vel advocationē talis Ecclesiæ, vel aliud quid tale, et chartam suam ei inde fecit vel nō. Et unde E. filius & hæres ꝑdicti C. (versus quem ꝑdictus B. in curia nostra &c. clamavit ꝑdictam terram, vel ꝑdictam advocationē, vel aliud quid tale) dicit quòd prædictus talis pater suus, vel alius antecessor, nunquam dedit ꝑdictam terram, advocationē, vel quid tale prædicto B. et si hoc unquam fecit, hoc fuit in infirmitate sua, de qua idem talis antecessor obiit, et postquam memoriā amiserit, & dum aut non fuit sanæ mentis vel dum fuit infra ætatē in custodia ipsius antecessoris, ut idem C. dicit, quia tam ꝑdict' C. quàm ꝑdictus D. posuerunt se &c. ut supra. ¶ 5. Et quandoquē fit inquisitio tantum per testes, et quandoquè per alios quam per testes si partes hoc voluerint, hoc tamen observato, quòd si per alios quàm per testes fieri debeat inquisitio, semper in fine addatur hęc clausula: & interim terram illam videant, Ecclesiam illam, vel aliud quid tale. Item aliter: Ad recognoscendū &c. Si ꝑdictus C. in bona voluntate sua & sponte dedit ipso D. terram illam vel quid tale, ut idem D. dicit, vel si hoc fecit coactus et per metum sicut idem C. dicit, & si hoc fecit coactus & per metum,

tum, tunc diligenter inquiras qualem metū et qualē coactionē idē talis ad hoc exhibuit, et inquisitionē &c. Item aliter: Ad recognoscendum &c. Si A. pater B. dedit C. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, et eum inde in seysinam posuit, et ita ꝙ per donum illud fuit inde in seysina positus in vita ipsius A. per tantum tēpus. Et si idem C. postea dimisit terram illam pdicto A. patri ipsius B. ad firmam vel ad vitam, vel si idem A. semꝑ fuit inde seysina, et inde obiit seysitus ut de feodo absq aliqua seysina quam idem C. inde haberet in vita ipsius A. vel non, quia tam pdictus B. quam pdictus C. inter quos contentio est de pdicta t̄ra posuerunt se inde in inquisitionem illam. Et notandum ꝙ hujusmodi inquisitiones locū habent generaliter et ubiq ubi contentio habita est de chartis et donationibus factis per chartas. ¶ 6. Si quis autē unicam rem dederit duobus, et contentio habeatur de prioritate quis eorum habuerit primā seysinam, vel si quis dederit advocationem alicui, post donationem illam dicat donator se ꝑsentasse ad Ecclesi āillam, et donatorius ꝙ non, tunc fiat inquisitio tam de prioritate doni quàm de ꝑsentatione ꝑ hoc breve. ¶ 7. Rex vicecom̄ salutē. Præcipimus tibi ꝙ venire facias coram justiciariis nostris &c. tali die, tali loco duodecim tam milites q̄m alios liberos et legales homines de visneto tali per quos rei veritas &c. et tales qui non sunt essoniabiles, ad recognoscendum &c. Si A. antecessor B. uxoris talis postqua idē A. dederit C. advocationem illius Ecclesiæ, et postquàm chartam suam (q̄m inde habet) ei fecit, ꝑsentavit D. ad eandē Ecclesiam ita ꝙ ad ꝑsentationem suam fuit admissus, et ultimò obiit in eadem Ecclesia ꝑsona, vel non, quia tam talis quàm D. uxor ejus q̄m idem C. inter quos contentio est de eadem advocatione, posuerunt se inde in Juratam illam, et similiter ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum D. E. F. testibus nominatis in charta quam prædictus A. fecit tali Abbati de eadem advocatione et simul cum G. et H. testibus nominatis in charta quam idem A. fecit tali Abbati de eadem advocatione, videlicet utrum prædictus A. prius dedit advocationem illam prædicto tali & B. uxori suæ vel prædicto Abbati. Et interim Ecclesiam illam videant, & se ita inde interim certificent, ꝙ ꝑfatos justiciarios nostros &c. et habeas ibi nomina recognitorum et hoc breve Teste &c. Si autem fieri debeat inquisitio de prioritate per testes, et per patriam, tunc fiat sic. ¶ 8. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi ꝙ venire facias coram justic. &c. A. & B. testes nominatos in charta quam C. fecit Priori & canonicis talibus de advocatione talis Ecclesiæ, ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum xii. tam militibus q̄m aliis &c. Et simul cum E. F. G. testibus in charta nominatis quam idem C. fecit tali Abbati & conventui de eadem advocatione, utrum scilicet prædictus C. prius dedit advocationem illam prædicto Priori, & chartam suam ei inde fecit, vel prædicto Abbati, & interim &c. ut supra. Et sic fit aliquando inquisitio de prioritate donationis, & aliquando de seysina et prima præsentatione. Cùm autem fieri debet aliquando inquisitio in comitatu & non coram justiciariis, tunc fiat breve in hac forma.

¶ 9. Rex

¶ 9. Rex vicec. salutē. Præcipimus tibi ꝙ venire facias coram te & custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno com̄ tuo A. B. C. testes nominatos in charta &c. ut supra. Et ꝑterea xii. tam milites &c. ut supra de visneto tali ꝑ quos rei veritas &c. et qui D. & E. nulla affinitate attingant, & qui nullo modo sunt essoniabiles, & per eorū sacramētum diligenter inquiras si ꝑdictus E. &c. ut supra, quia tam ꝑdictus D. quàm ꝑdictus E. posuerunt se inde in juratam illam, et inquisitionē inde feceris scire facias justic. &c. ad talē terminum, evidenter, distincte et aperte ꝑ literas tuas sigillatas sigillo tuo, et sigillis ꝑdictorū custodum placitorum coronæ nostræ, et per quatuor vel duos legales et discretos homines ex illis, ꝑ quorum sacramētū inquisitione illa feceris, & habeas ibi hoc breve et nomina eorum ꝑ quorū sacramentum inquisitionem illam feceris Teste &c. ¶ 10. Si vero testes degentes sint in diversis com̄, oportet ꝙ omnes testes conveniant corā vic. cui demandata fuerit inquisitio facienda, et tunc fiat breve interlaqueatū ut supra in hac forma. Rex vic. Essex salutē. Præcipimus tibi ꝙ venire facias corā te et custodibus placitorum coronæ nostræ ad diē certū et locū secundum ꝙ videris magis expedire quādo ad hoc intendere possis A. B. C. testes nominatos in charta, quam D. in curia nostra coram justic. nostris &c. profert sub nomine E. et ꝑterea octo vel xii. tam milites quàm alios liberos et legales homines &c. et ꝑ eorum sacramentū &c. et similiter ꝑ sacramentū F. et G. testium nominatorum in eadem charta de com̄ Sussex, et similiter xii. tam militū q̄ aliorū &c. de eodē com̄ quos vic. noster Surrex coram te venire faciat, & etiam per sacramentum H. et I. testium nominatorum in eadē charta de com̄ Surrey, & ꝑterea viii. tam militum quàm aliorum &c. de eodem com̄ quos vic. noster Surrey coram te venire faciat, diligenter inquiras si ꝑdictus &c. ut supra. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias &c. ut supra. Mandavimus enim præfatis vic. nostris Sussex et Surrey ꝙ ꝑfatos testes et recognitores coram te venire faciant ad diē et locum quem eis scire feceris, et habeas ibi hoc breve et nomina eorum &c. ut supra. Breve autē quod sequitur fiet in hac forma. ¶ 11. Rex vic. Sussex vel Surrey salutē. Præcipimus tibi ꝙ ad diē et locum q̄m vic. noster Essex tibi scire faciet, venire facias coram eo A. et B. testes nominatos in charta q̄m D. in curia nr̄a coram justic. &c. ꝑfert sub nomine E. &c. ut supra, ꝑterea octo vel xii. tam milites quàm alios &c. de com̄ tuo ꝑ quos rei veritas &c. ad recognoscendū suꝑ sacramentū suum simul cum F. et G. de com̄ Surrey aliis testibꝰ nominatis in eadē charta, et simul cum octo tam militibus &c. de eodem com̄, & sic de pluribus com̄ si testes fuerint in diversis et pluribus com̄ degentes sic: ꝑdictus E. &c. ut supra. Et ita se inde interim certificent quòd præfatum vic. nostrum Essex inde plenius certificare possunt, et habeas &c. Teste &c. Et consimilia brevia fiant aliàs vic. Si autem testes et recognitores non venerint ad diem eis datum, tunc ꝑcipiatur vic. sicut prius ꝑ breve quòd sic incipiat. ¶ 12. Rex vic. salutē. Bene recolimus aliàs tibi præcepisse quòd ad diem et locum quem vic. noster talis tibi scire faceret venire

venire faceres &c. Et ꝑ omnia ut supra. Et in fine brevis addatur istud cōminatorium, s. et ita te habeas in hoc negotio ne nos ad te graviter capere debeamus. ¶ 13. Variātur autē hujusmodi inquisitiones multipliciter, secundum varietatem placitorum, et partium responsiones, sicut sæpius contingit in assisis et in brevibus de ingressu, ut si unus dicat ꝙ terrā teneat in feodo, et alius ꝙ nō nisi ad terminū vitæ vel annorū et hujusmodi, secundū ꝙ superius dicitur in tractatu, de ingressu. ¶ 14. Cùm autē in curia cōparuerint testes et recognitores, et facto sacramento dicant se interfuisse ubi donatio facta fuit, et sub eorū ꝓsentia charta donationis lecta et audita, et homagiū captū et seysina donatorio legitime facta in eorū ꝓsentia et cum debita solennitate, valida erit charta et donatio erit legitima. Si autē sic dicant et loquātur de auditu, ꝙ audiverint dici ꝙ charta facta fuit et homagiū captum, sed nullus eorum tunc ibi præsens fuit, sed præsentes fuerint ubi seysina facta fuerit donatorio per seneschallum, vel per nuntium, per fustī, vel per baculum, vel per haspam, et ꝙ donatorius inductus fuit in vacuam possessionem, ita ꝙ nullus ibi remansit ex parte donatoris, valebit donatio ut supra. De hac materia inveniri poterit de term̄ Sancti Hilarii anno regni Regis Henrici decimo quarto de Rogero de Danudeser et Matilda uxore ejus qui per judicium warrantizaverit in cōsimili casu. Si autē dicant se interfuisse ubi donatio facta fuit et charta, et homagium captum, sed de seysina nihil sciverint, ꝓbatur charta legitima, sed donatio erit invalida, quia nihil ꝓbant de seysina. Et vice versa fieri poterit si seysinam probaverint legitimam, ꝙ donatio erit valida, licet nihil ꝓbaverint de homagio capto, nec de charta: ut si testes et Juratores dicant ꝙ chartā illam nunquā antea viderunt, nec unquam audita fuit in com̄ nec hundredo, licet dicant ꝙ rogati fuerint ꝙ essent testes, tamen non valebit charta: ut de termino Paschæ an̄ regni Regis Henrici duodecimo in com̄ Hunt̄ de Ægidio de Merk. Idem erit si dicant se nunquam interfuisse confectioni chartæ, nec recitationi, hoc enim multum derogat chartæ et ipsius fidei: ut de ultimo Itinere M. de P. in com̄ Suffolk, assisa novæ disseysinæ si Mabilla. Itē si omnes testes dicāt, vel si omnes ꝑter unum vel duos dicant se nihil scire de charta et chartæ cōfectione, et unus vel duo dicant ꝙ nihil sciant de charta nec de donatione, sed dicant ꝙ interfuerunt ubi cōfirmatio chartæ facta fuit, adhuc non valebit charta, ex quo nihil ꝓbant de principali, s. de chartæ confectione, ut de term̄ Sancti Hilarii anno regni Regis Henrici octavo in com̄ Norff. de Radulpho de Lerlinge et Priore de Thefford de advocatione Ecclesiæ de Russeworth. Si autē dicant testes ꝙ præsentes fuerint confectioni notæ in qm utraq; pars cōsentit donator & donatorius, hoc sufficit ad ꝓbationē, licet ꝓsentes nō essent ubi charta scripta fuit et assignata: ut de Itinere M. de P. ad assisam novæ disseysinæ capiendā et Gaolas deliberādas in com̄ Norf. Jurata de consensu partium ꝓ Johanne de Wanton an̄ regis H. octavo, et sic poterit charta esse valida et donatio nulla velècontrariò. Si autē null9 testis apparet quia omnes mortui sunt, vel extra regnū, de fide chartæ erit de necessita-

necessitate ad patriam recurrendū. Sed quid si cùm testes appareant dicant ꝙ de charta nihil sciant, vel inde dubiè respondeant, & ille qui chartam ꝓfert suspectus habeatur ꝙ ꝑ fraudem chartam acquisiverit, quia fuit camerarius donatoris, vel ꝑ fraudē uxoris, vel sit alia vehemens p̄sumptio q̄ faciat contra ipsum, non valebit charta nec donatio ꝓpter p̄sumptionem, et maximè quia nihil ꝓbat.

¶ 1. Probari poterit charta alio modo quàm per testes. s. per collationem signorum, & de vitiis chartæ. 2. Probatur sigillum per collationem. 3. Si plura proferantur instrumenta. Cap. 16.

Proof of Charters.

PRobari etiam poterit charta alio modo quàm ꝑ testes et ꝑ patriā, sicut ꝑ collationē signorū, ut si fortè chartę contradicatur, cōferant alia signa q̄ aliquādo in judicio ꝓlata et approbata fuerint, et à donatore recognita, et si modis omnibus conveniant et ꝑ omnia ita ꝙ nulla in eis appareat differentia: hoc solum sufficit ad ꝓbationem chartæ, & omnia in ea contenta erunt tenenda, nisi forte aliquid in charta inveniatur ꝙ manifestam suspitionem inducat, ut si rasura facta fuerit in loco suspecto, s. in narratione facti, secus tamē si in narratione juris. Jura autem ubiq; scribi possunt, quia non variantur nec mutantur ꝑ rasuram. Apparere autem debet charta in prima sui figura absq; omni vituperatione, rasura, vel cancellatura, quia calumpniosam scripturam inde in juditio obtinere nō convenit. Sunt tamen in scripturis quædam quæ levem inducunt p̄sumptionem, quæ quidem convinci possit per veram testiū ꝓbationem in contrarium, et ꝑ patriam, ut si in scriptura inveniatur diversitas calami, & diversitas scribendi, et diversa manus, aliter enim scribit unus, & aliter alius, aliter Juvenis & aliter senex: Item diversitas incausti & atramenti, ut si in una pars scribatur incausto nigro, et altera pars incausto rubro non attramento. ¶ 2. Item cum sigillum ꝓbari debeat per collationē, et signa plura ꝓferantur sub nomine ejus confecta, qui ad ꝓbationē tenetur, non erit eis fides adhibenda, quia omnes possūt esse adulterina, nisi ita sit ꝙ aliꝙ illorū prius in juditio ꝓbatū sit, et à donatore recognitū, vel à ꝓferente ꝓbatum, ut si quis fortè t̄ram aliq̄m ab initio alicui concesserit ad terminū et ad firmam, et inde cōficiatur instrumentū et signatū, et firmarius postmodum dicat se inde esse feoffatum et inde ꝓferat chartā vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit fuerit contradictum, si terminum recognoverit et instrumentū de termino confectum & sigillum recognoverit, si in omnibus cōveniant sigilla tam de t̄mino quàm de feoffamento, chartam de feoffamento contradicere non poterit ꝓpter convenientiam sigillorum, nisi ita sit quòd excipere possit contra chartam vel instrumentum de dolo vel metu: et sic ꝓbantur chartę & instrumenta per collationem sigillorum. ¶ 3. Si vero cùm ex parte probantis plura prolata fuerint instrumenta & signa, nec sit aliquod eorum prius à parte adversa recognitum, vel à proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo signata vel sigillata, & quæ quidem prius recognita fuerunt vel probata, cùm utraque in se possent

possent esse vitiosa, & sufficit si unum probetur, dum tamen utraq; sint convenientia.

¶ 1. Aliud genus warrantiæ, sicut de warrantia chartæ. 2. Breve de warrantia chartæ. 3. Si nō venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum. 4. Si summonitus ad warrantizandum vexaverit tenentem suum erga dominum feoffatorem. 5. Si tenens in brevi de recto nullum habuerit warrantum quem vocare possit vel velit, tunc ad elidendam actionem petentis, tenens proponat exceptionem si quam habuerit & illam probet, cum quodamodo actor sit in hac parte. Cap. 17.

Warrantia charta

EST etiam aliud genus warrantizationis quæ dicitur warrātia chartæ, ubi quis de facto vel feoffamēto suo ꝓprio vel antecessorū suorū tenetur alium defendere et acquietare in seysina sua, per servitiū in charta sua nominatum, cùm ab aliis, sicut à dn̄is capitalibus districtus fuerit & vexatus fuerit ad faciendum plura servitia q̄m in charta exprimātur, et ubi ipse nō implacitatur de tenem̄to ꝙ tenet, sed vexatur ut p̄dictum est: ubi hoc sit in com̄ & nisi warrantum vocaverit cùm fuerit implacitatus, & quo casu currendū est ad curiam dn̄i Regis & sum̄onitur ille qui warrantizare tenetur ꝑ tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Præcipe tali ꝙ juste & sine dilatione warrantizet tali tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa ꝙ tenet, & de eo tenere clamat, et unde chartā suam habet ut dicit, vel sic. Et unde chartā talis patris vel matris, fratris vel sororis, avunculi vel amitæ, Avi vel Aviæ, ꝓavi vel ꝓaviæ talis, quamvis ipse qui queritur hæres sit valde remotus, et tunc dicatur cujus hæres ipse est ut dicit, & nisi fecerit, & talis fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo, tunc sum̄oneas ꝑ bonos sum̄onitores p̄fatum talē ꝙ sit coram justic. nostris apud Westm̄ tali die, vel coram justic. nostris ad primam assisam cùm in ꝑtes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi sum̄onitores et hoc breve. Teste &c. Ad talē vero sum̄onitionem bene jacebit essonium unicū, antequam cōpareat sum̄onitus si voluerit. ¶ 3. Et si nō venerit, nec se essoniaverit, ꝓpter defaltā suam nō erit aliqua terra capienda in manū dn̄i Regis, sicut in warrantiis supradictis, sed attachietur ꝑ vadium & salvos plegios ꝙ sit ad certum diem ad warrantizādū vel ad ostendendū quare non, eodē modo quo p̄dictum est, & observetur ordo attachiamentorū secundū ꝙ alibi observatur de attachiamētis donec cōparuerit, cùm autē comparuerit in judicio, respondere poterit contra chartā, et ꝙ warrantizare nō debeat secundum formā brevis: vel quia querens terram nō tenet de qua petit warrantiā, vel quia chartā nō ostenderit nec aliud quare sum̄onitus warrātizare debeat, vel quia ipse querens nō est hæres ipsius sub cuius nomine petit warrantiam ꝓpinquus nec remotus. Et plures aliæ sunt responsiones, secūdū ꝙ superius videri poterit per exemplum de vocatione warranti. ¶ 4. Si autē ille qui ad warrantizandum sum̄onitus est, tenentem suū cōtra chartam suam vexaverit, & gravaverit, exigendo alia servitia vel plura q̄m deberet facere, sunt qui dicunt ꝙ locū non habet erga dominū br̄e de warrātia chartæ, sed br̄e de recto de servitiis & consuetudinibus ꝑ ꝙ pervenire possit ad duellum vel magnā assisam, quamvis obji-

 ci po-

necessitate ad patriam recurrendū. Sed quid si cùm testes appareant dicant ꝙ de charta nihil sciant, vel inde dubiè respondeant, & ille qui chartam ꝓfert suspectus habeatur ꝙ ꝑ fraudem chartam acquisiverit, qùia fuit camerarius donatoris, vel ꝑ fraudē uxoris, vel sit alia vehemens ꝓsumptio q̄ faciat contra ipsum, non valebit charta nec donatio ꝓpter ꝓsumptionem, et maximè quia nihil ꝓbat.

¶ 1. Probari poterit charta alio modo quàm per testes. s. per collationem signorum, & de vitiis chartæ. 2. Probatur sigillum per collationem. 3. Si plura proferantur instrumenta. Cap. 16.

Proof of Charters.

PRobari etiam poterit charta alio modo quàm ꝑ testes et ꝑ patriā, sicut ꝑ collationē signorū, ut si fortè chartę contradicatur, cōferant alia signa q̄ aliquādo in judicio ꝓlata et approbata fuerint, et à donatore recognita, et si modis omnibus conveniant et ꝑ omnia ita ꝙ nulla in eis appareat differentia: hoc solum sufficit ad ꝓbationem chartæ, & omnia in ea contenta erunt tenenda, nisi forte aliquid in charta inveniatur ꝙ manifestam suspitionem inducat, ut si rasura facta fuerit in loco suspecto, s. in narratione facti, secus tamē si in narratione juris. Jura autem ubiq; scribi possunt, quia non variantur nec mutantur ꝑ rasuram. Apparere autem debet charta in prima sui figura absq; omni vituperationę, rasura, vel cancellatura, quia calumpniosam scripturam inde in juditio obtinere nō convenit. Sunt tamen in scripturis quædam quæ levem inducunt ꝓsumptionem, quæ quidem convinci possit per veram testiū ꝓbationem in contrarium, et ꝑ patriam, ut si in scriptura inveniatur diversitas calami, & diversitas scribendi, et diversa manus, aliter enim scribit unus, & aliter alius, aliter Juvenis & aliter senex: Item diversitas incausti & atramenti, ut si in una pars scribatur incausto nigro, et altera pars incausto rubro non attramento. ¶ 2. Item cum sigillum ꝓbari debeat per collationē, et signa plura ꝓferantur sub nomine ejus confecta, qui ad ꝓbationē tenetur, non erit eis fides adhibenda, quia omnes possūt esse adulterina, nisi ita sit ꝙ aliꝗ illorū prius in judicio ꝓbatū sit, et à donatore recognitū, vel à ꝓferente ꝓbatum, ut si quis fortè t̄ram aliqm ab initio alicui concesserit ad terminū et ad firmam, et inde cōficiatur instrumentū et signatū, et firmarius postmodum dicat se inde esse feoffatum et inde ꝓferat chartā vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit fuerit contradictum, si terminum recognoverit et instrumentū de termino confectum & sigillum recognoverit, si in omnibus cōveniant sigilla tam de t̄mino quàm de feoffamento, chartam de feoffamento contradicere non poterit ꝓpter convenientiam sigillorum, nisi ita sit quòd excipere possit contra chartam vel instrumentum de dolo vel metu: et sic ꝓbantur chartę & instrumenta per collationem sigillorum. ¶ 3. Si vero cùm ex parte probantis plura prolata fuerint instrumenta & signa, nec sit aliquod eorum priùs à parte adversa recognitum, vel à proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo signata vel sigillata, & quæ quidem prius recognita fuerunt vel probata, cùm utraque in se

possent

possent esse vitiosa, & sufficit si unum probetur, dum tamen utraq; sint convenientia.

¶ 1. Aliud genus warrantiæ, sicut de warrantia chartæ. 2. Breve de warrantia chartæ. 3. Si nō venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum. 4. Si summonitus ad warrantizandum vexaverit tenentem suum erga dominum feoffatorem. 5. Si tenens in brevi de recto nullum habuerit warrantum quem vocare possit vel velit, tunc ad elidendam actionem petentis, tenens proponat exceptionem si quam habuerit & illam probet, cum quodamodo actor sit in hac parte. Cap. 17.

Of warrantia charta

Est etiam aliud genus warrantizationis quæ dicitur warrātia chartæ, ubi quis de facto vel feoffamēto suo ꝓprio vel antecessorū suorū tenetur alium defendere et acquietare in seysina sua, per servitiū in charta sua nominatum, cùm ab aliis, sicut à dñis capitalibus districtus fuerit & vexatus fuerit ad faciendum plura servitia q̄m in charta exprimātur, et ubi ipse nō implacitatur de tenemēto ꝙ tenet, sed vexatur ut p̄dictum est: ubi hoc fit in com̄ & nisi warrantum vocaverit cùm fuerit implacitatus, & quo casu currendū est ad curiam dñi Regis & sum̄onitur ille qui warrantizare tenetur ꝑ tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Præcipe tali ꝙ juste & sine dilatione warrantizet tali tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa ꝙ tenet, & de eo tenere clamat, et unde chartā suam habet ut dicit, vel sic. Et unde chartā talis patris vel matris, fratris vel sororis, avunculi vel amitæ, Avi vel Aviæ, ꝓavi vel ꝓaviæ talis, quamvis ipse qui queritur hæres sit valde remotus, et tunc dicatur cujus hæres ipse est ut dicit, & nisi fecerit, & talis fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo, tunc sumoneas ꝑ bonos sum̄onitores p̄fatum tale ꝙ sit coram justic. nostris apud Westm̄ tali die, vel coram justic. nostris ad primam assisam cùm in ꝑtes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi sum̄onitores et hoc breve. Teste &c. Ad talē vero sum̄onitionem bene jacebit essonium unicū, antequam cōpareat sum̄onitus si voluerit. ¶ 3. Et si nō venerit, nec se essoniaverit, ꝓpter defaltā suam nō erit aliqua terra capienda in manū dñi Regis, sicut in warrantiis supradictis, sed attachietur ꝑ vadium & salvos plegios ꝙ sit ad certum diem ad warrantizādū vel ad ostendendū quare non, eodē modo quo p̄dictum est, & observetur ordo attachiamentorū secundū ꝙ alibi observatur de attachiamētis donec cōparuerit, cùm autē comparuerit in judicio, respondere poterit contra chartā, et ꝙ warrantizare nō debeat secundum formā brevis: vel quia querens terram nō tenet de qua petit warrantiā, vel quia chartā nō ostenderit nec aliud quare sum̄onitus warrātizare debeat, vel quia ipse querens nō est hæres ipsius sub cuius nomine petit warrantiam ꝓpinquus nec remotus. Et plures aliæ sunt responsiones, secūdū ꝙ superius videri poterit per exemplum de vocatione warranti. ¶ 4. Si autē ille qui ad warrantizandum sum̄onitus est, tenentem suū cōtra chartam suam vexaverit, & gravaverit, exigendo alia servitia vel plura q̄m deberet facere, sunt qui dicunt ꝙ locū non habet erga dominū brē de warrātia chartæ, sed brē de recto de servitiis & consuetudinibus ꝑ ꝙ pervenire possit ad duellum vel magna assisam, quamvis obji-

ci po-

necessitate ad patriam recurrendū. Sed quid si cùm testes appareant dicant ꝙ de charta nihil sciant, vel inde dubiè respondeant, & ille qui chartam ꝓfert suspectus habeatur ꝙ ꝑ fraudem chartam acquisiverit, quia fuit camerarius donatoris, vel ꝑ fraudē uxoris, vel sit alia vehemens ꝑsumptio q̄ faciat contra ipsum, non valebit charta nec donatio ꝓpter ꝑsumptionem, et maximè quia nihil ꝓbat.

¶ 1. *Probari poterit charta alio modo quàm per testes. s. per collationem signorum, & de vitiis chartæ.* 2. *Probatur sigillum per collationem.* 3. *Si plura proferantur instrumenta. Cap. 16.*

Probari etiam poterit charta alio modo quàm ꝑ testes et ꝑ patriā, sicut ꝑ collationē signorū, ut si fortè chartę contradicatur, cōferant alia signa q̄ aliquādo in judicio ꝓlata et approbata fuerint, et à donatore recognita, et si modis omnibus conveniant et ꝑ omnia ita ꝙ nulla in eis appareat differentia: hoc solum sufficit ad ꝓbationem chartæ, & omnia in ea contenta erunt tenenda, nisi forte aliquid in charta inveniatur ꝙ manifestam suspitionem inducat, ut si rasura facta fuerit in loco suspecto, s. in narratione facti, secus tamē si in narratione juris. Jura autem ubiq̄ scribi possunt, quia non variantur nec mutantur ꝑ rasuram. Apparere autem debet charta in prima sui figura absq̄ omni vituperationę, rasura, vel cancellatura, quia calumpniosam scripturam inde in juditio obtinere nō convenit. Sunt tamen in scripturis quædam quæ levem inducunt ꝑsumptionem, quæ quidem convinci possit per veram testiū ꝓbationem in contrarium, et ꝑ patriam, ut si in scriptura inveniatur diversitas calami, & diversitas scribendi, et diversa manus, aliter enim scribit unus, & aliter alius, aliter Juvenis & aliter senex: Item diversitas incausti & atramenti, ut si in una pars scribatur incausto nigro, et altera pars incausto rubro non attramento. ¶ 2. Item cum sigillum ꝓbari debeat per collationē, et signa plura ꝓferantur sub nomine ejus confecta, qui ad ꝓbationē tenetur, non erit eis fides adhibenda, quia omnes possūt esse adulterina, nisi ita sit ꝙ aliꝙ illorū prius in judicio ꝓbatū sit, et à donatore recognitū, vel à ꝓferente ꝓbatum, ut si quis forte t̄ram aliqm ab initio alicui concesserit ad terminū et ad firmam, et inde cōficiatur instrumentū et signatū, et firmarius postmodum dicat se inde esse feoffatum et inde ꝓferat chartā vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit fuerit contradictum, si terminum recognoverit et instrumentū de termino confectum & sigillum recognoverit, si in omnibus cōveniant sigilla tam de t̄mino quàm de feoffamento, chartam de feoffamento contradicere non poterit ꝓpter convenientiam sigillorum, nisi ita sit quòd excipere possit contra chartam vel instrumentum de dolo vel metu: et sic ꝓbantur chartę & instrumenta per collationem sigillorum. ¶ 3. Si vero cùm ex parte probantis plura prolata fuerint instrumenta & signa, nec sit aliquod eorum priùs à parte adversa recognitum, vel à proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo signata vel sigillata, & quæ quidem prius recognita fuerunt vel probata, cùm utraque in se possent

possent esse vitiosa, & sufficit si unum probetur, dum tamen utraq; sint convenientia.

¶ 1. Aliud genus warrantiæ, sicut de warrantia chartæ. 2. Breve de warrantia chartæ. 3. Si nō venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum. 4. Si summonitus ad warrantizandum vexaverit tenentem suum erga dominum feoffatorem. 5. Si tenens in brevi de recto nullum habuerit warrantum quem vocare possit vel velit, tunc ad elidendam actionem petentis, tenens proponat exceptionem si quam habuerit & illam probet, cum quodamodo actor sit in hac parte. Cap. 17.

Of warrantia charta

EST etiam aliud genus warrantizationis quæ dicitur warrātia chartæ, ubi quis de facto vel feoffamēto suo ꝓprio vel antecessorū suorū tenetur alium defendere et acquietare in seysina sua, per servitiū in charta sua nominatum, cùm ab aliis, sicut à dn̄is capitalibus districtus fuerit & vexatus fuerit ad faciendum plura servitia q̄m in charta exprimātur, et ubi ipse nō implacitatur de tenemēto q̄ tenet, sed vexatur ut p̄dictum est: ubi hoc sit in com̄ & nisi warrantum vocaverit cùm fuerit implacitatus, & quo casu currendū est ad curiam dn̄i Regis & sum̄onitur ille qui warrantizare tenetur ꝑ tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Præcipe tali q̄ juste & sine dilatione warrantizet tali tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa q̄ tenet, & de eo tenere clamat, et unde chartā suam habet ut dicit, vel sic. Et unde chartā talis patris vel matris, fratris vel sororis, avunculi vel amitæ, Avi vel Aviæ, ꝓavi vel ꝓaviæ talis, quamvis ipse qui queritur hæres sit valde remotus, et tunc dicatur cujus hæres ipse est ut dicit, & nisi fecerit, & talis fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo, tunc sumoneas ꝑ bonos sum̄onitores p̄fatum tale q̄ sit coram justic. nostris apud Westm tali die, vel coram justic. nostris ad primam assisam cùm in ꝑtes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi sum̄onitores et hoc breve. Teste &c. Ad talē vero sum̄onitionem bene jacebit essonium unicū, antequam cōpareat sum̄onitus si voluerit. ¶ 3. Et si nō venerit, nec se essoniaverit, ꝓpter defaltā suam nō erit aliqua terra capienda in manū dn̄i Regis, sicut in warrantiis supradictis, sed attachietur ꝑ vadium & salvos plegios q̄ sit ad certum diem ad warrantizādū vel ad ostendendū quare non, eodē modo quo p̄dictum est, & observetur ordo attachiamentorū secundū q̄ alibi observatur de attachiamētis donec cōparuerit, cùm autē comparuerit in judicio, respondere poterit contra chartā, et q̄ warrantizare nō debeat secundum formā brevis: vel quia querens terram nō tenet de qua petit warrantiā, vel quia chartā nō ostenderit nec aliud quare sum̄onitus warrātizare debeat, vel quia ipse querens nō est hæres ipsius sub cuius nomine petit warrantiam ꝓpinquus nec remotus. Et plures aliæ sunt responsiones, secūdū q̄ superius videri poterit per exemplum de vocatione warranti. ¶ 4. Si autē ille qui ad warrantizandum sum̄onitus est, tenentem suū cōtra chartam suam vexaverit, & gravaverit, exigendo alia servitia vel plura q̄m deberet facere, sunt qui dicunt q̄ locū non habet erga dominū br̄e de warrātia chartæ, sed br̄e de recto de servitiis & consuetudinibus ꝑ q̄ pervenire possit ad duellum vel magna assisam, quamvis obji-

 ci po-

necessitate ad patriam recurrendũ. Sed quid si cùm testes appareant dicant ꝙ de charta nihil sciant, vel inde dubiè respondeant, & ille qui chartam ꝓfert suspectus habeatur ꝙ ꝑ fraudem chartam acquisiverit, quia fuit camerarius donatoris, vel ꝑ fraudẽ uxoris, vel sit alia vehemens ꝑ̃sumptio q̃ faciat contra ipsum, non valebit charta nec donatio ꝓpter ꝑ̃sumptionem, et maximè quia nihil ꝓbat.

¶ 1. Probari poterit charta alio modo quàm per testes. s. per collationem signorum, & de vitiis chartæ. 2. Probatur sigillum per collationem. 3. Si plura proferantur instrumenta. Cap. 16.

Proof of Charters.

PRobari etiam poterit charta alio modo quàm ꝑ testes et ꝑ patriã, sicut ꝑ collationẽ signorũ, ut si fortè chartę contradicatur, cõferant alia signa q̃ aliquãdo in judicio ꝓlata et approbata fuerint, et à donatore recognita, et si modis omnibus conveniant et ꝑ omnia ita ꝙ nulla in eis appareat differentia: hoc solum sufficit ad ꝓbationem chartæ, & omnia in ea contenta erunt tenenda, nisi forte aliquid in charta inveniatur ꝙ manifestam suspitionem inducat, ut si rasura facta fuerit in loco suspecto, s. in narratione facti, secus tamẽ si in narratione juris. Jura autem ubiq; scribi possunt, quia non variantur nec mutantur ꝑ rasuram. Apparere autem debet charta in prima sui figura absq; omni vituperationę, rasura, vel cancellatura, quia calumpniosam scripturam inde in juditio obtinere nõ convenit. Sunt tamen in scripturis quædam quæ levem inducunt ꝑ̃sumptionem, quæ quidem convinci possit per veram testiũ ꝓbationem in contrarium, et ꝑ patriam, ut si in scriptura inveniatur diversitas calami, & diversitas scribendi, et diversa manus, aliter enim scribit unus, & aliter alius, aliter Juvenis & aliter senex: Item diversitas incausti & atramenti, ut si in una pars scribatur incausto nigro, et altera pars incausto rubro non attramento. ¶ 2. Item cum sigillum ꝓbari debeat per collationẽ, et signa plura ꝓferantur sub nomine ejus confecta, qui ad ꝓbationẽ tenetur, non erit eis fides adhibenda, quia omnes possũt esse adulterina, nisi ita sit ꝙ aliꝗ illorũ prius in judicio ꝓbatũ sit, et à donatore recognitũ, vel à ꝓferente ꝓbatum, ut si quis fortè t̃ram aliq̃m ab initio alicui concesserit ad terminũ et ad firmam, et inde cõficiatur instrumentũ et signatũ, et firmarius postmodum dicat se inde esse feoffatum et inde ꝓferat chartã vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit fuerit contradictum, si terminum recognoverit et instrumentũ de termino confectum & sigillum recognoverit, si in omnibus cõveniant sigilla tam de t̃mino quàm de feoffamento, chartam de feoffamento contradicere non poterit ꝓpter convenientiam sigillorum, nisi ita sit quòd excipere possit contra chartam vel instrumentum de dolo vel metu: et sic ꝓbantur chartę & instrumenta per collationem sigillorum. ¶ 3. Si vero cùm ex parte probantis plura prolata fuerint instrumenta & signa, nec sit aliquod eorum priùs à parte adversa recognitum, vel à proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo signata vel sigillata, & quæ quidem prius recognita fuerunt vel probata, cùm utraque in se possent

possent esse vitiosa, & sufficit si unum probetur, dum tamen utraq; sint convenientia.

¶ 1. Aliud genus warrantiæ, sicut de warrantia chartæ. 2. Breve de warrantia chartæ. 3. Si nō venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum. 4. Si summonitus ad warrantizandum vexaverit tenentem suum erga dominum feoffatorem. 5. Si tenens in brevi de recto nullum habuerit warrantum quem vocare possit vel velit, tunc ad elidendam actionem petentis, tenens proponat exceptionem si quam habuerit & illam probet, cum quodamodo actor sit in hac parte. Cap. 17.

De warrantia chartæ

EST etiam aliud genus warrantizationis quæ dicitur warrātia chartæ, ubi quis de facto vel feoffamēto suo ꝓprio vel antecessorū suorū tenetur alium defendere et acquietare in seysina sua, per servitiū in charta sua nominatum, cùm ab aliis, sicut à dñis capitalibus districtus fuerit & vexatus fuerit ad faciendum plura servitia q̄m in charta exprimātur, et ubi ipse nō implacitatur de tenemēto ꝙ tenet, sed vexatur ut ꝑdictum est: ubi hoc fit in com̄ & nisi warrantum vocaverit cùm fuerit implacitatus, & quo casu currendū est ad curiam dñi Regis & sum̄onitur ille qui warrantizare tenetur ꝑ tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Præcipe tali ꝙ juste & sine dilatione warrantizet tali tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa ꝙ tenet, & de eo tenere clamat, et unde chartā suam habet ut dicit, vel sic. Et unde chartā talis patris vel matris, fratris vel sororis, avunculi vel amitæ, Avi vel Aviæ, ꝓavi vel ꝓaviæ talis, quamvis ipse qui queritur hæres sit valde remotus, et tunc dicatur cujus hæres ipse est ut dicit, & nisi fecerit, & talis fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo, tunc sum̄oneas ꝑ bonos sum̄onitores ꝑfatum talē ꝙ sit coram justic. nostris apud Westm̄ tali die, vel coram justic. nostris ad primam assisam cùm in ꝑtes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi sum̄onitores et hoc breve. Teste &c. Ad talē vero sum̄onitionem bene jacebit essonium unicū, antequam cōpareat sum̄onitus si voluerit. ¶ 3. Et si nō venerit, nec se essoniaverit, ꝓpter defaltā suam nō erit aliqua terra capienda in manū dñi Regis, sicut in warrantiis supradictis, sed attachietur ꝑ vadium & salvos plegios ꝙ sit ad certum diem ad warrantizādū vel ad ostendendū quare non, eodē modo quo ꝑdictum est, & observetur ordo attachiamentorū secundū ꝙ alibi observatur de attachiamētis donec cōparuerit, cùm autē comparuerit in judicio, respondere poterit contra chartā, et ꝙ warrantizare nō debeat secundum formā brevis: vel quia querens terram nō tenet de qua petit warrantiā, vel quia chartā nō ostenderit nec aliud quare sum̄onitus warrātizare debeat, vel quia ipse querens nō est hæres ipsius sub cuius nomine petit warrantiam ꝓpinquus nec remotus. Et plures aliæ sunt responsiones, secūdū ꝙ superius videri poterit per exemplum de vocatione warranti. ¶ 4. Si autē ille qui ad warrantizandum sum̄onitus est, tenentem suū cōtra chartam suam vexaverit, & gravaverit, exigendo alia servitia vel plura q̄m deberet facere, sunt qui dicunt ꝙ locū non habet erga dominū bre de warrātia chartæ, sed bre de recto de servitiis & consuetudinibus ꝑ ꝙ pervenire possit ad duellum vel magna assisam, quamvis obji-

 ci po-

necessitate ad patriam recurrendū. Sed quid si cùm testes appareant dicant ꝙ de charta nihil sciant, vel inde dubiè respondeant, & ille qui chartam ꝓfert suspectus habeatur ꝙ ꝑ fraudem chartam acquisiverit, qùia fuit camerarius donatoris, vel ꝑ fraudē uxoris, vel sit alia vehemens ꝑsumptio q̄ faciat contra ipsum, non valebit charta nec donatio ꝓpter ꝑsumptionem, et maximè quia nihil ꝓbat.

¶ 1. Probari poterit charta alio modo quàm per testes. s. per collationem signorum, & de vitiis chartæ. 2. Probatur sigillum per collationem. 3. Si plura proferantur instrumenta. Cap. 16.

Proof of Charters.

PRobari etiam poterit charta alio modo quàm ꝑ testes et ꝑ patriā, sicut ꝑ collationē signorū, ut si fortè chartę contradicatur, cōferant alia signa q̄ aliquādo in judicio ꝓlata et approbata fuerint, et à donatore recognita, et si modis omnibus conveniant et ꝑ omnia ita ꝙ nulla in eis appareat differentia: hoc solum sufficit ad ꝓbationem chartæ, & omnia in ea contenta erunt tenenda, nisi forte aliquid in charta inveniatur ꝙ manifestam suspitionem inducat, ut si rasura facta fuerit in loco suspecto, s. in narratione facti, secus tamē si in narratione juris. Jura autem ubiq; scribi possunt, quia non variantur nec mutantur ꝑ rasuram. Apparere autem debet charta in prima sui figura absq; omni vituperationę, rasura, vel cancellatura, quia calumpniosam scripturam inde in juditio obtinere nō convenit. Sunt tamen in scripturis quædam quæ levem inducunt ꝑsumptionem, quæ quidem convinci possit per veram testiū ꝓbationem in contrarium, et ꝑ patriam, ut si in scriptura inveniatur diversitas calami, & diversitas scribendi, et diversa manus, aliter enim scribit unus, & aliter alius, aliter Juvenis & aliter senex: Item diversitas incausti & atramenti, ut si in una pars scribatur incausto nigro, et altera pars incausto rubro non attramento. ¶ 2. Item cum sigillum ꝓbari debeat per collationē, et signa plura ꝓferantur sub nomine ejus confecta, qui ad ꝓbationē tenetur, non erit eis fides adhibenda, quia omnes possūt esse adulterina, nisi ita sit ꝙ aliꝙ illorū prius in judicio ꝓbatū sit, et à donatore recognitū, vel à ꝓferente ꝓbatum, ut si quis fortè t̄ram aliq̄m ab initio alicui concesserit ad terminū et ad firmam, et inde cōficiatur instrumentū et signatū, et firmarius postmodum dicat se inde esse feoffatum et inde ꝓferat chartā vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit fuerit contradictum, si terminum recognoverit et instrumentū de termino confectum & sigillum recognoverit, si in omnibus cōveniant sigilla tam de t̄mino quàm de feoffamento, chartam de feoffamento contradicere non poterit ꝓpter convenientiam sigillorum, nisi ita sit quòd excipere possit contra chartam vel instrumentum de dolo vel metu: et sic ꝓbantur chartę & instrumenta per collationem sigillorum. ¶ 3. Si vero cùm ex parte probantis plura prolata fuerint instrumenta & signa, nec sit aliquod eorum priùs à parte adversa recognitum, vel à proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo signata vel sigillata, & quæ quidem prius recognita fuerunt vel probata, cùm utraque in se possent

possent esse vitiosa, & sufficit si unum probetur, dum tamen utraq; sint convenientia.

¶ 1. *Aliud genus warrantiæ, sicut de warrantia chartæ.* 2. *Breve de warrantia chartæ.* 3. *Si nō venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum.* 4. *Si summonitus ad warrantizandum vexaverit tenentem suum erga dominum feoffatorem.* 5. *Si tenens in brevi de recto nullum habuerit warrantum quem vocare possit vel velit, tunc ad elidendam actionem petentis, tenens proponat exceptionem si quam habuerit & illam probet, cum quodamodo actor sit in hac parte. Cap.* 17.

Warrantia charta

EST etiam aliud genus warrantizationis quæ dicitur warrātia chartæ, ubi quis de facto vel feoffamēto suo ꝓprio vel antecessorū suorū tenetur alium defendere et acquietare in seysina sua, per servitiū in charta sua nominatum, cùm ab aliis, sicut à dñis capitalibus districtus fuerit & vexatus fuerit ad faciendum plura servitia qm in charta exprimātur, et ubi ipse nō implacitatur de tenemēto ꝙ tenet, sed vexatur ut ꝑdictum est: ubi hoc fit in com̄ & nisi warrantum vocaverit cûm fuerit implacitatus, & quo casu currendū est ad curiam dñi Regis & sum̄onitur ille qui warrantizare tenetur ꝑ tale breve. ¶ 2. Rex vic. salutē. Præcipe tali ꝙ juste & sine dilatione warrantizet tali tantum terræ cum ꝑtinentiis in tali villa ꝙ tenet, & de eo tenere clamat, et unde chartā suam habet ut dicit, vel sic. Et unde chartā talis patris vel matris, fratris vel sororis, avunculi vel amitæ, Avi vel Aviæ, ꝓavi vel ꝓaviæ talis, quamvis ipse qui queritur hæres sit valde remotus, et tunc dicatur cujus hæres ipse est ut dicit, & nisi fecerit, & talis fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo, tunc sum̄oneas ꝑ bonos sum̄onitores ꝑfatum tale ꝙ sit coram justic. nostris apud Westm tali die, vel coram justic. nostris ad primam assisam cûm in ꝑtes illas venerint, ostensurus quare non fecerit, & habeas ibi sum̄onitores et hoc breve. Teste &c. Ad talē vero sum̄onitionem bene jacebit essonium unicū, antequam cōpareat sum̄onitus si voluerit. ¶ 3. Et si nō venerit, nec se essoniaverit, ꝓpter defaltā suam nō erit aliqua terra capienda in manū dñi Regis, sicut in warrantiis supradictis, sed attachietur ꝑ vadium & salvos plegios ꝙ sit ad certum diem ad warrantizādū vel ad ostendendū quare non, eodē modo quo ꝑdictum est, & observetur ordo attachiamentorū secundū ꝙ alibi observatur de attachiamētis donec cōparuerit, cùm autē comparuerit in judicio, respondere poterit contra chartā, et ꝙ warrantizare nō debeat secundum formā brevis: vel quia querens terram nō tenet de qua petit warrantiā, vel quia chartā nō ostenderit nec aliud quare sum̄onitus warrātizare debeat, vel quia ipse querens nō est hæres ipsius sub cuius nomine petit warrantiam ꝓpinquus nec remotus. Et plures aliæ sunt responsiones, secūdū ꝙ superius videri poterit per exemplum de vocatione warranti. ¶ 4. Si autē ille qui ad warrantizandum sum̄onitus est, tenentem suū cōtra chartam suam vexaverit, & gravaverit, exigendo alia servitia vel plura qm deberet facere, sunt qui dicunt ꝙ locū non habet erga dominū bre de warrātia chartæ, sed bre de recto de servitiis & consuetudinibus ꝑ ꝙ pervenire possit ad duellum vel magna assisam, quamvis obji-

 ci po-

ci poterit et sustineri ꝙ ille qui contra alios tenetur defendere tenentē suū, ipse illum contra chartam suam gravare non debet, nec ei injuriam facere, et ideo videtur ꝙ teneatur de injuria per tale breve, quia qui tenetur defendere nō debet destruere, & quia cùm quis ex officio suo alios prohibere necesse habet, idipsum in ꝑsona sua committere non debet. ¶ 5. Ad diem summonitionis post dilationes & essonia revertamur, ad quam cùm partes comparuerint, si non habeat tenens warrantum quem vocare potest vel si habuerit et nullum vocat, proposita in judicio coram justic. ut prædictum est, intentione petentis, et fundata, et illo eam probare offerente, ad elidendam actionem proponat tenens exceptionem si quam habuerit et illam probet, et doceat quòd exceptio ad illum pertineat, secundum quod dicitur de actionibus et eodem modo. Exceptiones enim loco actionum sunt. Nam qui excipit, videtur agere, quantum ad onus probationis, et respectu actionum dicuntur exceptiones, unum enim alterum impugnat, et sicut actores armantur actionibus & quasi accinguntur gladiis, ita rei e contra muniuntur exceptionibus, & defenduntur quasi clipeis.

Tractatus quintus Libri quinti, in quo tractatur de Exceptionibus.

¶ 1. *Quid sit exceptio, & de divisione exceptionum quod quædam dilatoriæ quædam generales quædam speciales.* 2. *Quando proponendæ sunt & quando non.* 3. *Quædam ante visum & quædam post.* 4. *Contra exceptionem competit replicatio.* 5. *Ad replicationem competit triplicatio.* 6. *Quædam sunt perpetuæ quædam sunt temporales.* 7. *Quòd quis potest pluribus uti.* 8. *Probari poterit exceptio multis modis.* 9. *Non per sectam.* 10. *Non per simplicem vocem.* 11. *De exceptione quæ ponitur contra jurisdictionem.* *Cap.* 1.



Nprimis videndū quid sit exceptio, & qualiter dividatur, et sciendū ꝙ exceptio est actionis elisio, ꝑ q̄m actio perimitur vel differtur. Exceptio quidem sic dividitur. Exceptionū quædā sunt dilatoriæ quædā peremptoriæ, et hæc est prima et brevis divisio. Itē dilatoriarum quædā sunt peremptoriæ jurisdictionis, & dilatoriæ actionis, et non peremptoriæ. Et eodem modo aliæ ꝑemptoriæ brevis et dilatoriæ actionis. Itē quædā exceptiones sunt generales ad omnia placita sive actiones, et quædā speciales, quæ cōpetunt et dātur cōtra actiones singulares: q̄libet enim actio habet suas exceptiones appropriatas, secundum formā actionū: ut supra videri poterit de assisis et placitis de ingressu. Generales vero sunt q̄ se habēt generaliter ad oīa placita, sicut exceptio cōtr̄ jurisdic. exceptio cōtra ꝑsonā agentis, exceptio cōtr̄ bre, exceptio q̄ ꝓvenit ex tēpore secūdū diūsa geña ꝑ̄itorū: et exceptio q̄ cōpetit

cõpetit ratiõe loci p errorẽ impetrationis, secundũ q superiùs dictũ est, et q̃ sunt dilatoriæ actiones et quasi extra actionẽ, et ideo actionẽ non pimunt quamvis illam ad tẽpus differant. ¶ 2. Itẽ sunt q̃dam exceptiones ppo-nendæ in initio litis, et in pparatoriis judiciorũ, et ante visum petendũ, ad perimendum judiciũ ne pcedat: sicut sunt illæ q̃ proponuntur contra jurisdictionem, et contra psonas judicantiũ quibus deficit autoritas judicandi. Itẽ exceptiones illæ q̃ cõpetunt cõtra psonam petentis. Itẽ exceptiones illæ q̃ cõpetunt contra breve, quæ quidẽ exceptiones si in initio litis omittantur, et ad petendũ visum pcedatur, si tenens illas post visum petitũ velit alias pponere, non audietur: quia per petitionem visus videtur tenens hujusmodi exceptionibus tacitè renunciasse, et in jurisdictionem judicãtis cõcessisse, & q omnia quoad judicium ratificandum rite pcesserunt. ¶ 3. Sũt etiam q̃dam quæ visum sequuntur et de quib' certificari poterit tenens antequam petens ei visum fecerit, & certa res in judicium deducatur, de qua debeat tenens respondere, ut tunc sciri possit si totam rem petitã tenuerit, vel ejus ptem vel etiam nihil, et sic fiat de ptinentiis. Itẽ post visum competit exceptio si error fuerit in loco ubi res sita est, de qua agitur & istæ p̃cedunt contestationẽ. Et quid si nullus visus petatur, tunc p ordinẽ proponi debent & suo loco et erit à digniori incipiendum, sicut à jurisdictione judicãtis, & psona justic. cùm justic. sit pars principalis judicii. Postea vero cõtra psonam petentis, si qua cõpetat cõtra ipsam ex psona sua propria. Postea contra breve, si qua competat ex persona tenentis contra petentem, & postmodum si qua cõpetat ex ipsa re, ut si nihil inde teneat, vel non nisi ejus ptem, & idem de ptinentiis, & post modum si qua competat ratione loci, et cùm nulla p̃dictarũ competat, vel si illis tacitè renuntietur (ut p̃dictum est) tunc pponatur illa q̃ cõpetit ratione juris, q̃ multiplex est, ut si nihil juris descẽdere posset ad petentẽ. Et sicut fit ordo petendi sic debet fieri ordo excipiendi: ut si diceretur corã talibus justic. A. petit versus B. tantam t̃ram ptinentiis in tali villa ut jus suũ. Itẽ sunt duæ exceptiones q̃ proponi possunt omni tẽpore et post judiciũ, sicut judicis non sui, et falsi pcuratoris, cum quibus nullũ judicium, controversia nulla. Et sicut necesse est actionem pponere et fundare et pbare (ut p̃dictum est) ut prima facie justa videatur, ita oportebit exceptionẽ, ut p hoc sciri possit an ptineat ad excipientẽ exceptio, sicut ad agentẽ ptinet actio, quia cùm aliquãdo cõtra actionẽ ptineat exceptio, tamẽ (ut supradictũ est) nõ semper ptinet ad omnes ut illam pponant. ¶ 4. Contra exceptionẽ vero licet ab initio cõpetens videatur, subveniri poterit petenti ope replicationis, ut si quis petat, excipere poterit tenens de pacto postea interveniente ne petat, contra q m replicari poterit à petẽte de pacto posterius interposito q petat, ut si dicatur. Pact' ne peteret postea cõvenit ut peteret, quo casu, primũ pactũ p posteri' eliditur, non quidem ipso jure sed ope replicationis, & sic de similibus de modis & cõditionibus in cõtractibus appositis, ut si cõvenerit in initio cõtract' q quid fiat vel ne quid fiat, et fiat vel non fiat, q tũc liceat contrahenti sic facere

Replicatio

vel non fie, vel si tali modo nõ fiat, quod tunc sic fiat ut supra de donationibus. ¶ 5. Ad replicationẽ vero sequitur triplicatio, et ad triplicationem quadruplicatio ex causa, & sic ulterius in infinitum, et ita poterit ad initio cõcedi quòd actio bona sit prima facie, elisa tamẽ per exceptionẽ, & eodẽ modo quôd exceptio bona, elisa tamen per replicationẽ et sic deinceps. ¶ 6. Exceptiones vero perpetuæ sunt quamvis ex temporalibus actionibus descẽdant, quia non erit in voluntate tenentis quando velit excipere, licet in voluntate actoris sit quando velit agere. Et talis ordo (secũdum quod prædictum est) necessarius est ad proponendũ exceptiones, quamvis quidam illum non observãt, quia forte credunt quod dum unã ante tẽpus vel non suo loco proposuerint cum protestatione, salvum sibi fore beneficium ceterarum indistinctè, & si in probatione unius defecerint quod possint ad alias habere recursum. ¶ 7. Pluribus autẽ poterit quis uti exceptionibus dilatoriis, variis & diversis, dum tamen suo loco. Sed si plures peremptoriæ actionũ concurrant, unam debet tenens proponere & probare, sicut cõtingit superius de actionibus: ut si alicui plures competant actiones, unam debet experiri, quia si tenens, cûm duas peremtorias proponeret vel plures exceptiones, in probatione unius deficeret, posset recursum habere ad alias, & probare sicut posset se pluribus baculis defendere, quod esse non debet cùm ei sufficere debeat tantum probatio unius. ¶ 8. Probari autẽ poterit exceptio multis modis, tum per vocem mortuã, sicut per instrumenta: tum per vivam, sicut per patriam, & inquisitiones, nõ per familiares et domesticos & alia ratione suspectos, sed per tales qui neutram partem aliqua affinitate attingant. ¶ 9. Itẽ non per sectam quæ fieri poterit per domesticos & familiares, secta enim probationẽ non facit, sed levem inducit præsumptionẽ, & vincitur per probationem in contrarium, & per defensionem per legem. ¶ 10. Itẽ non per simplicẽ vocem, quia vox simplex nec probationem facit nec præsumptionẽ inducit. Si quis autem in probatione exceptionis vel replicationis et sic ulterius defecerit, amittet per judicium. ¶ 11. Item imprimis dicatur de una illarum quæ generalis est ad omnes actiones, scilicet de illa quæ apponitur contra jurisdictionẽ. Et nihil aliud est jurisdictio quâm habere autoritatẽ judicandi sive jus dicẽdi inter partes de actionibus personarũ & rerũ, secũdũ quod deductæ fuerint in judiciũ per autoritatem ordinariã vel delegatã, de quibus supradictũ est de potestate judicãtiũ.

¶ 1. *Quid sit jurisdictio & de ejus divisione.* 2. *Quale forum actor sequi debeat & quæ pertineant ad forum seculare.* 3. *Ratione criminis & ratione contractus.* 4. *Si quis elegerit unum judicem ad alium recurrere non potest de facili, & debet estimari si sit sui juris.* 5. *Quæ pertinent ad forũ Ecclesiasticũ & quæ ad forũ seculare.* 6. *Quòd laicus nõ est cõveniendus corã judice Ecclesiastico de aliquibus quæ pertinent ad coronam & dignitatem Regis.* 7. *Quòd quis possit renũtiare iis quæ pro se introducta sunt, sed non in præjudicium alterius.* Cap. 2.

Est etiam jurisdictio quędam ordinaria, quædam delegata quæ pertinet ad sacerdotium et forum ecclesiasticum, sicut in causis spiritualibus & spiritualitati annexis. Est etiam alia jurisdictio ordinaria vel delegata quæ

gata q̃ pertinet ad coronam et dignitatem regis ad regnum in causis & placitis rerum tēporalium in foro seculari, & unde videndū cujus judicium & forum actor adire debeat, & verum est ꝙ sive laicum sive clericum verit quis cōvenire, debet adire judicem & sequi forum rei, & iudicē habebit illum apud q̄m reus habet domicilium, sive domicilium habuerit sub jurisdictione unius vel duorum. ¶ 2. Et licet generaliter verum sit ꝙ actor forū rei sequi debeat, fallit tamen in casibus ꝑpter diversitatē jurisdictionum & causarum de rebus spiritualibus & temporalibus et earum sequela, sicut in causa matrimoniali, & rebus præmissis ob causam matrimonii, quæ in foro Ecclesiastico terminari debēt, quia cujus juris, i. jurisdictionis est principale, ejusdem juris erit accessorium. Et eodem modo sicut si in foro seculari agatur de aliquo placito quod pertineat ad coronam & dignitatem regis, & fides fuerit apposita in cōtractu, non ꝑpter hoc ꝑtinebit cognitio super principali ad judicem Ecclesiasticum. ¶ 3. Item fallit in causa testamentaria, & aliis pluribus causis Ecclesiasticis. Item ratione criminis convenitur quis ubi deliquit, ut si quis crimen cōmiserit in terra aliena, quia ubi deliquit ibi subjiceat juri, sicut videri poterit de **utfangthef** per exēplum. Item ratione cōtractus, quia cōveniendus ubi cōtraxit ille qui cōtraxit. Item ratione rei petitę, ut si clericus petat versus clericum vel laicum debitum ꝙ non sit de testamento vel de matrimonio, sequi debet forum laicale, et eodem modo si petat laicum feodum, sub domino feodi erit actio, sicut petitio hæreditatis per breve de recto erit tractanda coram domino feodi, vel coram vicecom̄ si dominus negligens fuerit, quia ratione negligentiæ ꝓprii judicis videlicet domini, transfertur loquela ad comitatū et sic corā rege & suis justiciariis, multis et variis de causis. ¶ 4. Item si quis unum judicem de voluntate sua elegerit, ad alterius audientiam recurrere non debet volūtate propria, cùm talis ꝑ consensum effectus sit suus judex quamvis generaliter verum sit, ꝙ sententia à non suo judice lata non teneat, et hoc verū est nisi hoc faciat Regia prohibitio, quia jurisdictionem Regis non poterit quis mutare per renuntiationē in præjuditium Regiæ dignitatis, secundum quod inferius dicetur: quamvis expediat aliquando actori convenire reum sub judice de cujus factus est jurisdictione per consensum, magis quàm sub eo cui subest domicilii ratione, quia si proprius judex fuerit negligens, alius judex (licet non suus) poterit esse diligentior, dum tamen coertionē habeat ꝙ possit juditium suum demandare executioni. Et unde cûm diversæ sint hinc inde jurisdictiones et diversi judices & diversæ causæ, debet quilibet ipsorum inprimis estimare an sua sit jurisdictio, ne falcem videatur ponere in messem alienam. ¶ 5. Quia clericus in nullo conveniendus est coram judice seculari ꝙ pertineat ad forum Ecclesiasticum, sicut in causis spiritualibus vel spiritualitati annexis, ut si pro peccato vel transgressione fuerit pœnitentia injungenda, et quo casu judex Ecclesiasticus habet cognitionem, quia non pertinet ad Regem injungere pœnitentias, nec ad judicem secularem, nec etiam ad eos pertinet cognoscere de iis quæ sunt spiritualibus annexa,

Exceptions to the rule, quod actor sequitur forum rei

sicut de decimis et aliis Ecclesiæ ꝓventionibus. Item nec de catallis q̄ sunt de testamento vel matrimonio. Itē nec de pecunia ꝓmissa ob causam matrimonii, quæ est quasi sequela matrimonii, ut superius dictū est, et hujusmodi, quia judex Ecclesiasticus in iis omnibus habet jus revocādi donū, & quāvis in omnibus aliis actionibus sive placitis ad forū seculare ꝑtinentibus videatur ꝙ clericus sequi debeat forum seculare, et ibi agere et respondere ratione rei vel cōtractus ubi agitur realiter vel ꝑsonaliter sicut in actione injuriarum vel criminis, dum tamen civiliter agatur, secundū ꝙ videri poterit tota die, ꝙ si clericus cōveniendus, quia laicum feodum non habet, sūmonitionem suscipere noluerit, nec plegios invenire, mandabitur Episcopo vel ordinario loci ꝙ faciat talē venire coram rege vel justiciariis suis, ad respondendum & satisfaciendū de quocunq̄ placito ad intentionē petētis vel querentis: quamvis sunt qui dicant ꝙ de nullo placito tenentur respōdere, nec ratione rei, contractus vel delicti coram judice seculari, et salva pace eorū, videtur ꝙ sit in omnibus actionibus et placitis civilibus & criminalibus, p̄terquàm in executione judicii in causa criminali, ubi laicus condemnandus esset ad amissionem vitæ vel membrorum, et quo casu, quamvis judex secularis habet cognitionem ut cognoscat de criminne, tamen non habet potestatem exequendi judicium sicut in causis civilibus, non enim possit degradare clericum, magis quàm ad ordines promovere, et ideo ꝓpter ejus defectum habet ordinarius executionē judicii, licet aliter observetur ꝙ in causa criminali ubi pœna capitalis infligenda est, habet ordinarius utramquè, videlicet cognitionem et judicii executionem. ¶ 6. Vice versa non est laicus conveniendus coram judice Ecclesiastico de aliquo qđ ꝑtineat ad coronā et Regiam dignitatem et ad regnum, quod in foro seculari terminari potest et debeat, sicut nec de laico feodo vel eis pertinentiis, ratione supradicta, ut si jura pertineant sicut advocatio, jus pascendi, eundi, agendi et hujusmodi. Item nec de debitis, nec catallis, nisi sunt de testamento vel matrimonio et hujusmodi, quia Rex jus habet revocandi donum propter suum privilegium, quàmvis ipse qui convenitur coram judice Ecclesiastico de placitis quæ pertinent ad coronam et dignitatē Regiam per se effectus sit per cōsensum de alterius foro et jurisdictione. ¶ 7. Poterit enim quis renuntiare iis q̄ pro se introducta sunt, sed tamen non in p̄judicium aliorū, sicut in præjudicium Regiæ dignitatis, quia injustè non trahitur ad alienum forum ex quo renūtiando privilegio suo hoc voluit, injustè tamen ꝓpter privilegium ipsius Regis. Et unde si quis se obligaverit ꝑ scripturam ad respondendum in foro vetito, non obstante suo privilegio, i. Regia ꝓhibitione, seipsum obligat et non Regem, et unde si ille idem postmodum ꝓhibitionem impetraverit quòd judices nō ꝓcedant, et cōtra factū suū multipliciter delinquit, delinquit enim ꝑ hoc ꝙ placita quæ pertinent ad coronam et dignitatem Regis trahit ad alienum forū. Delinquit enim ex hoc quòd venit contra factum suum proprium, et unde cùm judices et partes comparuerint, judices puniuntur, eo quòd post prohibitionem contra prohibitionem processerunt,

et si

Bractons opinion that clerks are amenable to secular jurisdiction

Of renouncing jurisdiction

et si convincantur, Gaolæ committantur, et pœna pecuniaria graviter puniantur, et ille eodem modo de quo queritur qui hoc pcuravit, sed non propter querelam querentis et injuriam ei factam, sed propter injuriam factam ipsi Regi, non est enim ei aliqua injuria facta propter consensum, quia trahi voluit ad alienum forum, & quia sic voluit, puniatur ut primi, & quia venit contra factum suum, et p impetrationē suam jam rediit ad forū debitum, ut ibi respondeat de placito principali, etiam sine alio brevi, et judices et ille de quo queritur quantū ad placitum phibitionis recedant versus eum sine die, et ipse in misericordia versus eos pro falso clameo.

¶ 1. De prohibitionibus domini Regis. Item dictum est si per consensum, nunc autem si contra voluntatem. 2. Breve ad prohibendum si contra coronam & dignitatem domini Regis judicibus ne teneant placitum de catallis quæ non sunt de testamento vel matrimonio. 3. Breve judicibus ne teneant de laico feodo. 4. Breve parti ne sequatur. Cap. 3.

Dictum est qualiter per consensum fit de alterius jurisdictione: Nunc autem dicendum si contra voluntatem trahatur in placitum coram judice Ecclesiastico de placitis quæ pertinent ad coram et dignitatem Regis, unde cûm quis ita tractus fuerit coram judice Ecclesiastico contra voluntatem suam qui estimare noluerit an sua sit jurisdictio sed jurisdictionem Regis sibi usurpaverit, & delinquunt tam judices qui placitum tenent quâm ille qui sequitur, ad querelam illius qui sic ad non suum judicem trahitur, fiat breve domini Regis judicibus ne procedant & ei qui sequitur ne sequatur in hac forma. Et si judicassent, judicium exequi non possent, quia vicecom nihil faceret ad mandatum ipsorum. ¶ 2. Rex talibus Judicibus salutem. Prohibemus vobis ne placitum teneatis in curia Christianitatis inter A. petentem & B. tenentem de tanta terra cum pertinentiis, vel de laico feodo ipsius B. in tali villa vel aliter: de catallis vel debitis quæ non sunt ex testamento vel matrimonio, & unde pdictus B. queritur quòd prædictus A. eum injuste trahit in placitū coram vobis, quia placita de laico feodo & de debitis & catallis q̄ non sunt de testamēto & matrimonio spectant ad coronam & dignitatē nostrā. Et hujusmodi phibitio locū habet cùm scribitur judicibus qui ordinariā habēt jurisdictionē. Si autē delegatam, ut si delegati fuerunt à dño Papa, vel alio ordinario tunc sic. ¶ 3. Rex talibus judicibus salutē. Prohibem' vobis ne teneatis placitū in curia Christianitatis de laico feodo A. in tali villa, & unde idē A. q̄ritur ꝙ B. de N. trahit eum in placitū corā vobis in curia Christianitatis autoritate literarū dñi Papæ de laico feodo suo vel debitis et catallis &c. ut supra. Et idē dici poterit de advocationibus Ecclesiarū vel de aliis placitis q̄ pertinent ad coronam et dignitatem domini Regis, & tunc sic: ne teneatis placitum in curia Christianitatis de advocatiōe Ecclesiæ de tali loco unde talis q̄ritur &c. ut supra, quia

writ of Prohibition to the Judge

 placita

placita de advocationibus Ecclesiarum spectant ad coronā et dignitatē nīm T. &c. Et sic fiet de omni jure q pertinere potest ad laicū feodum de quo Rex habere debet cognitionem. Et eodē modo scribatur parti adversę ne sequatur in hac forma. ¶ 4. Rex tali salutē. Prohibemus tibi ne sequaris placitū in curia Christianitatis de laico feodo tali in villa vel de debitis, catallis vel advocatione Ecclesiæ et hujusmodi, et unde pdict' talis queritur q tu trahis eum in placitū in curiam Christianitatis corā tali judice, ordinario videlicet, vel corā talib' judicibus, videlicet delegatis autoritate literarum dñi Papæ, vel autoritate literarū alicujus alterius ordinarii, vel autoritate literarū alterius subdelegati à judicib' à dño Papa delegatis, quia hujusmodi placita &c. ut supra, & ita q hujusmodi brevia semper conveniant brevibus ad judices transmissis.

Writ of Prohibition to the party.

¶ 1. De prohibitionibus & advocationibus Ecclesiarum. 2. Prohibitio de advocationibus Indicavit judicibus. 3. Prohibitio si rectores Ecclesiarum contendant inter se sine patronis. 4. Prohibitio si Clericus præsentatus ab eo que optinuerit implacitatus fuerit à Clerico ipsius qui amisit in curia Regis. 5. Breve prohibitionis (ostendit nobis) formatum à justic. secundum querelam. 6. Breve prohibitionis contra eum qui sequitur contra judicium factum in curia domini Regis. 7. Prohibitio si fiat contra ea quæ in curia domini Regis rite acta sunt. 8. Si de iis quæ pertinent ad laicum feodum ratione alicujus advocationis sicut de exenniis & redditibus quæ pertinere possunt ad coronam. 9. Si minus idoneus fuerit recusatus & idoneus admissus ad querelam breve formatum à justic. 10. Prohibitio judicibus si Clericus ad præsentationem Regis vel antecessoris admissus implacitetur in curia Christianitatis. Cap. 4.

Sunt etiam alia genera ꝓhibitionū qm plura & diversa quarū q̄dam sunt de advocationibus Ecclesiarū, ubi nō agitur directè inter patronos ut hic, sed indirectè: ut si inter rectores qui tenēt Ecclesias de advocatione et donatione diversorum patronorū inter se cōtendant de decimis, oblationibus, & obventionibus Ecclesiarum, et ita quod si petens obtineret, posset patronus jacturā suæ advocationis incurrere, fit judicibus ne ꝓcedant ꝓhibitio in hac forma, si de tota advocatione fiat cōtentio. ¶ 2. Rex talibus judicibus salutem. Indicavit nobis A. q cùm B. talis Clericus vz. tenet Ecclesiā de tali loco de advocatione sua C. talis Clericus vz. clamans eā de advocatione D. trahi eū in placitū corā vobis in curia Christianitatis autoritate literarū dñi Papæ. Quia vero manifestū est q p̄fatus A. jacturā advocationis suæ incurreret si pdictus C. in causa illa optineret, vobis ꝓhibemus ne in causa illa ꝓcedatis donec discussum fuerit in curia nostra ad quē illorū, s. A. vel D. ptineat ejusdem Ecclesiæ advocatio, quia placitū de advocatione &c. ut supra Teste &c. Est & alia ꝓhibitio de eodē ubi agitur indirectè de parte sicut de toto, ut si agāt rectores de medietate alicuj' Ecclesiæ vel de tertia parte inter se de Ecclesia q̄ divisa fuit ab antiquo inter patronos & de advocatione ratiōe diversorū feodorū, & tūc fiat ꝓhibitio in forma supradicta. Si autem cōtentio fuerit inter rectores de aliquib' decimis q̄ estimari possunt usq̄ ad quartam, quintam, vel sextam partē advocationis (et ultra quam partē non extēditur ꝓhibitio ut videtur) tunc fiat judicibus ꝓhibitio in hac forma.

different writs of Prohibition concern'd . Benefices

Note —

¶ 3. Rex

¶ 3. Rex talibus Judicibus salutẽ. Indicavit nobis A. ꝙ cùm B. teneat de advocatione sua sextam ꝑtem Ecclesiæ de N. talis Abbas clamãs ꝓdictam sextam ꝑtem de advocatione B. trahit eum in placitum coram vobis in curia Christianitatis, quia vero manifestũ est quòd ꝓdictus A. jacturam advocationis ꝓdictæ sextæ partis illius Ecclesiæ incurreret si prædictus Abbas in causa illa obtineret, vobis ꝓhibemus ne in causa illa procedatis, donec discussum fuerit ad quem illorum pertineat prædictæ sextæ partis advocatio, quia placitum &c. ut supra. Et fiat clerico ꝓhibitio qui sequitur in forma q̃ consona sit ꝓhibitioni factæ Judicibus. Poterit aliquando sine præjuditio alicujus de cõsensu patronorum, ab breve quod dicitur Indicavit, si contingat quòd decimæ petantur in foro Ecclesiastico quæ sunt de alterius advocatione sive in toto sive pro parte majore, fieri inquisitio in curia dñi Regis tanquam de advocatiõe ꝓpter estimationem decimarum ubi Ecclesia enormiter læsa est, ut si Ecclesia recenter spoliata fuerit in hac forma: utrũ vz. talis præsentatus à tali patrono recenter fuerit in seysina de talibus decimis tanquam spectantibus ad Ecclesiã suam q̃m tenet de p̃sentatione talis patroni sui vel si talis alia ꝑsona inde fuit in seysina tali tẽpore ut de decimis spectantibus ad Ecclesiam suam talẽ q̃m tenet de advocatione talis patroni sui. ¶ 4. Est & aliud genus ꝓhibitionis, ut cùm inter patronos cõtentio fuerit aliquãdo de jure p̃sentationis & quilibet eorũ Clericũ suũ p̃sentaverit et pendente p̃sentatione unus obtinuerit, ad cujus p̃sentationẽ Clericus admissus fuerit, si Clericus qui ab aliquo alio patrono p̃sentatus fuerit Clericũ ita admissũ corã judicibꝰ Ecclesiasticis implacitaverit ratione p̃sentationis ejus qui amisit, fiat eis ꝓhibitio talis in hac forma. ¶ 5. Rex tali priori & cõjudicibus suis salutẽ. Ostẽdit nobis A. ꝙ cùm ipse ad Ecclesiã talẽ vacantem aliquãdo p̃sentasset B. C. gerẽs se patronũ illius Ecclesiæ ad eãdẽ Ecclesiã p̃sentavit Clericũ suũ, s. D. & cũ idẽ A. seysinã p̃sentandi in curia nr̃a &c. recuperasset versus ipsũ C. et B. Clericus ad p̃sentationẽ suam ad mandatum nostrũ sic admissꝰ, idẽ D. trahit eũ in placitũ in curia Christianitatis corã vobis ratione p̃sentationis de se factæ, autoritate literarũ dñi Papæ & quia ea q̃ in curia nr̃a ritè acta sunt irritari non debet, vobis ꝓhibemus ne in causa illa ꝓcedatis ad irritanda ea q̃ in curia nr̃a rite acta sunt. Teste &c. Itẽ alia forma de eodẽ & quasi ꝑ breve de Indicavit. ¶ 6. Rex tali priori et cõjudicibus suis salutẽ. Ostẽdit nobis A. Prior de N. ꝙ cùm nuꝑ in curia nr̃a corã Justic. nr̃is &c. recuperasset versus B. Priorẽ de tali loco advocationẽ capellæ de N. ut ꝑtinẽtẽ ad matricẽ Ecclesiã ipsius A. prioris ꝑ recognitionẽ magnæ assisæ inde ibi inter eosdẽ priores captã, & idẽ A. prior de tali loco teneat eandẽ capellã in ꝓprios usus ꝑ ordinariũ loci cui ꝑ cõsiderationẽ curiæ nr̃æ mandavimus ꝓcessum illius loquelæ, ut ꝙ suũ esset inde exequeretur, C. s. clericus de N. trahit ipsũ A. priorẽ de tali loco in placitũ coram vobis, petens capellam illam ut ꝑsona ejusdem ex advocatione & donatione prædicti B. prioris de tali loco qui advocationẽ illam in curia nr̃a amisit ꝑ recognitionẽ magnæ assisæ, & tanq̃m inde spoliatus decicit usq̃m fuit in

eadē institutus ut ṗdictus A. prior de tali loco dicit. Et quia ṗdictus B. prior de tali loco (de cujus advocatione dictus C. petit capellā illā) nihil juris habet in illa sicut recognitū est ꝑ assisam, & ea quæ in curia nostra rite acta sunt nō debeant in foro ecclesiastico ab aliquo infirmari, vobis mandamus, quòd si ad mandatū dicti ordinarii vobis constiterit ꝙ ṗdictus C. clericus nunqͫ fuit in eadē capella institutus tēpore quo ṗdictus A. prior de tali loco nec ante recuperavit in curia nr̄a prædictam advocationē, vobis ꝓhibemus quod in causa illa q̄ est corā vobis (ut dicitur) non ꝓcedatis, quia hoc esset manifeste contra coronam & dignitatē nr̄am Teste &c. Itē ꝙ ea quæ in curia domini Regis rite acta sunt irritari non debent, & ubi consensum est in aliqͫ clericum eo ꝙ hæres alicujus fuerit infra ætatē si clerici primo ṗsentati velint institutum implacitare, tunc fiat ꝓhibitio in hac forma. ¶ 7. Rex talibus Judicibus salutē. Prohibemus vobis ne teneatis placitū in curia Christianitatis de ecclesia de N. de cujus advocatione nuper placitum fuit in curia nostra coram Justic. &c. inter A. querentem & B. custodē C. filii & hæredis A. impedientem ratione juris ꝙ idem B. dicebat eundē C. habere in ṗdicta advocatione, & unde inter eosdē A. & B. convenit in curia nr̄a coram Justic. nostris ꝙ uterq; illorum cōsensit in E. cancellariū talē eo ꝙ judiciū ꝓcedere non potuit, quia ṗdictus C. (de quo dicitur ꝙ jus habet in ṗdicta advocatione) ad chartas antecessoris sui vel hujusmodi respondere nō potest cùm sit infra ætatē. Et quia si placitum ꝙ est coram vobis in curia Christianitatis ꝓcederet, idē C. dum infra ætatē fuerit jacturam advocationis suæ posset incurrere, et placita de advocationibus ecclesiarum pertinent ad coronam & dignitatē nostram &c. Teste &c. Est et aliud genus prohibitionis ratione rerum temporalium quæ ad ipsum Regem pertinere possunt ratione custodiæ Archiepiscopatuum & Episcopatuum vacantium, & quæ occasionem inducunt prohibendi sicut pro sancto Edmundo Archiepiscopo Cantuar̄ & fit prohibitio in hac forma. ¶ 8. Rex priori & Convētui Roff. salutē. Ex relatione quorundā nuper didicimus ꝙ cùm venerabilis pater E. Cantuar̄ Archiepiscopus habeat custodiā episcopatus Roff: nunc vacantis cum omnibus exitibus & ꝓficuis ad dictum Episcopatum spectantibus, vos trahitis in placitum in curia Christianitatis eundē Archiepiscopum autoritate literarum domini Papæ super quibusdā exenniis quæ præstandā sunt de maneriis nostris, et eodem modo consuetudo quo alii annui redditus reddi solent episcopo si viveret, eo ꝙ idem Archiepiscopus ea sibi reddi postulat ratione custodiæ eiusdem episcopatus tempore vacationis. Et quoniam si vos in causa illa obtineretis, manifestum esset nobis inde damnū incurrere si contingeret aliquādo archiepiscopū Cantuar̄ simul cū episcopatu Roff: vacare & utrūq; in manu nr̄a existere, vobis ꝓhibemus ne placitum illud sequamini in curia Christianitatis, quia hoc esset contra coronā et dignitatem nostram & ad damnum nostrum & ṗjudicium libertatis nostræ quam habemus de episcopatibus vacantibus in regno nostro. Teste &c. Et fiat aliud breve in eadem forma Judicibus ne procedant. Est & aliud genus prohibi-

prohibitionis ubi quis clericus pſentatus ad eccleſiam p dominū Regem ꝓpter inſufficientiā recuſatus fuerit & alius idoneus inſtitutus, ſi velit inquietare inſtitutum & tunc fiat ꝓhibitio in hac forma. ¶ 9. Rex talibus Judicibus ſalutem. Satis meminimus nos jam pridem pſentaſſe venerabili patri E. Cantuar Archiepiſcopo A. de N. ad eccleſiam talē tunc vacantem, quem quidem cūm idem archiepiſcopus minus idoneum inveniſſet, ipſum ad eandem admittere recuſavit, et cùm idem archiepiſcopus à nobis licentiam obtineret de idonea pſona eidē eccleſiæ ꝓvidenda, illam B. de N. viro ꝓvido & honeſto & laudabilis converſationis contulit, cujus collationi et ordinationi de eadem factæ Regium adhibuimus aſſenſum & favorē. Et cūm idē A. jam priſtinæ pſentationi ad dictam eccleſiam de perſona ſua per nos factæ adhæreat, & de qua nihil conſequi potuit ꝓpter ſuam inſufficientiam, trahit ipſum B. in placitum de eadem eccleſia coram vobis autoritate literarum dn̄i Papæ, et quoniam injuſtum eſt & contra dignitatem noſtram ꝙ idē A. cui fuit ꝓpter ſuam inſufficientiam inſtitutio denegata, ipſum B. implacitet et inquietet qui per ipſum archiepiſcopum ſicut perſona idonea ad eandem admiſſus & canonicè inſtitutus noſtro interveniente aſſenſu & favore, vobis ꝓhibemus ꝙ de cætero placitum illud non teneatis Teſte &c. Et fiat bre in conſimili forma clerico ne ꝓcedat. Eſt et aliud genus prohibitionis, cùm ipſe Rex vel aliquis anteceſſor ſuus, ratione alicujus vacationis alicujus epiſcopatus, Abbatiæ, vel prioratus, & in manu ſua exiſtentis, pſentaverit clericum, & qui ad præſentationem ſuam fuerit inſtitutus: & Epiſcopus, vel Abbas, vel prior ſubſtitutus veniat cōtra pſentationem Regis vel patris ſui, tunc fiat ꝓhibitio in hac forma. ¶ 10. Rex talibus Judicibus ſalutem. Monſtravit nobis A. de N. ꝙ cùm teneat advocationem talis eccleſiæ de donatione J. Regis patris noſtri, quam ei contulit ratione talis prioratus vacantis, & in manu ſua exiſtentis, prior illius loci jam infirmare nititur inſtitutionem illius A. de pdicta eccleſia, quam ſic ad pſentationem dicti patris noſtri canonice eſt adeptus, & gravans, & inquietans eum multipliciter, trahit eum coram vobis in curiam Chriſtianitatis, autoritate literarum dn̄i Papæ de eadē eccleſia. Et quoniam hoc eſt manifeſtè in opprobrium et pjudicium Regiæ dignitatis, ſi pdictus prior in cauſa illa obtineat: vobis ꝓhibemus ne in cauſa illa ꝓcedatis, cùm vobis & univerſis de regno nr̄o notorium ſit & eſſe debet, ꝙ eccleſię vacantes, & ptinentes ad collationem Epiſcoporum, Abbatum, & priorum ſede non vacante dum viverent: ptinere debent ad nos, ratione cuſtodię tempore vacationis. Teſte &c. Et ꝙ dictū eſt de Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, dici poterit de Baroniis & aliis dum fuerint in cuſtodia dn̄i Regis.

¶ 1. *De donationibus quæ pertinent ad Regem in vacationibus Epiſcopatuum, Abbatiarum, Prioratuum & hujuſmodi.* 2. *Prohibitio ſi clericus implacitaverit ballivum vel alium miniſtrum eo quòd areſtavit eum pro pace Regis vel pro latrocinio.* Cap. 5.

Eſt

EST etiã inter alias ꝓhibitiones ꝗdam ꝓhibitio, ubi videlicet clericus implacitaverit ballivũ dñi Regis in curia Christianitatis aliqua de causa, eo forte quòd idẽ ballivus eũ arrestavit ꝓ aliqua transgressione, & ꝓ pace dñi Regis, & de quo petita fuit curia Christianitatis ꝑ Episcopum: & forma ꝓhibitionis talis est. ¶ 2. Rex talibus Judicibus salutẽ. Mõstravit nobis talis vic. major, ꝓpositus talis villæ, vel ballivus quilibet ꝙ cùm A. clericũ tanqm malefactorẽ & rettatũ de roberia & societate latronũ, vel inventum tali loco in convẽtu & societate latronũ, & certa suspitione notatum, ꝓ officii sui debito, & ꝓ pace nr̃a ꝑ legem terræ secundũ regni nostri consuetudinẽ nuper arrestari fecisset, quoniã etiam postmodũ tali Episcopo, qui ipsum petiit sibi liberari tanqm clericũ à carcere & custodia nr̃a fecimus liberari. Idem A. clericus p̃fatum ballivũ nostrũ, occasione p̃dicta trahit in placitũ coram vobis autoritate literarũ dñi Papæ, & quoniã hoc est manifestẽ contra coronã & dignitatẽ nostram, & etiam contra pacẽ nostram, ꝙ aliquis ballivus noster occasione ministerii sui, vel ꝓ aliquo ꝙ ad cõservationẽ pacis nostræ pertineat, vel ꝓ Justicia facienda, trahatur in placitum in curia Christianitatis, cùm eorũ facta nr̃a reputemus in hac ꝑte, vobis ꝓhibemꝰ, &c. ut supra. T. &c. Et cõsimile brẽ fiat clerico qui sequit̃, & qui potiꝰ capi debeat et inprisõ mitti.

¶ 1. Prohibitio de eo qui dicebat se tenere per legem Angliæ & in curia Christianitatis probare voluerit pueros suos legitimos qui revera bastardi sunt. 2. Si quis voluerit in curia Christianitatis legitimationem suam probare, antequam inquisitio esset Judicibus per curiam Regis demandata per Willielmum Muschet. 3. Si petens tenenti vel èconrario bastardiam objecerit, et mortuo eo cui fuit objectum velit judex inquirere de legitimatione filii, cùm hoc non sit ei demandatum. Cap. 6.

EST etiam breve ꝓhibitionis in casu ubi quis tenere se dicebat ꝑ legem Angliæ, & cùm disseysitus esset et tulisset breve de nova disseysina ad seysinam recuperandã, objectum esset ei ꝙ recuperare nõ potuit, eo ꝙ pueri ratione quorũ ad vitam suam tenere debeat, cùm in curia Christianitatis illos ꝓbare velit ad legitimos, ꝙ facere nõ debuit, secuta fuit ꝓhibitio in hac forma. Rex tali Episcopo salutẽ. Ostensum est nobis ex parte A. ꝙ cum B. nuper in curia nostra &c. nuper arramaverit assi. no. diss. versus eundẽ A. de tenemẽto in tali villa qđ idẽ B. dicebat se tenuisse ꝑ legẽ Angliæ, et idẽ A. ꝑ cõsiderationẽ ejusdẽ curiæ nr̃æ inde recessisset sine die versus eũdẽ B. eo ꝙ pueri quos habuerat de uxore sua tali, cujus hæreditas tenement̃ illud fuerat, & ratione quorũ puerorũ idẽ B. clamavit tenere illud tenemẽtũ ad vitam suã ꝑ legẽ Angliæ secundũ regni nostri consuetudinem, nati fuerunt ante matrimonium contractum inter ipsum B. et talem uxorem suam, sicut in eadem curia nostra recognitum fuit per confessionem ipsius B. & etiam cõtra eum præsumptum, eo quòd idem B. prius fuit in curia nostra cum præfatali quam nunc dicit uxorem, et cùm in probatione esset in curia nostra, idem B. venit cum ea sicut serviens, et non ut maritus, nec aliqua facta fuit mentio in brevi per quod ipsa placitaret quod virum haberet, prædictus B.

postea

postea ad deceptionẽ curiæ nr̃æ et ad infirmandũ iudiciũ in curia nr̃a factũ, trahit ipsum A. in placitum corã vobis in curia Christianitatis, autoritate literarũ dñi Papæ, ad p̃dictos pueros legitimandos, ut sic p aliam viam rehabere posset tenementũ qđ amisit, & ꝙ pueri sui sic succedere valeant in bonis paternis & maternis. Et cum nõ possint judices aliqui de legitimitate cognoscer quoad hæreditatẽ & successionẽ habendam, nisi fuerit loquela prius in curia nr̃a incepta per bře, et ibi bastardia obiecta, et postea ad curiã Christianitatis trãsmissa, vobis ꝓhibemus ꝙ in placito illo ulterius nõ ꝓcedatis, nos enim cùm p̃dicti pueri ad nos venerint, in p̃dicta curia nr̃a de p̃dicto tenemento eis Justiciam exhibeamus, secundũ consuetudinẽ regni nostri, ubi si eis bastardia objecta fuerit, mandabimus ordinario loci ut de ipsorũ legitimatione cognoscat, si ad ipsum fuerit in hac parte cognitio demandanda. Est etiam ꝓhibitio huic cõsimilis, & magis aperta de quodam Waltero Muschet ꝙ non valet cognitio de legitimitate quoad successionẽ, nisi sic fuerit a curia Regia demãdata, et est ꝓhibitio talis. ¶ 2. Rex talibus judicibus salutẽ. Ostensum est nobis ex parte A. ꝙ cùm in curia nr̃a coram iusticiariis nostris ꝓximo itinerantibus in tali com̃ arramavit quãdam assisam mortis antecessoris versus B. de quadam terra in N. idem B. timens sibi posse opponi notam bastardiæ in eadẽ assisa, et ante p̃dictũ adventũ iusticiarioꝝ, et anteq̃m ei bastardia opponatur in curia nr̃a in eadẽ assisa, et anteq̃m fuerit p nos ordinario loci inquisitio de legitimitate ꝓbanda secundũ regni nr̃i cõsuetudinẽ demãdata, literas dñi Papæ ad vos directas impetravit, ut de legitimitate sua cognoscatis, & ad ꝓbationẽ illius testes admittatis, ut p hoc remaneat hæreditas & successio cõtra cõsuetudinẽ regni nostri q̃ hucusq̃ obtinuit, ut approbata et à Sede Apostolica cõfirmata, ꝙ in causa successionis & hæreditatis petitione debet prius placitũ moveri in curia nostra, & cũ ibi obiecta fuerit bastardia, tunc deinde trãsmitti debet recordũ loquelæ et cognitio bastardiæ ad curiã Christianitatis, ut ibi ad mandatum nr̃m de legitimitate inquiratur, qđ quidẽ nõ est in hac p̃te observatũ. Et cũ hoc sit manifestè cõtra cõsuetudinẽ regni nr̃i, ꝙ habita vel habenda inter alios cõtentione de iure successionis debeatis ad inquisitionẽ de legitimatiõe ꝓcedere anteq̃m à nobis hoc fuerit vobis demãdat: vobis ꝓhibemus, &c. ut supra. ¶ 3. Est etiã alterius modi ꝓhibitio, cũ petẽs tenẽti bastardiã objecerit, & ordinario loci fuerit inquisitio demãdata, si mortuo petẽte vel tenẽte velit ordinarius sine novo mãdato in ꝑsona hæredis ad inquisitioñ ꝓcedere. Rex tali ordinario salutẽ. Ostẽdit nobis A. filius & hæres B. ꝙ cũ C. in curia nr̃a corã iustic. ultimò itinerãtibus in com̃ tali, peteret versus eũdẽ B. tantũ træ &c. p assisa mortis antecessoris inde ibi inter eos sum̃onitã, & idẽ B. objecerit eidẽ C. bastardiã in eadẽ curia, & cognitio vobis esset demãdata, & pẽdẽte ĩquisitiõe illa, idẽ B. diẽ clausit extrem̃: vos p̃fatũ A. filiũ & hæredẽ p̃dicti B. vocari fecistis in iudiciũ p̃dicta occasiõe, ut in ꝑsona hæredis defuncti ꝓcedat inquisitio sine alio mãdato, et quia si cõtingat ꝙ altera ptiũ inter quas agitur in cur̃ nr̃a decedat, tota loquela illa cadit & remanet

nec

7/ vid. 406.

nec ſuper eodē ꝓcedi poterit contra hæredē defuncti, niſi ꝑ bře noſtrū de novo cōtra ipſum ꝑpetratū, vobis mandamus ꝙ in cognitione p̃dictæ cauſæ cōtra p̃fatum A. de cætero nō ꝓcedatis, donec à nobis aliud inde habueritis mandatum. Teſte &c.

¶ 1. *Quibus fieri debet probibitio.* Cap. 7.

QUibus fieri debet ꝓhibitio videndū, & ſciendū ꝙ tam ei qui tenet placitū q̃m ei qui ſequitur, ſive plures ſint judices delegati ſive ſubdelegati, ſive unus, ſicut ordinarius quicūq, ſi unus qui ſequitur ſive plures, licet prima facie videat̄ ꝙ ſufficere debeat ſi tantū judici fiat ꝓhibitio, quia ſi Judex ꝓcedere noluerit, non valebit, quãvis querens ſequi velit, quia non ibi erit judiciū quaſi deficiēte judice, ſi autē ꝑti tantū & ipſe ſequi voluerit, nullū erit iudiciū ratiōe ſupradicta, quia non valet ſi iudex tenere vellet, ſi non ſit qui ſequatur, & ſic nō erit iudiciū. Melius tamen erit ꝙ omnibus fiat generaliter, ne iudices vel querens impunè poſſet ꝓcedere. Sed quid ſi iudices delegati alios ſibi ſubdelegaverīt, & qui cognoverint de cauſa, videndum quibus fieri debeat ꝓhibitio, utrū vz. principalibus vel ſubdelegatis, & tunc refert utrū ita ſubdelegaverint, vz. ad certum diem, vel ſic quòd ſibi reſervaverint principalia iudiciorum, videlicet principium, medium, & finem, ſcilicet conteſtationem et diſpenſationem ſuper conteſtationibus & diffinitivam ſentētiam, et quo caſu videtur ꝙ locum habere debet ꝓhibitio, cū ſic ſibi aliquid reſervaverint, & ipſi autoritatē ſubdelegatis p̃ſtiterint, cùm ipſe facere videtur cuius autoritate fit. Si autē ſe ad totā cauſam excuſaverint & nihil ſibi reſervaverit, tūc refert utrū hoc fecerint ante ꝓhibitionē, vel poſt. Si autē ante ꝓhibitionē, nō credentes aliquā intervenire poſſe ꝓhibitiōē, tūc ſufficit ſi ꝓhibitio fiat ſubdelegatis. Si vero poſt ꝓhibitionē, tunc p̃ſumi poſſit ꝙ hoc fecerit per fraudem. Et ideo tenebit ꝓhibitio facta in perſonis eorū, quaſi nulla facta ſubdelegatione.

¶ 1. *Si judices prohibitionem admittere recuſaverint & superveniat illa prohibitio, eſtimare debent an eorum ſit juriſdictio, & ſi dubitaverint, debent conſulere juſtic. & de hujuſmodi conſultationibus dicatur.* 2. *Breve ad reſpondendum conſultationi judicum per juſtic. de nova garba.* 3. *Aliud breve & alterius modi ſi clericus clericum de eodem.* Cap. 8.

PRopoſita ſic exceptione cōtra iuriſdictionē (ut p̃dictū eſt) & cùm illam admittere recuſaverint, ſuperveniat, prohibitio, et facta examinatione an eorum ſit iuriſdictio vel non, decreverit ſuperſedendum, tunc remaneat querentis proſecutio. Si autem dubitaverint utrum ſuperſedendum ſit vel non, ſolent iudices aliquando iuſticiarios cōſulere utrū ꝓcedere poſſent vel neceſſe haberent ſuperſedere, & utrum ad eos ꝑtinet cognitio vel non ꝑtinet, & quo caſu fuit eorū conſultationibus per iudices multis modis reſponſum, ſecundum ꝙ prohibitio locū habere debet vel non habere, & fit bře hujuſmodi de reſpōſione faciēda ſub nomine iuſticiariorū. ¶ 2. Viris venerabilibus, vel dilectis ſibi in Chriſto tali & cōiudicibus ſuis ſalutē. Literas veſtras ſuſcepi, cōtinentes ꝙ cùm q̃dam cauſa q̃ vertitur coram vobis inter A. priorē

A. priorē et cōventū talē et B. talē clericū vel laicū, facta vobis editione (ut dicitis) super nova garba t̄rae ipsi' B. p̄dictis A. priori et cōventui quondā in p̄petuā eleemosinā collata, autoritate literarū d̄ni Papae examini vestro sit comissa, & cùm ex earundē autoritate literarum, in eadem causa jam inceperitis p̄cedere: Idē B. ne de laico feodo suo in curia Christianitatis, p̄cedatis vobis literas d̄ni Regis p̄hibitorias porrexerat, unde à nobis consiliū requiritis vel petitis, utrū in causa illa p̄cedendū sit vel supersedendū, ad q̄ vobis vel cōsultationi vestrae duxim' respōdendū. vel aliter sic. Desiderio igitur vestro satsfacere cupiētes vel violētes, cōsultationi vestrae in hac parte sic duximus respōdendū, q̄ si p̄dictus A. prior & cōventus, novam garbam illā aliquo tēpore perceperūt, et inde in possessione pacifica fuerint p̄ aliquod tēpus, et inde spoliati injustè, super restitutiōe illius novae garbae, (si vobis hoc cōstiterit in veritate) in foro Ecclesiastico secure potestis p̄cedere nō obstante Regia p̄hibitione. Si autē in possessione inde nō fuerint nec inde recēter spoliati injuste, tūc magis expedit vobis supersedere q̄m p̄cedere, quia si p̄cederitis, hoc esset in p̄judiciū Regiae dignitatis. Fiat quandoq; responsio cōsultationibus sub nomine Regis, quādoq; sub nōīe justic. brevi' tamē et rectius poterit cōsultationib' respōderi examinata judiciū cōsultatiōe hoc modo. Talibus Judicibus salutē. Inspectis literis vestris quas nobis transmisistis et plenius intellectis (sine p̄judicio melioris sententiae) consultationi vestrae duxim' respōdēdum, q̄ si res ita se habet sicut in cōsultatione vestra nobis exposuistis, videtur nobis q̄ in causa illa bene potestis p̄cedere, non obstante Regia p̄hibitione. Est etiā alius modus consultationis & responsionis per M. de P. q̄ p̄hibitio locū non habet inter ecclesiasticas p̄sonas, ut si viri religiosi teneantur alicui clerico in annuo redditu p̄ chartam et sub p̄statione sacramenti, si clericus velit agere in foro ecclesiastico.

¶ 3. Tali N. et cōjudicibus suis talibus salutē. Literas cōsultationis vestras benignè suscepi, & qua decuit diligentia inspexi, & quibus inspectis et intellectis, vobis et cōsultationi vestrae sic duximus respōdendū, q̄ cùm juri canonico sit contrariū, q̄ si clericus clericū et maximè viros religiosos cōvenerit corā judice ecclesiastico, quod iidem religiosi quasi religionis suae imemores, et de ecclesia (salva pace eorū) male scientes, ut negotii p̄cessū impediant, et judiciū ecclesiasticū subterfugiat, et maxime super annuo redditu p̄ eorū chartā et juramēto obligati, ad p̄hibitionē Regiā maliciosè recurrāt, advertat discretio vestra, q̄ in casu p̄posito nō obstat Regia p̄hibitio, et p̄cedatis secure, ne subterfugiēdi detur p̄niciosa occasio, quia si ipsi cōvenianntur in seculari judicio, se ibi tuerētur fori privilegio, quia forte dicerēt q̄ clerici essent, et ideo q̄ non tenerentur respondere in foro seculari ratione ordinis clericalis et p̄sonae suę, & sic videtur q̄ causa secularis et res trahitur ad forum Ecclesiasticum p̄pter privilegium p̄sonae ecclesiasticae, q̄ esse non deberet (ut videtur) quia si illud privilegium haberet pro se ne responderet in foro seculari, merito illud contra se haberet ne ei in eodē foro responderetur. Nec etiam valere deberet (ut videtur) illud quod superius dictū est,

quòd

Sometimes in the King's name sometime the Justices. (a) vid: 405 – the name of another author of a writ quoted. vid: 407. b. 408.

quòd propter recentem spoliationem mutari debet jurisdictio de re temporali, non magis de redditu quàm de laico feodo, ubi remedium habere posset in foro seculari per assisam novæ disseysinæ, vel hujusmodi, secundum quod redditus fuerit talis vel talis.

¶ 1. *Ubi & quando & quibus rebus locum habet prohibitio, ratione personarum & rei. 2. Ratione contractus. 3. Ratione delicti.* Cap. 9.

Ut autẽ consultationibus Judicũ meliùs possit respõderi, videre non est inutile, ubi, & quando locum habere debeat ꝓhibitio, & de quibus rebus, et quando nõ. Et si non in toto, in ꝑte tamẽ ꝑ exceptionẽ. Et sciendum quod locum habet ꝓhibitio ne judiciũ ꝓcedat in foro Ecclesiastico, quãdoq; ratione ꝑsonarum & rei de qua agitur, ut ibi cognitio merè ꝑtinet ad coronam & dignitatẽ Regiam, ut si laicus laicũ implacitaverit coram judice Ecclesiastico, de aliquo laico feodo, vel de aliquo quod ad laicũ feodum ꝑtineat, quia jurisdictionem Regiam in hac ꝑte mutare nõ poterit aliquod privilegium, sicut privilegium cruce signatorũ, vel alicujus alterius, etiam etsi Rex hoc vellet, dissimulat tamen hoc quandoq;, quãvis hoc sit cõtra privilegium coronæ & dignitatis suæ. Itẽ jurisdictionẽ suam non mutat fidei interpositio, sacramẽtũ p̃stitum, nec spontanea renuntiatio ꝑtium, quamvis sibi ipsis in hac parte p̃judicent ꝑ consensum. Et illud idẽ dicendum erit de debitis, & catallis quæ nõ sunt de testamento, vel matrimonio, vel eorũ sequela. Itẽ locum habet ꝓhibitio ratione ꝑsonarum vel rei, ut si clericus laicum, vel laicus clericũ, in foro ecclesiastico traxerit de aliquo p̃dictorum. Itẽ ratione rei tantũ, ut si de aliquo p̃dictorũ clericus in foro ecclesiastico clericũ traxerit in placitũ, quia si judex ecclesiasticus inter tales judicaverit judicium suũ executioni mandare nõ poterit, quia nõ est vicecom̃ nec alius minister qui in executione facienda ei obtẽperet, et si ipse exequi voluerit, locũ habebit cõtra ipsum assisa novę disseysinæ, et cõtra eum qui sequitur, de laico feodo dico, ad differentiam liberæ eleemosinæ, quæ magis ꝓpriè dicitur libera cùm sit quasi Deo dedicata, sicut t̃ra data ecclesiæ nomine dotis tempore dedicationis, q̃ magis privilegiata est, et cujus cognitio ad forũ spectat ecclesiasticum, quàm sit pura & libera eleemosina data ecclesiis & viris religiosis, et de qua jurisdictio & cognitio ꝑtinet ad forum seculare. Itẽ locũ habet ꝓhibitio ratione rei, sicut de laico feodo quod alicui descẽdit ex causa successionis, ut si judex ecclesiasticus cognoscere vellet de successione, ad querelam clerici vel laici locum habet prohibitio ratione rei. ¶ 2. Item & eodẽ modo ratione cõtractus, ut si clericus cõtrahat cum laico in causa alicujus emptionis et venditionis de aliqua re seculari, de qua cognitio ꝑtineat ad forum seculare. ¶ 3. Itẽ & eodẽ modo locum habet ꝓhibitio ratione delicti, ut si clericus delinquat contra clericum vel laicum, vel laicus contra laicum in re temporali: ratione delicti, vel facti, pertinet cognitio ad forum seculare, tam in actione injuriarum quàm criminis, dum tamen civiliter agatur, & in quibus casibus omnibus judex secularis habet cognitionem

onem & cohercionē, et judex Ecclesiasticus nō nisi ꝑ dissimulationē. Si autem criminaliter agatur & super crimine, judex Ecclesiasticus nō habebit jurisdictionē, licet habere debeat judicii executionē. In causa enim sanguinis judicare non potest nec debet, ne cōmittat irregularitatem. Pertinet igitur (ut videtur) ad judicē secularem cognitio, & ad judicē Ecclesiasticū judicii executio, quia judex secularis degradare non potest, non magis quam ad ordines ꝓmovere, sicut superius dictum est in parte.

¶ *1. Quando & in quibus locum non habet prohibitio sicut de re sacra vel quasi. 2. Quod ratione accessionis locum non habet prohibitio. 3. Quod actiones legari non possunt. 4. Item non in causa testamentaria. 5. Si de facto suo effectus sit alterius jurisdictionis. 6. Non habebit prohibitionem de recenti spoliatione. 7. Item in causa restitutionis.* Cap. 10.

In what it does not —

QUando & in quibus locū non habeat ꝓhibitio dicendū. Et sciendū ꝙ locū nō habebit ꝓhibitio in curia Christianitatis de aliquo spirituali vel spiritualitati annexo, sive agatur inter clericos sive inter clericū et laicū, vel ubi agatur ex causa testamentaria vel matrimoniali, vel de aliquo de quo sit pœnitentia injungēda ꝓ peccato. Item locū non habebit ꝓhibitio si in curia Christianitatis agatur de aliquo tenemēto quod si sacrū, et ꝑ pontifices Deo dedicatū, sicut sunt Abbatiæ, prioratus, & monasteria, & horū cæmiteria. Item quasi sacra, quia spiritualitati annexa, sicut sunt t̄ræ datæ Ecclesiis tēpore dedicationis, cū ædificiis in eadem contentis, & in ꝑtinentiis eorū. Unde si Ecclesia vel monasteriū de hujusmodi t̄ra in dotem data, vel de ejus ꝑtinentiis sicut de cōmunia pasturæ & hujusmodi fuerit spoliata, si in foro Ecclesiastico de restitutione agatur, locū non habebit ꝓhibitio, quod quidē nō est intelligendū de libera eleemosyna quamvis sit pura. Nota ꝙ nō jacet ꝓhibitio in dote Ecclesiæ, jacet tamē in libera & pura eleemosyna. Et de hac materia habetis de term̄ P. an̄ Regis H. xv. in com̄ Som̄ de Richardo ꝑsona de Hideford. Et ad hoc facit expresse ꝙ habetis de term̄ S. H. anno Regis H. vii. in com̄ Bedf. de Gylberto ꝑsona de Denhā. Itē nec locum habebit ꝓhibitio si in foro Ecclesiastico agatur, & hoc ratione ꝑsonarū, sicut de catallis clericorū eis violenter ablatis, ut de term̄ S. H. an̄ Regis H. viii. in com̄ Cornubiæ de Ewerino de le Lind. Itē locū non habebit ꝓhibitio si de decimis agatur, vel si erratū fuerit in forma ꝓhibitionis, ut si fiat ꝓhibitio de debitis ubi fieri debet de catallis, vel e contrariò: ut de term̄ S. H. an̄ Regis H. vi. in com̄ Warr̄ de quodā ꝑcentore Lyncoln̄. Sed contra de decimis ꝙ locū habet ꝓhibitio si decimæ petantur, vel earū ꝑcium si vendātur ex vēditione: ut de term̄ S. M. an̄ Regis H. ix. incipiente x. in com̄ Eborū de Richardo ꝑsona de Mapeldon. Sed hoc solvitur sic, ꝙ in primo casu cōvent⁹ fuit primus & principalis debitor, ubi locū nō tenuit ꝓhibitio, & in secundo casu cōventi fuerint fidejussores & implacitati, cùm ipse principalis debitor solvendo esset, & ubi post ꝓhibitionem judicatū fuit in foro seculari ꝙ ꝑsona se caperet ad principalē debitorē, qui solvendo fuit, & fidejussores inde quieti: Et unde videtur ꝙ si principalis debitor solvendo nō esset,

 quòd

14. Note this familiar allusion must be to some well known book of Reports.

quòd ꝑsona agere posset in foro Ecclesiastico cõtra fidejussores,nõ obstante ꝓhibitione. Itẽ locũ non habebit ꝓhibitio in causa testamentaria vel matrimoniali, quia hujusmodi genera placitorũ specialiter excipiuntur, cùm sint spiritualia vel spiritualibus annexa. Itẽ nec de aliquibus quæ sunt eis accessoria, vel annexa: accessoria dico, sicut est obligatio fidejussonis, ut in venditione decimarũ, de qua superius dictum est. Itẽ de ꝓmissionibus factis, de pecunia danda ob causam matrimonii in initio cõtractus nomine maritagii. Secùs autẽ,si tenementũ ꝓmittatur. Et ꝙ hujusmodi pecunia peti possit nõ obstante ꝓhibitione: inveniri poterit de term̃ S. M. an. Regis H. xiv. incipiente xv. in com̃ Suff. de Hugone de Monte Causa. Ad idem facit ꝙ habetis de term̃ S. T. anno regis H. xv. in com̃ Oxoñ,& unde prior de Berncestre fuit judex. Et sẽper videndũ erit, ꝓpter quid aliquid factũ sit vel ꝓmittatur. ¶ 2. Itẽ ratione accessionis in causa testamẽtaria non habet locũ ꝓhibitio si pecunia legetur,& petatur ut debitũ in foro Ecclesiastico ex causa testamentaria: Itẽ nec locũ habebit ꝓhibitio, si testator pecuniã sibi debitã legaverit,dum tamẽ debitũ in vita testatoris recognitũ sit & ꝓbatũ, quia hujusmodi pecunia inter bona testatoris cõnumeratur, & pertinet ad executores. Si autẽ petatur debitũ ꝑ executores,de quo debitores in vita testoris confessi nõ fuerint nec cõvicti, vel nec post mortẽ gratis recognoverint, hujusmodi debitũ inter bona testatoris nõ cõnumeratur, et si ab executoribus, vel ab hærede in foro Ecclesiastico petantur, locum habebit ꝓhibitio, et in foro seculari oportebit agere, hujusmodi enim actiones hæreditariæ sunt & pertinent ad hæredes, & ideo legari non possunt,& sicut dãtur hæredibus contra debitores et non executoribus,ita dantur actiones creditoribus cõtra hæredes & non cõtra executores. ¶ 3. Et ꝙ actiones legari nõ possunt, nec judices Ecclesiastici inde recognoscere, nec executores petere debitũ ꝙ in vita testatoris nõ est recognitũ, ꝓbatur de term̃ S. H. anno regis H. vi. in com̃ North. de Radulpho ꝑsona de Irclinbourghe. Et ꝙ actiones legari nõ possũt, nec inter bona testatoris cõnumerantur, maxime de antiquo debito: ꝓbatur de term̃ P. añ Regis H. xv. in com̃ Essex de Gervasio de Aldermãbury. Ad idẽ facit ꝙ habetis de term̃ P. añ Regis H. xvi. in com̃ South. de Engelardo de Cygoiny. ¶ 4. Itẽ nec locum habet ꝓhibitio in causa testamentaria, si catalla legentur et inde agatur in foro Ecclesiastico. Itẽ nec si in civitatibus & burgis legentur domus vel ædificia, q̃ habuit testator de ꝑquisito, cũ sint quasi catalla testatoris. Secus tamen est in quibusdã locis si ꝓveniant ex descensu antecessoris, in quibusdam locis sicut in Civitate Lond, ubi locũ habet ꝓhibitio si inde agatur. Itẽ locũ non habet ꝓhibitio si legetur usus fructus alicujus t̃ræ.ut si testator aliquam t̃ram tenuerit ad terminũ annorũ, et usũ fructũ legaverit, quia usus fructus inter catalla cõnumeratur, tenemẽto in suo statu duraturo sicut laicum feodum. Sed cùm terra ad terminum ita alicui data fuerit, refert utrum testatori tantum, vel testatori et hæredibus suis. Si autem testatori tantum, tunc poterit testator in vita dare et in morte legare sine præjudicio hæredum.

Si

note this.

Si autē sibi et hæredib' suis, nō sic : nisi in vita dederit, ubi hæredes tenentur ad warrantiā, et eodē modo si legaverit expressè, si autē nullā mētionē inde fecerit, tunc transit usus fructus ad hæredes. ¶ 5. Itē locū non habet ꝓhibitio ubi quis de facto & cōsensu suo ꝓprio effect' est alterius jurisdictionis, scilicet quantū ad seipsū, sed nō quantū ad Regē ad q̄m ꝑtinet jurisdictio, secundū ꝙ superiùs dictū est: & ibi judiciū de renūciatione, ꝙ nō potest quis in p̄judiciū alterius renūciare, factū tamen fuit contrariū, ut in Rotulo de term̄ P. anno Regis H. xvi. in com̄ Devoñ de Thoma de Buttyler, Alfrido in Cottone ꝙ renūciatio aliis p̄judicat q̄m renūtianti. Itē et eodē modo nō habebit locū ꝓhibitio si quis effectus fuerit de alterius jurisdictione de facto suo ꝓprio ꝑ appellationem, ut si implacitatus fueri corā judice ecclesiastico et nō suo, appellaverit ad aliū judicē nō suū, si ad ꝓhibitionē Regiā convolaverit ratione rei secularis q̄ petitur, quantū ad ꝑsonā suam audiri non debet, licet nō quantū ad ꝑsonā Regis, ut supra dictū est, quia quos semel approbavit eos post reprobare nō potest. ¶ 6. Itē locū non habebit ꝓhibitio de recēti spoliatione, ut si clericus clericū spoliaverit de decimis vel aliis de quibus cognitio ꝑtinet ad forū Ecclesiasticū, quia de hujusmodi restitutione nō generatur p̄judiciū patronis, quantū ad jus advocationis. ¶ 7. Item nec locū habet ꝓhibitio in causa restitutionis, cùm Ecclesia recenter spoliata fuerit de aliqua libertate q̄ ei concessa fuerit tempore dedicationis, sicut habendi rationabile estoveriū in bosco patroni, sicut ad housbote & heybote et ad ardēdū, et hm̄oi. Itē habēdi cōmuniā pasturæ ratione t̄ræ datæ Ecclesiæ in dotē : recēter dicitur, quia si nō est recenter, aliter erit. Itē nec locū habebit ꝓhibitio, ubi quis negligens & juris sui contēptor tardiùs sibi ꝓspexerit q̄m deberet, quia tūc primò tulit ꝓhibitionē cùm ꝑventum esset ad sententiā diffinitivā ferendā, vel forte cùm lata esset sentētia, quia extūc nō esset qui sequeretur placitum, quia prius fuit placitū vel judex qui placitū teneret, ꝙ post ꝓhibitionē nō fuit secutū, qđ quidē querens ꝓpriæ poterit imputare negligentiæ, ꝙ si tempestivè fecisset, non esset ei implacitandū et ꝙ judicibus non sit negligentia querentis imputanda, habetis de term̄ S. H. anno Regis H. x. in com̄ North. de Richardo Olive.

Here follows more matter on this subject. post p. 409 b.

¶ 1. De judicibus qui fraudulenter simul faciūt suas cōminationes ut facilius procedant ad excōmunicationem. 2. Breve de capiendo excōmunicato domino Regi per Episcopū directū. 3. Si Episcopus vel alius ordinarius fraudulenter procuraverit captionem. 4. Cum quis juste fuerit excōmunicatus. 5. Cùm juste excōmunicatus paratus sit satisfacere Deo & Ecclesiæ, breve ad deliberandum eum qui captus fuerit. Cap. 11.

SUnt revera judices qui, cùm citatus cōparuerit de re ad cognitionē suam non ꝑtinente, ut ꝓhibitionē evadere possint, facta editione sine scriptis, & denegato ei beneficio deliberationis, faciūt ei tres cōmonitiones, quamlibet post aliā primo die litis, & ubi satisfecerit eorū voluntat̄, innodāt eum vinculo excōmunicationis, et pendēte ꝓhibitione, cùm talis in hujusmodi excōmunicatione ꝑstiterit ꝑ xl. dies, ut ꝓhibitionibus ꝑsecutionē evadāt, ad impetrationē eorundē judicū significat ordinarius Regi ꝙ talis in excōmuni-

municatione extitit per tantū tempus, & ꝓcurat captionem ꝑ hoc breve. ¶ 2. Excellentissimo dño suo H. Dei gratia &c. talis N. permissione divina Exoñ Episcopus salutē in eo qui dat salutē Regibus: Serenitati Regiæ præsentibus intimamus ꝙ A. de N. ꝓpter ipsius contumaciam manifestam excoñunicationis vinculo inodatus ꝑ xl dies & amplius in excoñunicatione perseverans Ecclesiasticæ negligit parere censuræ, claves Ecclesiæ contemnendo. Quia vero Regia majestas eorū solertiam reprimere consuevit qui Ecclesiasticis præceptis obedire negligunt & mandatis, celsitudinis vestræ brachiū invocamus, rogantes attentiùs quatenus Dei et honoris Ecclesiæ intuitu, ꝙ minus valet Ecclesia in hac ꝑte dignetur Regia supplere majestas. Conservet vos altissimus. Si autem sit qui conqueratur domino Regi ꝙ ordinarius, Judex, vel delegatus ita maliciosè procuraverit captionē quo minus sequi possit suam prohibitionē, statim fiat breve vicecoñ de non capiendo talem in hac forma. ¶ 3. Rex vic. salutem. Ostendit nobis A. ꝙ cùm B. ꝑsona de tali loco implacitasset eum in curia Christianitatis coram Archidiacono tali, & officiali tali, de quodam prato, vel aliquod tale quod est laicum feodū ipsius A. et idem A. tulisset eidem Archidiacono et officiali suo breve nostrum de ꝓhibitione ne placitum illud teneret, et eidem B. personæ aliud breve nostr̄ ne illud sequeretur, & postmodum resistere voluerit, tulisset breve nostrum de attachiando eos, ipse Archidiaconus & officialis & persona, ut ꝓcessum ꝓhibitionis nostræ quam idem A. secutus est fraudulenter impedirent, suggesserunt tali Episcopo ꝙ idem A. excoñunicatus fuit, & per xl dies & amplius in excoñunicatione illa contumaciter perseveravit, ad quorū fraudulentam suggestionem idem Episcopus impetravit à nobis breve nostrum de capiendo ipsum A. ꝑdicta occasione. Et quia nō debet fraus sua alicui patrociniari nec valere, tibi ꝑcipimus ꝙ ipsum A. occasione brevis nostri ꝙ tibi venit de capiendo eum non capias, quo magis impediat in causæ suæ prosecutione, & si occasione prædicta captus fuerit, ipsū sine dilatione facias deliberari. Et si ꝑdictus Archidiaconus officialis & ꝑsona laicum feodū habuerint in balliva tua, & idē A. fecerit te securū de clamore suo ꝓsequendo, tūc illos ponas ꝑ vadiū et salvos plegios ꝙ sint corā nobis tali loco, tali die, inde responsuri et habeas ibi &c. T. &c. ¶ 4. Cum autē quis meritis suis exigētib' juste excoñunicat' fuerit, & ad mādatū ordinarii capt' et imprisonat', nō erit ꝑ dñm regē nec ꝑ aliū deliberād', anteqm Deo et ecclesiæ satisfecerit cōpetēter. Sed si cū hoc fecerit vel cautioñ ꝑstiterit de parēdo juri et satisfaciēdo cōpetēter et ordinarius ulterius ipsū maliciose in prisona detineri fecerit, extūc ꝑtinebit ad regē deliberatio ꝓpter maliciā, dū tamē ꝓcedat satisfactio vel sufficiēs cautio de satisfaciēdo (ut ꝑdictū est) qđ pri' fieri nō deberet, nisi tūc demū cū ipse Rex literas ordiñ de satisfactiōe reciperet, et in hoc casu fiat bre vic. in hac forma. ¶ 5. Rex vic. salut. Ostēsū est nobis ex ꝑte A. de N. qui meritis suis exigētib', vel ꝓpt manifestā cōtumaciā suā excoñunicat' fuerit, et ad ꝑceptū nr̄m capt' et in prisona nr̄a detētus, eo ꝙ ꝑ xl dies et amplius in excoñunicatione illa contuma-

tumaciter ꝑseveravit, donec Deo et Ecclesiæ satisfecerit competēter, paratꝰ sit Deo et ecclesiæ satisfacere, talis ordinarius facit eum malitiosè in prisona detineri ad gravamē & damnū ipsius A. non modicū. Et quoniā in hac ꝑte ꝓpter malitiam ipsius ordinarii ad nos ꝑtinet deliberatio: Tibi ꝑcipimꝰ ꝙ si idem A. eidem ordinario tali sufficientē fecerit securitatē de parendo juri, & satisfaciēdo cōpetenter Deo et ecclesiæ, tunc illū A. sine dilatione facias deliberari. Et si ordinarius hoc recusaverit, tūc tu ipse vice nr̄a capta securitate (ut ꝑdictū est) illū sine dilatione deliberari facias. Cùm autē ad ꝓhibitionē Judices supersedere noluerint, nec ille qui ꝓsequitur à ꝓsecutione desistere, attachientur omnes ꝙ sint coram Rege, vel Justic. suis de banco, vel itinerantibus, ꝑ tale br̄e, ad respondendū quare &c.

Prohibition dispised, then Attachment.

¶ 1. *De Judicibus attachiandis si procedant contra prohibitionem.* 2. *Breve de Judicibus attachiādis si autoritate literarū domini Papæ.* 3. *Item quòd attachiet per meliores plegios.* *Cap.* 12.

REx vic. salutē. Si A. fecerit te securū de clamore suo ꝓsequendo, tunc pone ꝑ vadiū et salvos plegios B. talē ordinariū ꝙ sit corā nobis vel Justic. nostris apud Westm̄. vel corā Justic. nostris ad primā assisam &c. ostēsurus quare tenuerit placitū in curia Christianitatis de laico feodo ipsius A. in tali villa contra ꝓhibitionē nr̄am, vel de advocatiōe talis ecclesiæ, vel de debitis & catallis q̄ nō sūt de testamēto vel matrimonio, et hujusmodi. Pone ꝑ vadiū et salvos plegios E. ꝙ tunc sit ibi ostēsurus quare secutus est idē placitū in eadē curia Christianitatis contra ꝓhibitionē nostram, et habeas ibi nomina plegiorū et hoc br̄e. Teste &c. Et ita fiāt brevia de attachiamēto, q̄ conveniant cū brevibus de ꝓhibitione. Si autē fieri debeat attachiamentū de Judicibus delegatis vel subdelegatis, tunc fiat breve in hac forma. ¶ 2. Rex vic. salutē. Si A. fecerit te securū de clamore suo ꝓsequendo, tunc pone ꝑ vadiū et salvos plegios B. C. D. (nominibus ꝓpriis expresè, videlicet B. Episcopū, vel Abbatem, vel Priorem talem. C. Archidiaconū talem, & D. officialem talem) quod sint coram nobis vel Justic. nostris &c. ut supra. Ostensuri quare tenuerūt placitū in curia Christianitatis de laico feodo et hujusmodi &c. (ut supra) autoritate literarū dn̄i Papæ, et hujusmodi, contra ꝓhibitionem nostram. Pone etiam per vadium & salvos plegios C. ꝙ tunc sit ibi ostensurus quare secutus est idem placitum in curia Christianitatis contra prohibitionem nostram, & habeas ibi &c. (ut supra.) Et ita fiat attachiamentum si judices et ille qui sequitur manentes fuerint in eodē com̄. Si autem in diversis, tunc fiant brevia diversa singulis vic. ꝑ se. ¶ 3. Si autem ad diem non venerit, tunc aut vicecomes mandat ꝙ attachiati sunt, in quo casu attachientur per meliores plegios & ꝙ distringantur per omnes terras &c. quod sint ad alium diem, & observetur ordo attachiamentorum, sicut observatur in aliis actionibus ꝑsonalibus. Si autem mandaverit vicecomes ꝙ clerici sint, & plegios invenire noluerint, nec laicum feodum habuerint per quod possint distringi, tunc mandetur ordinariis & Episcopo quòd faciant eos venire, sicut alibi in actionibus personalibus observatur.

 Regula-

Regulararariter verum est ꝙ Judex clericus cognitionem non habet de laico feodo alicujus. Sed quid dicitur de tenementis quæ sunt in civitatibus & villis quæ legari possunt sicut catalla sive tenementa sicut de perquisito, vel hæreditas descendens, an locum habeat prohibitio? videtur quòd non, quia de voluntate testatoris qui legare potest hujusmodi de jure comuni effecta sunt hujusmodi tenementa quasi catalla testatoris, & ideo non habet locum ꝓhibitio. Item de hoc quod dic. de laico feodo talis, oportet quòd ille qui queritur, doceat laicum tenementum illud esse suum. Et unde si quis teneatur alicui domino suo ad redditum aliquem, tenens ꝓhibitionem non habebit, quia redditus erit ipsius domini non tenentis. Si autem de hujusmodi non fiat prohibitio cùm sint quasi catalla vel pecunia promissa ob causam matrimonii, non habet locum ꝓhibitio, cùm illud quod principale est trahat ad se debitum & catalla quasi accessoria testamento vel matrimonio. Item si fiat prohibitio ut de laico feodo, non valet de jure nec quantum ad petentem redditum, nec quantum ad tenentem tenementum de quo ꝓvenit, quia laicum feodum versum est in catallam & causa testatoris, ut cum legaretur ex tali causa obtinuerit. Item incipit tale tenementum esse laicū feodum & non ante, quod non erit de decimis, cùm semel efficiantur laicū feodū, nunquam reincipient esse decimæ, & hæc vera sunt secundū Biaštos: sed contra de termino S. Michaelis, anno Regis H. filii Regis J. secundo incipiente tertio in com̄ Kanc de Matilda filia Simonis quæ attachiata fuit quia secuta fuit placitū, & Abbas Sancti Augustini & Prior S. Trinitatis Cantuariensis, & prior Sancti Gregorii Judices, quia tenuerint placita de quadam domo quam Matilda petiit ex causa testamentaria in London. Et unde Simon filius Simonis questus fuit ꝙ laico feodo suo ibi defenderunt omnes, & adjudicatæ fuerunt leges sed remissæ, cùm ad petit̄ legari, & Judices securitatem præstiterunt quòd ulterius non procedant, sed quale remedium habebit legatarius in foro laicali. Et sciendum quod semper locum habet prohibitio quousque discussum fuerit in curia Regis utrum legata fuerit vel non. Et tunc primò procedant Judices de licentia, quia ipsi non possunt estimare ab initio.

¶. 1. *Cùm partes comparuerint in judicio.* 2. *De probatione intentionis.* 3. *De legis vadiatione si defendat.* 4. *Qualiter formantur verba legis.* 5. *Quòd refert quis eorum prius purgaverit.* 6. *De responsionibus judicum.* *Cap.* 13.

Cum autem partes comparuerint in judicio tam querens quàm ille de quo queritur, & Judices, vel quidam illorum: proponat querens intentionem suam in hunc modum. Ego A. conqueror de B. quòd me iniuste vexavit & gravavit trahendo me in placitum in curia Christianitatis de laico feodo meo, scilicet tali, & exprimat qualitatem terræ, vel huiusmodi, vel alterius tenementi, vel si de debitis & catallis quæ non sunt &c. tunc exprimat cuiusmodi debita & cuiusmodi catalla de quibus implacitatus fuerit, & quòd hoc fecerit contra prohibitionem & unde damnum ad valentiam

tiam &c. ¶ 2. Item ad intentionem suam confirmandam & iuvandam, proferat æditionem ei factam in iudicio & in scriptis redactam, si possit, & dicat quòd porrexit ei prohibitionem domini Regis tali loco, tali die in pleno consistorio tali, & ipsi nihilominus processerunt ad prosecutionem ipsius de quo queritur, ita ꝙ admiserunt ꝓbationes testiū et huiusmodi, vel quia ipse querens noluit obtemperare iudicatis, excōmunicaverit eū non obstāte ꝓhibitione sua, & inde statim ꝓducat sectam sufficientem, duos ad minus vel tres vel plures, si possit. Et si de veritate dubitetur, examinentur diligēter de die & loco et aliis circumstantiis, secūdum ꝙ observatur de testibus ꝓducendis, qui si in examinatione facienda inventi fuerint discordes, perinde erit ac si nullam sectam ꝓduxerit, & unde ad simplicem vocem querentis non habent Judices necesse, nec pars de qua queritur, defendere se per legem. Sed quoniam deficere possit ꝓbatio licet ius non deficiat, cùm tales fuerint absoluti forte pro defectu probationis, dicatur eis: quod quicquid actum fuerit, non procedant de aliquo placito, quod pertinet ad coronam et dignitatē Regiam. Si autē in omnibus inveniantur cōcordes, audire debēt Justic. respōsiones Judicū et partis. Respondere itaq; poterunt multis modis, vel ꝙ locū habere nō potuit ꝓhibitio, quia res quæ acta est mere spiritualis est vel spiritualitati annexa, & hoc docere possunt per æditionē factā, ut si causa fuerit testamentaria vel matrimonialis, in quo casu in nullo p̄sūmptū est contra Regiam dignitatem, et sic absolvi poterunt ab observatione iudicii. Si vero per æditionem vel ꝑ confessionem constiterit ꝙ res de qua actū fuerit, mere fuit temporalis, ita quòd cognitio pertinet ad Regem, bene poterunt defendere contra querentem & sectam suam, ꝙ nunquam ꝓsecuti fuerint post prohibitionem si quam inde habuerint, vel ꝙ nullam habuerint omninò prohibitionem. ¶ 3. Et quo casu vadiet legem quilibet se xii. manu, qua vadiata & plegiis inventis de lege facienda, dabitur eis dies ad legē faciendā, ad quam si voluerint, possunt se essoniare, & habebunt aliū diem ꝑ essoniatores suos. Et si ad diem sibi datū non venerint, nec se essoniaverint ꝓ cōvictis habebūtur, judiciū habebūt, et dāna querenti restituent. Cùm autem cōparuerint et ꝓducant cōpurgatores suos, quāvis familiares et amicos, secundū ꝙ secta ꝓducta fuerit de familiaribus & amicis, facilius enim admittuntur purgatores alicujus ad legē & defensionem ꝓpriam, q̄m recognitores ad recognitionē, et non est necesse ꝙ omnes sint ejusdem ordinis, conditionis, vel dignitatis cujus est ille qui legem vadiat, sufficit enim si fideles sint & bonæ opinionis, ut si Episcopus, Abbas, vel Prior ad legem teneatur, non oportebit ꝙ omnes compurgatores sint Episcopi, Abbates, vel priores, nec si clerici sint ordinati, milites, vel conjungati, dū tamē alio modo sint idonei, ut p̄dictū est. ¶ 4. Formantur autem verba legis secundū formam recordi sicut in omnibus aliis legibus faciendis observatur, in qua si quis eorum defecerit, si laicus fuerit, pro convicto habeatur de eo quod imponitur, & Gaolæ cōmittatur sicut p̄sumptor contra Regiam dignitatē ac si crimē læsæ majestatis cōmisisset. Si autē clericus, aliquando cū eo mitiùs

agitur de gratia ob reverentiam ordinis clericalis. Si autē convicti dāna restituent querenti, adhibita tamen taxatione aliquando debita secundum ꝙ Justic. viderint justū. ¶ 5. Refert (secundū quosdā) quis prius se purgaverit, Judex vel ille de quo queritur. Dicunt quidā ꝙ si judex se purgaverit prius, unus vel plures, ꝙ ille qui secutus est non ꝓpter hoc liberabitur, & ꝙ quilibet in hoc casu defendat causam ꝓpriam, licet videatur prima facie ꝙ non est qui sequatur, cùm non sit qui teneat placitum (ꝙ non est verū secundū quosdam) sed vice versa, si ille qui sequi debeat se purgaverit, Judices per hoc liberantur, cùm non sit qui teneat placitum cùm non sit qui sequatur, quod non est in ipso casu ubi quis sequi poterit de facto suo & voluntate: licet Judex in probatione defecerit, ille qui sequitur non est propter hoc condemnatus, nec eodem modo si unus ex pluribus Judicibus, quia quilibet in hoc casu defendet causam suam propriam secundum quod legitur ff. ad legem Julianam de adulterinis lege ult. Denunciasse, C. Quare: ubi dicitur quòd expectabit mulier sententiam de adulterio prolatam, qui si absolutus fuerit, mulier ꝑ eum vincet, nec ultra accusari possit. Si autē condemnatus fuerit, mulier non est condemnanda, sed aget causam suam, & fortassis obtinere vel gratia vel justicia poterit vel legis auxilio. Quid enim si adulter ab inimicis oppressus sit, aut similibus argumentis testibusq̄ subornatis, apud præsidem gravatis, quia aut voluit aut non potuit mulier provocare judicem religiosum. Mulier verò sortita pudicitiam suam defendat, sed hoc antequàm fuerit condemnata, quod quidem (ut videtur) melius esset observare in omnibus casibus supradictis, ut si unus judex se purgaverit ꝙ hoc prodesse debet conjudicibus suis & parti. Si autē in purgatione defecerit, ꝙ hoc aliis non noceat, quin se defendere possit & causam suam. ¶ 6. Itē respondere possunt Judices, secundum ꝙ superius in parte dictum est, quòd quamvis res de qua agitur temporalis sit, & cognitio pertineat ad forum seculare, ipse querens expresse renunciavit privilegia fori in scriptura & Regiæ ꝓhibitioni, et ꝙ conveniri possit ubicunq̄ creditor vellet, & in quocūq̄ foro. Et ideo ꝙ ipse q̄rens audiri non debet propter renunciationē, ex quo gratis trahi voluit ad forum vetitū, et Judicem non suum. Et cùm Judices super hoc, & creditor, instrumentum ꝓtulerunt de renunciatione, ꝙ querens dedicere non possit, statim & ante omnia in judicio seculari compellatur ipse querens ꝙ reddat illud ꝙ debet, vel faciat ꝙ convenit, et sic in misericordia ꝓ injusta detentione versus suū creditorē, etiā sine alio brevi, sicut supradictū est, ꝓpter dolū & malitiā suā, quia ꝑ se reversus est ad judiciū Regiū cui prius renūciavit in ipsius Regis p̄judicium. Et iis ita peractis, tunc demum ꝓcedatur in causa prohibitionis, et si convictum sit quod aliquando gratis ꝓcessit in foro Ecclesiastico, tunc prosecutione & renunciatione concurrentibus, aggravetur pœna propter multiplicem injuriam, & debitor in causa prohibitionis puniatur propter renunciationem cum pœna præcedenti propter injustam detentionem, & propter fraudem in veniendo contra factum suum proprium. Judices vero puniantur, quia tenuerunt placitum

The digest quoted -

placitũ in ꝓjudicium dñi Regis, et similiter creditor quia debitorem traxit ad forum vetitum. Et secundum quod dicitur quòd laicus non poterit renũciare foro seculari in ꝓjudicium Regiæ dignitatis, eodẽ modo videtur ꝙ nec clericus si velit in causa criminali vel alia cujus cognitio ꝑtineat ad Ecclesiasticam dignitatem & ordinem clericalem, & est eadẽ fere ratio habita inde. Judex vero Ecclesiastic⁹ si judicaverit de laico feodo, non poterit sententiam demandare executioni, quia si illam demandaverit vicecomiti exequendam, non erit ei parendus. Si autem illam legem per ipsum vel suos exequatur, locus erit novæ disseysinæ. Eodem modo videtur ꝙ si laicus cognoverit in causa criminali de clerico, ubi sequatur degradatio si judicium faciat contra clericum, sive se gratis posuerit in inquisitionem sive non, ꝙ non valebit quod actum est: quia Episcopus nunquam ad mandatum Judicis secularis sine se proceder ad degradationem. Igitur alia convictione opus erit in foro Ecclesiastico ut ipse cognoscat & judicet, qui poterit judiciũ demandare executioni. Igitur quandocunq petatur clericus in tali actione ab Episcopo, erit illi deliberandus, quia non habebit Rex prisonam de eo quem judicare non poterit. In causis vero civilibus ubi non agitur ad degradationem, videtur quòd clerici se tueri non possunt quin respondeant in foro seculari in placitis quæ pertinent ad coronam & dignitatem Regis, quia Rex poterit judiciũ demandare executioni sine ꝓjudicio Ecclesiasticæ dignitatis, maxime si voluerit quod clericis in hujusmodi actionibus civilibus in foro seculari respondeatur ꝙ hujusmodi placita ꝑtinent ad dignitatem et coronam regiam ratione rei et ratione delicti.

¶ 1. *Qualiter procedendum sit contra jurisdictionem alicujus Judicis.* *Cap.* 24.

Superius dictum est qualiter revocatur jurisdictio, cùm quis tractus fuerit in placitum ad judicium vetitum, & ad judicem non suum. s. ad forum Ecclesiasticum in placitis & actionibus quarũ cognitio pertinet ad coronã & Regiam dignitatem, ꝑ exceptionẽ oppositam cõtra jurisdictionẽ. Nunc autẽ dicendum est qualiter excipiendum est cõtra jurisdictionem alicujus Judicis, qui se facit judicem de placitis & actionibus quæ pertinent ad coronam et regiã dignitatẽ, cùm quis tractus fuerit in placitum coram eo. Et sciendum ꝙ imprimis, ad hoc ꝙ rata sint judicia, videre oportet an justic. warrantum habeat à Rege ꝙ judicare possit, quia si warrantum non habuerit, non valebit quod coram eo actum fuit quasi coram non suo judice, quia primò legi debet breve originale, & postmodum breve per quod Justic. constitutus est, & si nullum omnino habuerit, vel si habuerit non tamen ad manum, non erit ei parendum, nisi forte ita sit quòd breve originale de justiciaria sua faciat mentionem. Item nec est ei parendum si contra jurisdictionem suam excipiatur quòd fuit ab eo subdelegatus qui judicẽ dare non posset, ut si justic. sub se justic. fecerit ad totam causam, non magis quàm si procurator faceret procuratorem. Item nec erit ei obtemperandum cùm con-

of the auth... of the Judge -

contra eum excipiatur, licet warrantum ostendat, ubi ꝑ ipsum qui se delegavit translata fuerit jurisdictio & cognitio ad aliũ, quia si quis diversis tẽporibus duos dederit Judices, posteriorem dando videtur ꝓhibuisse Priori. Itẽ nec est ei parendũ si excipiatur, licet legatus fuerit & warrantũ habuerit, si sub ꝑtextu unius placiti velit cognoscere de aliis ad q̃ non extenditur sua jurisdictio, vel si cùm habeat iurisdictionẽ ad unũ placitũ, fines mandati excedat & iurisdictionẽ extendat ad alia q̃ sequuntur assisam post captionem assisæ, cùm sit functus officio suo sicut ad certificationẽ & convictionẽ, cum generalẽ non habeat iurisdictionẽ sibi delegatam, sicut habent iustic. itinerantes in comitatu ad omnia placita, vel sicut iustic. capitales. Itẽ excipitur contra iurisdictionẽ inferioris iusticiarii ubi ꝑfertur iurisdictio iurisdictioni, ut si quis implacitatus fuerit de una et eadem re, ab uno vel diversis, in diversis curiis, sicut in curia dñi Regis, curia baroñ, vel alterius alicuius inferioris, quo casu maius auditoriũ præferri debet minori. Et si in maiori curia ostenderit tenens ꝙ de eadem re in minori curia implacitatus fuerit, ꝓhibebitur ex ꝑte Regis quòd de placito illo in inferiori curia non procedatur, et quamvis ꝓcessum fuerit, quandoq̃ sive ꝓhibitio intervenerit sive nõ, omnia quæ acta sunt in minori curia revocabuntur. Itẽ datur exceptio cõtra iurisdictionẽ ꝓpter privilegium implacitati, ut si quis respondere non debeat de aliquo placito nisi coram ipso rege vel capitali iustic. suo, quale habent hospitalarii, tẽplarii, & plures alii. Itẽ datur exceptio contra iurisdictionem ꝓpter privilegium proveniens ex concessa libertate, ut si universitas vel cõmunitas civitatis alicuius, sicut Londoñ respondere non teneatur de aliquo placito extra civitatem, quale habent Barones civitatis Londoñ, qui de nullo respondebunt extra civitatẽ, nisi tantum de tenuris & cõtractibus forinsecis. Itẽ exceptio datur contra iurisdictionẽ ꝓpter libertatẽ alicuius universitatis, q̃ de nullo placito respondebit nisi certo loco, qualem habẽt baroñ de quinq̃ portibus qui non respondebũt de aliquo nisi apud Shypwey. Item datur exceptio contra iurisdictionem ꝓpter utilitatem alicuius universitatis. s. ne trahantur extra com̃ ad faciendã assisam novæ disseysinæ & mortis antecessoris. Itẽ datur exceptio contra iurisdictionẽ sicut in curia Boroñ, qui placitũ de recto tenere nolunt vel nõ possunt, vel si iurisdictionẽ remiserint in curia sua, & eam velint post modũ repetere. Item datur exceptio contra iurisdictionem ratione contractus, ratione delicti, & ratione renunciationis, de quibus superius dictum est.

¶ 1. *De exceptione cõtra personã justiciarii & de causa recusationis.* 2. *De jurisdictione majorũ judicũ sicut Papæ.* 3. *Quod judex debet examinare & estimare an sua sit jurisdictio.* Cap. 15.

Dictum est de exceptionibus q̃ cõpetunt cõtra iurisdictionẽ: Nunc videndum si sit aliqua q̃ competere possit contra ꝑsonam iustic. ut si aliqua ratione habeatur suspectus, timore, odio vel amore. & non video quare non debeat recusare, quia si male judicaverit ex certa scientia, litem suam facit, & tenebitur ad restitutionẽ dãnorũ, cùm de hoc per superiorem fuerit convictus.

convictus. Si autē per imperitiā, nec sic, sed sumoniri poterit q̄ veniat & faciat recordum ut ea q̄ correctione indigent, corrigantur, & in statū debitū reformentur. Melius tamen est (ut videtur) in tēpore occurrere, quā post cauem vulneratā remediū q̄rere: ut suspectus amoveatur et ei substituatur nō suspectus, cū nihil detur gratius inimico quàm si detur ei quis adjudicand' quem damnificare intendit, et valde meticulosa res est sub justic. litigare suspecto, quia sæpius tristissimum sortitur eventum. Justiciarius potest recusari ex causa, causa vero recusationis unica est suspitio, quæ cōsurgit multis ex causis. s. si justic. sit consanguineus petentis, homo vel subditus, parens vel amicus, vel inimicus tenentis, affinis vel familiaris, vel comensalis, consiliarius, vel narrator suus extiterit in causa illa, vel in alia, & hujusmodi. ¶ 2. In fine notandū de jurisdictione majorū & minorū, & imprimis sicut dominus Papa in spiritualibus super omnibus habeat ordinariā jurisdictionē, ita habet Rex in regno suo ordinariam in tēporalibus, & pares non habet, neq̄ superiores, & sunt qui sub eis ordinariam habent in multis, sed non ita meram sicut Papa vel Rex. Et pares esse poterunt illi qui inferiores sunt in jurisdictione sua multis rationibus, sed par in parem non habebit jurisdictionē nō magis quàm imperium, & multo fortius nec in superiorem. ¶ 3. Item sicut à Papa poterit quis habere jurisdictionem delegatam in spiritualibus, ita poterit quis à rege in temporalibus, sicut justic. majores vel minores, vel alii qui sunt quasi justic. vz. quibus rex concessit libertates aliquas q̄ pertinent ad coronā & libertatē suam, & ideo quamvis in temporalibus sicut in spiritualibus debet Rex estimare vel justic. sui, an sua sit jurisdictio an non, ut sciri possit utrum sumonitus venire debeat an non: Tamen si judex Ecclesiasticus falcem ponens in messem alienam aliquid præsumpserit cōtra coronā & dignitatem regiam, sicut de laico feodo vel de catallis, cùm ꝓhibitionē à Rege susceperit, supersedere debet in omni casu, saltem donec constiterit in curia Regia, ad quē ꝑtineat jurisdictio, quia si judex Ecclesiasticus estimare posset an sua esset jurisdictio, in omni casu indifferenter ꝓcederet nō obstante regio ꝓhibitione. Debet igitur vel omninò supersedere, vel cùm attachiatus fuerit, venire, vel mittere q̄ examinato placito in curia regia de consilio curiæ supersedeat, vel ꝓcedat, q̄ si non fecerit, pœna debita puniatur ut supra.

¶ 1. Quod quandoque mutatur Jurisdictio de jurisdictione in jurisdictionem & quandoque de persona in personam mutat nomine rerum. 2. An privatorū consensus mutare possit jurisdictionem. 3. Quòd mutat jurisdictionem aliquando contractus aliquando delictum. Cap. 16.

MUtatur quandòque jurisdictio de jurisdictione in jurisdictionem mutatis rerum nominibus, ut si de laico catallo fiat spirituale: ut cùm res fuerint decimatæ, fiunt de laico catalla res spirituales, & sic mutatur jurisdictio secularis in spiritualem. Item e converso cùm decimæ venditæ fuerint, & ad alium translatæ, reincipiunt iterum esse laicum catallū. Eodem modo dici poterit de laico feodo, quòd mutato nomine in causa testa-

testamentaria fit laicum feodum quasi res spiritualis, secundum quosdam sicut videri poterit in domibus, terris, & tenementis legatis in civitatib⁹ burgis, & villis, & iterum redeunt in laicum feodū executo testamento. Eodem modo fieri deberet (ut videtur) de reb⁹ datis vel promissis ob causam matrimonii principaliter, et illud idem de rebus quæ accidūt de matrimonio, ut si pecunia ꝓmissa fuerit ob causam matrimonii. Et quia ejusdem juris. i. jurisdictionis esse deberet accessorium, cujus juris fuerit principale, & quāvis ꝑdictorum ꝑtineat cognitio ad judicem & forū Ecclesiasticum, tamen ad ꝓhibitionem Regiam erit supersedendum. Sed revera locum habet ꝓhibitio, quia si in burgo domus vel ꝑdium legatum fuerit, in foro seculari terminabitur negotium, sicut de assignatione fieri oportet. Et si legatarius fuerit in seysina, habebit exceptionem contra hæredem & assisam novæ disseysinæ si fuerit ejectus. Si autem extra seysinam, tunc habebit actionem in foro seculari per modum donationis versus omnes. ¶ 2. Item videndum est an privatorum consensus commutare possit regiam jurisdictionem in contractibus privatis, ut si quis sic consentiat ad alterius jurisdictionem, ad vetitum examen convolando non obstante prohibitione, & verum est quod non, quia imponi non potest necessitas regi quòd suam jurisdictionem amittet, secundum quod superius dictum est in parte. Item hec mutari poterit per modum donationis sive per conventionem privatorum, licet ipse qui modū imposuerit sibi & suis ꝑjudicet, ut si privata ꝑsona bastardo dederit & suis hæredibus, vel cui dare vel assignare voluerit, & si hæredes non habuerit reversura esset terra ad donatorem, sed quia donator modū adjicit, quia dare possit & assignare, valebit donatio & assignatio, q̄ aliâs non valerent. Eodē modo videtur, ꝙ adjicere possit ꝙ bastardus legare possit, sed per huiusmodi modum adjectum non mutatur iurisdictio Regis, sed in curia Regis terminabitur negotium si legatarius fuerit extra seysinam, & ꝑ tale breve. Præcipe &c. Et quæ ad talem reverti debent per modum donationis quam talis ei fecit, quod illam dare potuit legare & assignare, quia eadem ratione qua bastardus per modum donationis dare potest & assignare, licet hæredes non habuerit: eadem ratione poterit legare, & ita quòd res data nec ad se, nec ad hæredes suos reverti possit, quia nulla ex hoc fit eis iniuria, quia donator hoc voluit, & nihilominus tenentur hæredes factū illud warrantizare legatario, licet hæredes bastardi defecerint, & quod dicitur de bastardo idem observāri poterit de legitimo, quia poterit in persona omnium lex imponi & modus, sive donatorius liber sit vel servus, legitimus vel bastardus, quia oportet utrumquè, tam donatorē quam donatorium facere ꝙ convenit, ex quo uterq̄ ab initio hoc voluit. ¶ 3. Item mutat aliquando iurisdictionem contractus, & aliquando delictum. Ut si clericus contraxerit aliquo modo cum laico, conveniendus est ubi contraxerit, & aliquando ubi deliquit, dum tamen civiliter agatur & non ad pœnam corporalem infligendam, nisi degradatio vel alia capitis diminutio imponatur. Itē mutat aliquādo iurisdictionem, privilegiū ordinis clericalis, ut si clericus

ricus

ricus clericũ cõvenerit in actione injuriæ, vel de rebus spiritualibus, sicut de decimis, vel aliis rebus mobilibus, vel hujusmodi clericorũ, sicut de catallis & debitis ubi ad vetitum examen cõvolare non debent. Si autẽ de laico feodo agatur, aliud erit nisi fuerit: dedicatum & Deo sacratũ, & efficiatur res sacra, ꝙ quidẽ dici nõ poterit de re in liberam & ꝑpetuam eleemosynã datam.

¶ 1. *De exceptionibus contra breve & ubi eadem competere debet & ubi non.* 2. *Quæ sunt brevia originalia & quæ sunt magistralia.* *Cap.* 17.

CONfirmata sic jurisdictione Judicis, consequenter audiatur bře per ꝙ expediri & exponi debet jus actionis, quo audito, perpendere poterit tenens an ex ipso brevi ei competere poterit exceptio, quia multæ sunt exceptiones quæ cõpetunt tenenti cõtra bře. Oportet quidẽ ꝙ breve conveniat actioni, & ꝙ in suo casu impetratum sit, alioquin non valebit, verbi gratia. Si magnum bře de recto patens impetratum fuerit, ubi parvũ bře clausum impetrari deberet in dominicis dñi Regis secundum consuetudinẽ manerii, & sic cadit breve, licet actio non cadat vel e contrariò, & nihilominus redire poterit ad aliud bře de recto ꝙ compet it casui, non obstante eo quod prius egit cum brevi quod non competiit, quod pro nullo computatur: ut de Itinere W. de Ralegh anno regni Regis Henř tricesimo in com̃ Nor. Item si ordo brevium non observetur, ut si alicui plures competant actiones, et primò agere incepit per breve de recto super ipsa proprietate, vel super ipso jure & possessione simul, non poterit postmodum descendere ad inferiores actiones de ipsa possessione, quod si fecerit, cadit actio simul de ipsa possessione cum brevi. Sed licet processum sit per bře de recto quousquè visus petatur, ex penitentia poterit petens reverti ad inferiora placita sicut ad assisam novæ disseysinæ, mortis antecessoris, & alia plura: ut de termino Paschæ anno regni Regis Henrici duodecimo in comitatu Berk. de Henrico de Siccario, quia ibi descensum est ad assisam novæ disseysinæ post breve de recto. De ordine brevium satis perpendi possit per ea quæ supradicta sunt. Item cadit breve si super modo & qualitate alicujus facti impetratum fuerit breve, ubi impetrari deberet super ipso facto, per quod terminari potest utrum tam ipsum factum quàm modus & qualitas, quia sẽper debet prius terminari principale cum quo terminari possit accessorium. Verbi gratia. Si quis disseysitus fuerit de aliquo tenemento cum violentia & armis, & impetraverit breve Quare vi & armis, valere non debet breve, quia per hoc agitur de qualitate disseysinæ, & non de ipsa re, vz. de ipso teñto, ꝑ quo fiat violentia, nec acquirit querens aliquid de ipso teñto, sed si plura brevia impetrata fuerint de uno facto contra aliquem quod sub se contineat plures actiones, sicut plures disseysinas, & in uno brevi & in una actione terminari possit, si sic agatur, tamen propter hoc alia brevia non cadunt nec actiones sed terminantur, & extunc erunt hujusmodi brevia supervacua. Et notandum quòd esse poterit exceptio peremptoria brevis & non juris, quia

a Note a case quoted of 30 H. 3 or of the time
b Note this reason. att. quare vi et armis

quia quandôq vertitur una actio in aliam ,ppter privilegiũ hæredis ad rem cõsequendam, et cadit omnino bře super ipsa possessione, et retorquetur ad ipsum jus, sicut assisa mortis antecessoris nõ jacet inter cohæredes & ,psonas sanguine cõjunctas, sed breve de recto. Itẽ ,pemptoria esse poterit, tam brevis quàm ipsius juris, p exceptionem rei judicatæ, recognitiones, et remissiones et quietũ clamantię, & in omni casu ubi perimitur actio perimitur bře sed non econtrario, ut pdictũ est. ¶ 2. Breve quidẽ cùm sit formatum ad similitudinem regulæ juris, quia breviter et paucis verbis intentionẽ ,pferentis expónit et explanat, sicut regula juris, rem q̃ est breviter enarrat. Non tamẽ ita bře esse debeat quin rationẽ et vim intentionis contineat. Et sunt q̃dam brevia formata super certis casibus, de cursu et de cõmuni cõsilio totius regni concessa et approbata, q̃ quidẽ nullatenus mutari poterint absq consensu et voluntate eorum. Sunt etiam brevia ex eis sequentia q̃ dicuntur judicialia, & sæpius variantur secundũ varietatẽ placitorũ ,pponentis et respondentis, petentis, et excipientis, secundũ varietatẽ responsionũ. Sunt etiam q̃dam quæ dicuntur magistralia et sæpius variantur secundum varietatẽ casuũ et querelarum et quædam sunt ,psonalia quædã mixta secundum qđ sunt actiones diversæ et variæ, quia tot erunt formulæ brevium quot sunt genera actionum, quia non potest quis sine brevi agere, cùm non teneatur alius sine brevi respondere nisi gratis voluerit, et ex hoc ei nõ injuriatur, cùm scienti et volenti non fit injuria. Item cùm de eadem re alicui plures competant actiones eodem modo competunt ei plura brevia, sed uno oportet experiri sicut una actione, ordine tamen (ut convenit) observato. Breve quidem domini Regis in se nullam continere debet falsitatem. Item nullum errorẽ. Apparere etiã debet in prima sui figura, non vitiosum, maxime si fuerit patens sive apertum (quia originalium quædam aperta quædam clausa) et sive aperta sive clausa apparere debent non abrasa, nõ obolita, et si inveniatur abrasio, tunc refert quo loco, et à quo, et quãdo. Quo loco, utrũ vz. in narratione facti vel juris, si autẽ in narratione facti, cadit bře quasi suspectum, facta enim et nomina mutari nõ debẽt sed iure ubiq scribi possunt. Item à quo, utrum vz. per ipsum Cancellarium vel ausu temerario per alium, sicut per clericum justic. vel vic. ad ,pcurationem alicuj9 partis, ubi omnes tam agẽtes quàm cõsentientes de omnibus bonis suis sunt in misericordia et voluntate dñi Regis, et ipsi tanquã falsarii nihilominus puniantur. Et quòd tales argui possunt de falsitate: ,pbatur de term̃ S. M. anno regni Regis H. quarto incipiente quinto in comitatu Hereford de Radulpho Harang. Item quando, videlicet utrum hoc fiat antequam breve fuerit in curia recitatum & publicatum vel post et sic breve suspectum & cadit si hoc fuerit à petente impetratum. Item cadit breve si in se contineat talem falsitatem ꝙ signum appositum sit adulterinum ipsius dñi Regis, sive omninò falsum sive verũ, falso tamen appositum per industriã falsariorum. Et quo casu committitur crimen læsæ majestatis, & puniuntur tales ultimo supplicio si laici fuerint, si vero clerici, pœnam degradationis sustinebunt cum per-

perpetua infamia, nisi warrantũ habuerint: secundũ ꝙ inveniri poterit in itinere M. de P. in com̃ Eborũ anno Regis H. decimo de Rogero de Fanborne et Agnete uxore eius qui protulerũt quoddam breve de recto cui signum verum appensum fuit falso brevi et per industriam falsarii, & ubi ipse Rogerus suspensus fuit, quia warrantum nõ habuit, sed uxor sua liberata sive conscia sceleris sive non, quia fuit sub virga viri sui. Item cadit breve simul cum actione ad damnũ ipsius impetrantis ꝙ impetratũ fuit per falsam suggestionẽ vel per veri suppressionẽ. Per falsi suggestionem: ut si dicat quis se esse hæredem cum non sit: ut de term̃ S. Trinitatis anno regni Regis H. quarto in com̃ Midd᷑ de Hamond de Brood. Idem erit si quis dicat se tenere in feodo cùm nõ teneat nisi ad terminũ et huiusmodi, vel si mulier cùm dotẽ petierit ꝑtem dotis habuerit cùm dicat se nihil habere & sic breve de dote impetravit & huiusmodi. Itẽ ꝑ veri suppressionẽ, ut si quis dicat se ingressũ habere per aliũ quàm per illum per q̃m ingressus fuerit. Item cui talis dimiserit qui nunquam dimisit, eo ꝙ inde nullam seysinam habuit, vel si aliquem gradũ impetrando omiserit. Et de hac materia inveniri poterit inter placita quæ sequuntur Regẽ Henr̃ anno tricesimo primo inter Michaelem Abbatem Glastoñ et Rogerũ Episcopũ Bathoñ. Et unde idem Abbas dixit Regi ꝙ Episcopus non habuit ingressum nisi per Episcopũ J. cui Prior Eustachius terras illas dimisit, qui nunquam inde seysinam habuit. Et illud idẽ dici poterit in brevi de warrantia chartæ ubi impetrator impetrando dixerit se tenere terram quam non tenuerat, & sic impetraverat, quo expresso non impetrasset et hujusmodi. Et cùm brẽ ita in se fuerit vitiosum in aliqua parte, in nulla ꝑte valebit quantũ ad unam actionem, secus esset si plures sint ibi actiones ratione plurium tenentiũ. Et si unus petat per unum breve feodũ unius militis in una villa et versus alium in eodem brevi feodũ alterius militis in eadẽ villa vel in diversis, quamvis cadat brẽ de feodo unius militis, nihilominus stabit de feodo alterius militis versus eundẽ, quia ibi sunt diversæ actiones ꝑpter diversitates tenementorum quãvis brẽ unicũ. Item eodem modo erunt actiones plures ratione diversarum ꝑsonarum & rerum, ubi plures sunt tenentes. Et de hac materia inveniri poterit de term̃ S. Hilarii anno regni Regis H. octavo in com̃ Hereford de Richardo filio Godfrey. Et sic vel cadit breve omninò, vel stabit quantum ad quosdam et cadet quantum ad alios. Item cadit breve quantum ad mortẽ unius partis sive petentis sive tenẽtis, simul cum actione. Item si plures sint petentes vel plures tenentes qui sunt cohæredes et participes et unũ jus habentes, morte unius vel plurium cadit breve sed non actio, quia quandoque cadit breve sed non actio, et quãdoq̃ stat brẽ simul cũ actione sed corrigitur ꝑpter errorẽ vel defectũ, quãdoq̃ cadit brẽ simul cũ actione, quia ubi cadit actio ibi cadit brẽ. Itẽ quãdoq̃ tenet brẽ et differtur actio, quia ubicũq̃ tenet actio ibi & brẽ, licet corrigat̃ quãdoq̃ ꝑpter errorẽ. Itẽ quandoq̃ cadit brẽ sed mutat̃ petitio in aliã actiõnẽ de eadẽ re sed ꝑ aliud brẽ, secũdũ q᷑ superius dicit̃ in parte super possessione & ꝑprietate. De hoc autem q᷑ dicit̃ ꝙ quãdoq̃ stat breve

breve simul cum actione, sed corrigatur ꝓpter errorẽ vel defectũ de errore impetrantis videndũ est & sciendũ quod error multiplex esse poterit. s. in personis & in nominibus, & cognominibus personarum. Item in rebus & in locis, sicut in comitatu & villis & eorum nominibus, secundum quod superius dicitur in tractatu de seysina. Sed esto ꝙ quis sūmoneatur in alio com̃ quàm in quo res est de qua agitur, & ubi sūmonitus nullũ tenementum habet nec feodum in actione reali, licet vicec. ꝑsit duobus com̃, sicut dici poterit de vic. Essex & Hereford et nominatur tantũ in brevi vic. Essex, & res petita fuerit in comitatu Hereford, cadit bre. Si autẽ uterq̃ com̃ nominetur, valet. Si autẽ actio fuerit personalis, videtur tamen adhuc ꝙ valere debeat, licet sūmonitus t̃ram non habeat in com̃ expresso. Item cadit bre si impetratũ fuerit cõtra jus et regni consuetudinẽ & maxime cõtra chartam libertatis, sicut bre ꝙ vocatur (præcipe in capite) per quod liber homo posset curiam amittere. Si autem præter jus fuerit impetratum, dum tamen fuit rationi consonum et non juri cõtrarium erit sustinendũ, dum tamen à rege concessũ et à consilio suo approbatũ. Sed esse debet personale, sed non debet concedi nisi de gratia speciali, nec refert utrũ magnates expresse non ꝑbuerint assensum, dum tamen expresse non dissentiverint, nec ostensa ratione sufficienti quare valere nõ debeat, ꝑtinet enim ad regem ad quamlibet injuriam cõpescendũ remedium competens adhibere, brevia tamen com̃unia inter omnes ꝓ jure generaliter debẽt observari cùm sint originalia & actionibus originem ꝑstent. Item cadit breve si tenens minus teneat quàm petens petat, secus tamen si plus teneat. Item cadit breve si tempore impetraionis nulla subfuit causa impetrandi, quia tempore datę impetrationis nulla petenti cõpetiit actio nec causa petendi. Item nec causa cõquerẽdi, quia tũc nulla fuit disseysina nec aliqua injuria. Item nec valet breve, quia ille qui nunc tenet tẽpore impetrationis non fuit in seysina de tota re petita vel aliqua ejus ꝑte, licet statim visum petat cũ nihil teneat vel nõ totum, tamen ꝓpter hoc nõ amittet exceptionẽ suam contra bre. Et hæc vera sunt, licet post impetrationem incipiat tenens totum possidere, quãvis videatur ꝙ actio pervenerit in eum casum à quo incipere poterit. Itẽ cadit bre si cui plures cõpetant actiones de eadẽ re & plura brevia, & una actione agere incipiat facta electione & per unum bre, si pendente actione in brevi illo ad aliam actionem convolaverit, cadit bre posteriùs impetratũ, quia à prima non est recessũ: ut de placitis q̃ sequuntur regem anno tricesimo primo in loquela inter Petrũ de Solandia & Abbatem de Ryvall in forgiis de foresta de Glaxtoll, & hoc verũ est si se tẽpestive retraxerit ante judiciũ, post judiciũ vero non poterit. Sed q̃ro an quis poterit retrahere se à quibusdam articulis brevis & de quibusdã non? Item videndum utrũ ita sint connexi ꝙunᵘ sine alio terminari possit vel nõ & secũdũ hoc ꝓcedatur vel nõ. Item cadit breve mortuo eo qui impetravit, vel deposito si forte Episcopus fuerit, Abbas vel Prior vel hujusmodi, sed non è contrariò, si Episcopus Abbas vel Prior tenentes fuerint, quia dependet actio cum brevi donec fuerit

& note this way of obtaining writs

fuerit alius ei substitutus maximè si actio fuerit civilis et non pœnalis. Si autem civilis sit et pœnalis, durabit actio quantū ad pœnā & quantū ad restitutionem quādiu depositus vixerit. Si autē depositus mortuus fuerit vel ante depositionem, extinguitur pœna cum psona, sed durabit in psona substituti quoad restitutionem, sed tamen p aliud bre. Item cadit bre sed non actio p mortem tenentis in actione psonali sive mortuus fuerit morte civili vel naturali, dum tamen p fraudem se non dimiserit post impetrationem si mortuus fuerit morte civili. Item cadit bre mortuo eo qui mandavit vel pcepit re integra. Item si quis p eadē re duo brevia impetraverit et utroq simul et semel agere incepit tam super jure qm super possessione, & differtur actio super ipso jure, & pendet bre donec discussum fuerit super possessione: ut de term S. Trinitatis an Regis Henr decimoquarto in com Surr de priore de novo loco, et hæc sive brevia impetrata fuerint ab uno vel duobus vel pluribus. Idem erit si mulier dotem petat p bre de dote aliqm ptē, & alius petat totum in actione pprietatis, suspenditur actio dotis donec de pprietate constiterit. Item si duo unum implacitaverint de una et eadem re, una et eadem actione et eodem brevi, ille pfertur qui prius incepit agere, et aliud bre simul cum actione in suspenso remanebit sive hoc sit in eadē curia sive in diversis, exceptis curiis dni regis ubi nulla attenditur prioritas propter majoritatem et dignitatem suam. et ubi fallit regula. Qui prius incepit agere, ille aliis pferatur, ut supra de actionibus. Item cadit bre ubi quis clamat tenere de Rege et alius ab alio quàm de Rege. Item eodem modo si duo tenere clamaverint de Rege p certum servitium, quorum unus p minus servitium et alius p majus bre illius cadit qui per minus servitium, ppter utilitatem Regis. Item cadit bre si quis impetraverit super certa re et certa actione, & postmodum se retraxerit & in alio judicio velit agere de eodem. Item quædam exceptio contra bre substantiam capit ex tempore. Sunt autem quædam brevia limitata infra certa tempora, sicut sunt actiones ultra quas non extenditur bre non magis quàm actio ppter defectum pbationis, secundum q actio fuerit pdita super possessione vel super pprietate sicut assisa novæ disseysinæ mortis antecessoris, assisa de utrùm, bre de ingressu, aut breve de recto ut supra. Item cadit breve, ut si quis per narrationem in judicio factam recesserit de brevi suo, excedendo virtutem & naturam brevis, ut si agatur in causa possessionis per bre de consanguinitate, & petens in narratione sua mentionē fecerit de ipso jure, vel si unum ore petat, & per bre diversum, nisi ita sit cùm dicat diversum q dicat q tantūdem valet. Et fere omnes exceptiones quæ cōpetunt alicui licet vel contra aliquem connumerari poterunt inter exceptiones contra breve, quia cùm terminatur actio finitur bre, & ubi cadit actio cadit & bre, & ubi differtur actio vel suspenditur vel mutatur, ita & bre. Cùm autem plures competant exceptiones contra bre, non possunt (secundum quosdam) proponi temporibus diversis, sed in potestate judicis erit arctandi tenentem q simul & semel uno die pponat omnes exceptiones competentes contra breve, & sic

Quære, if licet is not redundant?

præcludi poterit via ꝓponendi ulterius exceptiones contra breve. Sed cùm tenens unam ꝓposuerit ꝙ rem petitam totã non tenuerit sed alius, illa terminata ulterius non redibit ad consimilem, ut infra dicetur plenius. Et notandum ꝙ cùm breve ceciderit per defectum & errorem si corrigatur, consimile erit correctum & eadem erit actio quæ prius & idẽ bře sed correctũ, licet aliud ꝑgamenũ et aliud incaustum, & ideo nec mutari debet narratio prius facta in judicio nec attornatus qui prius fuerit, cùm eadem sit hinc inde actio & breve idem.

¶ 1. *Si competat exceptio ex persona petentis unde quædam dilatoria, quædam peremptoria multis rationibus.* 2. *Exceptio contra petentem ex persona tenentis.* *Cap.* 18.

CUm autem nihil sit quod excipi possit contra bře, tunc videndũ si sit exceptio quæ competat tenenti ex persona ipsius petentis quod omnino petere non possit, vel nõ nisi post tempus omnino, ut si petens servus fuerit vel bastardus vel seculo mortuus, sicut ille qui habitũ religionis assumpsit. Itẽ ꝓpter defectum scientiæ, ut si furiosus & nõ sanæ mentis. Itẽ ꝓpter defectum sensuum, ut si fuerit naturaliter surdus vel mutus. Item ꝓpter morbum incurabilẽ, ut si leprosus fuerit & à cōmunione hominum separatus. Itẽ ꝙ ei non competat actio cùm sit amotibilis, sicut Monachus vel canonicus non ꝑpetuus. Item ꝓpter feloniam ꝓpriam vel antecessorum. Item si non nisi post tẽpus, quia minor infra ætatem agere nõ potest in causa ꝓprietatis, licet agere possit in causa possessionis, & hoc ꝓpter defectum scientiæ cùm non multum distet à furioso, nec furiosus à bruto. Item ꝓpter dubium rei eventum, ut si quis fuerit in statu dubio dignitatis vel corporis, & sic in pendenti donec quid fiat vel non fiat: ut si quis appellatus sit de vita & mẽbris in causa criminali, in civili causa agere nõ potest antequam defendit se in criminali, non magis quàm tenens tenetur respondere in cõsimili: dignitates, ut si Abbas vel Prior vel alius à dignitate depositus, & ad tuitionẽ status sui ad superiorẽ appellaverit, quia si cum talibus ageretur vel ipsi agerent contra alios, sic possent judicia esse delusoria cùm à tali casu omnia possent revocari. Item competit exceptio tenenti ex ꝑsona petentis ꝓpter defectũ nationis, ut si petens copulaverit se inimicis dñi Regis, ut si fuerit ad fidem dñi Regis Franciæ, saltẽ donec terræ & regna cōmunia extiterint actio talibus denegatur. Item cõpetit tenenti exceptio ꝓpter lepram animæ petentis, ut si fuerit excōmunicatus nominatim, sed non in genere, quia sicut lepra esse poterit in corpore ita et in anima, & sicut leproso interdicitur cõmunio gentium, sic et excōmunicato, & ꝙ plus est, omnis actus legitimus. Item cõpetit tenenti exceptio non tantũ ex ꝑsona petentis sed ratione cohæredũ & ꝑticipũ, sine quibus agere nõ possit, quia tantundẽ juris habent quantũ ille qui petit vel aliũde: quia ille qui petit nihil juris habet sed ali⁹, vel cùm alius plus juris habeat & sic quòd petens sine aliis agere non potest vel omninò non. Item competit tenenti exceptio ratione petentis vel ratione

ad-

adjuncti, ut si vir agere velit de re uxoria sine uxore, et quo casu non magis audietur qm uxor sine viro, sed non cadit breve si vir sine uxore, quia vocare poterit uxorem ad warrantũ sed non è contrariò. Itẽ cõpetit exceptio tenẽti cõtra petentẽ ratione superioris q̃m res tangit in aliquo, sicut sunt priores ꝑpetui & quandoq̃ amotibiles sine Abbate vel Priore, clerici et canonici sine Episcopo et patrono. Itẽ fratres alicujus domus sine curatore domus, & aliquãdo nec sanctimoniales sive sorores sicut sorores de Bockland sine Priore hospitalis, et quo casu vocãdi sunt curatores ad sequẽdũ, sine quibus fratres et sorores sequi non poterũt. Exceptione vero servitutis ꝓposita cõtra petentẽ, satis ꝑpendi poterit quid fieri oporteat tã in causa possessionis q̃m ꝓprietatis ꝑ ea q̃ superius dicta sũt in tractatu de assisa novæ disseysinæ ubi respõdetur cõtra assisam. ¶ 2. Itẽ cõpetit exceptio tenẽti cõtra petẽtẽ ex ꝑsona ipsius petentis peremptoria ut excludat eum ab actione imperpetuũ, eo quòd nihil juris habeat cùm sit bastardus, & aliquando opponitur in modũ exceptionis, secundũ ꝙ hic dicitur, et cùm ꝓponatur à tenente quandoq̃ cadit loco actionis quasi ꝓponitur à petente cõtra tenentẽ, ut ita à possessione amoveatur. Et unde videndũ inprimis qualiter opponi debeat &c. & cui, & â quo & in qua actione, & qualiter cõtra exceptionẽ respõdeatur alii cùm fuerit opposita. Itẽ qualiter ꝓbari debeat, et ubi opponi, et ubi terminari, & ad q̃m sequi ꝑtineat, & ꝙ sit officiũ judicis Ecclesiastici, & quod sit officiũ secularis. Item quis legitimus dici debeat et quis bastardus quoad successionẽ secundũ legẽ et cõsuetudinẽ Angliæ. Itẽ quid juris si uterq̃ bastardus, tam petens qm tenens. Itẽ quid juris si cùm legitimatio ꝓbata fuerit moriatur ille qui ꝓbaverit anteqm ad curiã regiã ꝑvenerit cũ ꝓbatiõe.

¶ 1. *De exceptione bastardiæ in casibus bastardiæ quod nulla bastardia simplex sed quælibet causam habet certam.* 2. *De mittendo ad curiam Christianitatis utrum ante vel post matrimonium constitutio concessa & approbata coram rege & consilio suo clericis & laicis.* 3. *Quis possit apponere bastardiam.* 4. *Contra quem competat.* 5. *Inter quas personas.* 6. *Cùm objecta fuerit cum causa, oportet quod sequatur probatio.* 7. *Quòd mittatur inquisitio bastardiæ ad curiã Christianitatis per breve.* 8. *Forma brevis.* 9. *Oportet quod ille cui opponitur bastardia probet se esse legitimum.* 10. *Breve quod opponitur ei bastardia qui est in seysina.* 11. *Quòd pater nunquam desponsavit matrem.* 12. *Breve quod natus ante matrimonium.* 13. *Cùm loquela transmissa fuerit ad curiam Christianitatis & remaneat placitum in curia regis donec veniat inquisitio.* 14. *De officio ordinarii.* 15. *Facta inquisitione, breve per quod statim resummoneatur loquela.* 16. *Quòd ad diem resummonitionis poterit esse essoniatus si voluerit.* 17. *Quis sit effectus legitimationis cùm probata fuerit.* *Cap. 19.*

Plea of Bastardy

QUaliter opponi debeat bastardia inprimis vidẽdum. Proponi quidẽ solet aliquando cum adjectione causæ quare bastardus sit et quandoque sine causa, sed quoniam ubi causa non adjicitur sub tali responsione poterit esse obscuritas & incertitudo, quia cùm sciri non poterit ad quod forum pertinere debeat cognitio, non refert utrum quis omninò non respondeat vel obscurè: ut si dicat tenens simpliciter quod petens nihil juris habet in re petita, quia bastardus est, & paratus est probare bastardiam, ubi et

quando debuerit, si ꝓhibitio ex tali ꝓbatione & respõsione statim mittatur ad curiam Christianitatis, ita poterit quidem ꝓbatio q̃libet indifferent fieri in curia Christianitatis q̃ in quibusdã cõtraria est legi & cõsuetudini Angliæ, ꝙ esse non debet cùm nihil aliud sit sub tali obscuritate transmittere inquisitionem de bastardia faciendã ad curiã Christianitatis, q̃m venire cõtra legem & cõsuetudinem Angliæ. Ad talem igitur errorem tollendũ, necesse est causam addiscere, ut si dicat tenens, frater nihil juris habes in t̃ra petita quia bastard' es, quia pater tuus nũq̃m despõsavit matrem tuã, talis cognitio bastardiæ rectè ꝑtinet ad judicem Ecclesiasticũ ex quo p̃cisè dedictũ est matrimoniũ, quia nõ ꝑtinet ad judicem secularem discussio utrũ sit ibi matrimoniũ vel nõ, cũ ipse cui objicitur dicat cõtrariũ. Idem erit si dicat, frater nihil juris habes in t̃ra illa licet matrimoniũ intervenerit, quia inter patrem tuũ & matrẽ tuã cõtractũ fuit matrimoniũ illegitimũ ex quo prius cõtraxit cũ quadã q̃ vixit tempore quãdo cõtraxit cum matre tua. Est igitur ad curiã Christianitatis inquisitio in hoc transmittenda, quia ad judicem secularem nõ ꝑtinet discussio quis eorũ & q̃ illarũ sit legitima uxor & q̃ nõ. Itẽ opponi poterit bastardia, cũ adjectione causæ ut supra, sed nõ erit ad curiam Christianitatis inquisitio demãdanda, quia nihil ꝑtinet ad judicem ecclesiasticũ cognoscere de prioritate vel posterioritate nativitatis ejus cui opponitur bastardia, cũ spõsalia vel matrimoniũ hinc inde concessa sint, nõ magis q̃m si quis ita diceret, frater nihil juris habes in terra illa, & si jus haberes petere non potes quia petis de tempore Regis Henr̃ senis, vel ulterius ꝙ omnem excludit actionem, vel si dicat tenens sic: frater, nihil juris habes in t̃ra petita quia bastardus, quia natus fuisti ꝑ tantum temp' ante sponsalia vel matrimoniũ contractũ inter patrẽ tuum & matrẽ tuam. Et quia hinc inde conceditur matrimonium, bene poterit Rex in curia sua inquirere sine alicujus p̃judicio utrũ talis cui objiciatur natus sit ante matrimoniũ vel post, sicut inquirere poterit in aliis casib' utrũ natus in tempore Regis H. vel Regis J. & maxime in defectũ Episcoporũ, quia cõtrarii sunt legibus & consuetudinibus Angliæ, nec etiam magis injuriosum est quàm si Rex in placito dotis in curia sua fieri faciat inquisitionẽ utrum mulier dotem petens dotata sit ad ostium Ecclesiæ vel alibi, vel utrum sponsalia vel matrimonium publicum sit vel clandestinum. Et cùm in curia domini Regis anno Regni sui vicesimo in crastino sancti Vincentii apud Merton coram venerabili parte tunc Cantuar̃ Archiepiscopo, & coram suffraganeis suis omnibus, & coram majore parte comitum & Baroñ Anglię tunc & ibidem existentium ꝓ coronatione Regis & Reginæ, pro quo omnes vocati fuerunt, generaliter tractatum esset de communi utilitate totius regni super pluribus articulis Regem & Reginam tangentibus, inter alia tractatum esset de hujusmodi objectione bastardiæ, utrũ vz. quis natus ante sponsalia & matrimonium haberi possit ꝓ legitimo sicut ille qui post matrimonium natus fuit. Ad quod omnes episcopi respõderũt ꝙ omnes illi qui nati fuerunt ante spõsalia vel matrimonium, ita erunt legitimi sicut illi qui nati erunt post matrimonium quoad dominum

Vid: Stat: Merton. c.

dñm Deũ et quoad ecclesiã,nec voluerunt nec potuerũt sine ꝑjudicio ecclesiasticæ dignitatis respõdere ad bře super hujusmodi inquisitione facienda de bastardia sic objecta, rescribere dño Regi vz. utrũ ante vel post,quia hoc esset in ꝑjudiciũ S. Ecclesiæ, ut dicebãt, sed rogabant regẽ et magnates ꝙ ad hoc consensum ꝑberent ꝙ nati ante matrimoniũ quoad omnia legitimi esse possent, sicut illi qui post, et omnes comites et baroñ,quotquot fuerũt, responderunt una voce ꝙ noluerunt leges Angliæ mutare q̃ usq; ad tẽpus illud usitatæ fuerunt & approbatæ. ¶ 2. Postea verò die Jovis ꝓximè post festum S. Dionisii anno eodem coram ipso dño Rege & subscriptis, convocato consilio ꝓvisum fuit & concessum ab ipso dño Rege coram venerabili patre E. Cantuariensis Archiepiscopo R. Cyceftř Episcopo dño regis Cãcellario, R. Dunolm̃ episcopo, H. Eliens. episcopo,episcopo Norwic. episcopo Londoñ, episcopo Bathoñ, episcopo Exoñ, episcopo Karleol, episcopo Hereford et episcopo Roffeñ. Itẽ corã baronibus subscriptis. Richardo com̃ Corũbiæ et Petro G. com̃ Marr. J. com̃ Linc. W. com̃ Warhã , J. com̃ Cestř,W.com̃ Ferř T.com̃ Warř,H.com̃ Kãc.H.de Ver com̃ Oxoñ,H.com̃ Hereford,Simõ de monte forte com̃ Leic. Itẽ corã barronibus subscriptis, Radulpho de Tony , Philippo de Albinaco. R. filio Michaelis , H. filio Machute,J. Marescalř, G. de Lucy,R. de Argentõ,H. dispensatore,W.de Say. W. Bardolph. W. de Cantelupo seniore & W. juniore, R. Sylkard, W. de Bromich,A.de S.Amando,B. Curiall. E. de Syngoy,R.de Mussengoy.B.de Pancy,G.de Lucy,R.filio Hug.& aliis q̃m pluribus tunc ibidẽ ꝑsentibus , ꝙ de cætero cùm bastardia objecta fuerit alicui de tali causa in curia dñi regis ꝙ bastardus sit, & ideo bastardus quia natus ante sponsalia vel matrimoniũ cõtractum inter patrem suũ & matrẽ suam, mittatur loquela ad ordinariũ loci & fiat inquisitio ꝑ hæc verba, utrũ videlicet talis natus fuerit ante spõsalia sive matrimonium vel post,& rescribat ordinarius ꝑ eadẽ verba domino regi sine aliqua cavellatione. Et in inquisitione illa facienda cesset omnis appellatio sicut in omni alia inquisitione de bastardia de qua inquisitio demãdãda fuerit alicui ordinario faciẽda,& maxime ꝙ nulla fiat appellatio extra regnũ si de necessitate cõtingat appellari , & tũc ꝑceptum fuit ꝙ ita teneretur & observetur in futuro tã de illis q̃m de quibus judiciũ extunc faciendũ esset in curia dñi regis,tam de placitis inceptis q̃m incipiendis, cùm hujusmodi bastardia objiciatur ex tali causa. Et ꝙ assisa mortis antecessoris ꝓcessit in curia dñi regis super hujusmodi bastardia infra ætatẽ petentiũ, & ubi jurata dixit ꝙ nõ fuerunt hæredes ꝓpinquiores, quia nati fuerunt in adulterio ante matrimoniũ: ꝓbatur in itinere M. de Pateshull in com̃ Cant. anno regis H. filii J. undecimo Assisa mortis antecessoris. si Henricus Pamsore deceñ Norlington. Rationib⁹ igitur supradictis & ex tali com̃uni cõsensu,in electiõe dñi regis esse poterit utrũ velit ĩquisitionẽ illã faciẽdã demãdare ordinariis vel illã facere in cuř sua,quia si illã in cuř sua feceř,cũ exceptio ei data fuerit et apta et ex ceřt causa,nõ debet respõsio esse obscura, sed sicut opponit exceptio ꝙ secũdũ legẽ et cõsuetudinẽ Angl bastard⁹ est,eo

Special Bastardy to be tried by the Spiritual Court.

either at Com. Law, or in Spiritual Court.

quòd natus ante sponsalia vel matrimoniū, & sic ex tali causa replicare debet petens et dicere ꝙ legitimus est ex causa contraria, quia natus est post sponsalia vel matrimoniū, & sic contradicere intentioni tenentis, quia non contradicit sed dicit simpliciter ꝙ legitimus sit & paratus ꝓbare se legitimum ubi debuerit, quia ad causam non respondet. Debet igitur dicere causam ꝙ legitimus, quia natus post sponsalia vel matrimoniū. Si autem ex tali obscura responsione mittatur ad curiam Christianitatis, et rescribatur obscurè ꝙ legitimus, vel si causa objecta fuerit & non rescribatur ꝑ eadem verba sed ꝙ legitimus sit, in defectū curiæ Christianitatis fiat inquisitio in curia dñi Regis utrum ante matrimoniū vel post, quia videtur ꝑ hoc ꝙ ibi possit esse fallacia, & verum rescribatur et falsum sed diversis respectib⁹, quia poterit esse legitimus secundū statuta ecclesiæ quantum ad ordines, et quātum ad dignitates, et quantū ad leges et cōsuetudines Anglicanas, bastardus quantū ad successiones. quia ibi licet legitimus ad ꝑdicta sive ante sive post. Et cùm taliter objecta fuerit bastardia ex causa tali, si petens obscurè respondeat, denegetur ei actio ac si nihil respondisset, & tenens se teneat in pace. Si autē tenenti objecta fuerit et sic obscurè responderit, quasi indefensus rem possessam amittat, quia non omninò respondere vel obscurè ad paria judicantur. Ad Papam et ad sacerdotiū quidem ꝑtinent ea quæ spiritualia sunt, ad Regem vero et ad regnum ea quæ sunt temporalia, juxta illud, Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Et unde ad Papam nihil pertinet ut de tēporalibus disponat vel ordinet, non magis qm Reges vel principes de spiritualibus, ne quis eorum falcem imittat in messem alienam. Et sicut Papa ordinare potest in spiritualibus quoad ordines et dignitates, ita potest Rex in temporalib⁹ de hæreditatibus dandis vel hæredibus constituendis secundum consuetudinem regni sui. Habet enim quodlibet regnum suas consuetudines et diversas, poterit enim una esse cōsuetudo in regno Angliæ, et alia in regno Franciæ quantum ad successiones. Et notandum quòd si quis apponendo bastardiam mentionem non faciat de hac dictione (bastardus) amittet per judicium : ut si dicat, frater nihil juris habes in terra illa quia natus fuisti ante matrimonium, nulla facta mentione de bastardia : ut in itinere W. de Ralegh in comitatu Warr. assisa mortis antecessoris si Wilhelmus de Munworth pater Thomæ. Opponi etiam poterit bastardia multis de causis instituta actione, aliquando in judicio, aliquando ad querelam ejus qui dicit se esse verum hæredem, & de quibus non oportet transmittere loquelam ad curiam Christianitatis vel inquisitionem, ut si partus nascatur post mortem patris (qui dicitur posthumus) per tantum tempus quòd non sit verisimile quòd possit esse defuncti filius, & hoc probato, talis dici poterit bastardus. Item dici poterit bastardus & illegitimus et partus alienus falsò suppositus & nutritus ad exhæredationem veri hæredis, ubi mulier fecerit se prægnantem cùm non sit. Item si inquiratur ꝑ quantum tempus natus fuerit post humationē patris cujus filius esse debuit, ita quod non possit esse verisimile quòd sit filius talis. Idem dici poterit bastardus

baſtardus partus ſuppoſitus mortuo vero hærede ſub cuſtodia, ut ſupra de qualitate & differentia hæredis de ꝑtu ſuppoſito. Item dici poterit baſtardus ab alio quàm à patre ꝓgenitus, ubi non ſit veriſimile aliqua ratione ꝙ poſſit eſſe hæres mariti, ut ſi pater abſuerit ꝑ longum tẽpus in terra ſancta, quod veritas vincere poſſit ꝑſumptionem. Sed aliud erit, ſi vir in patria vel extra patriam prope quod acceſſum habere poſſit ad uxorem occulte, et maximè ſi maritus eum deadvocaverit omnino, niſi ꝑſumptio faciat cõtra ipſum quod partus poſſit eſſe hæres, ut ſupra, et ibi de hac materia, ubi perpendi poterit quis ſit legitimus & quis baſtardus. Et ſciendum ꝙ liberorum quidam poſſunt eſſe legitimi et quidam baſtardi, et aliquando omnes legitimi et aliquando omnes baſtardi, vel unus ex pluribus legitimus, et alii omnes baſtardi et è contrariò, ut ſupra perpendi poterit de qualitate hæredum. Item notandum ꝙ cùm quis partum ſuppoſitum ſemel advocaverit, non poterit illum ulterius readvocare ſi hoc ꝓbari poterit, et erit talis filius et hæredes de quocunque anteceſſore tenuerit. Et cùm capitales domini vel quidam illorum hæreditatem tali reſtituerint et quidam reſtituere contradixerint, oppoſita baſtardia non valet contradictio, nec erit in hoc caſu inquiſitio demandanda ad forum Eccleſiaſticum, vel mittenda ad curiã Chriſtianitatis: Ut de itinere R. de Leinton de quodã Adamo de Aſton qui in tali caſu voluit tranſmittere loquelã ad curiam Chriſtianitatis, ꝙ quidem revocatum fuit & correctũ ꝑ M. de Pateſhull. ¶ 3. Item videndum quis baſtardiam opponere poteſt, et ſciendum ꝙ ab eo ad quem pertinet, ſicut à vero hærede contra eum qui ſe facit hæredem cùm non ſit, ſive petens ſit qui opponit ſive tenens. Item ille qui loco hęredis eſt, ſicut dominus capitalis cùm in ſeyſina fuerit hæreditatis ſicut de eſchaeta ſua propter defectum hæredum tenentis ſui, cùm non ſit alius niſi ille qui petit, et ſit baſtardus. Si autẽ plures ſunt qui ſe faciant hæredes, tunc non ꝑtinebit ad dñm capitalem baſtardiam objicere, quia quamvis competat contra hæredem, tamen non ꝑtinet ad dominum capitalem ut illam opponat. Et quòd ad capitalem dominum non ꝑtineat, ꝓbari poterit de term̃ Paſchæ anno Regis Henr̃ duodecimo in com̃ Berk. de Roberto Hachard, ubi terra eſſe debuit eſchaeta ſua: ut de itinere Martini de Pateſhull in com̃ Eborũ anno regis Henr̃ decimo, Aſſiſa mortis anteceſſoris ſi Radulphus de Bully, ſed cùm capitalis dominus baſtardum ſemel cognoverit ad hæredẽ, vel ſi reddiderit ei aliquam ꝑtem hæreditatis ut legitimo, ſi poſtmodum ei velit baſtardiam objicere, non audietur ut illam opponat: ut de term̃ S. Hilarii anno Regis Henrici decimoquarto in com̃ Midd̃ de Abbate S. Albani & Willo filio Radulphi. Sed cõpetit vero hæredi contra fratrẽ et aliũ qui ſe facit hæredem cùm ſit baſtardus, ſive unus eorũ ſit hæres ſive plures legitimi, vel unus vel plures baſtardi qui ſe faciunt hæredes, ſive tenentes ſint ſive petentes. Et ſi uterq̃ baſtardus fuerit tã petẽs q̃m tenẽs, et petẽs baſtardiã objecerit tenenti, ſi tenẽs replicãdo dixerit petẽtẽ eſſe baſtardũ, oportet petẽtẽ ſe docere legitimũ, alioquin nihil capiat, cũ melior ſit in hoc caſu conditio poſſidentis, &

P[?] ... may object Bastardy.

tune capitalis dñs petat & ꝑtinet ad ipsum exceptio. ¶ 4. Itē contra q̄m cōpetat, & sciendū ꝙ contra q̄mlibet tam masculū q̄m fœminā, tā cōtra minorē q̄m majorē, dū tamē si infra ætatē sit minor cui opponitur, nō ꝓcedat inquisitio de bastardia ante ætatē, dū tamen minor tenens fuerit, quia nō magis tenetur respondere ad exceptionē de bastardia ante ætatē, q̄m ad assisam, cùm exceptio bastardiæ tā in causa possessionis q̄m ꝓprietatis t̄minet negotiū, ut de itinere M. de P. in com̄ Kanc ad festū S. M. an̄ regis Hērici undecimo incipiente duodecimo, assisa mortis antecessoris si Wilhelm̄ de Herst, ubi assisa venit super custodē, qui dixit ꝙ nihil habuit nisi nomine custodiæ cum quodā qui fuit infra ætatē, & de quo responsū fuit ꝙ bastardus erat. Si autē à majore contra minorē petentē, ꝓcedat assisa, ut in eodem itinere, assisa mortis antecessoris si Henr̄ Paufurere quibus à petentibus objecta fuit bastardia, & de quibus dixerunt juratores ꝙ bastardi fuerunt, quia nati ante matrimoniū, et processit assisa mortis antecessoris in curia regis. ¶ 5. Itē non cōpetit exceptio bastardiæ nec locum habet inter conjunctas ꝑsonas, sed inter extraneas, in causa possessionis, nec in placito de cō sanguinitate, nō magis q̄m in assisa mortis antecessoris, quia ubi eadē ratio ibi erit & idem jus inter tales ꝑsonas agitur de ipso jure, & non de aliqua possessione, si fuerit hæreditas descendens à com̄uni stipite, quia si inter eos teneretur hujusmodi exceptio, sic terminari posset ꝓprietas ipsa in placito possessionis: licet objici posset ꝙ bastardus sit tanquā extraneus quantū ad verū hæredē. Sed tamen inter eos non ꝓcedat ista exceptio, non magis q̄m assisa, quia adhuc in pendenti est utrum ille cui objicitur bastardia se ꝓbare posset legitimū vel non. ¶ 6. Cùm autē sic objecta fuerit bastardia adjecta causa, non valet exceptio nisi ꝓbetur ꝙ tenens dicat petentem esse bastardum, et idem petens replicando dicat se esse legitimum vel e contrariò. Videndum ad q̄m illorum ꝑtineat ꝓbatio bastardiæ vel legitimationis, & videtur ꝙ ad ipsum ꝑtinebit in omni casu qui est extra seysinā, cùm ille qui est in seysina nō habeat necesse ꝓbare nec exceptionē si ipse exceperit de bastardia, neq̄ replicationē de legitimitate si bastardia objecta fuerit cōtra ipsum, ꝓpter com̄odum possessionis: quia cùm tenens objecerit exceptionē bastardiæ cōtra petentē, petens arctatur ad ꝓbationē legitimitatis, tenens ad ꝓbationem bastardiæ ꝓcedat & excipiendo, oportebit petentē docere legitimū esse replicando, alioquin cadit à causa, & tenenti remanebit possessio. Si autē e contrariò à petenti tenēti opponatur bastardia, & ꝙ nihil juris habeat in t̄ra q̄m tenet, quia bastardus: responderi poterit à tenente ꝙ ipse est in seysina, sicut hæres legitimus, unde oportebit petentē replicare ꝙ bastardus, & sic replicando ꝓbare bastardiam, & sic oportet petentem sequi, quia tenens nunquam sequeretur, & sic in utroquè casu incumbit ꝓbatio replicationis ipsi petenti, vel ꝙ ꝓbet se legitimum sicut in primo casu, vel quòd tenentem probet bastardum sicut in secundo casu. ¶ 7. Cùm igitur in suo casu aliquando transmittēda sit loquela ad curiā Christianitat̄ in casu licito, modo cōsueto & debito, quia cognitio bastardiæ et inquisitio

fieri

fieri debeat in curia Christianitatis: tunc fiat brē ordinario loci sub hac forma. Ex ꝑte Regis, infra Regnū si ordinarius fuerit sub potestate Regis. Si autem extra regnum fuerit ordinarius qui cognoscere debuit & non sub potestate Regis, & non teneatur obedire nisi velit, nec inquirere possit nisi fuerit ei demandatū, cadere poterit actio petentis ꝓpter defectum ꝓbationis. Et notandū ꝙ antequā loquela & inquisitio bastardiæ transmittatur ad curiam Christianitatis, oportebit ꝙ visus fiat de t̃ra q̃ petitur, quia cùm ꝑ inquisitionem sic factam tota causa decidatur, et nihil supersit post inquisitionem nisi judiciū reddendū in curia dñi Regis, ꝑposterè ageretur si tunc primò visus peteretur. Et ideo necesse est ꝙ prius fiat visus, ut Justic. de re certa certum dare possit judiciū. Et cùm remissa fuerit inquisitio ad ordinariū dño Regi, non erit ulterius aliqua exceptio opponenda, ꝓ qua minus ꝓcedat judicium. ¶ 8. Rex venerabili in Christo Patri A. eadem gratia Londoñ Episcopo salutē. Sciatis ꝙ cùm A. in curia nostra coram nobis, vel coram Justic. nrīs peteret versus B. tantā t̃ram cum ꝑtinentiis in tali villa, idem B. venit in eadem curia coram &c. et objecit eidem A. quod nullum jus habuit in terra illa, eo quod bastardus est, quia natus antequam talis pater ipsius A. desponsavit matrem ipsius A. Et ideo vobis mandamus, quod convocatis coram vobis convocandis, rei veritatem inde diligenter inquiratis, videlicet utrum prædictus A. natus fuit antequam prædictus talis desponsavit talem matrem ipsius A. vel post. Et inquisitionem quā inde feceris scire facias nobis vel Justiciariis nrīs talibus per literas vestras patentes. Teste &c. Et cùm in voluntate Regis sit trāsmittendi hujusmodi inquisitionem ad curiam Christianitatis vel non, nō dicatur in brevi, & quoniam hujusmodi inquisitio ꝑtinet ad forum Ecclesiasticū, sicut in aliis causis sequentibus ubi ꝑtinet ad forum Ecclesiasticum, et non ad forum seculare, et in hoc casu cùm à tenente proponatur exceptio bastardiæ versus petentem, oportebit quòd petens sequatur et probet se legitimū replicando cōtra exceptionem bastardiæ. ¶ 9. Henricus Dei gratia &c. venerabili &c. vel tali officiali salutē. Sciatis ꝙ cùm A. de N. in curia nostra coram &c. peteret versus B. et C. uxorem ejus, tantam terram cum pertinentiis in tali villa, ꝑ assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam & captam, & prædicta C. diceret se esse propinquiorem hæredem D. de cujus morte A. tulit assisam illam, idem A. objecit eidem C. quòd nullum jus habere potuit in terra illa eo quòd bastarda est, quia nata fuit antequàm pater suus desponsavit matrem suam, et ideo vobis mandamus &c. ut supra, & in hoc casu quia petens opponit exceptionem bastardiæ versus C. quæ tenet replicando contra eam quæ dicit se esse legitimam & hæredem & in seysina esse excipiendo, oportebit petentem probare bastardiam replicando illam esse bastardam. Et ꝙ dictum est supra de bastardia ejus qui natus est ante sponsalia, idem dici poterit de eo qui natus est post mortem antecessoris sui per tantum tempus, quòd non possit esse verisimile quòd possit esse filius & hæres. Item aliud breve consimile de eodem contra tenentem masculum vel fœminam

Here insert the writ.

This should follow above.

minam qui natus est de illegitimo matrimonio, sicut de adultera, scilicet ubi quis duas habuerit uxores, unam videlicet de jure et aliã de facto, et ille partus qui de legitimo fuerit in seysina; & hujusmodi cognitio ad forum pertinet Ecclesiasticum et non ad forum Seculare. ¶ 10. Rex tali Episcopo salutẽ. Sciatis ꝙ cùm A. peteret versus B. tantam terram cum ptinentiis in tali villa ut jus suum, et idẽ B. veniret in eadẽ curia, et diceret ꝙ fuit in seysina de eadem tra sicut de illa q̃ ei hæreditariè descendit de quodam C. patre suo cujus hæres ipse est ut dicit, Idem A. objecit eidem B. in eadem curia nra ꝙ nihil juris potuit habere in terra illa petita quia bastardus est, & natus de adultera, asserens se esse filium legitimum ipsius C. & hæredem, & quoniam hujusmodi cognitio ad forum pertinet Ecclesiasticum, vobis mandamus quòd convocatis convocandis &c. (ut supra.) Est etiam alia exceptio bastardiæ, q ad curiam Christianitatis transmittenda est, et non terminanda in curia regia, sive ꝓponatur à petente tenẽti, vel à tenente petenti, adjecta tali causa ꝙ pater talis nunquam desponsavit matrẽ talis petentis, vel tenentis, et tunc fiat tale bře. ¶ 11. Rex tali Episcopo salutẽ. Sciatis ꝙ cũ A. in curia nra coram &c. peteret versus B. tantam terram cum ptinentiis in tali villa ut jus suum, idẽ B. venit in eadẽ [illegible]ria et dixit ꝙ pdictus A. nihil juris clamare poterit in terra illa, quia bastardus est eo ꝙ C. pater suus, cujus hæredem se facit, nunquam desponsavit matrem suam. Et quoniam hujusmodi cognitio, de tali bastardia objecta ad forum pertinet Ecclesiasticum, vobis mandamus ꝙ convocatis convocandis coram vobis &c. ut supra. Item si quis crediderit alium esse bastardum, quia natus fuit tempore interdicti, adhibita solennitate quæ tunc potuit adhiberi, sive solennitas fuerit adhibita in facie Ecclesiæ, sive non, talis cognitio transmittenda est ad forum Ecclesiasticum ꝑ tale breve. ¶ 12. Rex tali episcopo salutẽ. Sciatis ꝙ cùm A. in curia nra &c. peteret versus B. tantũ terræ cum ptinentiis in tali villa ut jus suũ, Idẽ B. venit in eadẽ curia et objecit eidẽ A. ꝙ nihil juris inde clamare potuit, quia bastardus est, eo ꝙ natus fuit per tantum tempus ante matrimoniũ cõtractum solenniter in facie Ecclesiæ inter talẽ patrem ipsius A. & talem matrẽ ipsius A. responsum fuit à pdicto A. ꝙ legitimus est, et natus post matrimonium contractũ inter patrem et matrem suam tempore interdicti, adhibita omni solẽnitate quæ tunc potuit adhiberi. Et quonia hujusmodi causæ cognitio ut supra. ¶ 13. Cùm autẽ loquela et hujusmodi inquisitio transmissa fuerit ad curiã Christianitatis, remanebit placitum in curia dñi Regis sine die, quousq̃ venerit inquisitio ad curiam, postq̃m discussum fuerit de bastardia in curia Christianitatis. ¶ 14. Officiũ vero ordinarii erit, ꝙ cõvocatis ꝑtib⁹, in earũ ꝓsentia si interesse voluerint, fiat diligẽs et sũmaria inquisitio secundũ formã brevis, et si spõsalia vel matrimoniũ sint cõtracta, vel õninò nullũ, vel si matrimoniũ, tamẽ illegitimũ: vidẽdũ igit erit de matrimonio de quo supradicĩ est in tractatu, quis hæres sit legitimus, et ubi dicĩ ꝙ hæres est legitimus, q̃m justæ nuptiæ demõstrãt, sive clãdestinũ fuerit matrimoniũ sive publicum, sive per verba de ꝓsenti sive per

verba

verba de futuro, sive sub conditione contractũ, dum tamen dissolvi nõ possit, nec in vita contrahentiũ fuerit dissolutum, cùm spõsalia sive matrimonium sit conjunctio maris et fœminę individuam vitæ retinens cõsuetudinem. Et ꝑ hoc de facili ꝑpendi poterit quis legitimus fuerit & quis bastardus. Cùm antẽ judex Ecclesiasticus inquisitionẽ fecerit, nõ erit ab eo appellandum ab aliquo, nec à petente nec à tenente: à petente nõ, quia talẽ jurisdictionẽ et talem judicẽ elegit; à tenente non, quia sic posset causam in infinitũ ꝓtrahere de Judice in Judicẽ usq; ad Papã, et sic posset Papa de laico feodo indirecte cognoscere. Itẽ notandũ ꝙ tantũ operatur tenentis absentia q̃m ꝑsentia, sed à delegato et ab officiali si dicãtur errasse vel collusionem fecisse potest appellari ad Episcopũ, vel aliũ ordinariũ, quia ordinarius errorẽ taliũ et sententiã poterit revocare vel corrigere, licet nõ possit ꝓpriũ, nisi cũ difficultate. Facta igitur inquisitione secundũ ꝙ ꝑdictũ est cùm pars sequens venerit ad curiã cũ inquisitione, statim sum̃oneatur loquela q̃ remãsit sine die & sum̃oneatur tenẽs ꝑ hoc bře. ¶ 15. Rex vic. salutẽ. Summoneas ꝑ bonos sum̃onitores B. tenentẽ ꝙ sit coram Justic. nr̃is apud talẽ locũ auditurus recordũ & judiciũ suũ de loquela q̃ fuit in eadẽ curia nr̃a corã &c. inter A. petentẽ et eundẽ B. tenentẽ, de tanta tr̃a cũ ꝑtinentiis in tali villa, quã idẽ A. in eadẽ curia nr̃a clamat ut jus suũ versus eundẽ B. et unde idem B. dixit ꝙ idẽ A. nullũ jus habuit in terra illa eo ꝙ bastardus fuit, quia pater suus nunq̃m desponsavit matrem suam, vel alia tali de causa: & unde inquisitio bastardiæ transmissa fuit ad curiã Christianitatis, & habeas ibi sum̃onitores et hoc bře. Teste &c. ¶ 16. Ad primum vero diem sum̃onitionis bene poterunt se essoniare tam petens q̃m tenens si voluerint, simul vel vicissim, quousque habuerint essonium. Si autem ad primum diem vel post essonium tenens defaltam fecerit post resummonitionem, cùm summonitione ꝑventus sit, statim testata summonitione capiatur terra in manum dñi Regis per defaltam per parvum cape, & tenens ille sum̃oneatur ꝙ sit ad alium diem auditurus inde judicium suum. Et ad quem diem sive venerit sive non, amittet seysinam suam per defaltam, sive inquisitio fecerit pro eo sive contra ipsum, nisi docere possit rationem sufficientem quare nõ venerit. Si autem summonitione præventus non fuerit, sed malitiosè ante resummonitionẽ pendente inquisitione cõtumaciter se transtulerit ad ꝑtes transmarinas & extra regnũ absentaverit, ita ꝙ sequi noluerit nec interesse inquisitioni cùm Episcopus vel Ordinarius Justiciariis hoc mandaverit, nihilominùs faciant Justic. eũ sum̃oneri, ac si in regno esset, ꝙ sit auditurus recordũ & judicium suũ, ut supra. Et ita ꝓcedant quousq; talis amiserit ꝑ defaltam: ut de Itinere M. de P. in com̃ Norff. de Henry de la Stoke. ¶ 17. Effectus vero legitimationis ꝓbatæ hic est, ꝙ cùm semel ꝓbata fuerit & judicium ꝓ tali reddatur in curia Regis semper quoad omnes legitimus erit, nisi in ꝓbatione intervenerit fraus, nõ erit itaq; ad plures curias Christianitatis trãsmitted', objecta ab aliquo tali exceptiõe, quia si ad diversos mitteret episcopos, posset cur̃ regiæ cõtraria vel diversa rescribere. Sed fraudu-

lenter

After Inquisition in Spiritual Court summons &c.

legitimacy once proved is established for ever unless fraud

lenter posset fieri inquisitio hoc modo, ut si quis plures t̃ras vel amplas hæreditates peteret à diversis, ꝓcurare poterit petens ꝑ fraudē ꝙ ab aliquo ipsorū ei opponeretur bastardia, & ita pacisci cū eo ne quid diceret in testes & cōtra testificata, et sic fraudulenter ꝓbare possit legitimationē, et sic obtinere versus omnes, ꝙ quidē esset iniquum. Itē esto ꝙ quis cum legitimationē suā ꝓbaverit corā quibuscunq̄ judicibus, anteq̄m ad curiā venerit cum inquisitione moriatur, si talis hæredes habuerit de carne sua ꝓcreatos, tales habendi sunt ꝓ legitimis, et aliis p̄ferendi in successione, et ex tali inquisitione erit judicium reddendum ꝓ hærede, ꝙ ꝓ antecessore redderetur si viveret, quia legitimitas antecessoris ꝓbata, extenditur ad hæredes quoad omnia, videlicet successiones, ordines, et dignitates. Et notandū ꝙ post mortem nō valet talis exceptio ꝓposita contra eum qui mortuus est, cùm ad exceptionem talem respondere non posset, inquiri tamen poterit ꝑ patriam utrum talis fuerit necne, secundum ꝙ inquiri poterit utrum quis libere tenuerit, vel in villenagio, licet de statu talis inquiri non potest post mortem, ut de term̄ S. M. anno Regis H. vi. incipiente vii.

post mortem how Bastardy tried

¶ 1. *Exceptio competens ex persona petentis si fuerit non sanæ mentis. i. furiosus & sunt plures peremptoriæ. 2. Exceptio ex persona petentis si fuerit surdus & mutus naturaliter. 3. Exceptio propter morbum incurabilem sicut de leproso. 4. Exceptio ex cognitione ubi quis se cognovit ad villanū. 5. Exceptio si de crimine convictus fuerit de felonia vel aliquis antecessorū. 6. Exceptio per mortem civilem si quis contulerit se religioni & habitum religionis susceperit. Cap. 20.*

plea of non sane mentis

COmpetit etiā exceptio perēptoria tenenti ex ꝑsona petētis, si petēs furiosus fuerit vel nō sanæ mētis ꝙ discernere nesciat, vel omninò nullā habeat discretionē. Tales em̄ non multū distāt à brutis q̄ ratione carent, nec valere debet ꝙ cū talibus agitur durāte furore, possunt enim quidā dilucidis gaudere intervallis, & quidam habent furorem ꝑpetuū. Quod autē actum fuerit cū talibus tēpore quo dilucidis gaudent intervallis, ratū erit ac si cum aliis ageretur, sive furorem simulaverint sive non. Acquirere quidem non poterunt in ipso furore, vel cùm non fuerint sanæ mentis aliqui, quia consentire nō possūt, nec acquisita alienare vel dare, quia alienationi non magis consentire possunt quàm acquisitioni, sed seysinam retinent, quia animum mutare non possunt, quem acquirendo dum essent sanæ mentis habuerint, et furor superveniens nihil adimit non magis quàm morbus incurabilis sicut lepra, secundum quod dicitur quòd multa impediunt contrahendo quæ non dirimunt contractum, & ita sunt multa quæ impediunt ꝓmovendo, quæ non dejiciunt jam promotum. Et talibus de necessitate dandus est tutor vel curator. Sed quid dicendum erit de fatuo: Fatuus quidem acquirere poterit, non tamen in aliquo discretionem habet, & talibus similiter datur curator, nisi autem expresse renunciaverit, quia contra voluntatem expressam non acquirit, sicut contigit coram ipso Rege & fratre & hærede Herberti filii Petri, qui publicè renunciavit hereditati, & ita quòd successit ei Reginaldus frater minor. Si autem ita fatuus fuerit quòd nihil sciat discerne-

Fatuus

cernere inter tenemēta nec inter jura, talis nunqm acquirit, quia nō cōsentit. Sed discussio hujusmodi exceptionis discretioni judicis relinquatur. ¶ 2. Competit autē tenenti exceptio perēptoria ex persona petentis ꝓpter defectū naturæ: ut si quis fuerit surdus & mutus naturaliter, s. ꝙ ōnino loqui nō possit nec audire, nō tamē si tardè audiat, vel loqui fuerit aliquātulū īpeditus. Et talis cùm naturaliter surdus fuerit & mutus, acquirere non potest, quia nō potest cōsētire, quia verba stipulātis audire nō potest omninò, et cū ōninò audire non possit nec omnino loqui, voluntatē & cōsensū exprimere nō potest, nec verbis nec signis. Naturaliter dico, hoc est à nativitate, sicut dicitur de cæco, qui cæcus fuit à nativitate, quia si hoc aliter alicui evenerit à casu, inquirendū erit qualis fuerit ante hujusmodi infortuniū. quia si loqui potuit ab initio & audire & cōsentire, ꝑ se & ꝑ ꝓcuratorē acquirit, & acquisita retinet, sed tamen de facili non transfert ad alium acquisita, sed cū surdus et mutus naturaliter acquirere non possit, ꝑ officiū judicis invenienda sunt ei necessaria quoad vixerit ꝓ qualitate ꝑsonæ, & hæreditatis quantitate si hæres esse debuit, & si semel autoritate curatoris acquisierit, si fuerit inde ejectus recuperabit ꝑ assisam sicut minor. ¶ 3. Datur etiam exceptio tenenti ex ꝑsona petentis peremptoria, ꝓpter morbū petentis incurabilē & corporis deformitatē, ut si petens leprosus fuerit & tam deformis ꝙ aspectus eum sustinere non possit, & ita ꝙ à comunione gentium sit separatus, talis quidē placitare non potest, nec hæreditatē petere: ut de term̄ S.T. an̄ Regis H. xi. in com̄ Hereford de Agnete q̄ fuit uxor Johannis de Westwikam petēte dotē ejus. Hujusmodi vero morbus repellit petentem ab agendo, sed hæreditatem jam habitam non adimit morbus superveniens sed habendā. ¶ 4. Datur exceptio tenenti ex ꝑsona petentis peremptoria, ꝑ cōfessionē & cognitionē petentis sive liber sit sive servus, ut si quis in curia dn̄i Regis semel cognoverit se esse villanū, licet liber sit, semper obstabit ei exceptio villenagii, ut supra in pluribus locis: et similiter de itinere M. de P. de loquela q̄ fuerit super judiciū in diversis com̄ an̄ Regis H. iii. in com̄ Dors. de Hamelino filio Radulphi. ¶ 5. Datur etiā exceptio tenenti ex ꝑsona petentis perēptoria, ex crimine & delicto petētis, de quo ꝑ judiciū fuit covict⁹ vel utlagat⁹, vel si t̄rā abjuraverit & postea ꝑ Regē fuerit restitutus ad pacē, & q̄ eodem modo competit tenenti ex ꝑsona antecessorū petentis; sicut ex ꝑsona sua ꝓpria, ita ꝙ hæreditas vel tenementū petitū descendere nō possit ad petentē, ut si ipse petens feloniā fecit, pater vel mater, frater vel soror, à quo vel ꝑ q̄m jus descēdere deberet ad petentē, refert tamē qualiter quis fuerit utlagat⁹, & qualiter restitutus, & utrū utlagatus fuerit ꝑ legē t̄ræ, vel cōtra legem t̄ræ & ꝑ volūtatem: et cōtra istā exceptionem respōdere poterit petēs multis modis, ꝙ nō est secūdū legē t̄ræ. Itē ꝙ nō in loco debito, sicut in com̄. Itē ꝙ nō interrogat⁹ de com̄ in com̄, sed in mercatis et in aliis publicis locis clamat⁹, vel utlagat⁹ ꝑ bre dn̄i regis & ꝑ solā volūtat̄ dn̄i regis, ordine juris nō observato: ut de term̄ S.M. an̄ regis H. xv. in com̄ Salop de Falcon̄ filio W. Et qualit̄ & quādo talis exceptio valere debet videri poterit de placit̄ coronæ

plea of deaf & dumb.

N.B. per officium judicis

coronæ de utlagatione utlagatorũ, & eorũ inlagatione, & ad q̃ restituātur & ad q̃ non. ¶ 6. Cōpetit exceptio tenenti ex ꝑsona petentis peremptoria, ꝓpter mortē civilē, ut si quis se religioni cōtulerit, et postea ad seculũ reversus agere velit & hæreditatē petere, non audietur. Cùm semel quis se religioni contulerit renunciat omnibus q̃ seculi sunt, habita distinctione, utrũ habitũ ꝓbationis susceperit, vel habitũ ꝓfessionis, & cùm sic objecta fuerit hujusmodi talis exceptio, inquisitio curiæ Christianitatis demandabitur facienda, cũ contra exceptionē talem fuerit replicatũ, et secundũ illā inquisitionē in foro seculari erit judicādũ, sicut cōtigit de W. Burdō de Deseburgh qui uxorē duxit quandā postq̃m effecta fuit monialis. Est etiā mors civilis in servo in servitute sub potestate dñi cōstituto. Hujusmodi vero servitus mortalitati cōparatur, quia fuit aliquādo in manu dñi vita et mors, sed modo nō, ꝓpter severitatem dominorũ sed in manu dñi Regis, sed cùm tales potestatem dñi sui effugerint, quasi resuscitati ad vitam aliquātulum respirant, secundum q̃ superius ꝓpendi poterit de exceptione servitutis.

¶ 1. *De exceptionibus quæ cōpetunt ex persona petentis & quæ peremptoriæ sunt sicut de minori ætate.* 2. *De quibus minor infra ætatem debeat respondere & de quibus non.* 3. *Breve ne minor respondeat infra ætatē de libero tenemēto suo donec sit talis ætatis.* 4. *Si plures sint hæredes quorum quidam infra ætatem & quidam non.* 5. *Exceptio ratione adjuncti sicut de participe & uxore.* 6. *Si mulier cum hæreditate nupta fuerit minori vel è contrario.* 7. *Status minoris mutari non debet nec de tenementis nec de servitio & consuetudinibus.* 8. *Replicatio, si in assisa mortis antecessoris vel in placito per breve de recto objiciatur minori quod placitare non possit quia minor est.* 9. *De probatione ætatis ex præsumptione per aspectum corporis.* 10. *Si Justic. dubitaverint cum venerint.* 11. *Qualiter probatur ætas per patriam cum per aspectum corporis probari non possit & per quos.* 12. *Ex præsumptione ut si quis alios placitaverit sicut major.* 13. *De resummonendo loquelam ad curiam quæ remansit sine die propter minorē ætatem.* 14. *Breve cùm seysinam recuperaverit jam major factus versus dominum capitalem, & similiter de vasto facto in uno brevi.* Cap. 21.

Dictum est in ꝓximo superius de exceptionibus q̃ cōpetūt tenēti ex ꝑsona petentis, & q̃ perēptoriæ sunt ꝑpetuæ: Nunc autē dicendũ est de exceptionib' q̃ cōpetunt eidē ex ꝑsona ejusdē q̃ dilatoriæ sunt, & tēporales. Et inprimis de illa q̃ petēti opponitur qui ante tēpus agere nō potest eo q̃ est minor & infra ætatē, maximè in causa ꝓprietatis nec etiam cōveniri, qua objecta si cōstiterit ipsũ esse minorē, differtur actio quousq̃ major effect' fuerit, sed non cadit bre, sed resumoneatur loquela cũ ꝑvenerit ad ætatē, nisi forte talis sit actio ad q̃m infra ætatē respondere teneatur. Et quoniā diversæ sunt ætates et diversimodè judicādæ secūdũ diversitatē actionũ, ꝑsonarũ & tenementorũ, ideo de ætatib' qualiter inter se differāt videam': sed de hac materia & differentia ætatũ dicitur in ꝑte supra in tractatu de custodia minorũ qui esse debent sub custodia et cura dominorũ & ꝑ quantum tēpus. Sed quoniā minor quandoq̃ infra minorem ætatē agere poterit & cōvenire majorem & quādoq̃ cùm fuerit in seysina tenetur respondere infra minorem ætatem in quibusdā casibus tam minori q̃m majori, in quibusdā autem nec majori nec minori ante plenā ætatem, videndũ inprimis ĩ quib' casibus infra ætatem agere possit & petere, & quæ, & qua actione. Et sciendum

endū ꝙ in qualibet ætate petere poterit seysinā ꝓpriā si fuerit disseysitus, p assisam novæ disseysinæ quandocunq̄ & qualitercunq̄ fuerit disseysitus. Itē seysinā antecessorū cujuscūq̄ p assisam mortis antecessoris sed cum ita recuperaverit, nō respondebit inde ante plenā ætatē ad aliquod bře impetratū super possessione vel ꝓprietate, sed liberū socagiū petere nō poterit ante tēpus de seysina antecessoris p bře de recto, ante ætatem xiv. annorū non magis qm feodū militare anteqm effect' fuerit ætatis xxi. anni, hoc est anteqm īpleverit xxi. annū et xxii. attigerit. Et cū sic p bře de recto seysinā ꝓpriā recuperaverit de socagio inde non respondebit ante plenā ætatē nec de feodo militari nec minori nec majori. Itē nec feodū militare petere poterit ante tempus p̄finitū, sed tūc cùm recuperaverit p breve de recto & major effect' fuerit, respondebit inde cuilibet majori cùm fuerit implacitatus, minori tamē non nisi in causa possessionis. Sed esto ꝙ ipse minor vel custos suus alienaverit, q̄ritur an minor ante ætatē possit revocare factū ꝓpriū vel custodis? videtur ꝙ factū ꝓpriū revocare nō possit ante ætatē, quia cùm ad ætatē pvenerit ratificare poterit donū suū & facere validū ꝙ ab initio non valuit. Eodē modo nec factū custodis sui, cùm alienatio illa non multū noceat minori ante ætatē, & tūc recuperare suū habebit p breve de ingressu, nisi sit qui dicat ꝙ facta alienatione statim possit minor per assisam novæ disseysinæ infra ætatē sibi ꝓvidere. Si autē plures sint minores non pticipes qui in causa possessionis petant unicam rem versus eundē majorē, non possunt simul agere nec simul recuperare, sed semper de ultima seysina erit judicandū, ut supra in tractatu de assisa mortis antecessoris plenius. ¶ 4. Cū autē minor fuerit in seysina, videndum de quib' teneatur respondere infra ætatem et de quibus non. Et sciendū ꝙ respondere tenetur, non obstāte ætate, majori in omni casu tam super ꝓprietate qm super possessione, & minori in causa possessionis si fuerit feoffatus in minori ætate, et fere omnia habebit remedia in exceptionibus et essoniis tam de malo veniēdi qm de malo lecti, & in warranti vocatione p̄terqm in hoc ꝙ attornatū facere non possit. Et si hoc, sequitur ꝙ essoniū de malo lecti habere non poterit, ut si languor ei fuerit adjudicatus & post languorē venire non possit, responsalē pro eo mittere non poterit non magis qm facere attornatū. Respondebit etiā in minori ætate de facto suo & injuria sua ꝓpria, tā in causa criminali qm civili, dū tamē civiliter agatur: ut si minor disseysinā fecerit, ad assisam novæ disseysinæ respōdebit. Respōdebit etiā non obstāte minori ætate mulieri dotē petēti ꝓpter favorē dotis. Fallit tamē in casu speciali, scilicet ubi avus alicuj' minoris dotavit uxorē suam & ipsa mortuo viro suo dotem non petiit p longum tempus, scilicet, x. xx. vel xxx. annos in vita hæredis viri sui, & mortuo hærede illo ante assignationē dotis hærede suo infra ætatē relicto, si mulier tūc petere poterit ex causa dotis, talis hæres non ita respōdebit ei ante ætatē suam, sed obstabit ei exceptio minoris ætatis usq̄ ad ætatem hæredis, et eo ꝙ p tantū tēpus tacuit, p̄sumi poterit ꝙ inter ipsā & hæredem antecessoris intervenit pactum de non petendo, vel quòd remisit, & hujusm̄.

Item

NB. difference between Responsalis & Attornatus.

Item respondebit infra ætatē aliquando si res tangat ipsum regē, quia infra ætatē inquiri poterit, salvo jure minoris & salvo jure cujuslibet, utrum antecessor hæredis qui rem tenuit obiit inde seysitus ut de feodo vel non, sicut de Wilhelmo Lungesper Comite Sarum & Elena uxore ejusq̄ fuit infra ætatē, & ubi facta fuit inquisitio de castro Sarū corā Simone de Pateshul & sociis ejus, utrū castrū illud cū com̄ ptineret ad Regē scilicet vel ad pdictū Wilhelm̄ ratione Elenæ uxoris ejus, & ubi Rex Henr̄ postmodū retinuit p pdictam inquisitionē. Itē respōdebit minor ad finem factū nō obstāte ætate si implacitetur. Si autem alius fuerit implacitatus & p finem factum minorem vocaverit ad warrantū, in placito warrantiæ respondebit pptér finē factum, sed cùm warrantizaverit petenti non respondebit in principali placito ante ætatem: ut pbatur de term̄ S. Michaelis anno regni Regis Henr̄ xv. incipiente xvi. in com̄ Essex de Alicia quæ fuit uxor Lucæ Brokenhed. Ad idem facit in rotulo de term̄ S. M. anno Regis H. xvi. incipiente xvii. in com̄ Suff. de Juliana quæ fuit uxor Alani de Gisseham. Item infra ætatem respōdebit petenti ad assisam mortis antecessoris et ad alia brevia & ad alia placita sive res corporalis sive jura petantur de omni de quo antecessor minoris non obiit seysitus in dominico ut de feodo. Itē si minor in minori ætate amiserit p assisam in placito possessionis sicut p assisam mortis antecessoris, recuperabit major factus p breve de recto in placito pprietatis. Itē infra ætatē respondebit minor tam de facto alieno quàm pprio quoad restitutionē licet non quoad pœnam, si pater vel alius antecessor suus (cujus hæres ipse fuerit) disseysinam fecerit cùm immediate succedat in rem vitiosam si contra ipsum agatur post mortē antecessoris per breve de ingressu. Quia vice versa de nullo respōndebit de quo antecessor minoris in seysina obiit seysitus in dominico suo ut de feodo. Item infra ætatem respondebit quandoq̄ ex obligatione antecessorum facta in curia dn̄i Regis de consilio curiæ, ut si antecessor obligavit se ad respondendū alicui certo die, vel hæredes suos sive fuerit plenæ ætatis sive infra ætatē si de eo humanitùs cōtigerit, sicut de hæredibus Johannis de Monumew versus Regem. Minor etiā cùm placitatus fuerit ante ætatē non respōdebit de aliquo de quo antecessor suus (cujus hæres ipse est) obiit seysitus ut de feodo, & quia (ut prædictum est) quandoq̄ tenetur respondere infra ætatem & quandoq̄ non, ideo sine pjudicio suo fieri poterit inquisitio infra ætatem utrū antecessor seysitus obiit ut de feodo sibi & hæredibus suis, vel tantū ad terminū vitæ, vel annorū vel ut de vadio vel in custodia vel hujusmodi ut de W. Lungesper. Et si forte infra ætatem de hujusmodi arctatus fuerit ad respondendum, succurritur ei p tale breve ne respondeat ante ætatem, quia status minoris mutari non debet. Et facta sic inquisitione aut remanebit placitum aut procedet. Rex vicecomiti salutē. Precipimus tibi quòd non implacites vel implacitari permittas talē qui est infra ætatē (ut dicitur) de libero tenemento suo in tali villa, donec idem talis, talis sit ætatis q̄ possit & debeat secundum legem & consuetudin̄ Angliæ de tenemento respondere. T. &c. Item si aliquis minor

voca-

Longsword Earl of Salisbury, & Elean his Countess under age.

vocaverit ad warrantũ in com̃,ne tenens cogatur petenti in principali placito respondere, vel ne ulterius ꝓcedat in principali ante ætatẽ fiat ei tale breve. ¶ 3. Rex vic. salut. Præcipim⁹ tibi ꝙ nõ ꝑmittas ꝙ A. implacitet B. de tanta terra cũ ꝑtinentiis in tali villa, unde idẽ A. trahit ad warrantũ C. qui est infra ætatẽ & warrant⁹ ejus esse debet ut dicit, donec idem C. sit talis plenæ ætatis ꝙ possit et debeat secundũ legẽ & cõsuetudinẽ Angliæ terram warrantizare. Et hoc locum habet si minor in com̃ vocetur ad warrantũ. Et cũ minor non teneatur respondere de aliquo de quo antecessor suus seysitus obierit ut de feodo, à cõtrario sensu videtur ꝙ respõdere debeat de omni de quo antecessor suus non obiit seysitus ut de feodo, facta prius inquisitione, sive res corporales petãtur sive jura. Seysiri autẽ poterit quis de re corporali in qua jus habet, sive de jure ad rẽ vel ad ꝑsonam ꝑtinente. Et unde si de re corporali agatur et fuerit seysitus añ et die quo fuerit vivus et mortuus, locũ habet ꝙ dicitur. Si autẽ jura sint, et in seysina fuerit añ & die quo moriebatur, licet non fuerit usus añ & die quo moritur dũ tamẽ nõ sit deusus, hoc est ꝙ non amittat ꝑ non usũ, sicut dici poterit de servitutibus de pastu pecoris, et aliis cõsimilibus. ¶ 4. Itẽ cùm nullus teneatur respõdere ante plenã ætatẽ, tamẽ si plures sint unũ jus habẽtes quasi unũ corpus, licet plures sũt plenæ ætatis & unus vel duo infra, illi qui plenæ ætatis sunt exceptionẽ dilatoriam habebũt ex ꝑsona taliũ quousq; omnes plenã ætatẽ habuerint, et sic exceptionẽ cõsequantur ex personis aliorũ q̃m ex ꝑsonis ꝓpriis non habebunt. Et ꝙ dicitur de tenente, dici poterit de petente, ut si tenẽs sine ꝑticipibus suis qui sunt infra ætatẽ respondere non teneatur, vice versa tenenti à petente sine ꝑticipibus non debet respõderi, ut infra dicetur plenius de ꝑticipibus. ¶ 5. Itẽ exceptionẽ poterit habere quis ratione adjuncti ꝙ ex se ipso habere nõ poterit, sicut inter virum et uxorẽ, ut si vir plenæ ętatis existens ducat in uxorẽ aliquã cum hæreditate q̃ fuerit infra ætatẽ, et implacitati fuerint de re uxoria ꝓpter minorẽ ætatem uxoris remanebit loquela sine die, quousq; uxor (de cujus jure agitur) effecta fuerit plenæ ætatis. Si autẽ vir tenẽs fuerit infra ætatem, & uxor plenæ ætatis, cum implacitati fuerint nõ remanebit loquela sine die ꝓpter minorẽ ætatem viri, sive nupta sit ante impetrationẽ brevis vel post, quia mulier implacitata de jure suo si ꝓpter minorem ætatem viri posset differre judiciũ, ita posset q̃libet mulier in fraudẽ nubere viro minori cũ ꝑticipes haberet vel non, ꝙ esset iniquum, et sive hæreditas ꝑtita esset sive nõ. Et idẽ dici poterit si qua mulier nuberet villano, cùm fraus talibus patrocinari non debeat. Et de hac materia inveniri poterit, s. de uxore majoris ætatis et viro minoris, in rotulo de term̃ S. H. apud West. añ regis H. xv. in com̃ North. de W. Lungesper minore & Idonea uxore ejus majore. ¶ 6. Si autẽ vir & uxor, vel è contrario hæreditatẽ et rem uxoriã simul petãt, quorũ unus eorũ sit infra ętatem, si vir plenæ ætatis fuerit & uxor infra, sive ante bre impetratum sive post contraxerint, remanebit loquela sine die usq; ad ętatem uxoris q̃ fuerit infra ætatẽ, et hoc si nupserit ante bre impetratum. Si autem post, cadit omnino bre si tenens volue-

plea demurr for minority of wife.

voluerit, vel differtur actio usq ad ætatem uxoris de cujus jure agitur. Si vero maritus fuerit infra ætatē et uxor plenæ ætatis, non remanebit loquela ꝓpter minorē ætatē viri (ut supra) si cōtraxerint ante brē. Si autē minor petat contra minorē, vel major cōtra majorē, vel è cōtrariò in causâ possessionis, quid fieri debeat satis dictum est supra in tractatu de ass. mor. ātec. Si autē in causa ꝓprietatis, nec petēs petere poterit, nec tenēs tenebit ei respondere, sive petēs major fuerit sive minor āte plenā ætatē. ¶ 7. Status enim minoris mutari nō debet nō magis de servitio & cōsuetudine qm̄ de tenemēto, ut si de minori petātur servitia & cōsuetudines de quib' pater vel alius antecessor suus quietanciā habuit añ et die quo fuit vivus & mortuus, minor ante ætatē petēti nō respōdebit. Itē nec mutari debet status suus, ut si servitia & cōsuetudines debitæ exigātur à minore, & pater vel alius antecessor illa fecerit alii dño capitali qm̄ ei qui nunc petit, añ et die quo fuit vivus et mortu', minor petēti nō respōdebit ante ætatē, quia ab eo cui antecessor solvit recedere nō potest ante ætatē: & sic nō mutatur status minoris ante ætatē, sive sit tenemētū sive servitiū, sive libertas, sive quid tale; dum tamē ꝑ inquisitionē cōstiterit de veritate, cū tali ꝓtestatione, ꝙ salvū sit jus minoris cùm ad ætatē ꝑvenerit, nō obstantib' chartis vel instrumentis antecessorū in cōtrariū faciētib', cū minor ad chartas infra ætatē respōdere non possit, ut si custos nomine minoris cōsuetudines & servicia petat de quibus pater vel alius antecessor minoris seysit' obiit, licet tenētes chartas sufficiētes vel alia instrumēta ostenderint ꝙ aliter tenere debeant & ꝑ alia servitia, ꝓ seysina antecessoris & ꝓ minore judicabitur, quia ad chartas respondere nō potest. Et vice versa si minor indebita petat servitia & cōsuetudines, & tenentes sui quietanciā allegaverint ꝙ die & añ &c. ante ætatē minoris nō respōdebit. Eodē modo si dñus capitalis minoris indebita servitia, consuetudines et incōsuetas petat à minore. Idē etiā erit ꝙ status minoris mutari nō debet, ut si pater vel alius antecessor minoris aliqm̄ tenentē suum acquietaverit de servitio illo versus superiores dominos capitales anno, die &c. ille minor eundē sine aliqua conditione acquietabit. Quod quidē dici poterit de illo qui terrā aliquam dederit alicui domui Religiosæ in liberam, puram et ꝑpetuam eleemosynam, si Abbas vel Prior distringatur pro aliquo servitio forinseco, vel alio, si anno & die quo antecessor minoris donator obiit, fuit talis ꝗrens in seysina de acquietancia, ita ꝙ antecessor minoris eum acquietaverit, hæres quamvis minor eum acquietabit: ut de term̄ S. Michaelis anno regni Regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Kanc. de Priore de Merton & Nigello de Mumbrey. Et idem erit licet warrant' nihil solverit nec acquietaverit, cùm à capitali Dño anno & die nihil sit petitum. Itē si de maritagio alicujus vel de alia re agatur, unde minor vocatus fuerit ad warrantū, si anno et die quo antecessor minoris fuit vivus & mortuus, fuit idē antecessor seysitus de maritagio illo, minori infra ætatē respōdebitur: ut de term̄ S. Michaelis anno regni Regis H. nono incipiente decimo in com̄ Eborū de W. de Carleton & R. de Percy. Item casus de minore

quòd

quod si quis pepigerit cum dño capitali ne hæres suus sit in custodia cùm fuerit infra ætatẽ, vel ne releviũ det cùm plenam ætatẽ habuerit, & talis dominus capitalis superiorẽ capitalẽ habeat dominũ, si cõtingat utrumq; tenẽtẽ mori hæredibus eorũ infra ætatem existentib³, & custodia hæredis tenentis medii devenerit in manũ superioris capitalis dñi, non possit hæres tenentis inferioris liberari quin sit in custodia superioris capitalis dñi, vel quin relevium det si major fuerit, non obstante charta vel cõventione facta cum tenente medio, nisi talis hæres ostendere poterit q̃ charta sic usitata fuerit q̃ alius hæres ꝓcedens quietanciam habuerit, q̃ per talẽ conventionem sub custodia superioris capitalis dñi non extiterit, vel q̃ releviũ non dediderit, ut de Comitissa de Insula capitali domina, & W. de Crecure tenente suo, & W. de Honywell tenente W. de C. & unde idem W. de Crecure fuit medius inter Comitissã & W. de Honywell. Quod autẽ dicitur q̃ status minoris mutari non debet in rebus corporalibus, sic nec in juribus nec in libertatib³, ut si alicui concedatur libertas de faciendo aliquid in alieno, vel in proprio, vel de utẽdo fruendo in alieno, vel de habendo in alieno, vel in ꝓprio: de faciendo gurgitẽ, stagnũ, molendinũ, piscariam, vel hujusmodi, de utendo fruendo, sicut eundi, agendi, aquam ducendi, falcandi, fodiendi, vel hujusmodi. Item de habendo in ꝓprio, ferias, mercata, furcas, vel hujusmodi. Tol & theam, licet ille cujusmodi jura conceduntur statim non utatur, tunc est quasi in seysina, & jus illud transmittit ad hæredem suum majorem vel minorem, & semper videtur uti, donec amiserit per non usum, hoc est donec omninò eject³ fuerit & disseysit³, vel q̃ cõmode uti non possit, & sic nihil transmittit ad hæredẽ nisi tantũ actionẽ de seysina sua, vel quasi recuperanda quam in vita sua amisit, quã hæres licet minor sit in minori ætate recuperabit per brẽ de ingressu: quia sicut minor ad tale brẽ de ingressu infra ætatem respondere tenetur, sic à fortiori ratione ei in consimili casu respõdebitur. Cùm autẽ quis hujusmodi jura ex donatione Regis vel alterius, vel ex cõstitutione dominorũ fundi & libertatis talis habuerit & illis usus fuerit, seysinã & usũ trãsmittit ad hæredẽ. Et eandẽ seysinã habebit hæres, sive major fuerit sive minor, quã habuit antecessor. Et cũ semel in seysina fuerit, status suus mutari non poterit, secundũ q̃ antecessor suus obiit seysitus vel quasi. Et in hujusmodi non amittit quis, licet statim nõ utatur, licet uti possit donec fuerit disseysitus, vel cùm statim uti nõ possit quia casus non evenit q̃ uti posset. Sed si casus evenerit q̃ uti posset & tunc non utatur, sed alius, vel cùm uti velit impediatur q̃ uti nõ possit, vel non cõmodè, & sic disseysitus, in minore ætate hæredis non poterit status antecessoris mutari, nisi ex nova actione ꝑ hæredẽ de seysina. Sed si hæres in seysina fuerit, nemini infra ætatem respondebit. Et sic status suus mutari non poterit. ¶ 8. Cùm autem minori opposita fuerit exceptio minoris ætatis quòd petere non possit per breve de recto, vel seysinam antecessoris sui versus custodem, respondere poterit & replicare & dicere, major sum & plenæ ætatis, et hoc bene patet, quia omnes domini mei de quibus teneo præter se reddiderunt mihi

hæreditatẽ meam, et me habent ꝓ majore, vel respondere poterit, ꝙ ætatẽ suam ꝓbavit coram talibus. Et quoniam aliquando de ætate dubitari poterit, videndũ erit qualiter ꝓbatur ætas, quia respondere poterit tenens replicationi suæ ꝙ non est plenæ ætatis, quia si restituta sit ei hæreditas hoc fuit in fraudẽ, nec illi debet p̃judicare fraus illa. Item si respondeat petens ꝙ plenæ ætatis sit ꝙ ætatẽ suam ꝓbaverit per inquisitionem & per patriã, responderi poterit à tenente quod hoc ei nocere non debet, quia Juratores male juraverint, vel ꝙ Justiciarii male decepti fuerint, si ꝓbata fuit ætas per aspectum corporis. Item responderi poterit ꝙ non est plenæ ętatis quantum ad socagiũ, nec quantum ad feodum militare. Item licet quantum ad socagiũ, non tamen ad feodum militare. Item si dicat ꝙ major sit quia in curia domini Regis placitavit, sicut ille qui plenæ ætatis est, et ibi ꝑ judicium recuperavit. ¶ 9. Sed omnis talis responsio plenam & sufficientẽ probationem ætatis non inducit, nisi tantum una, q̃ fit per parentes & testes sufficienter examinatos, et omnes aliæ inducunt p̃sumptiones, sicut aspectus corporis & alię. Sed tamen q̃dam admittunt ꝓbationem in contrarium & q̃dam nullam, sicut ꝑ aspectum corporis ꝑ visum Justiciarii, ut si appareat talis ꝙ p̃sumi possit de eo vehementer ꝙ plenæ ætatis fuerit, ut si fuerit barbatus, statura magnus, vel hujusmodi, et cùm Justiciarii talem adjudicaverint ꝓ majore, ꝓ majore habebitur quantum ad omnes, et non erit ulteriùs contra eorum juditium disputandũ. Sed quoniam appareat sæpius quòd aliquis major sit cùm sit minor, et è contrariò cùm minor sit apparet esse major, et ex hoc dubitaverint Justiciarii, de necessitate recurrendum est ad ꝓbationem patriæ & parentũ, sive minor petat sive petatur ab eo. Sed qualiter hoc fieri debeat videndũ. ¶ 10. Et sciendũ ꝙ per duodecim legales homines vel plures si opus fuerit, quorum quidam de parentela ejus qui dicit se esse majorem, et quidã qui non sunt de parentela ejus, ꝑ quos rei veritas melius sciri poterit, et qui examinati nulla ratione inveniantur suspecti, sed certis judiciis manifesti: & est forma sacramenti. ¶ 11. Jurare enim debent ꝙ talis habet ad minus viginti et unum annum & plus, vel ꝙ non sit viginti et unius anni. Jurare autem debet primus sic, quòd habet viginti & unum annum et amplius si fuerit masculus. Si autem fœmina quòd habet quatuordecim vel quindecim annos et amplius, sic me Deus adjuvet & sancta Dei Evangelia, &c. Et post primum alius sic: Et illud sacramentum ꝙ talis fecit verum est, sicut me Deus adjuvet, et sic alii omnes. Et sic admittetur minor ad agendũ vel respondendũ secundũ diversitatem tenementorum, vel si dixerit contrarium non admittetur. Et quòd ita ꝓbari debeat ætas, habetis de Termino Sancti Michaelis anno regni Regis Henrici tertio incipiente quartò in comitatu Sussex de Johanne de Bruse et Reginaldo Bruse, quia Justiciarii per aspectum corporis non possunt esse certi de ætate p̃dicti J. Et ideo consideratum fuit quod fieret ꝓbatio per patriam et ꝑ parentes. Sed hic quòd assumi debeant parentes, videndum erit utrum fieri debet ꝓbatio pro minori vel contra minorem, quia sive sic sive sic, in omni

casu

casu possunt parentes esse testes suspecti. Aliæ vero responsiones omnes quia levē inducūt ꝑsumptionē admittunt ꝓbationem in contrariū. ¶ 12. Probatur quandoq̄ ætas ex ꝑsumptione etiam indirectè,& sine corporis aspectu, & sine testium ꝓductione, ut si quis agat cōtra alium & gerat se ꝓ majore, sive major sit sive non, aliis agentibus cōtra se respondebit, si forte contra ꝓcessum & factum suum dicat se esse minorem, quia ex quo semel se fecit majorem & ꝓ se, contra se habeatur ꝓ majore. Item ex ꝑsumptione, ut si aliquis alios implacitaverit sicut major, aliis respondebit ut major. Item ꝓbari poterit quandoq̄ ætas ꝑ assisam, et ꝑ Juratores assisæ tantum, quandoq̄ exhibitis aliis ex causa parentibus et vicinis, ut si quis qui in custodia extiterit petat hæreditatē suam versus capitalem dominū ꝑ assisam mortis antecessoris, et objiciatur ei ꝙ non sit plenæ ætatis, et quo casu cùm sic ꝓbata fuerit ætas, sufficit, nec in contrarium admittitur convictio, vel alia ꝓbatio propter consensum, maxime quantum ad illum qui hujusmodi exceptionē objecit, licet (secundum quosdam) non teneat quantum ad alios, quia hujusmodi Juratores falli possunt vel falsum facere sacramentū prece vel precio corrupti. Si autem minorem se dicat quis cùm sit major, et ad tuitionē sui prætendat minorem ætatem ꝙ non respondeat, sufficit quòd probetur ætas quocunque modo, ut sic respondeat petenti, et per hoc tenebitur respondere omnibus aliis: Item ubi et quando debeat ætas probari videndū, & sciendum quòd in curia domini Regis sine resummonitione, ubi ille cui objicitur minor ætas petens fuerit per assisam mortis antecessoris versus dominum capitalem. Si autem objecta fuerit pro se ne respondeat ante ætatem, vel contra se à tenente ne ei respondeatur, tunc post resummonitionem fiat probatio ætatis si inde dubitetur, et fiat resummonitio ad instantiam petentis per hoc breve. ¶ 13. Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. quòd sit coram Justiciariis nostris apud &c. auditurus recordum & judicium suum de loquela q̄ fuit in eadē curia coram &c. inter B. petentē et ꝑdictum A. tenentē, de tanta terra cum ꝑtinentiis in tali villa, ita ꝙ loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit quando remāsit sine die, eo ꝙ ꝑdictus A. tunc fuit infra ætatem, & nunc habet ætatē ut dicitur. Et habeas ibi sumonitores & hoc breve. Teste &c. Cùm autem ad curiam venerit, si de ætate dubitetur, fiat ꝓbatio ut supra. Si autem constiterit ꝙ plenæ ætatis fuerit, tunc ꝓcedat loquela inter partes. Si autem nondum plenæ ætatis, tunc inquiratur infra ꝙ tempus plenæ ætatis esse possit, et fiat inde mentio in rotulis. Cùm autem probata fuerit ætas contra dominū capitalem cum petens recuperaverit seysinam, tunc si vastum factum fuerit, vel destructio, fiat bre de seysina facienda & de inquisitione de vasto simul & in uno bri in hac forma. ¶ 14 Rex vic. salutē. Scias ꝙ A. filius & hæres B. in curia nostra coram &c. per judiciū ejusdē curiæ nostræ sicut ille qui in eadem curia nostra ætatem suam ꝓbaverit, legitimè recuperavit seysinam suam versus C. de terris & tenementis quæ fuerunt ꝑdicti B. patris sui in balliva tua, quarum terrarum et tenementorū idem C. habuit custodiam de con-

NB.

Where & when to be proved

concessione nostra. Et ideo tibi pcipimus q eidem A. de omnibus terris & tenementis quæ fuerunt pdicti B. patris sui, vel quæ fuerũt in manu pdicti C. de eadẽ cõcessione nr̃a in balliva tua, sine dilatione plenariã seysinã habere facias. Et quoniã testatũ est corã pfatis Justic. nostris q pdictus C. dũ terra illa fuit in manu sua de pdicta concessione nr̃a magnũ inde fecit vastũ & exiliũ, in domibus, gardinis, boscis, et aliis ad exhæredationem ipsius A. Tibi pcipimus q assumptis tecum xii. tam militibus quàm aliis liberis & legalibus hominibus &c. ut supra, accedas ad pdictam terrã et per eorum sacramentum &c. Et unde idem A. qritur q pdictus C. vastum fecit et destructionem ad valentiam tanti, et inquisitionem mittas &c.

¶ 1. De loquela ad curiam resummonendam quæ posita fuit sine die. 2. Breve de resummonendo loquelam ubi remansit sine die propter ætatem minoris qui vocatus fuit ad warrantum. 3. Item propter iter Justiciariorum & pro servicio Regis. 4. Item propter peregrinationem in terram sanctam. 5. Item si ad curiam Christianitatis quacunque de causa vel in placito dotis. 6. Si in partes transmarinas in servicio Regis de advocatione. 7. Si generalis fieri debet resummonitio ad bancum. 8. Breve vic. quòd clamare faciat. Cap. 22.

Resummons.

QUoniam vero multis de causis et rationibus possunt loquelæ poni sine die in curia domini Regis, et cessantibus vel terminatis causis illis necesse sit loquelas illas resummonere, ideo videndum qualiter fieri debeant resummonitiones ex causis diversis, et de aliquibus dictum est supra, videlicet qualiter debet resummoneri loquela quæ pter bastardiam transmittatur ad curiam Christianitatis, et sic in curia Regis remansit sine die. Item si propter minorem ætatem si minor petat vel ab eo petatur: nunc autem dicendum si remanserint sine die eo q minor vocatus sit ad warrantum, et tunc sic. ¶ 2. Rex vicecom̃ salutem. Summoneas per bonos summonitores A. q sit &c. ut supra, auditurus recordum et judicium suum de loquela quæ fuit in eadem curia nr̃a inter B. petentẽ et C. tenentem de tanto terræ cũ ptinentiis in tali villa, et unde idem C. (qui tenens est) vocavit ad warrantũ pdictum A. et ita q loquela illa tunc sit in eodem statu quo fuit quando remansit sine die, eo q idem A. tunc fuit infra ætatẽ, et qui nunc habet ætatem ut dicitur. Et sum̃oneas per bonos sum̃onitores pdictum A. q tunc sit ibi ad warrantizandum prædicto C. terram illam, vel ad ostendendum quare warrantizare nõ debeat, et habeas ibi sum̃onitores et hoc bre. Teste &c. ¶ 3. Si autẽ remanserit sine die propter iter Justic. tunc sic: sum̃oneas &c. ut supra, ita q loquela illa tunc sit ibi in eodẽ statu in quo fuit quando remansit sine die pter iter Justiciariorũ p singulos com̃. vel sic: quando posita fuit coram Justiciariis ad primam assisam cum ad partes illas venissent, ad quas nondũ venerint sicut pvisum fuit, vel aliter: si remansit sine die p servitio dñi Regis tunc sic. Ita q loquela illa tunc sit in eodẽ statu in quo fuit quando remansit sine die, eo q prædictus talis profect' fuit in partes transmarinas in servitio nostro, vel alibi per preceptum nostrum, et de quibus

quibus idem talis reversus est ut dicitur. ¶ 4. Item aliter si in terram sanctam, et tunc sic. Ita q̄ loquela illa tunc sit in eodem statu in quo fuit die quo remansit sine die, eo q̄ p̄dictus talis profectus fuit in terram sanctam de qua nunc reversus est ut dicitur. ¶ Item si placitum dotis in curia dn̄i Regis remanserit sine die ꝑpter inquisitionem transmissam ad curiam Christianā et tunc sic. Sum̄oneas per bonos sum̄onitores A. q̄ sit ad respondendum B. mulieri quare non reddit ei dotem suam, quæ eam contingit de libero tenemento suo q̄ fuit talis viri sui &c. ita q̄ loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo q̄ prædictus A. objecit eidē B. quòd non debuit inde dotem habere, eo quòd prædictus talis vir suus p quem dotem petiit vivus fuit. Et unde p̄dicta B. coram p̄dictis Justic. nostris sectam sufficientem ꝑduxit q̄ mortuus est, et sic de aliis, ubi inquisitio facienda est in foro seculari. Si autem facienda sit inquisitio in curia Christianitatis in suo casu in placito dotis, tunc sic: et ita quòd loquela illa, vel: unde loquela illa transmissa fuit ad curiam Christianitatis eo q̄ p̄dictus A. objecit eidem B. q̄ non debuit inde dotem habere, quia nunquam fuit tali viro suo desponsata, vel aliter: videlicet legitimo matrimonio copulata. ¶ 6. Item si de advocatione Ecclesiæ fuerit loquela, et remanserit sine die propter servitium dn̄i Regis, tunc fiat resum̄onitio ut supra. Si autem de assisa ultimæ p̄sentationis, tunc sic: Auditurus recordum et juditium suum de assisa ultimæ p̄sentationis q̄ summonita fuit coram eisdem justiciariis nr̄s &c. inter A. petentem et eundem B. deforciatorem, ita q̄ assisa illa tunc sit in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo q̄ p̄dictus B. profectus fuit ad partes transmarinas in servitio nostro per p̄ceptum nostrum. Et ex p̄dictis sumi poterit exemplum qualiter in casibus consimilibus fieri debeat resum̄onitio. ¶ 7. Si autem generalis fieri debeat resummonitio ad bancum, eo q̄ omnes loquelæ de banco positæ sunt sine die ꝑpter itinerationem Justic. in diversis com̄, tunc fiat resum̄onitio in diversis com̄ in hac forma. ¶ 8. Rex vic. salutē. p̄cipimus tibi q̄ sine dilatione clamare facias in com̄ tuo, et per com̄ tuum in diversis hundredis, et mercatis, et p omnes partes de com̄ tuo q̄ omnia placita q̄ per brevia nostra, vel per p̄ceptum Justic. nostrorū de banco atterminata fuerunt apud West. infra octabas S. Hilarii ultimò p̄teritas et paschæ ꝑxime sequentes, et q̄ per p̄ceptum nostrum posita fuerunt sine die occasione itinerationis talis, vel occasione exercitus nr̄i in Walliam, vel alterius, sint coram Justic. nostris &c. apud W. ad talem terminū in eodem statu in quo fuerunt quando remanserunt sine die per p̄ceptum nostrum occasione p̄dicta, tam de essoniis faciendis et non faciendis, quam de omnibus aliis circumstantiis eorundem placitorum. Alia vero placita quæ per præceptum nostrum vel p̄ceptum p̄dictorum Justic. nostrorum itinerantium posita fuerunt post certum diem ad talem terminum apud talem locum ad talem terminū, et talem ibi deducantur & teneantur, sicut ibi posita fuerunt, et habeas ibi hoc bre, et alia brevia omnia quæ penes te habes pertinentia ad p̄dicta placita. Teste &c.

¶ 1. Exceptio ex persona petentis propter lepram & propter excommunicationem. 2. Si vir uxoris appellatus sit de felonia, non cadit actio prius ante conjunctionem instituta. 3. Si quis ritè excõmunicatus fuerit & extiterit in excommunicatione per 40. dies. 4. Breve de excommunicato capiendo. 5. Si appellatus de felonia ad appellum declinandum falso dedit intelligi Episcopo quod appellans excommunicatus fuit & captus fuit, breve ad deliberandum eum. Cap. 23.

Competit etiam tenenti exceptio dilatoria ex persona petentis, eo ꝙ separatus est à cõmunione gentium ꝑpter lepram q̃ est in anima, ut si fuerit specialiter excõmunicatus, quia sicut quis poterit habere lepram in corpore, ita et in anima. Excõmunicato enim interdicitur omnis act⁹ legitimus, ita ꝙ agere non potest nec aliquem convenire, licet ipse ab aliis possit cõveniri. Qui autẽ hujusmodi exceptionẽ opposuerit, oportebit eum habere ꝓbationem, quia simplici voci tenentis non erit fides adhibenda, nec etiam cujuslibet de populo testimonio, quia oportebit eum qui excipit in hoc casu, habere literas Ordinarii, sicut Archiepiscopi, vel Episcopi, vel alterius Judicis ordinarii, vel delegati, rei veritatẽ testificantes ꝙ talis nominatim excõmunicatus sit, et ex tali causa, vel si Ordinarius p̃sens sit & hoc testificetur vivâ voce. Funestam enim vocem interdici oportet, potius q̃m audiri, nec solum vox eorum interdicitur, sed si quid ab ipsis fuerit impetratum firmitatem non obtinebit. Cum excõmunicato autem nec orare, nec loqui, nec palam nec abscondite, nec vesci licet, exceptis quibusdam ꝑsonis. ¶ 2. Conveniri autẽ potest (sicut p̃dictum est) ne melioris conditionis sit q̃m non excommunicatus, vel ne de malitia sua possit lucrum deportare. Ut si vir & uxor implacitati fuerint de hæreditate uxoris, si vir de felonia appellatus fuerit & convictus, tamen ꝑpter hoc non cadit actio prius ante cõvictionem instituta, et sic ex malitia lucrũ non reportant, ꝙ cadere possit actio, licet differri possit ad tẽpus ꝑpter dubium eventum appellati, dum tamen convictus non fuerit condemnatus ad mortẽ naturalem vel civilẽ. Naturalẽ, ut si suspensus fuerit, quo casu cadit actio. Si autẽ civilẽ, eodem modo, ut si utlagatus fuerit. Si autẽ tale fuerit crimẽ ꝙ ultimũ non inducat suppliciũ, sed tantũ membrorũ amissionẽ, sicut oculos, aut testiculos, vel utrũq;, ꝑpter hoc non cadit actio prius instituta: ut de itinere M. de P. in cõm Lync. de Thoma de Rasue, &c. A petente vero in contrarium sic poterit responderi, frater, si essem excõmunicatus, absolut⁹ sum à tali superiore Judice ordinario vel delegato, ad q̃m appellavi. Item dicere poterit, ꝙ si excõmunicatus fui, hoc fuit de facto, quia nulla subfuit causa alia, nisi ꝙ judici Ecclesiastico obtẽperare noluit cognoscẽti de layco feodo, vel de catallis et debitis q̃ nõ sunt de testamẽto vel matrimonio, et unde hora cõgrua exhibui eis literas dñi Regis ꝓhibitorias ne ꝓcederent, et quib⁹ p̃dicti Judices differre noluerũt. Itẽ respõderi poterit ꝙ excõmunicatio nulla fuit, vel injusta, quia à tali sẽtẽtia rite fuit appellatũ, et plures alias p̃tẽdere poterit respõsiones ad tuitionẽ stat⁹ sui, sed ad manũ statim habeat ꝓbationẽ, quia cũ cõstiterit de excommunicatione, de absolutione constare oportebit. ¶ 3. In fine vero notandum, quòd ubi quis fuerit rite excommunicatus, et in ea pertinacia & excommunicatione pertinaciter perseveraverit per xl. dies, claves Ecclesiæ

clesiæ contemnendo, tunc (ut gladius gladium adjuvet) ad mandatum Episcopi vel ejus officialis capiatur excomunicatus. Sed nunquam capietur aliquis ad mandatū Judicum delegatorum, vel Archidiaconum, vel alterius Judicis inferioris, quia rex in Episcopos coertionem habet ꝑpter baroniam. Cùm autem talis capi debeat rationabili de causa, cùm cancellarius literas Episcopi receperit, fiat breve in hac forma. ¶ 4. Rex vicecomiti salutē. Significavit nobis venerabilis pater N. ꝑ literas suas patentes, quòd talis ob manifestam contumaciam suam excommunicatus est, nec se vult per cēsuram Ecclesiasticam justiciare. Quia vero potestas Regia sacrosanctæ Ecclesiæ in querelis suis deesse non debet, tibi ꝑcipimus quòd ꝑdictum talem per corpus suum (secundum consuetudinem Angliæ) justicies, donec sacrosanctæ Ecclesiæ tam de contēptu quàm de injuria ei illata ab eo fuerit satisfactum. Teste meipso apud Westmonasteriū &c. Qui cùm captus fuerit & Ecclesiæ satisfecerit, deliberabitur ad mandatum Episcopi per tale brē. Rex vicecomiti salutem. Quia venerabilis pater talis Episcopus, significavit nobis quòd talis quantum ad mandatum suum, vel ad mandatum talis venerabilis patris talis Episcopi, à te capi & per corpus suum tanquam cōtemnentem claves Ecclesiæ justiciari ꝑceperimus, beneficium absolutionis impedit, tibi ꝑcipimus ꝙ à prisona nostra qua detinetur ipsum deliberari facias quietum &c. Et notandum ꝙ ad nullius mandatum deliberari debet, nisi ad mandatum dñi Episcopi, nec antequā ipse mandaverit quòd Ecclesiæ sic satisfecerit, nisi captus fuit per falsam suggestionem ordinarii, vel aliorum ꝑlatorum, vel si per malitiam adversarii, ut eum excludat ab actione quam versus eum instituit. Et si ita, tunc fiat tale breve ad ipsius deliberationem. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte talis, ꝙ cùm aliquando appellasset quendam talem in comitatu tuo de roberia & hujusmodi, & tibi à nobis ꝑceptum esset quod talem appellatum attachiares: Idem appellatus ut ipsum talē appellantē gravaret, & appellum suum adnihilaret, falsò suggessit Episcopo tali, quòd idem appellans in quadam excommunicatione perseveravit contumaciter ꝑ quadraginta dies et amplius, & ita ꝙ literas ab eodem Episcopo impetravit ad nos directas ꝙ extenderemus brachium secculare, per cujus deceptionem idem appellans captus est, & in prisona nostra detentus, ut dicit. Et quia nemini debet fraus sua patrocinari, tibi ꝑcipimus ꝙ si ꝑd. talis appellans fecerit te securum de clamore &c. tunc pone ꝑ vadium &c. ꝑdictum talem appellatum, quòd sit coram &c. inde responsurus. Et interim facias ꝑdictum talem appellante deliberari à prisona nostra, nisi captus fuerit alia occasione quare deliberari non debeat. Teste &c. Si autē forte captus non fuerit, & Judex aliquis malitiosè suggesserit Episcopo, ꝙ quis excōmunicatus fuerit, fiat breve vic. de non capiendo talem, ut supra, de ꝑhibitionibus.

¶ 1. *Exceptio ex persona petentis quia alienigena & ad fidem regis Franciæ.* 2. *Exceptio contra petentem propter statum dubium multis rationibus.* 3. *Exceptio ex delicto spoliationis donec fuerit restitutus.* *Cap.* 24.

Est

plea of Alien

ESt etiam et alia exceptio q̄ tenenti competit ex persona petentis ꝑpter defectum nationis, q̄ dilatoria est et non perimit actionem, ut si quis alienigena qui fuerit ad fidē Regis Franciæ, et actionē instituat versus aliq̄m qui fuerit ad fidem Regis Angliæ, tali non respondeatur, saltem donec t̄ræ fuerint cōmunes, nec etiam sive rex ei concesserit placitare, quia sicut Anglicus non auditur in placitando aliq̄m de terris et tenementis in Francia, ita nec debet Francigena & alienigena qui fuerit ad fidem Regis Franciæ, audiri placitando in Anglia. Sed tamen sunt aliqui Francigenæ in Francia, qui sunt ad fidē utriusq̄, et semper fuerunt ante Normanniā deperditam & post, & qui placitant hic et ibi ea ratione qua sunt ad fidē utriusq̄, sicut fuit W. Comes Mar̄r et manens in Anglia, et M. de Feynes manens in Francia, et alii plures, et ita tamen si contingat guerrā moveri inter Reges, remaneat ꝑsonaliter quilibet eorū cum eo cui fecerit ligeantiā, et faciat servitium debitū ei cum quo non steterit in persona. ¶ 2. Competit etiam tenenti exceptio ex ꝑsona petentis ꝑpter statū dubiū, & dubium rei eventū. Status quidem hominis dubius esse poterit multipliciter, tum ꝑpter dignitatis mutationem, ut si quis fuerit in aliqua dignitate constitutus, et electus fuerit vel postulatus ad aliam dignitatē, & cùm consensum p̄buerit, pendet status suus quousq̄ fuerit confirmatus, et sic ratū esse non poterit quod cum eo actum fuerit pendente statu suo. Idē dici poterit si quis fuerit, in aliqua dignitate constitutus, et fuerit in causa depositionis, et meritis suis exigentibus vel non exigentibus, et cùm fuerit depositus juste vel injustè appellaverit, pendente appellatione non valet ꝙ cùm eo actū fuerit, quia si teneat depositio, omnia erunt revocanda, & sic judiciū delusoriū. Item poterit status esse dubius ꝑpter causam criminalem impositam alicui ubi vertitur periculum vitæ vel membrorū, in causa civili respondere non tenetur nec ei respondebitur antequam se defenderit vel non defenderit in causa criminali, quia si prius in causa civili ageretur, convicto crimine retrotrahendum erit tempus usq̄ ad tempus cōmissi criminis, & sic quicquid actum fuerit in medio tempore inter convictionem et crimen cōmissum erit revocandū: et ita cum talibus agi non poterit donec status confirmetur, ut supra de placitis coronæ pleniùs de hac materia. De causa vero depositionis sumi poterit exēplum de Episcopo Bathonensis & Abbate de Glastoñ coram Justiciar. de banco. ¶ 3. Competit etiam exceptio tenenti ex ꝑsona petentis, et ex delicto dilatoria, ut si tenens spoliatus fuerit à petente et non restitutus in toto vel in parte, non respondebit tenens ante restitutionem, quia nudi contendere, nec inermes nos inimicis debemus opponere, nec videtur quis restitui qui non in totū restituitur, sicut nec videtur res reddita quæ deterior facta redditur, secundum quod superius videri poterit de spoliatoribus & disseysinis & restitutionibus.

plea propter statum dubium

¶ 1. Exceptio

¶ 1. Exceptio dilatoria quia jus commune, ita quod sine aliis respondere non potest, vel quia in parte tangit alios sine quibus &c. 2. Exceptio quod participes habet sine quibus &c. 3. Exceptio quod particeps est ad fidem Regis Franciæ. 4. Cùm particeps sine participe obtinuerit forte per fraudem & per fraudem sequi noluerit. 5. De summonendo participes. 6. Si unus de participibus moriatur cùm omnes in brevi nominentur. 7. Cùm unus ex participibus totam teneat hæreditatē. 8. Si hæreditas partita sit inter participes. 9. Sunt qui terram tenent in communi sed non ut cohæredes. 10. Exceptio quod viro non respondetur cujus hæreditas sit terra. 11. Exceptio quod sine assensu talis superioris. Cap. 25.

Plea of jointenancy in plt &c.

COmpetit etiam exceptio tenenti peremptoria ex persona petentis, et quandoq̄ dilatoria tam ex ꝑsona alterius quàm petentis, quia sine alio agere non poterit per se, qui tantundem juris habet quàm ipse qui petit, ut sunt plures participes, vel quia nihil juris habet sine alio sicut vir de re uxoria sine uxore, vel ꝙ uxor agere nō poterit sine viro de re ꝓpria, cùm vir sit ei adjunctꝰ et caput uxoris, vel quia petēs actionem non habet aliquam ꝙ rem deducere possit in judicium sine aliis, sicut sunt canonici et monachi simplices vel amotibiles sine Abbate vel Priore. Item decanus & capitulum sine episcopo. Item si petens jus habeat cùm sit cohæres justus et ꝓpinquus, alius tamē majus jus habet quia ꝓpinquior: sicut videri poterit supra in tractatu de assisa mortis antecessoris. ¶ 2. Sed inprimis dicendum erit de exceptione illa quæ cōpetit tenenti eo ꝙ participes qui tantundem juris habent in brevi nō nominantur. Et sunt plures participes quasi unum corpus in eo ꝙ unum jus habent, et oportet quòd corpꝰ sit integrum, et ꝙ in aliqua parte non sit defectus. Et sunt participes quasi partem capiētes, sicut partis capaces, ut supra de qualitate et differentia hæredum, eo ꝙ communis est inter eos res ratione plurium ꝑsonarum, vel ratione vicinitatis, vel ratione ipsius rei q̄ partibilis est, et non ratione ꝑsonarū, quæ non sunt quasi unus hæres & unum corpus, sed diversi hæredes, ubi tenementū ꝑtibile est inter plures cohæredes petentes qui descēdūt de eodē stipite, et semper solet dividi ab antiquo. Possunt autē plures ꝑticipes esse et cohæredes petentes, & plures tenentes cohæredes et ꝑticipes, vel unus petens sine ꝑticipe, et plures tenētes ꝑticipes, vel unus tenens ꝑticeps vel plures, et plures cohæredes qui nihil inde tenent nec in ꝓparte nec in compensatione, et alii qui in ꝓparte, et alii in compensatione ꝓ ꝑte sua. Item possunt esse plures petentes ꝑticipes, vel unus sine participe, et unus tenens sine ꝑticipe, vel plures tenentes qui omninò sibi sunt extranei & non cohæredes, sed ꝑticipes ut vicini. Item plures petentes sine ꝑticipe, vel unus sine ꝑticipe totā hæreditatē, sive ibi sint plura maneria sive nō, sive versus plures ꝑticipes vel extraneas ꝑsonas, vel versus unū vel duos participes, et unū extraneū non ꝑticipē, totam hæreditatē vel ejus partē. Cùm autē plures sint ꝑticipes cohæredes, vel ꝑticipes nō cohæredes petentes, oportet ꝙ omnes qui petunt & qui capere debent de re petita nominētur in bri: unde cùm dicat tenens excipiendo, frater, non teneor ad hoc bre respondere, quia si jus haberes, participes habes qui tantundem juris habent in re quantum et vos, vz. A, & B. Ad quod poterit

poterit petens replicare & dicere, ꝙ omnes qui jus clamare poterunt, vel ꝑtem de tenemento petito, vel de re petita nominati sunt in hoc brevi, & nihil juris ꝑtinet nec ad A. nec ad B. ꝙ participes esse possunt, quia A. bastardus est, & B. de servo progenitus, licet de libera participe & conjugata. Et unde A. nullo tēpore capere possit cùm sit bastardus, nec B. cùm sit de servo ꝓgenitus. Itē nec talis particeps fœmina petere non possit ante tempus cùm sit servo suo copulata. Itē talis fœmina particeps ꝑtem de re petita capere non potest, quia de cōmuni hæreditate tenet quandam ꝑtem in maritagiū suum, nec vult maritagium suum in ꝑtem ponere, ut partem suam per totū habeat de cōmuni hæreditate. ¶ 3. Item respondere poterit, ꝙ particeps de quo dicitur nihil capere potest, quia est ad fidem Regis Franciæ, & nihil capere poterit anteqͣm fiat fides Regi Anglię, & cùm terræ sint cōmunes et concordes, & ideo non est necesse ꝙ in bri̅ nominentur. Item ꝙ particeps qui non nominatur, vel aliquis antecessorum suorum feloniam fecerit, ita ꝙ particeps esse non possit. Item respondere potest ꝙ particeps de quo fit mentio mortuus est sine hærede de se, vel si hæredes habuit, omnes mortui sunt. Item ꝙ ille qui ꝑticeps esse debuit totum jus suum ꝙ inde habuit cohæredibus suis remisit, & quietum clamavit. Ad primam vero replicationē petentis, ꝙ ꝑticeps nō nominatur quia bastardus est, triplicari poterit à tenente ꝙ sit nominandus, quia incertum est adhuc utrum se possit ꝓbare legitimū vel non. Eadem vero responsio esse poterit replicando de servo non nominato. Ad hoc autē ꝙ dicit ꝙ fœmina particeps nominari non debet cū sit servo copulata, ad hoc poterit triplicari ꝙ nominari debet, quia si ad p̄sens capere non possit, capere possit ad temp⁹, quia servus mori poterit. Ad hoc autem ꝙ dicitur ꝙ fœmina particeps non nominata tenet quandam ꝑtem hæreditatis in maritagium, nec vult maritagium ponere in ꝑtem: ad hoc poterit à tenente replicari ꝙ adhuc in voluntate sua est & electione utrū hoc facere voluerit vel non, & ideo in brevi nominanda. De hoc autē quod dicit de participe qui est ad fidem Regis Franciæ, triplicari poterit à tenente quòd nominādus est, quia terræ possunt esse cōmunes. Ad hoc autem ꝙ dicitur quòd particeps mortuus est sine liberis, vel si liberos habuerit, omnes mortui sunt, quia dubitari possit an ita sit vel non, detur alius dies ut fiat certificatio, & secundum hoc aut cadat breve aut stet: de hoc autem quod dicit quòd particeps remisit, quia de hoc dubitari poterit, detur alius dies ut supra, & summoneatur particeps quòd sit ibi ad ostendendum si quid juris clamet cum aliis participibus de tali hęreditate, quia si talis remisit participibus, pars illa accrescet aliis. Et illud idem (secundum quosdam) posset dici de bastardo & servo petentibus non nominatis, quod quidam non admittunt. Et notandum ꝙ sunt quidam participes qui statim agere possunt & capere, & alii qui statim agere sed nihil capere possunt ante tempus, sicut fœmina copulata servo, & ille qui fuerit ad fidem Regis Franciæ, & nominari debent omnes. Et sunt quidam qui aliquando capere poterunt & nunc capere non poterunt, quia ex delicto & felonia facti sunt non capaces, sicut

cut ꝓ crimine dānati, et tales nominare nō oportet. Sed omnes nominandi sūt de quibus certū est vel dubiū utrū capere possint vel non, quia in dubio in benignā ꝑtem erit interꝑtādū, vz. ꝙ capere possint, donec ꝓbetur in cōtrariū. Si autem certū sit ꝙ capere nō poterit sicut videt̃ de felone nec pars illis accrescere poterit ꝑticipibus, sed dn̄is capitalibus, et ideo de eo nihil ꝑtinet ad ꝑticipes. Itē nihil accrescet participibus de ꝑte eorū qui post tēpus capere poterit, sed cum tenēte capitali, vel capitali dn̄o remanebit pars talium quousque capere possunt (secūdum quosdā) sed (secūdum alios) videt̃ ꝙ nō, quia cûm oporteat eos in br̄i nominare et ꝓcedat loquela et juditiū sub nomine eorū, videt̃ ꝙ recuperare debeāt inter alios, & cū juditiū redditū sit ꝓ eis, oportebit ꝙ in ꝑsonis eorū fiat executio, et sic poni debēt in seysina sicut et alii. Sed cûm seysinā habuerint, quis ejiciet eos? quia si sine juditio ejiciant̃ à ꝑticipibꝰ vel ab aliis, de jure seysinā recuperabūt. Si vero à ꝑticipibus implacitentur, cadit actio de jure, quia ꝑticipibus nihil potest accrescere, & ita nihil juris habent nec aliquid petere poterūt ratione custodiæ. Sed quid ergo fiet videndū est in sequētibꝰ. ¶ 4. Sed quid cū ꝑticipes plures extiterint et capaces et quidā eorū petāt & obtineant sine aliis qui nō nominantur in br̄i, nō nominatis cōsuli poterit ꝑ officiū judicis ꝓpter fraudē. Itē cûm plures sint ꝑticipes & omnes nominati & quidā sequi noluerint, nihilominus tenebit br̄e, quia satisfactū est impetrationi, & tales qui nō venerint sum̄oneātur ꝙ sint ad sequēdū cū ꝑticipibus si voluerint. Si autē sequi noluerint, alii nihilominus sequatur de ꝑte sua, br̄e sum̄onitionis talis erit. ¶ 5. Rex vic. salutē. Sum̄oneas ꝑ bonos sum̄onitores A. & B. ꝙ sint corā Justic. nr̄is tali die et loco, ad sequēdū cū C. & D. de tāta tr̄a cum ꝑtinētiis in tali villa, & unde ꝑdicti D. & C. clamāt duas ꝑtes versus E. ut rationabilē ꝑtē suā q̄ eos cōtingit de hæreditate talis cujus hæredes ipsi sūt. Et unde ꝑdictus E. dicit ꝙ nō vult ꝑdictis C. & D. respōdere sine ꝑdictis A. & B. ut dicit, & habeas ibi sum̄onitores & hoc br̄e. Teste &c. ¶ 6. Itē cûm oēs nominati sūt & agere inceperint simul, et unus eorū moriatur cadit br̄e, & de novo incipere oportet ꝑ aliud br̄e in ꝑsona hæredis statim vel post tēpus, secūdū qđ hæres fuerit infra ætatē vel nō. Sed quid si unus ex ꝑticipibꝰ cū agere inceperit feloniā fecerit, vel leprosus devenerit, furiosus, vel nō sanæ mentis, videndū utrū remanere debeat loquela vel ꝓcedere sive fuerit petēs vel tenens. ¶ 7. Cū autē plures sint cohæredes & ꝑticipes, & unꝰ vel plures totā teneāt hæreditatē, & ꝑticeps unꝰ vel plures petat versus unū ꝑticipem tenentē vel plures, si plures petāt, nō est necesse oēs nominari in uno br̄i, quia diversæ sūt actiones, quia quilibet petat ꝑtē suā ꝓpriā q̄ eū cōtingit sine alio ꝑticipe, ac si unꝰ ꝑticeps peteret versus unū vel plures ꝑticipes una erit actio, & quo casu tenens ꝑticeps visū non habebit, quia divinare nō poterit q̄ pars ei accidere poterit de communi hæreditate, poterit tamē ei fieri qđ tantundem valet, ut si dicat, rationabilē peto ꝑtem meā q̄ me contingit de tota hæreditate, unde talis antecessor meus obiit seysitus ut de feodo. ¶ 8. Cōtingit autē quādoq; q̄m divisa sit hæreditas inter participes, & cûm quis

quis ptem suam habuerit à possessione sua ceciderit, vel ꝙ donationem fecerit sub conditione aliqua, per quam post tempus esse poterit ꝙ ad ipsum sit reversura, et cùm per conditionem ad ipsum reverti debeat alius injuste se ponat in seysinam, & tenens ei objecerit ꝙ participes habuerit, exceptio illa non valebit, quia postquàm pticeps in seysina fuerit, & terrã de facto suo incumbravit, nihil de hoc ad cohæredes vel participes, non magis de dãno quàm de lucro. ¶ 9. Sunt etiam qui tenent in cõmuni rem aliquam de cõmuni consensu sicut pticipes & capaces, sed non tamen ut cohæredes, ut si de communi consensu aliquam vastitatem ꝑ cõmuni cõmodo reliquerint ad pasturã vel aliud cõmodum vel alium usum, si forte petant, eadem erit exceptio contra ipsos q̃ & contra hæredes, ꝙ nullus sine alio agere possit nec respondere. Res quidem cõmunis esse poterit inter plures multis rationibus, ut supra, sicut sunt divisi et hæredes. ¶ 10. Datur etiã exceptio dilatoria tenẽti, nõ ex ꝑsona petentis ꝙ agere non possit, sed ex ꝑsona adjuncti sine quo petere nõ potest, et qui non sunt pticipes quasi ptem capientes, quia res q̃ petitur inter petentes cùm evicta fuerit non capit divisionẽ, sicut inter virum et uxorem qui sunt quasi unica ꝑsona, quia caro una & sanguis unus. Res tamen ꝓpria uxoris, et vir ejus custos cûm sit caput mulieris, et in quo casu nõ respondebitur viro sine uxore nec è contrario. Item datur exceptio tenenti peremptoria quoad petentẽ, sed non ad eum qui jus habet, ut si quis petat nomine suo rem qui petere deberet rem nomine alieno, ut si servus fructuarius qui non habet actionẽ, et sicut simplex canonicus vel simplex monachus, quia amotibiles sunt et ꝑpetuitatem non habent, et in quo casu cadit actio & bře in ꝑsona talis et tenet actio in ꝑsona alterius ꝑ aliud breve. ¶ 11. Itẽ datur exceptio dilatoria tenenti contra petentẽ licet actio tota ad ipsũ ptineat ꝓpter autoritatẽ superioris, sine cujus assensu & autoritate petere non possit, sicut decanus & capitulũ trãsigere non possunt nec pacisci nec mutare statũ suũ, sicut nec rectores Ecclesiæ de rebus Ecclesiæ sine cõsensu episcopi: et plures sunt exceptiones aliæ q̃ cõpetunt tenenti cõtra petentẽ ꝑdictis rationibus, et de quibus ad p̄sens nõ recolitur.

¶ 1. De exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona propria. 2. Quòd oportet quod omnes nominentur petentes licet respondere possint quod quidam sunt bastardi & quidam villani & hujusmodi. 3. Si particips surdus fuerit vel mutus. 4. Si tenenti competat exceptio ex ipsa re. 5. Oportet quòd petens designet rem quam petit cum pertinentiis. Cap. 26.

DIctum est supra de exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona petentis, nunc autem dicendum de exceptionibus quæ competunt ipsi tenenti ex ꝑsona sua ꝓpria. Competit quidem ei exceptio minoris ætatis, ꝙ ante ætatẽ non respondeat, non magis quàm petens agere possit cõtra eum ante ætatẽ, secundũ ꝙ superius dictũ est de minori ætate. Et secundum hoc videri poterit quid agendũ sit hic. Item respondere nõ teneatur, quia non est in seysina nomine ꝓprio sed nomine alieno, et ideo non potest in judicium rem deducere. Item cõpetit ei exceptio ex ꝑsona sua ꝓpria sicut cõtra

tra petentem ex statu dubio et dubio rei eventu ut supra. Item cōpetit ei exceptio ex persona sua ꝓpria, quòd sine aliis respondere non potest, qui tantundem juris habent in re quam tenet sicut et ille, vel ratione adjuncti, vel ratione majoritatis ut supra. Sed ad hoc quòd exceptionē habeat quoad actionem differendam et breve postermendum, secundum quod participes nominandi sunt in brevi vel non nominati, videndum erit an partita sit inter cohæredes vel non cohæredes ꝑticipes hæreditas vel res cōmunis vel nō. Si autem hæreditas non fuerit partita sed teneatur in cōmuni, quilibet cohæredū tantundē juris habet tenendi hæreditatē quantū & alii: sed tamen non ꝑ se ante divisionē sed ꝓ se in cōmuni cū aliis, et sic totū tenet et nihil tenet, s. totū in cōmuni, & nihil separatim ꝑ se. Cùm autem tenens ita excipiat quòd non teneatur sine ꝑticipibus respondere, videndū est inprimis si hæreditas partita sit vel non. Si autē partita fit, & tenens teneat rem petitam sic partitā & in ꝓparte, non est necesse quòd omnes participes in brevi nominentur, quia si in bri nominētur illi qui nihil tenent, cadit breve ut ꝓbatur de termino S. M. añ regis Henr decimoquinto in cōm Essex. Assisa utrum de J. ꝑsona de Messe et Radulpho de Ardern et uxore sua et eorū ꝑticipibus. Ad idē facit de comitissa Oxoñ & W. Blundo & uxore sua, quia recessum est à cōmuni, sed tamen sine participibus suis non tenetur petenti respondere, et si sine eis responderet et amitteret, regressum non haberet erga participes ad damnum suum restaurandum in aliqua contributione facienda, sed hoc sibi ipsi & negligentiæ suæ posset imputare. Sed licet non sunt nominati, tamē oportet ꝗ vocentur cùm tenens sine illis respondere non teneatur. Sūmoniri igitur debet per hoc breve. Rex vicecom salutem. Sūmoneas ꝑ bonos summonitores A. B. quòd sint coram justic. &c. ad respondendum C. simul cum D. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa vel in tali com, vel de tanto terræ cum pertinentiis in alio com quam idem C. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus prædictum D. et sine quibus prædictus D. nō vult respondere eidem C. cùm ꝑdicti A. et B. sint participes ipsius D. de ꝑdicta terra &c. et quo casu si venerint, respondeant cum ipso D. si voluerint, si autem non, nihilominus ꝓcedat loquela. Et in hoc casu sive venerint sive non, et tenens amiserit, ꝓ æqualibus portionibus facient tenenti excambiū. Et ꝗ participes nō nominati ita summoneri debent, ꝓbatur de termino S. Michaelis anno regni Regis H. nono incipiente decimo in com Eborum et Lync. de Adam Tusset. ¶ 2. Si autē hæreditas communis partita non sit, oportet de necessitate quòd omnes nominentur in brevi, alioquin cadit breve ex toto. Si autē à petente ita fuerit replicatum, ꝗ non est necesse omnes nominare rationibus paulo antedictis, quia omnes illorū vel quidā bastardi sunt vel mortui cùm masculi sunt, vel si fœminæ, quòd q̄dam bastardæ et q̄dam villanis maritatæ, & quædam villanæ q̄ non nominantur, item quædam contulerunt se religioni, breve in pendente erit & actio, donec de veritate constiterit. Inprimis cùm dicatur, quòd absens sit bastardus, summoneatur per breve in forma supradicta, quòd sit corā Justic. ad certos diem & locū ad ostendēdū quid juris clamat in tanto

Summons Parceners to defend

terræ

heri de recto

terræ cum ptinentiis in tali villa quam talis clamat versus talem ut jus suū, vel per assisam mortis antecessoris. Et unde idem talis, s. petens dicit ꝙ bastardus est, et quòd nihil juris clamare potest in pdicta terra. Et de hac materia inveniri poterit de termino S. Trinitatis anno regni regis H. quarto in comitatu Somerset. Si autem dubitetur an particeps non nominatus sit mortuus vel non, detur alius dies ut interim inquiratur veritas : ut de itinere M. de Pateshull in comitatu Kanc. anno regni regis H. decimo tertio de W. filio Roberti. Item refert de tenente cùm tenuerit pro diviso facta partitione et ille moriatur qui de re petita nihil tenet, an cadat actio per mortem talis ac si ille qui teneret rem moreretur? Revera non cadit, non magis quàm si warrantus vocatus moreretur, sed stat breve, & ibi incipiendū. Si autem moriatur nominatus, cadit : sed si idē qui non nominatur habeat talem hæredem infra ætatē, expectabitur hæredis ætas. De hoc autem quod dicitur de maritata villano quòd si talis non nominetur cadit breve ut supra dictum est, et si nominetur tenet et procedit placitū de aliis, illa tamē ad tempus à petitione exclusa est quousquè villanus mortuus fuerit : ut de itinere M. de P. in comitatu Lincolñ anno regni regis H. decimo de Hugone de Hull. Et ad hoc facit de itinere Roberti de Vere comite Oxoñ et M. de Pateshull anno regni regis H. quinto in comitatu Hertford assisa mortis antecessoris si W. de Ludwich. Et quòd cadat breve si non fuerit nominata: inveniri poterit de eodem itinere in eodē coñ, assisa mortis antecessoris de Matilda filia Godwini, & est ratio ibi assignata, quia villanus mori potuit. Item de pticipe absente, de quo replicatur ꝙ villanus est, sumoneatur ꝙ sit ad ostendendum quid &c. Item de hoc ꝙ dicitur ꝙ particeps cōtulit se religioni & ita mortuus seculo, constare poterit per literas Episcopi utrum redire possit ad seculum vel non, secundum quod susceperit habitum ꝓbationis vel ꝓfessionis. Et de hac materia inveniri poterit de termino S. Trinitatis anno regis H. quarto in coñ South. de Johanne de Brywes. Item esto ꝙ particeps in prisona detineatur quòd venire non possit. Item si tali infirmitate detentus vel ab hostibus captus nihilominùs oportet eum nominare, & cùm nominatus fuerit, supersedendum erit quousquè venire possit. Si autē imprisonatus fuerit particeps nominatus ꝓpter feloniā, de qua sit in periculo vitæ vel membrorum, remaneat loquela sine die quousque constiterit de ejus deliberatione vel damnatione : ut de itinere W. de Ralegh in coñ Bed de Juliana de Nodariis. Ita suspenditur brē et loquela si unus ex pticipibus fuerit infra ætatē donec ad ætatē ꝑvenerit. ¶ 3. Sed quid dicetur de pticipe qui naturaliter surdus fuerit et mutus, videtur ꝙ talis omni tempore ꝓ non hærede & ꝓ non participe haberi debeat. Et ideo sive nominetur sive non, non cadit actio nec breve. Sed tenet tam in persona petentis quàm in persona tenentis quantum ad omnes. Si autem à casu venerit surditas vel non venerit & ꝙ mutus fuerit, expectandum erit ꝑ aliquod tempus si spes habeatur de convalescentia. De adjuncto vero et superioris consensu, qualiter fieri debeat in ꝑsona tenentis, ꝑpendi poterit ꝑ ea quæ superius dicta sunt in persona petentis. Et notandum quòd licet non capaces

Parcener deaf + dumb

ces hæredes nominentur, vel fortè penitus extranei, non tamē ꝓpter hoc cadit bre, sed stabit in ꝑsonis aliorū qui jus habent, quia in hoc tali casu utile non vitiatur ꝑ inutile. Notandum est etiam ꝙ plures participes petere possunt tenendi in cōmuni à pluribus qui separatim tenent, et qui sese in nullo contingunt, et hic plures erunt actiones ꝓpter pluralitatem ꝑsonarum. Et vice versa plures non participes quorum jura separata sunt, petere possunt versus plures cohæredes & ꝑticipes, & similiter erunt hic actiones plures et diversæ. Item possunt plures cohæredes & ꝑticipes petere versus plures cohæredes et ꝑticipes et hic erit unica actio ꝓpter unitatem juris. ¶ 4. Si autem non sit exceptio q̄ competat tenenti contra petentem, nec ex persona petentis nec ex ꝑsona sua ꝓpria, firmato sic judicio ex persona Judicis, petētis & tenentis, cùm judicium sit trinus actus trium ꝑsonarum, videndum erit an sit aliqua quæ competat tenenti ex ipsa re q̄ petitur, si corporalis fuerit & imobilis sicut terra, tenementum, vel redditus qui ꝓveniat ex tenemento. ¶ 5. Oportet igitur inprimis quòd petens rem designet quam petit, videlicet qualitatem, ut sciatur utrum petatur terra vel redditus cum ꝑtinentiis. Item quantitatē, utrum videlicet sit plus vel minus ꝙ petitur. Certam enim rem oportet deducere in judiciū, ne contingat judicium esse delusoriū vel obscurum, quia de re incerta in judicium deducta certa fieri non poterit sententia, licet quandoq; de incerta re agatur. Judex sive Justic. (in quātum ei possibile fuerit) certum debet ꝓferre judicium. Specificare autem poterit sic, ut si dicat: Peto versus talem tot maneria, quandoque cum ꝑtinentiis, quandoq; sine. Item tot feoda militum cum ꝑtinentiis. Item tot carucatas terræ, tot virgatas, tot acras, tot selliones. Item tot libratas terræ, tot solidatas, tot bovatas secundum diversitatē tenementorum, & secundū ꝙ in brevibus de recto & de ingressu continetur, et ita ꝙ narratio bri conveniat, à quo si discordet & brevi non conveniat narratio, amittit petens, quia non admittitur variatio. Admittitur tamen variatio quandoque, dum tamen dicat simile, ut si cōtineatur in bri ꝙ petit duas carucatas q̄ ꝑ annum valent decē libratas, non ꝓpter hoc recedit à brevi suo si dicat, peto decem libratas terræ, quia dicit ꝙ tantundem valet, non enim refert utrum quid fiat vel suum simile.

Plea to the thing demanded

¶ 1. *Proposita intentione videre poterit tenens an totam teneat vel non, & unde oportet quod visum habeat vel quod tantundem valeat.* 2. *Cùm visum habuerit quid faciendum.* 3. *Oportet designare quæ vel qualis sit quam petit res mobilis vel immobilis & certa designatio.* 4. *Exceptio quod nihil inde tenet & pœna quæ sequitur si inde convincatur.* 5. *Exceptio quod tenementum non teneat quia alius tenet de pertinentiis.* 6. *Quod aliquando fuit de pertinentiis sed postea desiit esse.* 7. *Inquisitio utrum totum tenuerit vel non.* 8. *Si tenens dicat quod nihil teneat & aliàs cognovit quod totum teneat.* 9. *Si cognoverit quod totum non tenuerit in feodo sed partem.* 10. *Si quis manerium petat cum omnibus pertinentiis ad quod pertineat advocatio.* 11. *Replicatio super hoc.* 12. *Si dicat quid nihil tenuerit mentiendo sicut de Priore de Weylocke & W. de Insula.* 13. *Si tenens dicat quod totam terram non teneat, & petens quod totam, & sic sit res dubia per negationem aut locus erit joco partito aut inde inquisitio de pertinentiis, & sunt pertinentiæ pertinentiarum.*

Cap. 27.

This should begin the next chapter

CUm autem petens intentionē suam sic formaverit, æstimare debet tenens an teneat totam terram petitam vel ejus ꝑtem vel omnino nihil: si totam teneat, utrum illam teneat nomine ꝓprio vel nomine alieno. Si autē nomine alieno ut si in custodia, ad vadium, ad voluntatem, vel ad terminum annorum, cadit brē, quia actio non competit cōtra talē, sed contra illū cujus nomine fuerit in seysina. Si autē nomine ꝓprio, tunc refert utrū ad terminū vitæ, vel ut de feodo. Et quo casu concedatur ei visus si visum petierit, ut petens ostendat ei quantū terræ petierit, et ꝑ quas metas, et hac ratione dabitur ei dilatio, ut inde habito visu, sciri poterit si terram petitā integrè teneat vel non, ut supra in tractatu de visu faciendo. Et hæc vera sunt, nisi petens incontinenti ostendere possit certitudinē ꝑ quā facere possit ꝙ tantundem valeat, ut si dicat: peto tantam terram ꝑ tales metas, vel tantam terram unde antecessor suus obiit seysitus ut de feodo, vel sic: peto advocatione Ecclesiæ S. Petri cùm duæ fuerint Ecclesiæ in eadem civitate, videlicet S. Petri & S. Pauli, ut suprà plenius in tractatu de visu faciendo. ¶ 2. Cùm autem tenens visum habuerit vel quod tantundē valet, scire poterit utrum petenti respondere teneatur et ad breve suum vel non teneatur, secundū quod tenuerit totam rem nomine ꝓprio vel alieno, vel nihil inde tenuerit, vel non nisi ejus partem: quia si totam non tenuerit, amittere non potest quod non habet, et ita cadit breve sed non actio, nisi ita sit quòd petens ostendere possit quòd tenens totam teneat in dominico et in servitio, nisi tenens docere possit contrarium, quòd nec in dominico nec in servitio: & quo casu fieri possit jocus partitus si partes consenserint sub tali periculo, vel quòd tenens rem petitam amittat, vel quòd petens clamorem suum imperpetuat, sed hoc erit voluntarium & non judiciale. Et notandum quòd cùm tenens semel talem exceptionem ꝓposuerit, ulterius consimilem ꝓponere non possit, ne diutius ꝓtrahatur negotium, et tenens ad hoc poterit coarctari quòd ostendat quid in possessione extiterit, ne iterum cadat breve ꝑ mendacium, et etiam ad omnes exceptiones quæ faciunt ad breve posternendum. ¶ 3. In hac quidem actione ꝑ brē de recto, sicut in qualibet alia actione ꝑ quā petitur res corporalis, designare oportet petentē q̄ & qualis sit res quæ petitur, ut si sit res im̄obilis sicut tenementum, designare oportet qualitatem et quantitatem, ut supradictū est. Si autem res mobilis, sicut animal, vestis, vel aliud quod consistit in pondere, numero, vel mensura, quia non sufficit dicere, peto rem, nisi dicatur peto talem rem. Item si tenementum, oportet designare utrum sit terra vel redditus. Item si redditus, utrū sit annuus ꝓveniens ex tenemento, vel datus de camera, secūdū ꝙ supra distinguitur in tractatu de nova disseysina. Itē si res sit mobilis, oportet designare utrum petatur animal vel vestis, si animal, utrum leo vel homo: si autem vestis, utrū bombicina, vel lana, vel de linio. Si autē petatur res q̄ in pondere consistat, sicut massa rudis vel formata, tunc scire oportet cujus sit ponderis et cujus generis. Si autem petatur res q̄ in numero consistat sicut pecunia numerata, tunc quot libræ, quot solidi, vel quot denarii. Si

[a] This chapter ought rather to begin with the 4th parag. overleaf.

autem petatur res quæ consistit in mensura, tunc utrum liquidum aut solidum, ut si solidum, tunc cujus generis, utrum frumenti, hordei, vel alterius annonæ. Si autem liquidum, tunc utrum vinum, an oleum, vel hujusmodi, et sic cujus generis. De numero autem constare oportebit quot modia, vel quarteria, vel hujusmodi, & ita perpendi poterit de qualitate & quantitate rei mobilis. Si autem res fuerit immobilis sicut terra, eodem modo oportet designare qualitatem et quantitatem, ut supra dictum est. Item utrum tota petatur an ejus pars, et ne plus petatur à petente quàm tenens teneat. Item utrum petatur corpus rei cum pertinentiis vel sine. Item utrum petatur unum corpus per se cum pertinentiis, vel plura corpora per se vel cum pertinentiis. Item si plura corpora cum pertinentiis vel sine, tunc utrum sese contingant et ita annexa sint quòd unum ab alio separari non possit, vel quòd sese in nullo contingant, et penitus sunt diversa. Item refert utrum petatur ab uno vel pluribus, et eodem modo utrum teneatur ab uno vel à pluribus, ut supra de participibus. Item designatur res quæ petitur ex nomine, ut si petam hominem, oportet designare nomen, quia nomina hominum cognoscendorum gratia imposita sunt. Eodem modo si petatur manerium, oportet quòd designetur ex nomine, vel si alia quævis res, vel alia quæ tantundem valeat, ut supra de visu faciendo. Et quemadmodum petuntur corpora, sic & quandoquè petuntur jura, sicut jus advocationis quod est de pertinentiis alicujus rei corporalis, quia jura sine corporibus esse non possunt. Et petitur aliquando jus advocationis per se et cum suis pertinentiis, & aliquando cum corpore simul cum ipsa re cùm sit de ipsius rei pertinentiis. ¶ 4. Cùm autem dicat petens in intentione sua, peto versus talem tantam terram cum pertinentiis &c. excipere poterit tenens contra intentionem suam quòd ipse nihil inde tenet, nec unquam aliquid inde tenuit: & si petens hoc dedicere non possit cadit breve simul cum actione, cùm tenens verum confiteatur. Si autem dicat se nihil tenere cùm revera totum teneat & inde se posuerit in inquisitionem, si tenens per inquisitionem convincatur pro mendace, amittet rem quæ petitur propter mendacium. Et qualiter et per quod breve fieri debet inquisitio inferius dicetur: nec erit hic locus joco partito, nisi in hoc consenserint partes ex abundanti. Item si excipiat tenens hoc modo, & dicat quòd ipse nihil tenet sed alius, si in hoc mendacium inveniatur, amittit quod tenet propter mendacium et sine joco partito. Item si cognoscat quòd rem teneat sed non totam quia alius partem sive de ipso corpore, sive de pertinentiis, si per inquisitionem de mendatio convincatur, non tamen propter hoc amittet ipsam rem totam, nec ejus partem, nec punietur mendacium ut prius, sed procedit loquela versus tenentem ut de toto respondeat nisi aliud inducat ex communi assensu, ut jocus partitus. Et quod dicitur de corpore dicatur de pertinentiis, secundum quod totum tenuerit vel non tenuerit vel ejus partem. Item respondere poterit & cognoscere quòd aliquando tenuit rem petitam sed modo non tenet illam, quo casu videndum erit quando de-

do desiit possidere. Desinere autem potest quis dolosè ne secum agatur, & quandoq̃ sine dolo, & unde videndum an desiit possidere ante brevis impetrationem vel post. Si autem ante, non tenetur ex dolo cùm non sit in arbitrio suo quin debeat respondere licet sit in arbitrio petentis quando velit agere. Item non tenetur ex dolo licet post impetrationem alienaverit & transtulerit ad aliam rem petitam, quia bene potest tenens ignorare impetrationem. Et petens poterit esse negligens in ꝓsecutione. Item alienare poterit siue dolo post impetrationem, et post summonitionem, ut si ante impetrationem vel post impetrationem (dum tamen summonitione præventus non sit) se transtulerit tenens ad partes transmarinas vel tam remotas quôd de summonitione nihil sciverit & ibi alienaverit, non punitur. Si autem fecerit contrarium in casibus supradictis, haberi debet ꝓ possessore, & maximè si alienaverit post sum̄onitionem testatam & ꝓbatam: ut de termino S. Michaelis anno Regis Henrici quarto incipiente quinto. Item si post impetrationem facta fuit alienatio pendente inquisitione, erit breve in pendenti et secundum hoc teneat vel cadat: ut de termino sanctæ Trinitatis anno Regis H. septimo in comitatu Oxoñ de Joceto de Plungenay. Si autem summonitione prævent⁹ fuit ꝙ illam scivit vel scire debuit, ꝓ possessore habebitur sive donatorius possessionem apprehenderit sive non. Item respondere poterit quòd totum corpus manerii non tenuerit, quia talis tenet tantum de corpore unde ipse nihil habet sive manerium petatur cum pertinentiis vel sine. Et unde nihil habet nec in dñico nec in servitio, nec in eleemosyna, nec in advocationibus. Et unde oportet petentem ꝑ inquisitionem docere contrarium. Item vel tempore impetrationis vel summonitionis nihil tenuerit, dum tamen postea possidere inceperit, respondebit. Item cùm corpus manerii petatur in dominico, respondere poterit tenens, quòd nihil inde tenet in dominico sed totum in servitio, et quo casu si ita sit, cadit breve et similiter actio, quia non potest tenens amittere id in dominico quod non tenet nisi in servitio. Item cûm petens totum petat in dominico, tenens respondere potest et cognoscere ꝙ totum non tenet in dominico, sed partim in dominico & partim in servitio, quo casu videtur quôd ex toto cadit breve, et actio tantum pro ea parte quam non tenet in dominico: nisi ita sit (secundum quosdam) quòd petens possit intentionem institutam in hoc mutare, quòd petere possit in dominico quod tenens tenet in dominico, & in servitio quod tenens tenet in servitio. In electione vero petentis est in hoc casu utrum velit quòd breve stet vel cadat, secundum quod se tenuerit ad petendum in dominico & servitio versus tenentem, et sic stat breve: vel quòd totum petat versus tenentem in dominico et quòd sic cadat breve. ¶ 5. Item dicere poterit et respondere (ut supra) quòd nihil inde tenet omnino nec in dominico, nec in servitio, nec in eleemosyna, nec in advocaria, & hoc ꝓbato cadit brẽ. Item si dicat tenens ꝙ totum non teneat, quia alius tenet de ꝑtinentiis, vel de corpore manerii tantum, sicut advocationem vel tantam terram, replicare poterit petens ꝙ non habet necesse exci-

se excipere ptem illã, vel quia omninò nõ est de ptinentiis sed pertinet ad aliã trãm & ad aliud feodũ, & semper ptinuit, & unde ipse idem nihil inde clamat, licet quandoq; esset de corpore vel pertinentiis, capitalis suus dñus qui eum inde feoffavit ptem illã alienavit anteqm antecessorem suũ (cujus seysinã ipse petit) feoffaret, & ipse nihil aliud petit, nisi illud q antecessor suus habuit anno & die quo feoffatus fuit, & post feoffamentũ illud nihil de re petita alienatum fuit vel translatum. ¶ 6. Item dicere poterit tenens quòd quando dominus Rex dedit manerium illud cum pertinentiis tali Abbati qui eum inde feoffavit per chartã suam non fuit terra illa de corpore manerii, nec de pertinentiis, quia prius data per ipsum regem, et idem Abbas illam dedit antecessori suo per chartam suam in eodem statu quo Abbas illam tenuit de dono domini Regis, & sicut charta Regis testatur, scilicet in dominico id quod Abbas ante donum suum habuit in dominico, & in servitio quod habuit in servitio, eleemosyna, & in advocaria. Et unde dicere possit q Abbas à conquestu Angliæ de Rege in Regem, & semper se defendit per hoc quod dixit q tenuit terram illam cum talibus pertinentiis in eleemosynam de regibus: ut de itinere Martini de Pateshul de loquela q̃ fuerit super judicium de diversis comitat̃ anno Regis Henrici tertio in comitatu Kanc. de W. comite Marr̃ seniore & Falcasio de Breyãte. Ad hoc autem facit de termino Sanctæ Trinitatis anno Regis Henrici quarto in comitatu Bedf. de W. comite Marr̃. Facit etiam ad hoc manifestè de termino Hilarii et Paschæ anno regni Henrici ut supra in principio, quia ibi dicitur, q sicut manerium datũ fuit antecessori in dominico & servitio &c. ita illam petit. Item si dicat tenens q totam terram illam non teneat, quia cõmunis est, & partibilis inter cohæredes et participes, et si hoc negetur, inde fieri poterit inquisitio, utrũ ita sit vel non sit, ut supra de pticipibus. Et similiter de term̃ S. M. añ regis Henrici decimosexto incipiente decimo septimo in fine. Item si petens plus petat qm tenens teneat, ut si petens petat viginti quatuor acras træ, cùm tenens nõ teneat nisi viginti aut stat bře aut cadit, & tũc fiat inquisitio p tale bře. ¶ 7. Rex vic. salutẽ. Præcipim⁹ tibi q assũptis tecũ quatuor vel sex, vel pluribus legalibus hominibus ex illis qui visũ fecerunt, de terra qm talis petit versus tale, & p eos et alios legales homines diligẽter inquiras, si pdictus talis tenens teneat xxiv. acras terræ integræ, quas talis clamat versus eundẽ talem necne, & unde idẽ talis tenens dixit q nõ tenuit inde nisi tantũ viginti acras, & q talis petẽs inde tenuit quatuor acras, & inquisitionem illam nobis mittas &c. T. &c. Et de hac materia inveniri poterit de term̃ S. H. añ regis H. quinto in com̃ Eborum de Petro de malo lacu. Itẽ si dicat tenẽs excipiendo q nihil teneat, cũ aliàs in com̃ dixit se tenere totũ, & cognovit, & à tali tenente, versus q̃m nunc petitur nisi ad terminũ, et non alio modo, cùm petens hoc dedixerit fiat inquisitio p hoc bře. ¶ 8. Rex vic. salutẽ. Præcipimus tibi q in pleno com̃ tuo recordari facias loquelã q̃ fuit in eodẽ com̃ tuo, inter tales de tanta trã cum ptinẽtiis &c. Et unde pdictus talis versus quem &c. respondebit quod non tenu-

 it ter-

not part of the Manor

Joint tenancy

holds less than demanded

Non tenure after confession of tenure in County Court

breve de recto

it terram illam nisi ad terminum, & ad voluntatẽ talis, nec aliquod jus clamavit in eadem. Et recordum illud habeas &c. per quatuor &c. Teste &c. Idẽ dies datus fuit partibus. De hac materia inveniri poterit de termino S. Michaelis anno Regis Henrici nono incipiente decimo in comitatu Bedford de Richardo de Bavadum. Item notandum ꝙ si quis terram petat cum pertinentiis ab aliquo,& petat in dominico quod in dominico,& in servitio quod in servitio, si tenens nihil tenuerit in dominico, cadit breve. Et eodem modo licet ille qui tenet de tenente, tenere debeat de eo, si tamen tenens implacitatus nihil perceperit de servitio cadit breve eodem modo ut supra: ut de termino S. Trinitatis anno Regis Henrici quarto in comitat Buck. assisa mortis de Hugone de Gurnay. ¶ 9. Si autem tenens ita respondeat, quòd totam non teneat in feodo, sed partem in feodo, et partem in custodia, non cadit bre pro ea parte quam tenens tenet in dominico: ut de itinere Martini de Pateshull in comitatu Kanc. anno regis Henrici duodecimo. De Godefrido de Resiton. Eodẽ modo si quis ꝑ unũ bre plura petat maneria, vel terras, vel alia q̃ sese non contingunt, stare poterit bre pro una parte,& cadere ꝓ alia pte: cùm placita sint omnino diversa. ¶ 10. Item si quis manerium petierit cum omnibus ptinentiis, ad quod pertineat advocatio Ecclesiæ, & nihilominus per aliud breve petat advocationem, una est actio, sed breve cadit, cùm sit superfluum, quia petens plus petit eo quòd bis petit idem, & est una petitio nugatoria & inutilis cùm alia sufficiat per se. Et idem erit si per unum breve petat manerium cum pertinentiis, et postea in narratione sua dicat sic: peto tale manerium cum pertinentiis & cum advocatione Ecclesiæ, non tamen cadit propter hoc actio nec breve, sed suspendatur adjectio illa quasi superflua, cùm sufficiat manerium cum pertinentiis petere. ¶ 11. Item replicare poterit petens eo quòd tenens dicit quòd totum non teneat quia alius tenet advocationem, replicari poterit quòd advocatio non pertinet ad terram petitam, sed ad aliam baroniam, & ad aliud feodum,& ideo ꝙ non est necesse illam excipere, ut de placitis quæ sequuntur Regem ann̄ Regni Henrici decimo nono in comitatu Bedf. de Johanne de Traylie & Waltero de Godardville. Et sic amittere poterit quis multipliciter propter plus petitionem. Plus autem peti potest multis modis: re, causa, loco, tempore, ut si quis dicat vel petat plus quã tenens teneat, cadit breve, sed non cadit actio, ut videri poterit de muliere petente dotem, ut si plus petat quã ad ipsum ptineat nomine dotis, nõ tamẽ cadit à causa, dum tamen ꝓstata fuerit ꝙ plus non petierit quam tertiam ptem unde vir suus obiit seysitus ut de feodo: ut de term̄ P. anno Regis H. septimo in com̄ Sussex de Nicholaa quæ fuit uxor Thomæ de Casteneys. ¶ 12. Cùm autẽ tenens dicat (ut supradictũ est) ꝙ nihil teneat cùm revera tenuerit mentiendo,& petens ante inquisitionem inde factam se ipsum decipiendo se de brevi retraxerit, et agere inceperit versus alium, qui à tenẽte falsò dicebatur esse tenens, & qui dixerit se non tenere, cùm re vera nihil teneat & per hoc constiterit per inquisitionem, ille qui falsò negavit non amittet

Part in feodo / Part in custodia

surplusage

Non tenure & retraxit

amittet propter mendacium eo quòd petens de mendacio illum non convincit, ſed minus cautè ſe retraxerit,& ſic non punitur mendacium propter ſuam negligentiam, quod quidem fieret ſi negligens non fuiſſet. ¶ 13. Cùm vero tenens excipiendo dicat quòd totam terram petitam non teneat et petens dicat quòd totam teneat, quia per hoc ſi res dubia, fiat inde inquiſitio ſub periculo amiſſionis per jocum partitum: ut de termino ſancti Hilarii anno regis Henrici nono de Rogero de Drayton in comitatu Derby. Si autem objiciatur à petente quòd terra quæ excipi deberet non ſit de pertinẽtiis terræ petitæ, tunc fiat inquiſitio per hæc verba, ſcilicet ſi tanta terra cum pertinentiis quam talis tenet in tali villa ſit de tot hidis vel de tanta terra, vel de corpore talis manerii, vel de ejus pertinentiis, quam talis clamat verſus talem, vel aliter: Si ille talis teneat tales hidas,vel tot hidas terræ, vel tantam terram in eiſdem villis, ſive terram illam quam idem talis clamat in prædictis villis verſus talem. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hilarii anno regis Henrici nono in comitatu Warr̄ de Roberto de Cherleton. De hoc autem quod dicitur (quòd talis petit tantam terram cum pertinentiis) dictum eſt ſupra de pertinentiis quæ et quales ſunt. Sunt enim pertinentiæ, & corpus ad quod pertinent pertinentiæ, & ſunt pertinentiæ pertinentiarum.

¶ 1. *De exceptione quam habetis ex errore in nominibus villarum. Item quid ſit villa, quid manſio, quid manerium.* 2. *Exceptio ad hoc quod dicit jus meum & quod diverſa ſunt jura.* 3. *Ad quos deſcendit hereditas & quo jure, & plures poſſunt jus habere & unus majus & alius minus.* 4. *Quòd poterit impediri deſcenſus per feloniam commiſſam per aliquem anteceſſorum.* 5. *Competit exceptio tenenti ex ipſa editione actionis ſi omnino non vel obſcure.* 6. *Exceptio ex variatione narrationis dicendo modo unum & modo aliud primo contrarium.* 7. *Item competit tenenti exceptio rei judicatæ.* *Cap.* 28.

ITem dicitur (etiam in tali villa) & ſi error ſit in nominibus villarum ſatis dictum eſt ſupra quid inde faciendum ſit, ſed ſi minus ibi dictum ſit, fiat hic repetitio ut addatur. Videndum igitur quid manſio, quid villa, et quid manerium. Manſio autẽ eſſe poterit cõſtructa ex pluribus domibus, vel una q̃ erit habitatio una & ſola ſine vicino, etiã etſi alia mãſio fuerit vicinata nõ erit villa, quia villa eſt ex pluribus manſionib' vicinata,& cóllata ex pluribꝰ vicinis. Maneriũ autẽ fieri poterit ex pluribꝰ villis vel una, plures enim villæ poſſunt eſſe in corpore manerii ſicut et una, & ad unam manſionẽ ꝑtinere poterunt plura tenementa. Et genera tenementorũ pluribꝰ & diverſis nominibꝰ ſpecificata, q̃ cùm ad manſionem ꝑtineant non poterunt dici ꝙ ſint in tali villa ſpecificata, denominatione mãſionis, ſed mãſio et teñta ſimul eſſe poſſunt in aliqua villa, ex pluribꝰ manſionibꝰ vicinata. Itẽ quandoq̃ eſt manerium in villa, & ubi non fuerit niſi unica villa in manerio denominari poſſunt uno nomine, & teñta tali manerio adjacentia erũt in tali villa & in tali manerio, quia villa denominatur à manerio, & maneriũ à villa è cõtrario. Item & ſecundum hoc plura poſſunt eſſe in patria una & diverſa maneria &

ria et diversæ et plures villæ : & ideo tenementa et agri limitata ad unum manerium vel unam villam non possunt dici quòd sunt in alio manerio sive alia villa , quia limitati sunt fines agrorum. Item si plures sint villæ in uno manerio, poterit res petita esse in una villa vel in diversis , & si in diversis : specificari poterit quantum vel quid petatur in una vel in alia & tamẽ utraquè erit in uno manerio et corpore manerii, sed non è contrario, quòd quicquid sit in manerio sit in qualibet villa , quia villa non continet manerium nec comprehendit , sed è contrario manerium continet & cõprehendit omnes villas. Poterit etiam esse, cùm plures sint villæ in manerio quòd totũ manerium denominatur à nomine illius villæ licet totũ manerium cõprehendi nõ possit sub villa, et unde aliud est dicere, in tali villa , aliud in tali manerio, quia specificato nomine manerii, obscura erit petitio et nulla, nisi specificatũ fuerit nomen villæ in qua tenementum petitum fuerit, si alia fuerit villa et diversa ab ea de qua denominatur maneriũ , cùm plures fuerint villę in eodem manerio. Si autem tenementum fuerit in villa de qua denominatur manerium, recte petitur si fiat respectus ad denominationem qua specificatur villa, et non qua specificatur maneriũ, licet villa illa sit in eodem manerio, quia si haberetur respectus ad nomen secundum quod est nomen manerii, villæ esset specificatio , cùm plures aliæ villæ sint in eodem manerio. Item habito respectu ad nomina villarũ, non quicquid est in una villa est in alia, licet quicquid sit in omnibus villis sit in uno et eodẽ manerio. ¶ 2. Itẽ cõpetit exceptio tenenti ex hoc quòd petens in intentione sua dicit , peto versus talem tantã terram cũ pertinentiis in tali villa ut jus meum. Ad quod notandum quòd diversa sunt jura, unum videlicet possessionis & aliud ꝓprietatis : possessionis , quoad liberum tenementum vel quoad feodum : Quoad liberum tenementum , ut si quis quacunque ratione tenuerit ad vitam suam : Quoad feodum, ut si quis tenuerit ad feodum sibi & hæredibus suis. Est etiam jus ꝓprietatis quod dicitur jus merum. Et quandoquè conjungitur in una persona jus possessionis & jus proprietatis , secundum quod dicitur: Iste se ponit in assisam de Dreyt Dreyt , et ad quemcumque pertineat jus proprietatis illum sequi debet possessio, quia possessio semper sequitur proprietatem et non è converso. Et quandoquè dividitur jus proprietatis à possessione, quia proprietas statim post mortem antecessoris descendit hæredi propinquiori, præsenti & absenti, scienti & ignoranti, minori sicut majori, masculo & fœminæ, furioso et mente capto, stulto et fatuo , surdo & muto naturaliter. Sed tamen non statim acquiritur talibus possessio , quia alius ante aditionem hæreditatis parens vel extraneus medio tempore se ponere possit in seysinam, et de seysina talis poterit jus possessionis descendere ad hæredes talium inferiores , per negligentiam proprietarii : ut si cùm jus proprietatis descendat ad antenatum propinquiorem, frater postnatus se ponat in seysinam , et sic cùm post longum intervallum quòd sine brevi ejici non potest moriatur seysitus , transmittit ad hæredes suos cum jure possessionis quod ipse habuit quasi in feodo quoddam jus proprietatis

cum

cum jure possessionis, illius ꝙ sequi debeat primam ꝓprietatem, et sic de hærede in hæredem usq́ in infinitũ, et sic erunt ibi duo jura ꝓprietatis per diversum descensum et diversas personas et gradus. Sed unus eorum majus jus ꝓprietatis habebit ꝓpter prioritatem, sicut frater antenatus & ipsius hæredes, et illi minus jus qui descendunt de fratre postnato, sed semper p̄ferri debet possessio, donec hæredes descendentes de fratre antenato jus ꝓprietatis evicerint, et si cùm frater postnatus plures habuerit filios, et postnatus se posuerit in seysinam et sic seysitus obierit, ut p̄dictum est, ita esse poterit ut p̄dictũ est. ¶ 3. Et sic de hærede ad hæredem quòd ad plures descendere possit jus ꝓprietatis per diversas ꝑsonas, gradus et lineas, ꝙ plura possunt esse jura ꝓprietatis et plures possunt habere majus jus aliis, secundum ꝙ fuerint priores vel posteriores. Et hoc locum habere poterit in ꝑsonis extraneorũ, sicut in personis parentum qualitercunq́ se posuerint in seysinam. Poterit autem quis dicere in intentione sua ꝙ jus habeat in re petita, cùm omnino nihil juris habeat, quod perpendi poterit per narrationem descensus. Item cùm aliquid juris habuerit sicut cohæres, sicut frater postnatus, & hujusmodi, alius majus jus habet, sicut frater antenatus vel hæredes ex eo ꝓvenientes. Item excipere poterit tenens, ꝙ si petens jus habeat, tamen sunt alii cohæredes et ꝑticipes qui tantũdem juris habent, sine quibus ipse nihil petere poterit, ut supradictũ est: vel, quia res cōmunis est cum aliis ꝑticipibus licet non cohæredibus. Item excipere potest ꝙ adjunctum habet, sicut uxor de cujus jure agitur, & sine qua petere non poterit, ex quo nulla est facta mentio in brevi de uxore. Item excipere potest quòd si petens jus habeat, ille qui tenens est majus jus habet, quod quidem expediri poterit per magnam assisam si tenens voluerit. ¶ 4. Item competere poterit tenenti exceptio licet antecessor ita seysitus fuerit ut de feodo et in re sicut petens ꝓponit ꝓpter impedimentum descensus, ut si aliquis antecessorum feloniã fecerit de qua convictus fuerit, ut si suspensus fuerit propter feloniam, vel utlagatus ritè et secundũ legem terræ, ex causa justa vel sine. Item ex cognitione ꝓpria si feloniam cognoverit quamcũq́, & sic regnum abjuraverit. Item si aliquis antecessorum suorum jus suum remiserit tenenti vel alicui de quo ipse habet causam possidendi, et quietũ clamaverit vel cognoverit & remiserit pro se et hæredibus suis per finem factum in curia dñi Regis. ¶ 5. Competit etiam exceptio tenenti ex ipsa intentione & editione actionis, ut si cùm proponere debet intentionem, audito brevi nihil ꝓponat vel nihil omnino dicat, tenens erit absolvendus, quia nihil dicenti non erit aliquid respondendũ. Itē si intentionem suam ꝓponat obscurè, vel minus plenè, vel dubiè, non erit ei respondendum, quia non refert utrum quis omnino intentionem suam ꝓponat, vel obscurè, vel non plenè, vel dubiè. Item si cũ intentionem suam ꝓponat plenè, nec doceat quo jure petat, non erit audiendus, quia si tantum dicat, peto talem rem ut jus meum, non sufficit nisi incōtinenti de jure doceat, ut si dicat, et unde talis antecessor &c. Itē si de jure doceat aut fundat intentionē suam, non valet, nisi incontinenti ꝓbatio-

Plea de Jointenancy &c.

Majus Jus in Tenente

Attainder

Release

Pleas to the form of Intentio.

bationem habeat, sicut inferius dicetur, Quia qui nihil ꝓbat cadit intẽtio ꝓpter defectum ꝓbationis, nec refert utrum omnino nihil ꝓbaverit vel minus sufficienter, secundum ꝙ inferius dicetur de litis contestatione. ¶ 6. Itẽ datur exceptio tenenti ex variatione narrationis, dicendo modo unum modo aliud primo cõtrarium vel diversum, et si intentionem suã mutaverit, nisi in casu licito vel ꝑ narrationẽ suam à brevi suo recesserit, ita ꝙ narratio non sit cõsona brevi, vel ꝙ non dicat quod tãtundẽ valeat. Item si cùm semel intentionẽ suã ꝓposuerit et postea cadat breve ꝓpter vitiũ, & cùm ꝑ aliud breve postmodũ agere inceperit intentionẽ suam quam ꝑ primũ bр̃e ꝓposuerit in toto mutaverit vel in parte. Et multò fortius si ꝑ fraudem se retraxerit ab uno ut intentionẽ suã mutare possit in alio, quãvis objici possit ꝙ res nova novã causã desiderat, sed quãvis mutetur bр̃e, tamẽ mutari nõ debet actio nec intentio pri⁹ ꝓposita, nec magis variari debet in uno quam in diversis ꝓpter pluralitatẽ breviũ cùm ꝓposita fuerit sub eadem actione. ¶ 7. Itẽ cõpetit tenenti exceptio rei judicatæ, ut si antecessor petentis vel aliquis hæredũ suorũ rem petitam amiserit ꝑ juditiũ in causa ꝓprietatis, sicut ꝑ magnã assisã vel duellũ, vel juratam aliq̃m in q̃m se posuerat et talis exceptio ꝑemptoria est, quia ex toto ꝑimit juditiũ. Itẽ si ꝑ concordiam & finẽ q̃ similiter ꝑemptoria est, quia dicitur finalis cõcordia, & ideo finalis quia imponit finẽ litibus, ut si tenẽs dicat ꝙ aliquãdo fuit placitũ in curia regis de eadẽ t̃ra inter talẽ petẽtẽ & talẽ tenẽt vel eoꝝ antecessores, & loquela ita deducta fuit vel t̃minata ꝙ t̃ra remãsit tenẽti vel ejus antecessori ꝑ magnam assisã vel ꝑ duellũ, juratã, vel inquisitionẽ, vel ꝑ defaltã post duellũ vadiatũ, vel magnã assisam electã, ꝑ juditiũ, ꝑ finẽ factũ, & hujusmodi de clameo nõ apposito, hæc omnia ꝓbari possunt ꝑ rotulos et recorda Justitiarii.

Plea of a judgment in Assise or Duel.

¶ 1. Exceptio ex taciturnitate quòd clameum non apposuit. 2. Cui præjudicatur de clameo non apposito. 3. Qualiter fuerit excusatus quis qui clameũ non apposuerit. 4. Excusatur si in prisona tunc fuit. 5. Item si infirmitate detentus vel ultra mare. 6. Si finis contineat falsitatem sicut de warrantia chartæ, ubi ille qui dicit se fuisse in seysina nullam habuit seysinam tempore cõfectionis cyrographi. 7. Si tempore placiti nec ipse nec antecessor suus jus habuit. 8. Si finis factus fuit in occulto ante tempus legitimum, vel si tenuerit nisi ad vitam. 9. Item excusatur quis si loquatur de seysina sua propria.

Cap. 29

Non claim

COmpetit etiam tenenti exceptio ex taciturnitate petentis vel alicujus antecessoris sui, ut si quis tacuerit cùm viderit de jure suo litigare vel concordiam facere clameum suum non apposuerit per judicium, sicut si magna assisa adjudicata fuerit, vel duellum vadiatum, vel jurata arramiata, vel cyrographum factum in curia, ut de Itinere W. de Ralegh in comitatu Lync. de W. de Berningehurst. Et videndum quis & qualiter opponi debet clameus, & quando, & ubi, & cui præjudicatur quod clameum non apposuerit, & cui non. Item quando quis excusatur quod clameum non apposuerit & quando non. Quis? & sciendum quod quilibet cujus interfuerit, sicut ille qui jus habuerit in re de qua contentio fuerit per seipsum vel per alium. Qualiter? & sciendum quòd sic dicere possit simpliciter:

Claim– How.

Appo-

NB. distinction betw. rolls & Records.

Appono clameũ meũ, Vel sic, si duellum vadiatũ fuerit dicere possit, ꝙ non ponit jus suum in clameũ petentis nec in defensum tenentis, sufficit quidem si ipse vel antecessor suus faciat quod tantundem valeat, ut si placitũ moverit tenenti et fecerit rem litigiosam, quia sicut plus est facto appellare q̃m verbo, ita plus est apponere clameũ facto q̃m verbo. Et ad hoc facit de termino S. Trinitatis anno regni Regis H.xv. in com̃ Hunt̃ de quadam Guldeburga. cui objectũ fuit ꝙ clameum non apposuit, et ipsa respondit ꝙ fecit ꝙ tantundẽ valet, quia tempore finis facti implacitavit tenentem ꝑ aliud bre. Item si ipse cui apponitur quòd clameũ non apposuit, sufficit si antecessor clameum apposuerit. Et ad hoc facit de termino S. Trinitatis anno Regis Henrici nono in comitatu Midd̃ de Henry de Haquebut, et ubi Henry amisit tenement̃ quia pater suus clameum nõ apposuit cujus interfuerit clameum apposuisse, & si clameum apposuisset, hoc prodesset Henrico: et ibi ita responsum fuit petenti ꝙ finis fact' fuit de terra quæ petebatur in curia Henrici avi Regis dñi Regis Henrici anno regni sui xxx. inter Wilhelmum Deynis avum Wilhelmi qui petiit & Waleranum tenentem patrem cujusdam Johannis participis sui, per quem finem terra illa remansit eidem Walleranо et hæredibus suis, et inde ꝓfert cyrographum &c. Et postea alius finis factus fuit de eadem terra inter Luciam matrẽ prædicti Johannis et ipsum Johannem. et inde ꝓtulit cyrographum confectum anno quarto Regis J. Et deficit Henr̃ non apposuit clameum suum nec antecessores sui, ideo noluit idem Johannes ei respondere nisi curia consideraret. Ad quod respondit Henricus quòd primus finis et cyrographum non potuerunt ei nocere, quia tunc fuit ipse infra ætatem. Et de secundo fine dicit quòd non debuit ei nocere, quia fuit in servitio dñi Regis ultra mare apud Windon. Ad quod Johannes respondit ꝙ tempore primi cyrographi et secundi fuit pater ipsius Hen̄ vivus & sanus et p̃sens in curia ubi fines facti fuerunt, et deficit ipse clamorem suũ non apposuit, petiit iuditiũ si debuit ei respondere. Ad quòd Hen̄ respondit quòd re vera postquàm pater suus qui cruce signatus ꝓfectus fuit in terram sanctã, et inde reversus fuit quasi stultus, & amiserat memoriam ita quòd nescivit terram regere et se dimisit de terra illa. Ad ꝙ Johannes respondit & dixit ꝙ sanus fuit et incolumis, et tempore interdicti se contulit religioni & bona memoria diu vixit postea in habitu religionis, et quia Hen̄ non potuit hoc dedicere, Johannes inde quietus recessit. Item quando? & sciendum ꝙ statim in ipso placito et factione cyrographi, vel ante judicium si p̃sens fuerit in curia, vel si in patria vel in regno infra quatuor maria, nec allegare poterit ignorantiam nisi justum intervenerit impedimentũ, nec ulterius audiri debet (ut videtur) quia terminum habet ad minus unius mẽsis (secundũ cõmunem ꝓvisionẽ regni) infra quem venire potest com̃odè post placitũ motũ ubicũq fuerit in regno infra quatuor maria, quia quilibet implacitatus debet habere summonitionem xv. dierum ad minus, quæ rationabilis dici poterit summonitio, nec conceditur alicui cyrographũ primo die litigii, sed habebit alium diem ꝑ spatium xv. dierum

two fines pleaded

Claim when

ad

ad minus ad capiendum cyrographū suum, ut infra totum illud tempus possit qui jus habuerit apponere clameum suum. Itē ubi? & sciendum est ꝙ in curia dñi Regis in ipso juditio vel ante judicium. ¶ 2. Itē cui ꝑjudicatur? & sciendum ꝙ ei de cujus jure agitur & hæredibus suis in infinitum ab eo descendentibus. ¶ 3. Excusatur autem ille qui clameum non apposuerit multis modis, ut si tempore quo finis factus fuit & cyrographū, fuit petens infra ætatem, vel antecessor qui clameum apposuisse debuit. Et illud idem observari deberet de jure (ut videtur per simile) si tunc fuit furiosus, vel mente captus, & non sanæ mentis, quia in multis ad paria judicantur minor et furiosus, vel multum non differunt, quia ratione carent. Illud idem (ut videtur) observari deberet de jure & feodo Ecclesiæ, si rector clameum non apposuerit, ꝙ Ecclesiæ non ꝑjudicatur, cùm fungatur vice minoris, non magis, qm minori si custos clameum non apposuerit. Quod quidem dici possit de aliis sicut de ideotis, & naturaliter surdis & mutis, et consimilibus. Sed videndum utrū imperpetuū excusentur vel ad tempus, scilicet quò minor effectus fuerit plenæ ætatis, vel furiosus sanæ mētis ut tunc ꝙ in minori ætate vel in furore facere non potuerunt, postmodū facere teneantur, vel si tacuerint ex hoc ꝑjudiciū eis generetur, quia dicunt quidam ꝙ nisi minor infra annum postquam effectus fuerit plenæ ætatis clameum apposuerit, minor ætas eum non excusabit: Sed revera excusatur imperpetuum, quia tempore litigii, in ipso juditio, et ante juditium redditū pendente litigio, debet clameū apponi vel non apponi, quia post juditium, vel cyrographi liberationem, non valet licet fuerit appositum. ¶ 4. Excusatur autē quis ꝙ clameum suum non apposuerit, si tempore litigii in prisona detentus fuit ita ꝙ venire non possit, nec mittere, quia nulli vertitur in dubium, & ubi eadem ratio, et idem jus erit, ideo videtur ꝙ excusari debeat quis si per vim majorem, vel ꝑ fraudem, extra prisonam detentus fuerit ita ꝙ venire non possit nec mittere, dum tamen hoc per certa juditia ꝓbari possit. ¶ 5. Item excusari poterit (ut videtur) per similem, tanquàm prisonam, si quis tempore litigii tali infirmitate detentus fuerit quòd venire non possit, nec mittere, quia non discernit factum. Item excusatur uxor quæ sub potestate viri supposita quòd clameū non apposuerit, licet mittere possit: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno Regni Regis Henrici quarto in comitatu Glocester de Roberto Cusin. Et sic videtur quòd omnis impotentia excusat, sicut infirmitas, vis major, & hujusmodi. Est enim bona ratio à similibus procedere ad similia. Excusatur etiam quis quòd clameum non apposuerit, ut si toto tempore litigii fuit ultra mare, quacunque occasione, ita quòd sit verisimile quòd de placito poterit ignorare, nec in aliquo prædictorum casuum habet quis necesse post juditium vel cyrographum liberatum clameum apponere. Excusatur etiam quis quòd clameum non apposuerit, scilicet ubi finis ipso jure sit nullus, ut si factus fuit de tenemento quòd alius tenuit, ut si ipse qui debuit clameum apposuisse, vel antecessor suus, fuit in seysina de eadem re, quando finis factus fuit, & non ille vel antecessor suus qui finem allegat,

vel

vel si finis factus fuerit per dolum et fraudē vel alio modo in alterius præjudicium, quòd finis tenere non debeat. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michaelis anno Regis Henr̄ iii. incipiente 4. in comitatu Sussex assisa mortis antecessoris si Matilda amita Rogeri de Batlegh. Item excusatur quis quòd clameum non apposuerit ubi cyrographum nullum, ut si quis post disseysinam factam alium feoffaverit, quia finis revocari poterit & adnihilari. ¶ 7. Excusatur etiam quis si tempore litigii nec ipse nec antecessores sui aliquid juris clamare potuit in tenemento de quo agitur. Item excusatur quis de hoc quòd antecessor clameum non apposuit, cùm hoc fuerit objectum, eo quòd ille qui antecessor dicitur non fuit antecessor ejus qui nunc petit, quòd aliquid juris ei descendere posset per prædictum antecessorem. ¶ 8. Excusatur etiam quis qui clameum non apposuerit si ante legitimum tempus unius mensis ad minus factum fuit cyrographum & deliberatum per fraudem. Et licet prima facie in pluribus casibus revocari possit finis & cyrographum ratione personarum quę tenementa non tenent nisi ad vitam, ut mulieres quæ tenent nomine dotis et hujusmodi, vel ratione personarum quæ villani sunt, & finem faciunt, & cyrographum de villenagio dominorum, præjudicatur eis si præsentes fuerint, & excusari non possunt cùm clameum non apposuerint. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno Regis Henr̄ xiv. in comitatu Norff. de Richard Angòd. Excusatur etiam quandoque quis quòd clameum non apposuerit per servitiū dn̄i Regis, cùm nulli debeat esse damnosum, dum tamen in tali servitio sit quòd venire non possit nec mittere, ut si in regno obsessus fuit in castro vel aliter impeditus. ¶ 9. Item excusatur quis qui clameum non apposuerit, si loquatur de seysina sua ꝓpria ante finem factum post disseysinam, & impetraverit ante finem per breve suum, quia sic effecta est res litigiosa.

No cyrograph.

Cyrograph delivered before the time.

¶ 1. In quibus casibus non excusatur. 2. Si quis dixerit se esse impeditum, hoc probare debet, ut si dixerit se fuisse in partibus transmarinis vel in prisona & hujusmodi. 3. De exceptione finis facti. 4. Exceptio de defectu probationis per lapsum temporis quòd tam longinquo tempore quòd excedat memorias hominum, vel propter immutationem. 5. Exceptio si tenens fuerit à duobus implacitatus, quia nemo de duabus rebus simul respondere potest. 6. Exceptio contra petentem jus merum per breve de recto, ut si ipse tenens teneat ad vitam quacunque ratione. 7. De tenente per legem Angliæ. 8. Quid retinere possit si tenuerit per legem Angliæ. 9. De partu supposito. 10. De firma & monstro. 11. Si inutilia natura reddidit membra vel si curvus fuerit vel gibbosus vel membra tortuosa. 12. Si omnino nullus hæres existat & tenens per vim se tenuerit in seysina.

Cap. 30.

ET notandum quod non excusatur quis de clameo non apposito si fuerit in regno infra iv. maria, & venire possit vel mittere si voluerit. Et quòd non excusatur si mittere possit, inveniri poterit in rotulo de termino Sancti Hilarii anno Regis Henrici vii. in comitatu Lincol. de W. de Fountygne. Item non excusatur licet fuerit in languore, quia mittere

Not excused if intra 4 maria

if languish

mittere potest, ut in eodem rotulo in comitatu Lync. de Simone de Hale; languor eum non excusavit, quia potuit misisse hominem suum ad clamorem apponendum. ¶ 2. Qui vero impedimentum allegaverit non sufficit dicere se esse impeditum, nisi hoc probet per sectam vel per patriam; ut si quis replicando dixerit se esse in partibus transmarinis, hoc probare debet: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno Regis Henrici iv. in comitatu Middlesex assisa mortis antecessoris si Robertus Cocus. ¶ 3. Item competit tenenti exceptio finis facti contra petentem. Dicere enim poterit tenens quòd aliquando finis factus fuerit in curia Regis de eadem terra inter ipsum & petentem vel eorum antecessores ita quòd per finem illum recognovit idem petens vel aliquis antecessorum suorum terram illam esse jus ipsius tenentis vel alicujus antecessoris sui, & illam remisit et quietum clamavit &c. Et ad hoc probandum statim proferat cyrographum & finem, ad quod statim respondeat petens, statim replicando, et ostendat rationem quare finis ei nocere non debeat, vel quòd finis ille in nullo tangit personam suam, vel quòd ei nocere non debeat, vel tenenti valere, supradictis rationibus, & pluribus aliis inferius dicendis. ¶ 4. Excipere etiam poterit tenens contra petentem quòd licet jus ei descenderit sicut petens dicit, tamen non valet petitio sua nec actio pro defectu probationis propter lapsum temporis, quia non est qui de seysina antecessoris petentis loqui possit, vel aliquid probare de visu suo proprio, vel patris sui qui hoc ei injunxit, quia seysina de qua petens loquitur omnem excedit probationem, sicut de tempore Henrici Regis senis & ulterius, & hujusmodi exceptio substantiam capit ex tempore. Et hic est casus quòd ille qui jus habet amittit imperpetuum & hæredes sui, & ille qui nihil juris habet & hæredes sui imperpetuum retinebunt, & hoc est pro defectu probationis. ¶ 5. Item competit tenenti exceptio dilatoria tantum. Ut si tenens de eadem re à duobus implacitatus fuerit, quia de una re non potest quis nec debet duobus simul & semel respondere. Et ideo refert utrum institutæ sunt actiones utræque super jure proprietatis, vel super ipsa possessione. Item quis prius, quis posterius impetravit, & ad quem & ad cujus jurisdictionem, ut per hoc sciri possit quis alteri præferri debeat & quis non. ¶ 6. Item (ut supradictum est) poterit exceptio esse peremptoria contra petentem, quantum ad ipsum & hæredes suos & perpetua, ut si quis rem petat ut jus suum & in feodo, & tenens dicat se jus habere ut in feodo sibi & hæredibus suis imperpetuum. Eodem modo concedere potest tenens quod petens jus habeat & feodum, tamen excipere potest tenens quòd habet liberum tenementum, ut quacunque ratione teneat ad vitam sicut nomine dotis, vel ex causa donationis per legem Angliæ, & hujusmodi. ¶ 7. Ut si quis cum hæreditatem habuerit vel non habuerit uxorem duxerit habentem hæreditatem vel maritagium, vel aliquam terram ex causa donationis, si liberos inter se habuerint ex justis nuptiis procreatos, si uxor præmoriatur, remanebit viro hæreditas, & terra sua tota vita ipsius viri sive superstites fuerint liberi

beri

beri sive mortui, omnes, vel quidam: dum tamen semel aut vocem aut clamorem dimiserint quod audiatur inter quatuor parietes; si hoc probetur. Et quod dicitur de primo viro dici poterit de secundo, si postmodum nupserit secundo viro, sive de primo viro hæredes habuerit apparentes sive non, plenæ ætatis vel minoris ætatis, quod quidem injuriosum est secundum Stephanum de Segrave, maximè cum de primo viro hæredes habuerit, quod quidem sustinere posset si nullos habuerit, dicebat enim quòd lex illa malè intellecta fuit, & malè usitata, quia quod dicitur de lege Anglię, intelligi debet de primo viro et eorum hæredibus communibus, et non de secundo, maximè cùm hæredes apparentes extiterint de primo. Cùm igitur ille qui sic tenuerit implacitatus fuerit ab aliquo, & exceperit quòd tenet per legem Angliæ ad vitam suam ratione pueri qui auditus fuit clamare inter quatuor parietes, et responsum fuit ex adverso quòd nullus talis procreatus fuit nec vocem emisit, oportet tenentem probare contrarium per sectam sufficientem, quę audivit clamorem in propria persona, & non ex relatione aliorũ vel auditu, qui omnes bene examinentur tam de die quàm de loco quàm de hora & de aliis circumstantiis, vel quod tantundem valeat, quòd vocem emiserit & baptizatus fuerit et Christianus effectus, ut de itinere M. de P. in com̃ Leic. anno Regis H. x. de Wilhelmo filio Walteri. De Lync. de terra de Grimesby. ¶ 8. Habebit etiam p legem Angliæ quicquid accidere potest, videlicet in servitio & hujusmodi, et in custodiis & in releviis tota vita sua. Si autem terra vel hæreditas acciderit post mortem uxoris, hoc ptinebit ad hæredes si fuerint plenæ ætatis, & ad capitales dominos custodes si infra ætatem extiterint, & similiter custodia, quia nihil amplius retinere potest p legem istam nisi id quòd in vita uxoris accedit: ut de itinere W. de Ralegh in com̃ Bed in fine rotuli. S. de Segrave de consuetudine illa & lege malè intellecta & usitata. Et ideo necesse est probare quòd talis vocẽ emiserit, quia bene potest esse q vocẽ emiserit, & ꝓbatio deficere poterit, & bene poterit esse q nunq̃m vocẽ emiserit, quia in utero mortu', ita q nunq̃m ꝓcessit ad lucẽ, vel in ipso ꝑtu mortuus, ita q vocem nunq̃m emiserit. Et ideo licet dicatur q baptizatus fuit & sepultus ut Christianus, tamẽ nisi vocem emiserit & hoc ꝓbetur, non valet. Et licet ꝑtus moriatur in ipso ꝑtu, vel vivus nascatur vel fortè semimortu', licet vocẽ non emiserit, solent obstetrices in fraudem veri hæredis protestari ꝑtum vivum nasci & legitimum, & ideo necesse est vocẽ ꝓbare, & licet naturaliter mutus nascatur et surd', tamẽ clamorem emittere debet sive masculus sit sive fœmina: Nam dicunt. E. vel A. quotquot nascuntur ab Eva. Non sufficit igitur tantum baptizatus & sepultura. ¶ 9. Sed quid dicetur si uxor revera partum non peperit sed supponatur partus qui clamorem emiserit, hoc ꝓbato cadat exceptio. ¶ 10. Item si cùm partum ædiderit; tamen partus declinaverit ad monstrum, & cùm clamorem emittere deberet emittit rugitum, & tunc videtur quòd tenere non debet exceptio, quia partus monstruosus est cùm non nascatur ut homo. Sed non dico partum monstruosum

licet

licet natura membra minuerit vel ampliaverit: minuerit, ut in defectu digitorũ vel hujusmodi: ampliaverit ut si plures digitos vel articulos, sicut sex vel plures, ubi non debet habere nisi quinq̃, si inutilia natura reddiderit mẽbra, ut si curvus fuerit, vel gibbosus, vel membra tortuosa habuerit. Et notandum ꝙ exceptio ista locum habet tam in causa possessionis, sicut in assisa mortis antecessoris & novæ disseysinæ, quàm in causa ꝓprietatis per bře de ingressu vel per breve de recto. Et replicari poterit contra exceptionem ꝓmissam quòd omnino nullus ꝑtus æditus fuerit, nec clamor auditus, licet partus æditus, quia mortuus fuit in utero vel in ipso partu. Item ꝙ nullus æditus fuit sed suppositus, licet clamor sit auditus. Item si æditus, non tamẽ fuit formatus ut homo, sed ut monstrum. Item si æditus, tamen convictus ad bastardum quacunque ratione quòd hæres esse non potuit propinquus vel remotus aliqua ratione. ¶ 11. Item ꝙ ille qui exceptionem opponit non fuit vir illius mulieris legitimus, sed alius cujus hæredes clamant hæreditatem illam. Item si machinatus fuit in mortem uxoris. Item licet partus æditus & clamor auditus, et ille tenens vir legitimus, terra tamen de qua agitur nunquam accidit in vita uxoris, & unde pertinet ad veros hęredes, vel ad dominum capitalem. Item quia terra illa fuit hæreditas primi viri vel primæ uxoris, vel quia uxor sua tenuit nomine dotis, & non nomine successionis. Item quia uxor et mater pueri non obiit seysita ut de feodo. Item quia terra de qua agitur data fuit in maritagiũ sub cõditione tacita vel expressa, videlicet si pueros non haberet vel si haberet & deficerent, ꝙ terra data reverteretur ad donatorem. Et quòd omnino nulli, vel si fuerint defecerint, terra data in maritagium reverti debet ad donatorem. Item si pueri æditi sunt et ꝓcreati, tamen hæredes esse non poterunt propinqui vel remoti non magis quàm bastardi, quia nihil clamare poterunt de hęreditate mulieris, quia hæreditas illa sive maritagium datum fuit tali viro in maritagium cum tali uxore & hęredibus de carne prædictorum procreatis, unde vir talis hęreditatem tenere non debet ad vitam suam per legem Angliæ. ¶ 12. Si autem nullus hæres omnino extiterit, & post mortem uxoris se teneat vir per vim in hæreditate mulieris contra verum hæredem sub specie & colore legis Angliæ, consulitur hæredi per tale breve per W. de Ralegh formatum pro Radulpho de Dadescomb in hac forma: Rex vicecomiti salutem. Ostendit nobis A. quòd cùm B. de N. & C. uxor ejus tenuissent tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut jus et hæreditatem ipsius C. quæ nuper obiit sine hærede de corpore suo ꝓcreato (ut dicitur) unde terra illa descendere debuit ad prædictum A. sicut ad propinquiorem hæredem ipsius C. quia prædicta C. sine hærede de corpore suo ꝓcreato decessit. Idem B. post mortem prædictæ C. uxoris suæ contra legem & consuetudinem regni nostri cum vi sua se tenet in eadem, ita quòd ꝑdictus A. in ꝑdictam terram ut in jus & hæreditatem suam ingressum habere non potest. Et ideo tibi ꝓcipimus ꝙ si prædictus A. fecerit te &c. tunc sumoneas &c. prædictum B. quòd sit coram Justiciariis &c. ostensurus quare deforciat eidem

Note this — There seems here to be a hiatus — the account of ... in ... breaks off unfinished, and this latter part ... seems foisted in, out of its place. The Author expressly ... which we don't find here ...

dem A. prædictam terram & habeas ibi summonitores &c.

¶ 1. Qualiter procedendum sit contra contumaces in actione personali. 2. In actione criminali. 3. Irrotulatio post defaltam. 4. Breve de attachiando & ponendo aliquem per vadium & plegios in actione personali cum fecerit defaltam. 5. Breve de attachiando per meliores plegios. 6. Qualiter & quando plegii sint amerciandi. 7. Breve quòd distringatur quis per terras & catalla & ulterius per ordinem. Cap. 31.

REdeamus igitur ad diem summonitionis. Dictum est supra qualiter quis excusatur si ad judicium non venerit cùm legitimè summonitus fuerit, cùm necesse habeat venire in actione reali. Nunc autem dicendum de contumacibus & ad judicium non venientibus, & qualiter ꝓcedendum sit contra contumaces in personali actione civili, & secundum quod fuerit ei contractum vel delictum. Et inprimis qualiter contra contumaces ꝓcedi debeat in actione personali, secundum quod actio fuerit civilis vel criminalis. Civilis, ratione delicti vel injuriæ, vel super aliqua promissione vel conventione non observata, vel finis facti in causa ꝓhibitionis, vel quare impedit vel hujusmodi, ubi principaliter agitur in rem, ad aliquam rem certam mobilē vel im̄obilē consequendam. Item civilis ꝓpter delictum vel injuriam, quæ quidem actio ꝓvenit ex aliquo facto & dicto p̄cedente, & ubi non agitur ad aliquam rem certam cōsequendam, sed ad interesse quod incertū est, donec ex discretione Justiciariorū fuerit damnū & injuria estimata, secundū quod fuerit majus vel minus, & injuria atrox vel levis. ¶ 2. Item si causa fuerit criminalis et civiliter agatur eodem modo quod quidem fieri potest sed non è contrario. Poterit enim in causa criminali agi civiliter, sed in civili causa non criminaliter. Si autem ꝑsonalis causa fuerit criminalis, & maxima, scilicet de crimine læsæ majestatis, nulla erit ibi solennitas attachiamentorum, sed statim capiatur per corpus, nec erit per plegios dimittendus, sed plegii ejus sint (donec se defenderit) carcer & gaola. Si autem majus sit crimen quod tangat privatas personas & non Regem, sicut de morte hominis nequiter interfecti, de roberia, de crimine falsi, & hujusmodi, ubi sequitur amissio vitę & membrorū, fiat eodem modo secundū quod superius dictū est. Vix tamen aliquando retorquebitur à principe, quòd tales majori crimine irretiti per ballium dimittuntur. Si autem crimen minimum sit quòd in se contineat interdictum vel exilium à villa vel à provincia, tales solent aliquando attachiari secundum quosdam. Cùm autem delictum fuerit vel transgressio vel injuria, licet contra pacem, ibi observari debet solennitas attachiamentorum sicut in aliis casibus civilibus & personalibus actionibus. Et qualiter procedi debeat in casibus criminalibus, satis ꝑpendi poterit ut supra in tractatu de placitis de corona. Sunt autem inter alias actiones civiles & personales, quæ ex causa certa instantiam desiderant, & non quęrunt dilationes, nec attachiamentorum solennitatem, sed maturitatem judicii, sicut videri poterit si res tempore peritura fuerit, sicut in fructibus & aliis. Item si periculum & jactura causæ immi-

Kkk

Of Defaults in Personal actions.

civil.

criminal.

immineat per lapsum vi. mensium ne collatio Ecclesiæ post tempus devolvatur ad Episcopum. Item atrocitas injuriæ, et reverentia personæ, sive privilegium contra quē illata fuerit injuria contra pacē vel contra nobiles personas, vel extraneas qui moram trahere non possunt longam, sicut sunt mercatores & hujusmodi, et aliæ possunt esse causæ plures. Si autem sint actiones personales & civiles quæ instantiam non desiderant, et sumonitus legitimè ad diem sumonitionis non venerit, quia sine responsione sua procedi non possit ad juditium, offerente se liti querente contra sumonitum primo die litis, secundo, tertio, et quarto, ulterius non expectabitur sumonitus, sed procedatur contra ipsum ꝙ attachietur per plegios, sive sumonitio testata fuerit sive non, cùm non sit dedicta. ¶ 3. Et fiat talis irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. de placito tali vel tali, quare videlicet non teneat ei conventionem vel finem factū vel hujusmodi. Sic inseratur et irrotuletur breviter virtus actionis et forma brevis, et tunc dicatur. Et talis nō venit & sumonitus &c. Juditiū. Attachietur quòd sit ad talem diem respōsurus de principali placito, et de defalta ꝑ tale breve, ꝙ totā die variatur secundū diversitatem actionum. ¶ 4. Rex vicecomiti salutē. Pone ꝑ vadium et salvos plegios B. ꝙ sit coram Justiciariis nostris apud West. ad talē diem ad respondendum A. de placito quare non tenet ei conventionem inter eos factam vel finem inter eos factum, de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, vel sic: de tali placito ꝙ warrantizat ei tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod tenet, et de eo tenere clamat et unde chartam suam habet, vel chartas antecessorum suorum cujus hæres ipse est ut dicit, vel sic: de placito quare non facit ei consuetudinem et certa servitia, quæ facere ei debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in tali villa, vel de tanto terræ cum pertinentiis, vel de placito quod reddat ei tantam pecuniā quā ei debet et injustè detinet ut dicit. Item de placito quare idē A. simul cum aliis venit ad domū suam et ibi fecit talem injuriam contra pacē nostram, et ita fiet breve de attachiamento secundum diversitate actionum et querelarum, sed hæc exempli causa sufficiant. Et in fine addatur ei hæc clausula, ad ostendendum quare non fuit corā eisdē Justiciariis nostris apud West. ad talem diem sicut sumonitus fuit, vel si ad alium diem essoniatus fuit tunc sic, & ad ostendendum quare non servavit diem sibi datum per essoniatorem suum ad talem terminum, et quo casu si ad primum attachiamentum venerit, inprimis respondeat quare ad diem sumonitionis, vel ad diem sibi datum per essoniatorem suum non venerit, et si se excusare non possit antequam respondeat de principali, erit in misericordia pro defalta. Si autem ad primum attachiamentum non venerit, tunc offerente se liti querente, attachietur pars fugiens per meliores plegios, quòd sit ad alium diem responsurus, quod quidem dicitur aforciamentum plegiorum, et quod fit ad similitudinem districtionum quæ fiunt pro servitiis et consuetudinibus, ubi primò et ad primam districtionem capiuntur averia si tenens ad diem summonitionis non venerit, & si ad alium diem per talem districtio-

districtionem non venerit, capiuntur plura, et retinentur prius capta pro afforciamento districtionis &c. ulterius ut infra, & ita fiat irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. de tali placito ut supra, et B. non venit et aliàs fecerit defaltam postquàm fuit summonitus, & ita quòd attachiatus tunc fuit per C. et D. Judicium. Ponatur per meliores plegios quòd sit ad talem diem et primi &c. Forma brevis talis est. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium et meliores plegios B. de N. quòd sit coram Justiciariis nostris &c. ad respondendum A. de placitis &c. secundum formam brevis originalis, et ad ostendendum quare non fuit coram eisdem Justiciariis nostris &c. tali die sicut attachiatus fuit. Et summoneas per bonos summonitores C. &c. D. primos plegios ipsius B. quòd sint coram eisdem Justic. ad præfatum terminum audituri judicium suum de hoc quòd prædictum B. in eadem curia nostra coram eisdem Justiciariis nostris non habuerint, sicut eum plegiaverint, et habeas ibi nomina secundorum plegiorum et hoc breve. ¶ 6. Ad quem diem si reus non venerit, nec plegii ad ostendendum quare prædictum reum non habuerunt, omnes plegii erunt in misericordia, et reus non antequam comparuerit, vel quia plegii ei deficiunt, tunc primò incipiunt omnes defaltæ in persona ejus ac si plegios non invenisset, sicut videri poterit in fine brevis subsequentis, ubi dicitur: quòd sit ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis, & ex hoc die cessabunt omnia afforciamenta plegiorum. Si autem post secundum attachiamentum reus compareret, tunc solummodo amerciandi sunt primi plegii et non secundi, nisi venirent et docerent quare eum ad primum attachiamentum non haberent. Et quòd omnes plegii amerciandi sunt, si ad secundum attachiamentum non venerint, nec reum habuerint, et ipse reus non, antequam fuerit summonitus ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis, probatur in rotulo de termino S. M. anno Regis Henrici ix. incipiente x. in comitatu Eborum de Nicholao de Statevil. Sed contra (ut videtur) si quis plegios invenerit de prosequendo, et non fuerit prosecutus, omnes erunt in misericordia tam plegii quàm principales, sed revera non est simile, quia in hoc ultimo casu, omnes sunt in culpa, querens scilicet quia non prosequitur, & plegii quia non est prosecutus secundum quod eum plegiaverunt. Et quia sunt plegii de faciendo ad obligationem querentis, et alii in superiori casu seipsos obligant tantum factum alterius promittendo, et de habendo talem ad diem summonitionis. Si autem fortè contingat quòd ad primum diem summonitionis vel attachiamenti non veniat summonitus sive attachiatus, nec querens, adhuc non cadit breve, & continuari potest actio, et querens sequi poterit quando voluerit, ex quo sumonitus sive attachiat⁹ se liti non obtulit, nec sine die recessit. Et unde si cùm ad aliũ diem apparuerit et juditiũ petierit de defalta querentis ad primũ diem, non valebit ei facta compensatione defaltæ ad defaltam, quia paria delicta mutua compẽsatione tolluntur ut supra. Cùm autem attachiatus per meliores plegios ad diem suum non venerit, nec infra quartũ diem

offerente se liti q̄rente, fiat ita irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. & B. non venit &c. & plures fecit defaltas ita quòd primò attachiat' fuit p C. et D. et secūdò per E. et F. et ideo omnes plegii in misericordia, & est ratio, quia ulterius non sunt sumonendi quòd sint ostensuri quare eum non habuerunt sicut eum plegiaverunt, et tunc præcipietur vicecomiti quòd habeat corpus ejus ad aliū diem per tale breve. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi q habeas corā Justic. nostris &c. ad talem diē corpus A. ad respondendū B. de placito tali (ut supra) secundū formā brevis originalis, & in fine addatur hæc clausula, ad audiendū judit iū suū de pluribus defaltis, et habeas ibi hoc bre. Teste &c. Et ad q̄m diē si venerit, inprimis si se salvare nō possit de defaltis, ad diē illū retrotrahūtur omnes defaltæ et p omnibus amerciabitur, et postea respondeat ad principale placitū. Si autē ad diē illū nō venerit, sed malitiosè se subtraxerit et latitaverit q corp' inveniri nō possit, vel forte se transtulerit extra com̄, extra potestatē vic. et vic. hoc mandaverit q inveniri nō possit in balliva sua, fiat talis irrotulatio: A. optulit se quarto die versus B. talē de tali placito &c. ut supra, et B. nō venit et plures fecit defaltas, ita q p̄ceptū fuit vic. q haberet corp' ej', et vic. mādavit q nō fuit invent' in balliva sua, et ideo vic. distringat eū p omnes t̄ras et catalla, q sit ad talē diē p tale bre, et tunc fiat simplex districtio ita q t̄ræ et catalla simpliciter capiantur in manū dn̄i Regis. ¶7. Rex vic. salutē. Præcipimus tibi q distringas B. p t̄ras et catalla in balliva tua q sit corā &c. ad talē diē ad respōdendū A. de tali placito &c. Et in fine addatur, et ad audiendū judit iū suū de pluribus defaltis. Et si ad diē illū venerit, tūc fiat de defalta ut supra, et si nō venerit, adhuc aggravari debet districtio, s. q vic. distringat ipsum per t̄ras et catalla q sit securus habendi corpus ejus ad aliū diem. Et si tūc non venerit, q vic. tunc distringat eū p t̄ras et catalla ita q nec ipse nec aliquis p eo nec per ipsum manū apponat in terris, tenementis, bladis nec in aliis catallis. Et si tunc non venerit, p̄cipiatur vic. q ita distringat eum p terras et p catalla q capiat omnes t̄ras et omnia catalla sua in manū dn̄i Regis, & capta in manū dn̄i Regis detineat, quousq; dn̄us Rex aliud inde p̄ceperit, et q de exitibus respondeat dn̄o Regi. Et de hac materia inveniri poterit de term̄ S. M. an̄ Regis H. iii. incipiente iv. circa finem rotuli. Ulterius vero fieri non poterit aliqua districtio p terras et catalla. Sed cùm quærens post tot et tantas dilationes justitiam non fuerit cōsecutus, quid erit? durū est enim q placitū suū deserat, et infecto negotio desperat' recedat domū. Bonum esset igitur (ut videtur) distinguere inter placita sive actiones civiles, utrū videlicet actio esset personalis et pecuniaria descēdens ex cōtractu, quo casu bonū esset adjudicare querēti ab initio seysinā catallorū secundū quantitatem debiti petiti, et dare ei diē et sumonere illū de quo queritur. Et si ad diē sumonitionis veniret, extunc restituerē tur ei catalla, ita q super principali responderet, si autem non, quòd ulterius super catallis non audiretur, sed querens extunc verus possessorius efficeretur. Si autem placitum esset civile descendens ex delicto sicut actio injuriarum, quòd tunc per officium Justic.

Justic. æstimaretur injuria, et adhibita taxatione de redditib' et catallis fugientis, caperetur in manũ dñi Regis ad valentiam ꝓ contumacia ipsius, & fieret eodem modo sicut supra. Si autẽ cùm corpus non inveniatur, nec terras habuerit nec catalla ille de quo queritur, iniquum esset si justitia remaneret vel malitia esset impunita. Et in utroq; casu sive causa esset pecuniaria sive injuriarum, etiam quamvis non criminalis, quòd talis de secta querentis interrogaretur de com̃ in com̃ ꝓpter contumaciã & inobedientiam factam dño Regi, quia nullum majus crimen quàm contemptus et inobedientia, omnes enim qui in regno sũt obedientes esse debent dño Regi, & ad pacem suam, & cùm vocati vel sum̃oniti per Regem venire contempserint, faciũt seipsos exleges, & ideo utlagari deberent, non tamen ad mortem vel membrorũ truncationem si postea redierint, vel intercepti fuerint, cùm causa utlagationis criminalis non existat, sed ad perpetuam prisonam, vel regni abjurationem, et à communione omnium aliorum qui sunt ad pacem dñi Regis; et sicut causa excom̃unicationis facit excom̃unicationem " minorẽ et pœnam, ita causa utlagationis facit utlagationẽ esse minorem " & pœnam, & facilius debet invenire gratiã ꝙ taliter utlagatus restituatur ad pacẽ. Excom̃unicatio enim et utlagatio in multis ad paria judicantur.

¶ *1. De returnis vic. & si vicecomes negligens fuerit. 2. Pone sicut aliâs. 3. De fraude vicecomitis. 4. De imperitia vicecomitis. 5. Breve de attachiando ulterius sicut aliâs vel pluries ubi vicecomes negligens fuerit. 6. De excusatione vicecomitis. 7. Breve quod vic. non omittat propter libertatem. 8. Si clericus securitatem invenire noluerit propter privilegium ordinis. 9. Breve ad episcopum vel alium quòd faciat venire clericum cùm non habeat per quod distringi possit. 10. Breve si episcopus vel alius ordinarius non habuerit clericum ad primum diem, quòd episcopus distringatur.* Cap. 32.

Redeamus ad juditium districtionum et attachiamentorum, quia aliquando vicecom̃ negligens sit in executione præceptorum domini Regis per fraudem, aliquando illa exequi non possit propter impotentiam, et unde nisi rationabilem prætendat excusationem, in misericordia domini Regis remanebit. Contingit ei quandoque quod cùm breve domini regis susceperit de attachiando aliquem, post sum̃onitionem factam quod attachiamentum non facit, nec breve quod ei inde venit remittit, quo casu (offerente se liti querente) fiat talis irrotulatio. A. optulit se quarto die versus B. de tali placito vel tali (secundum diversa genera placitorum personalium) & B. non venit, & præceptum fuit vic. ꝙ attachiaret eum ꝙ esset ad talem diem, et ipse vicecomes inde nihil fecit, nec bre ꝙ ei inde venit misit, et ideo præceptum est vic. sicut aliàs, quòd attachiaret eum quòd sit ad talem diem, & ꝙ ipse vic. tunc sit ibi auditurus juditium suum de hoc ꝙ prædictum talem non attachiavit, nec breve quod ei inde venit misit sicut ei præceptum fuit. Forma brevis talis est. ¶ 2. Rex vicecom̃ salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus, ꝙ ponas per vadium et salvos plegios A. ꝙ sit coram Justic. &c. ad talem diem ad respondendum &c. ut supra. Et in fine addatur hæc clausula, et tuipse tunc sis ibi auditurus

judiciũ tuum de hoc ꝙ ipsum A. non attachiasti, nec brẽ nostrum quod inde tibi venit justiciariis nostris non misisti, sicut aliàs tibi præceptum fuit, & habeas &c. Teste &c. Et ad quem diem si nihil inde fecerit magis quàm prius fecit nec se excusaverit, ꝓ voluntate dñi Regis amerciabitur de contemptu et tertiò ꝑcipietur ei ꝙ attachiet A. per tale brẽ. Præcipimus tibi sicut sepius tibi ꝑceperimus &c. ut supra. ¶ 3. Mittit quandoq; vicecom̃ brẽ quòd inde susceperit, et fraudulenter rescribit et mandat ꝙ breve tam tardè ceperit quòd præceptum dñi Regis exequi non potuit, quo casu, si in contrarium testatum fuerit ꝙ illud tempestivè recepisset, ita quòd potuit attachiasse talem si vellet, vel quòd breve fuit ei liberatũ in pleno com̃ ubi ipse ꝑsens fuit qui attachiari debuit, et potuit attachiari. Item si fraudulenter mandavit quòd ille qui attachiari debuit non fuit inventus in balliva sua, quia manens fuit extra comitatũ suum, et testatum sit in contrarium ꝙ manens sit in com̃ suo, et ibi habeat reseantiam suam. Item si fraudulenter mandaverit ꝙ ille qui attachiari debet itinerans est de loco in locum, et de com̃ in com̃ vagans, nec certum habet domicilium, nec quòd sit de alicujus manupastu vel familia, et testatũ est in contrariũ quòd domiciliũ habeat, et reseantiã apud talem locũ certũ, ubi quotidie inveniri possit, vel quòd sit de manupastu vel familia talis. Item cùm ꝑceptũ fuerit vic. quòd distringeret talem per terras et catalla, et falsò rescribat Justic. et mandat quòd talis non habet terras nec catalla per quæ distringi possit vel attachiari in balliva sua, et testatum fuerit in contrarium quòd terras habeat et catalla ad sufficientiam in balliva sua, tali loco et tali. Et unde infiniti sunt casus de genere isto ubi vic. per fraudem rescribit et prætendit non causam ut causam. ¶ 4. Item si ꝑ imperitiam suam erraverit in modo et ordine attachiamentorum et districtionũ, ut si præceptũ sit ei ꝙ ponat per vadium et salvos plegios, et ipse mandavit ꝙ distrinxit per terras et catalla vel è contrario. Item si præceptũ sit ei quòd habeat corpus, et ipse mandaverit ꝙ attachiavit ꝑ plegios vel com̃isit per ballivũ vel hujusmodi, et unde sunt casus multi. Et unde vicecom̃ modo debito prçceptũ dñi Regis non sit executus, de omnibus hujusmodi mandatis oportebit in irrotulationibus et brevibus facere mentionem, & fiat irrotulatio sic: A. optulit se quarto die versus B. de tali placito personali & B. non venit, et vicecom̃ mãdavit ꝙ non attachiavit eum, quia recepit brẽ tam tarde quòd præceptũ dñi Regis exequi non potuit. Et testatũ est ꝙ istud recepit satis tempestivè vel in comitatu ubi attachiandus præsens fuit, & ideo (ut prius) præcipiatur quòd attachiet eum quòd sit ad talem diem &c. et vicec. tunc sit ibi auditurus judicium suũ de hoc ꝙ eundẽ B. non attachiavit sicut ei præceptũ fuit. Et in hac forma fiat irrotulatio in omnibus aliis mandatis vicecom̃ supradictis. Forma brevis talis est, quod sequitur talem irrotulationem. ¶ 5. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus quòd ponas per vadium et salvos plegios A. quòd sit ad talem diem &c. ut supra, ad respondendum tali de tali placito personali, vel aliter: præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus

quòd

quòd distringas talem per omnes terras et catalla sua in balliva tua ꝙ sit coram Justiciariis nostris ad talem diem ad respondendũ B. de tali placito personali, vel tali, secundũ formam brevis originalis. Et unde mandasti præfatis Justiciariis nostris apud talem locum quòd breve nostrũ de attachiando prædictũ B. talem adeo tardè tibi venit quòd præceptũ nostrũ exequi non potuisti, & testatum est ibidem quòd illud satis tempestivè ad horam recepisti, quòd illud præceptũ nostrũ exequi potuisti, vel sic: quòd illud recepisti in pleno comit ubi prædictus B. præsens fuit &c. ut supra. Et tu ipse tunc sis ibi auditurus judititũ suum de hoc quòd prædictũ B. non attachiasti quòd esset ad talem diem sicut tibi præceptũ fuit, et habeas ibi nomina plegiorũ & hoc breve. Teste &c. Et ad quem diem si non attachiaverit, nec se excusaverit in misericordia remanebit. ¶ 6. Excusatur vicecom̃ multotiens ꝑpter libertatem, et impotentiam quòd libertates sine warranto ingredi non possit, nisi per defectũ eorũ qui libertates habent et returna brevium per vicecom̃. Et unde si præceptũ sit vicecomit quòd attachiet talem qui manens sit infra hujusmodi libertates, cùm vic. ingredi non possit faciat vicecom̃ returna breviũ ballivis prædictæ libertatis, et præcipiat ballivis quòd tale præceptũ dñi Regis exequantur, quo casu aut ipsi ballivi exequuntur præceptum domini Regis, aut nihil inde faciunt; si autem illud plenè fuerint executi, per hoc liberabitur vicecomes; si autem nihil inde fecerint, sufficiat ad excusationem vicecom̃ ꝙ mandet Justic. quòd præceptũ sit ballivis. Et quo casu, cùm ballivi nihil inde fecerint, ꝑpter defectũ eorum præcipietur vicecom̃ quòd non omittat ꝑpter libertatem talem quin attachiet talem quòd sit &c. Et sic poterit vicecomes libertates ingredi cùm warrantum habuerit, quod aliàs ei non liceret, et fiat sic irrotulatio: A. optulit se quarto die versus B. de tali placito, & B. non venit, et præceptum fuit vicecom̃ quòd attachiaret eum vel quòd haberet corpus suum, vel quod distringeret eum per terras et catalla. Et vicecomes mandavit quòd præcepit ballivis talis libertatis et ipsi nihil inde fecerunt, et ideo præceptum est vicecom̃ ꝙ non omittat propter libertatem talem quin ponat per vadium et plegios prædictum B. vel quin habeat corpus ejus, vel quin distringat eum per terras et catalla, vel quin capiat in manum domini Regis talem terram, vel aliud quid faciat secundũ ꝑceptũ dñi Regis, et ballivus sum̃oneatur per vicecom̃ ꝙ sit responsurus quare preceptum domini Regis non fuit executus, & fiat breve in hac forma. ¶ 7. Rex vic. salutem. Præcipimus tibi quòd nõ omittas propter talem libertatem talis quin ponas B. per vadium et salvos plegios quòd sit &c. ad respondendum &c. vel aliter, secundum quod præceptum est &c. ut supra. Et unde mandasti Justiciariis nostris &c. quòd mandasti ballivo vel senescallo talis libertatis quòd attachiet eum quòd esset ad talem diem &c. et unde nihil fecit, et sum̃oneatur per bonos summonitores prædictus ballivus vel senescallus quòd sit coram præfatis Justiciariis nostris ad prædictum terminum responsurus quare præceptum nostrum non fuerit executus, vel quare prædictum non attachiavit, vel quid tale non

Where Sherif return mandavi ballivis excusat: ...

Entry ... upon the ...

and Writ of Non omitt:

non fecit, ficut ei præceptũ fuit, vel aliter (secundũ quosdã) ꝙ ballivus fit auditurus inde judicium suũ de hoc &c. Et si forte cùm vic. ingredi voluerit hoc non ei permittatur ꝓpter potentiam ballivorũ libertatis, præcipiatur (ut prius) vic. ꝙ non omittat ꝓpter libertatẽ talem, quin attachiet talẽ in forma ꝑdicta. Et si aliquẽ invenerit resistentẽ, assumptis secũ (si op' fuerit) militibus et liberis hominib' de com̃ ad sufficientiã capiat corpora hominũ resistentiũ, et illos in prisona salvo custodiat, donec dominus rex inde ꝑceperit voluntatem suam. Et nihilominus dominus libertatis attachietur ꝙ sit ad prædictũ diem ad defendendum se, si possit, de prædicta transgressione. Et quam quidem si advocaverit, vel defendere non possit, capiatur illa libertas in manũ domini Regis ꝓ voluntate dñi Regis detinenda, quia libertatem meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate. Et in primo casu, licet vicecom̃ ingredi possit cùm præceptũ inde habuerit, nihilominus si ballivus non venerit ad diem suum ꝓcedatur contra ipsum de defalta, s. ꝙ non attachietur sed quòd resum̃oneatur, et si ad resum̃onitionem non venerit, tunc amercietur graviter, ut de term̃ S. Trinitatis anno regni Regis H. tertio. ¶ 8. Item excusari poterit vic. ꝓpter privilegium clericorum, ut si ꝑceptum domini Regis habuerit de attachiando aliquem qui clericus sit, & qui plegios invenire noluerit ꝓpter privilegium clericale, nec laicum feodum habuerit ꝑ quod possit distringi, nec debet dominus Rex manus in eos mittere, et cùm in eos coertionem non habeat, maximè in delictis & transgressionibus ficut in majoribus criminibus, nullum aliud supererit remedium nisi quòd ex parte dñi Regis mandetur ordinariis loci qui baronias habent, sicut Archiepiscopis, Episcopis, et aliis in quorum diocesibus tales sunt manentes qui attachiari debent, vel beneficia ecclesiastica habuerunt, et in quos dominus Rex habet coertionem propter baronias suas, quòd faciant tales venire, et sic fiat talis irrotulatio: A. optulit se quarto die versus B. de placito tali &c. Et B. non venit, & præceptum fuit vicecom̃ ꝙ attachiaret eum, et vicecom̃ mandavit ꝙ prædictus B. clericus est et quòd noluit plegios invenire, nec habet laicum feodum per quod potuit distringi, et ideo mandatum est ordinario loci sicut Archiepiscopo, Episcopo, et hujusmodi, quòd faciat talem clericum venire ad talem diem, nisi ita sit ꝙ fortè testatum sit quòd talis clericus habeat laicum feodum, et catalla in laico feodo per quæ distringi possit. Et vicecom̃ per fraudem mandaverit quòd nihil habuerit, et quo casu, fiat ut supra de fraudibus vicecom̃. Sed quid si clericus præbendam habuerit, laicum feodum scilicet et noluerit plegios invenire, quæritur an vicecom̃ eum distringere possit statim per præbendam, vel si cùm præceptum habuerit de attachiando retornum fecerit ordinario, an ordinarius distringere possit canonicum per præbendam suam, videtur quòd neuter, nec vicecom̃ nec Episcopus: vicecom̃ non, licet warrantum haberet ingrediendi libertatem sine Episcopo vel alio ordinario, cùm Episcop' sit caput ecclesiæ & canonici mẽbra. Itẽ nec Episcopus ꝑ tale retornũ, sine speciali præcepto domini Regis, cùm canonicus adeo liberè teneat præbendam

bendam suam de Ecclesia sicut ipse Episcopus baroniam suam, et canonici sunt quasi unũ corpus per se in ecclesia; Et quàvis episcopus sit caput ecclesiæ, tamen canonici habent sua bona à bonis episcopi separata, & ideo cùm episcopus à dño Rege speciale mandatum habuerit, ex hoc incipit habere jurisdictionem, et coertionẽ in p̃bendis quasi ordine observato. Forma brevis tunc talis est. ¶ 9. H. Dei gratia &c. venerabili in Christo patri B. eadẽ gratia Episcopo London salutẽ. Mandamus vobis ꝙ venire faciatis coram Justic. nostris &c. ad talem diem talẽ Archidiaconũ, vel talẽ decanum vel canonicum ad respondendũ C. de tali placito &c. ut supra. Et tunc addatur hæc clausula, Et unde vicecom̃ noster Midd mandavit præfatis Justiciariis nr̃is, quòd p̃dictus Archidiaconus, vel talis alius qui clericus est, noluerit plegios invenire, nec habet laicum feodũ p ꝙ distringi possit, et habeatis ibi hoc bre. Teste &c. Si autẽ Episcopus nihil fecerit ad mandatum Domini Regis, tunc fiat irrotulatio sic: A. optulit se quarto die versus B. de placito tali, et B. non venit, et aliàs p̃ceptũ fuit vic. ꝙ attachiaret eum, & vic. mandavit ꝙ clericus fuit &c. ut supra, et ita ꝙ mandatum fuit episcopo tali ꝙ faceret eum venire, et quòd mitteret breve, et ipse nihil inde fecit. Et ideo sumoneatur episcopus quòd sit ad talem diem, & ibi habeat p̃dictum talem ad respondendum p̃dicto A. quare &c. secundũ breve originale, & ad ostendendũ quare p̃dictum B. coram p̃fatis Justiciariis ad talem diem non habuit sicut ei mandatum fuit. Forma brevis talis est. Rex vicecomiti salutem. Sũmone p bonos summonitores F. London Episcopum quòd sit coram Justiciariis &c. ad talem diem, & ibi habeat talem archidiaconum, vel talẽ clericum, ad respondendũ tali de placito quare &c. ut supra. Et in fine, ad ostendendum quare non fecit eum venire corã Justiciariis nr̃is ad talem diẽ, sicut ei mandatum fuit, et quare non misit bre &c. Ad quem diem aut facit eum venire aut non facit; si autẽ non, tũc observabitur solennitas attachiamentorũ, sicut in aliis districtionibus, et statim distringatur Episcopus per baroniam suam ꝙ sit ad alium diẽ, et ibi habeat clericum p̃fatum ad respondendũ &c. Et sum̃oneat Episcopũ ꝙ tunc sit ibi auditurus judicium suũ de hoc quòd præfatũ clericũ non habuit ad talem diem &c. sicut ei mandatum fuit, et fiat irrotulatio sic: A. optulit se quarto die versus B. de tali placito &c. ut supra. Et B. non venit, et aliàs mandatũ fuit Episcopo quòd faceret eum venire ad talem diem. Ad quem diem non fecit eum venire, et ita ꝙ p̃ceptũ fuit vicecom̃ quòd summoneret eum ꝙ esset ad hunc diem, et ibi haberet p̃dictum B. ad respondendum. Et similiter quòd Episcopus esset ad ostendendũ quare non fecit eum venire ad aliũ diem sicut ei mandatũ fuit. Et Episcopus non venit, nec habuit ipsum B. et ideo distringatur per baroniam suam ꝙ sit ad talem diem, et ibi habeat prædictum B. ad respondendum, &c. Et ipse Episcopus sit auditurus juditium suum de hoc quòd ipsum, B. &c. Forma brevis talis est, &c. ¶ 10. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd distringas F. London Episcopum per terras suas quas tenet in baronia in comitatu tuo quod sit coram Justiciariis &c. Ad talem diem, & ibi

& ibi habeat talem clericum ad respondendum tali de tali placito &c. et similiter ad audiendum judicium suum de hoc ꝙ præfatum clericum non habuit ad talem diem sicut ei mandatum fuit, et habeas, &c. Ad quem diem si non venerit Episcopus nec clericus, procedatur contra ipsum clericum de cõtemptu secundũ considerationem curiæ, et ne maleficia remaneant impunita, apponat Rex manum suam in defectu episcopi, ita quòd clericus arrestetur et detineatur quousq́ episcopus eum petierit ex officio suæ jurisdictionis ut ei liberetur, vel ex certa causa detentus remaneat nec ꝓpter hoc vic. nec ballivi sui pœnam incurrant, cùm executio juris non habeat injuriam. Episcopus autem et superiores possunt pro injuria et pro crimine arrestari. Posset etiam episcopus latronem fugientem ad ecclesiam impunè expellere, et ita quòd irregularis non teneretur, si latro exire nollet et stare judicio Regis et Regni. Debet enim gladius juvare gladium, et unde gladii sunt duo, spiritualis vz. et temporalis. Item cùm clericus non venerit ad diem suum, episcopus venire possit vel mittere et excusare se quòd clericum habere non poterit, dicere enim possit quòd clericus nullum habet beneficium in diocesia sua per quod possit distringi. Item etsi beneficium habuerit, quòd scholaris sit et vacans in scholis Parisiis ultra mare, et fecit quod potuit & sequestravit eum per ꝑbendam suam, & alia beneficia sua, et nescivit ulterius quid facere posset, et unde supersedendum erit (ut videtur) donec clericus redierit ꝙ capi possit et coerceri. Et unde si episcopus tunc noluerit, hoc faciat vicecom̃ in defectu Episcopi ratione supradicta.

¶ 1. *De Rebus communibus inter vicinos dividendis.* 2. *Quòd solennitas attachiamentorum non sit ubiquè & in omni casu tenenda.* 3. *Si statim venire debeat reus propter privilegium actoris.* *Cap.* 33.

Est autẽ inter alias actiones actio mixta, q̃ datur tam in rem q̃m in personam, sicut actio de com̃uni dividundo, ubi uterq́ actor uterq́ reus, & ubi sine affinitate et parentela, habẽt aliquam extraneæ ꝑsonæ potestatem ad rem aliquam dividendam quæ inter eos jacet in com̃uni, sicut sunt vicini & omnino extranei. Item est alia actio mixta quæ dicitur actio familiæ herciscundæ, & locum habet inter eos qui com̃unem habent hæreditatem dividẽdam: sed hæ duæ actiones non statim nascuntur, cùm hereditas vel alia res in com̃uni tenetur, sed ex eo tempore quo quis eorum velit rem dividere: & locum habet (ut videtur) inter cohæredes ubi agitur de ꝓparte sororum, vel inter alios ubi res inter partes & cohæredes dividi debet, in ꝓparte, sive ratione personarum inter quas res dividi debeat, sicut sunt plures sorores quæ sunt quasi unus hæres, vel inter plures fratres qui sunt quasi unus hæres ratione rei quæ divisibilis est inter plures masculos, & ubi quilibet eorum est actor et quilibet reus, et ideo dicitur hæc actio mixta. Et hoc casu quilibet dicetur actor qui primò ꝓvocaverit ad judicium. Et in iis duobus casib⁹, si cùm ꝑticipes vel cohæredes partem suam petierint rationabilem versus suos participes et cohæredes & illi defaltam fecerint, capienda erit terra in ma-

manum dñi Regis de comuni hæreditate ꝓ ea pte quæ contingit petentē, & ita erit districtio in hoc casu realis & non personalis. Itē & est actio tertia de finibus agrorum inter vicinos terminandis et definiendis, quæ dicitur actio finium regundorum, quæ idem est quòd Rex præcipiat ꝙ rationabiles divisæ fiant inter vicinos, et hoc est valde subtilis inter alias, & ubi pro defectu ejus qui non queritur debet pars illa de qua cōtentio est capi in manum dñi Regis, & sic erit districtio realis et non personalis. Sunt etiam aliquando duæ actiones quæ cōprehenduntur sub uno brevi, et quarū una modo utentium personalis est, et altera realis, & si bene judicarentur quælibet earum frivola esset et inutilis ut supra. ¶ 2. Non semper (ut paulo ante dictum est in parte) observari debet solennitas attachiamentorum in actionibus personalibus, tum ꝓpter privilegium & favorem cruce signatorū, quorū negotia maturitatem desiderant et instantiam. Item ꝓpter privilegium & favorē mercatorū eodē modo. Item ꝓpter causam sive necessitatē, ut in assisa ultimæ p̄sentationis, vel quare quis impedit præsentare, vel non permittit, propter lapsum sex mensium & hujusmodi. Item ꝓpter ipsam rem quæ tempore peritura esset, sicut de fructibus maturioribus & hujusmodi. Item in actione injuriarum, ꝓpter atrocitatem injuriæ quæ magna est, et contra pacem dñi Regis. Item ꝓpter personam contra quem injuriatum est, ut si injuriatum sit dño Regi vel Reginæ, vel eorum liberis, fratribus, vel sororibus, vel eorum parentibus, et ꝓpinquis, in quibus casibus & cōsimilibus statim præcipiatur vic. ꝙ habeat corpora talium ad respondendum talibus, secundū ꝙ de antedictis sumi poterit exemplum. Et idem fieri debet si aliqua actio incidens sit principali actioni, et ubi quamvis in actione principali observetur ordo attachiamentorū, tamen in incidenti non erit solennitas observanda, ut si cōtingat episcopum vel aliū ordinariū sumoneri quare nō habet clericū &c. Et in quibus casib⁹ oīb⁹ cū p̄cipiatur vicecom̄ prima die ꝙ habeat corpora taliū ad diē talē rationabilē si absētes sint extra com̄ & nō in com̄ nec in civitate nec in villa, nō potest fieri mētio in fine bris secundū solitū cursū attachiamentorū de clausula ista, vz. & ad audiendū judicium suū de plurib⁹ defaltis, cū nulla defalta p̄cesserit, sed loco illius clausulæ addatur in quolibet bri causa quare tollitur dilatio, & solēnitas attachiamētorū: & fiat bre sic. ¶ 3. Rex vic. salutē. Præcipim⁹ tibi ꝙ ōni occasione & dilatione postposita, ꝓpter privilegiū et favorē cruce signatorū et mercatorū, quorū placitū instantiā desiderat, habeas corā Justic. nris ad talē diē, corpus talis ad respondendū tali cruce signato, vel mercatori, de placito quare &c. vel ꝙ reddat ei &c. secundū formā bris originalis, & in fine apponatur aliqꝺ cominatoriū, tale vz. Et ita te habeas in hoc negotio ne ꝓ defectu tui ad te graviter capere debeam⁹. Et ita fiat de aliis causis supradictis, & quo casu, licet bre de habēdis corporib⁹ faciat mentionē, tamē nihilominus locū habebit essoniū de malo veniendi, quāvis hoc esse videatur cōtra solitū judicium essoniorū, quia quāvis tollatur solennitas attachiamētorū, tamē legitimā dilationem quam reus habet usque ad primū diem litigii, semper sequetur essonium

essonium de malo veniendi, ita quòd unicum habeat essonium antequam compareat. Item in criminalibus causis ubi sequi debet capitale judicium, vita videlicet vel mutilatio membrorum, non sequitur attachiamentum aliquod, sed corpus talis (quicunque fuerit ille) ab omnibus arrestetur qui sunt ad fidem Domini Regis, sive inde præceptum habuerit sive non habuerit.

FINIS.





